1 N.d.

IOANNIS STVRMII
DE VNIVERSA RATIONE ELOCVTIONIS RHETORICAE, LIBRI IIII.

Nunc primùm in lucem editi opera & studio
CHRISTOPHORI THRETII Poloni.

Gratia priuilegioq́; Cæſareo.
Per Bernhardum Iobinum.

8

A. F.

Si quis ſub gelida negârit Arcto
Septem frigus atrox ubi penetrat
Vlnas Mercurij, vigere alumnos
Dicendi celebres ſuavitate:
THRETI te videat, ſtatimq́; dicet,
Arcto ſub gelida ſuaveolentes
Linguæ fudit opes, nepos Atlantis.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

3B

IOANNES STVRMIVS, CHRISTOPHORO THRETIO POLONO. S. D.

CVR tibi non concedam, mi Threti, uel potius non concredam, quod alij à me obtinuerunt: Non ſum tam inhumanus, ut cuiquam aliquid honeſtè petenti recuſem: Neque tam ſum laudis auidus: ut alios in ſocietatem laudis non admittam libenter. Sed, crede mihi, mi Threti, omnia mea mihi diſplicent. Scio enim, quàm multa in me atq; in illis deſiderentur. Atque hac de cauſſa multa ſunt, quæ à me inchoata, ad finem perducta non ſunt: ut liber poëticus, ut dialogus de immortalitate animorum, ut alia aliqua. Neque iſtud ſuperbè à me fit: quaſi Venerem ἀναδυομένην ego inchoare poſſem: atque alium eſſe putem, qui poßit perficere: aut per ſe totam meliorem pingere. Sed quòd ſciam, quàm mihi curta ſit, ut ille ait, ſupellex. Mathematici tradunt, ſæpè infœlices impe[illegible]s, fortunatos habere militares præfectos. Ego ge[illegible]eorum ſcriptorum non confido, tuus fortaßis erit fortunatior. Nam perijſſet iſtud opuſculum de elocutione, & de ſtatibus, niſi tu utrumq; uindicaſſes à tenebris. Veniat igitur in lucem, ſed ita, ut latere ipſum malim, ſi non probabitur literatis, & utilis ſi eſſe non poterit. Nō relegi, ex quo tempore publicè dictaui: ſed memini me partitionibus apertioribus illuſtraſſe, hanc de elocutione doctrinam: & exemplis pluribus explanaſſe, quā n ante me actum ſit. Si aſſecutus utrumque ſum: duplicatum gaudium meum eſt: Si neutrum: uide ut tu culpam præſtes. Tam enim turpe eſt malè ſcribere, quàm malè ſcriptum probare. Sed non tu tam culpa uacabis quàm ego: mihi enim mea diſplicent, tibi placent. Ad te igitur culpa redibit, & in te quieſcet. Amabo tamen te, ut huc uſque amaui, propter tuam erga me beneuolentiam & ſtudium. Verùm non ſolùm hoc nomine: ſed etiam propter tuam erga patriam curam & ſolicitudinem: quam annos iam multos & noſtræ Academiæ: & multis atque magnis familijs in Polonia probaſti. Dum nullus annus labitur: quo non aliquos ad nos ducas, & mittas, quos erudiamus: & tanta cum fide adducas, & grauitate, & ſolicitudine, ut his, non tibi natus eſſe uideare. Vale mi Chriſtophore Threti. Argentorati

20. Octobr. 1575.

GENEROSISSIMO DOMINO, D. STANISLAO PRAEDBORIO DE CONIESPOLE,

Succamerario Siradienſi: Regni Poloniæ Secretario, &c. S. P. D.

CHRISTOPHORVS THRETIVS.

QVi eloquentiæ veræ dat operam: dat prudētiæ, ait in Bruto Tullius. Quę vox nō tam dignitatem præſtantiamq́; huius artis commendat, quàm eiuſdem ſumma cum neceſſitate conjunctam utilitatem cōmonſtrat. Nam ſi prudētia remota, vita hominum manere non poteſt: Eloquentia, quę eius pars eſt, ſublata: eandem magno incommodo affici, palam eſt. Quod cum intelligerent priſci illi Rerumpublicarũ gubernatores, bonarum legum ac ſapientię authores: eloquentiæ ſtudijs ita ſeſe dediderunt, vt non minus benè dicendo, quàm benè agendo, clari & illuſtres euaſerint. Notum eſt illud Phœnicis ad Achillē Homericum.

Εμμεναι μὲν ῥητῆρα λόγων πρηκτήρα τε ἔργων.

Et Solon, Pericles, infinitiq́; alij in Republica verſati ſunt, vt eloquentia ſua clavũ illius regerent. Eſt .n. illa ornatè loque n ſapiẽtia, quæ à ratione menteq́; profecta dicentis: eorum qui audiunt animos ac mẽtes regit, gubernat, & pro arbitrio tractat. Cuius vires vetus illa priorum hominum feritas experta, & ad humanitatem cultumq́; civilẽ converſa: primis illis oratoribus, tantam ſapientiæ opinionem attribuit: vt Deorũ interpretes ſacrosq́; vocârit. Sic enim Horatius de Orpheo.

Agreſtes homines ſacer interpresq́; Deorum
Cædibus, & fœdo uictu deterruit Orpheus,
Dictus ob id lenire tigres, rigidosq́; leones.

Nulla enim alia vis potuit diſperſos homines unum in locum congregare, aut à fera agreſtiq́; vita ad urbanam deducere: aut jam conſtitutis civitatibus, leges, iudicia, jura deſcribere, quàm eloquẽtia. Qua qui præditi ſunt, tantùm alijs hominibus præſtant, quantùm reliquis brutis homines. Huius autem cum membra quinque conſtituerint, graviſſimi ſcriptores (nam invenire quid dicas oportet, inventa diſponere, deinde ornare verbis, poſt memoriæ mandare: tum agere & pronunciare) longè ſanè, omnium iudicio, difficilimum,

limum, & præſtantiſſimum, quod tertio loco poſitũ vulgò Elocutionis nomine præceptisq́; continetur. Reliqua enim omnia ſpontè ſua ferè duceq́; naturæ quadam bonitate contingunt: at hæc, tota in arte, præceptis, obſervatione, meditatione, ac uſu poſita eſt. Eamq́; ob rem, toti arti nomen dediſſe, cenſeri poteſt. Neq́; enim vel inveniẽdi fœlicitas, vel diſponendi commoditas, agendíve & pronunciandi venuſtas, hãc artem denominarint: ſed dicendi lumina & ornamenta eam penitùs nobilitarunt, quæ in hac una artis parte, apparẽt. Hic enim ornatus varius multiplexq́; deſcribitur, hic dicendi veneres, deliciæ, lepores cõpræhenduntur, deniq; flexanimis illius dominæ vires & arma ꝓmuntur: quibus qui cõmodè inſtructus fuerit: in magnis hominum cœtibus excellere, triũphareq́; ac regnare facilè poterit. Quare quid in vita, vel privata, vel publica ſit utilius, aut excellentiùs, nõ eſt dicere. Eſt ſanè magnum pulchrumq́; de rebus magnis benè ſentire, ingenijq́; acumine ac ſolertia res præclaras excogitare. At perit, aut certè perexigua eſt horũ omniũ utilitas: niſi adſit ea facultas, qua quæ ſentimus & excogitamus, politè & ornatè eloquamur, cumq́; auditoris ipſius voluptate. Pulchrè enim idem Horatius.

> *Non ſatis eſt pulchra eſſe poëmata, dulcia ſunto,*
> *Et quocunq; uolunt, animum auditoris agunto.*

Hicq́; perinde ac in Muſica cōtingit, quæ niſi dulcis & ſuavis ſit, placere non poteſt. Sic oratio, quæ non cum quadam delectatione auditorē retinet: negligitur, infantiaq́; nominatur. Præclareq́; Socrates, diſſidium illud mētis & linguæ execrabatur, quod indicaret divinum quid eſſe res magnas & præſtantes, non nudè horrideque proponere, ſed orationis verborumq́; ornatu veſtire, ac ſplendore illuſtrare: ut benè ſentiendi ac dicēdi una ars, non diverſæ cenſeantur. Neque enim ijs aſſentior, qui Elocutionis partes, anguſtis verborū terminis definiunt. Longè lateq́; ſeſe diffundit, hæc ſive virtus ſive ſcientia. Ergò res magnas & utiles accōmodatè verbis explicat, quod nihil aliud eſt, quàm benè dicere ſive eloqui. Quo uno verbo oratorum munus integrum & propriū complexi ſunt Magiſtri dicēdi veteres: hoc eſt, quod oratorem ab alijs artificibus, & ab oratore oratorem, ſtylumq́; à ſtylo diſparat,

rat,iudiciumq́; loquentis maximè oſtendit,ac declarat. Eſt enim non vulgaris judicij,verba rebus apta ſic accommodare, ut quæ ſublimia ſunt ſublimiter, tenuia tenuiter,mediocria temperatè dicantur. Quod qui præſtare poteſt, ſuum jure nomen oratoris adipiſcitur:ſin minus,ne oratoris quidem nominē dignus habetur. Nam ut cuilibet pedi non quivis cothurnus convenit, nec Regem decet veſtitus ruſtici,nec ruſticū Regis ornatus:Sic non omnibus rebus eadem verba ſignificādis cōpetunt, Sunt quę ornari florido dicendi genere velint:aliæ ardenti inflāmatoq́; verborū robore, quaſi turbine torqueri poſtulant:quędam leni velut agmine decurrunt. Nullaq; eſt in natura eiuſq; operibus varietas & diſſimilitudo,quæ dicendo nō repręſentetur,& quaſi depicta verbis & oratione nō exhibeatur. Et quemadmodum pictor,ſi omnia uno eodemq́; colore depinxerit,ineptus & rudis fuerit: ſic qui una eademque orationis facie omnia oſtentat: is nihil niſi puerilem infantiam & ineptam rudemq́; jejunitatē demonſtrat. Ac earum rerum, ut omniū bonarum artium principia,cum ſint in natu ra conſignata: magnorum tamē virorum uſu, & exemplis augentur & confirmātur nō parum. Qui, cum longa obſervatione accurataq́; meditatione, quid in quaq; re maximè conveniret, annotaſſent: nobis tandem artē, qualem habemus, pepererunt. In his autem principem locū ab Ariſtotele & Hermogene Græcis, & inter Latinos à Cicerone teneri, nulli dubiū eſt: quorum theſauros copioſos & abundantes ita exhauſit IOANNES STVRMIVS, inter eloquentes ſciētiſſimus, & inter ſciētiſſimos eloquentiſſimus, vt nihil habuerint illi, quod ad ditandam exornādamq́; eloquentię provinciā facere poſſet: quod non ille ſua induſtria & judicij acumine excerpſerit, & cum magno omniū fructu ſcholis ſuis illuſtrarit. Teſtātur id cum ab ipſo, tum ab alijs edita monumenta. Inter quæ hoc poſtremum tempore, dignitate tamen & præſtantia forſan primum exiſtimari poteſt. Quod, ne quid dicā amplius, tale eſſe quivis comperiet, quale (abſit invidia dicto) fortaſſe neq; noſtra, neque anteacta majorum vidit ætas. Quanquā hęc apud te, vir generoſiſſime & doctiſſime, commemorare quid eſt neceſſe? Noſtienim ſatis ꝗ & quantus vir ſit STVRMIVS, cujus etiã ſcriptis ita nũc caperis, vt quondam viva docentis voce recreabaris. Hic enim recordando cognoſces, quæ vir ille ad reparandam eloquẽtiam dextro planè Mercurio natus, ad veros eius fontes cõmonſtrãdos & aperiẽdos afferebat. Quæ à me tum, cum tecum Argentinæ eſſem, ex ipſius STVRMII excepta ore, eam ob rem nunc publicantur, quòd non parum emolumenti & ornamenti ſtudioſis eloquentię allatura putem. Cujus gratiã ipſi primùm D. STVRMIO debebũt, qui mihi petenti nõ gravatim eſt aſſenſus, ut ex his ſuis lucubrationibus ad poſteritatem fructus derivaretur: deinde tibi, ſub cujus auſpicijs fœliciter exeunt. Hoc enim tam præclarũ opus, jure meritiſſimo deſtinari oportere tibi cẽſui. Tum quia in celeberrima Argentoratẽſi Academia, olim unà mecùm degẽs, hæc elegantiſſima & aurea eloquentiæ præcepta, magno ſtudio, & ſumma cum voluptate ex ore cõmunis utriuſq; noſtrũ præceptoris D. STVRMII audiveris: tum quia in ijs, quanta fieri potuit diligentia, excerpendis colligendiſq;, mihi fideliſſimus adjutor fueris. Cæterũ ecquis hoc munere dignior te excepto? qui ut is theſaurus innumeris alijs cõmunicaretur, mihi ſemper ſuaſor & hortator extitiſti? Sed & ultrà has, quas recenſui tibi dicati operis cauſas: ſi, more complurium aliorum ſcriptorum, nil aliud conſiderem, pręterquàm patroni munus ſuſcepturi doctrinam excellentẽ, generis ſplẽdorem, & in omnibus virtutibus præſtantiam: aliũ profectò, qui his tam pulcherrimis ornamentis te æquet, non facilè reperiam, qui ſuperet videam fortaſſe neminem. Nam & philoſophiæ & eloquentiæ ſtudio ita emines, vt difficilè judicatu ſit, ſapientiórne an eloquentior dici merearis. Quid dicam de claritate generis, & familiæ vetuſtate? Nullus certè eſt, qui ſe tibi majorum rebus præclarè geſtis, & præſtantiſſimorum avorum longa ſerie conetur anteferre. Fuerunt ſemper in tua familia Heroës lõgè laudatiſſimi, ac patriæ amantiſſimi, qui in maximis dignitatibus conſtituti, graviſſima Reipublicæ munera, ſumma cum prudentia & laude adminiſtrarunt, & res magnas ſingulari fœlicitate geſſerunt. Sunt & nunc, atq; opto ut quàm diutiſſimè ſint, ex CONIESPO-

LIORVM nobiliſſima familia, qui tanquam clariſſima lumina, pietate, juſtitia, fortitudine, & omni virtutum genere in Regno Poloniæ fulgent. Nam quis generoſiſſimo parente tuo, tractus Vielunenſis Capitaneo digniſſimo, religionis & probitatis Heros amantior? quis commodorum patriæ ſtudioſior? quis denique ergà optimos quoſque liberalior? Sed & ſumma laude celebrari meretur, decus & ornamentum familiæ veſtræ, patruus tuus vir excellentiſſimus, NICOLAVS CONIESPOLIVS, Caſtellanus Roſpergenſis, in quo elucet antiquæ bonitatis & integritatis veſtigium pulcherrimum: &, quod maximum eſt, inſignis erga religionem Chriſtianam eiuſq; ſectatores & propagatores amor. Iam verò, & illuſtrium majorum exempla ſequuti germani tui fratres, Iuvenes nobiliſſimi & optimi: virtutes avitas & paternas, moribus & vita inculpatiſſima exprimere conantur: ita ut tantarū laudum, ſibi à progenitoribus relictarū, ſe digniſſimos hæredes jam oſtenderint, & indies magis ac magis oſtendere non deſinant. Vnde & generoſus patruelis tuus frater IOANNES

NES PRAEDBORIVS de Conieſpole,
gloria maiorum ſuorum incitatus: ad tan
tum laudis faſtigium pervenit, ut idem &
in philoſophia verſatiſſimus, & Græcarū
Latinarumq́; literarum peritiſſimus ha
beatur. At de tuis rariſſimis virtutibus
quid dicā? Equidem, ſi, prout mereris, te
mihi nunc laudandum proponā, vereor,
ne prius deficiam, quā orationi meę exi-
tum invenire liceat. Sed & ſuper fluum e
ſe videatur, tuas omnibus notiſſimas vir
tutes, ꝓlixiùs prædicare. Nota eſt quibuſ
vis tua præclara in Deum Opt: Max: pie
tas, in patriam amor, in omnes humani
tas: nota in rebus gerēdis ſumma pruden
tia, &, qua nulli cedis, doctrina. Ob qua
inſignes animi dotes, te Sereniſſimus re
Polonię Sigiſmundus Auguſtus, ſingula
ri amore & benevolētia proſequutus eſ
In cuius etiam ampliſſima aula, magn
cum ſplendore, nec minori utilitate qu
ageres: te ſibi in Secretarium fideliſſim
aſſciſcendum putavit. Mox ubi factis tu
prudentiſſimis illi te egregiè probaviſſe
in ſuperiorem dignitatis gradum eveho
dum te cenſuit: quo fit ut ea adhuc in d
gnitate cōſtitutus Succamerariatum S

RADIENSEM ita adminiſtres, ut omnes boni te dignum exiſtiment, cui ampliſſimi honores deferantur, tibiq; vitam precentur cum fœlicitate quàm longiſſimā. Meritò igitur ego quoque, hoc tam inſigne doctiſſimi D. STVRMII de Elocutione opus tibi dedico: opus & authoris & tractationis nomine, purioris eruditionis amatoribus omnibus, ambabus ulnis amplectendum, & nocturna diurnaque manu verſandum. Quod tu, quin eo, quo à me tibi offertur animo, accepturus ſis, non dubito: idque ut facias etiam atque etiam oro. Vale. Dat. Cracoviæ. 8. Calend. Iunij. 1576.

EFFIGIES
IOHANNIS STVRMII
ARGENTORATENSIS
Academiæ Rectoris.



Corporis effigiem potui producere ſculptor:
Mentem non potui: quam monumenta docent.

IOAN. STVRMII.

DE VNIVERSA RATIONE ELOCVTIONIS RHETORICAE,

Liber Primus.

Definitio Elocutionis.

CAPVT I.

Notatio verbi.

ARISTOTELES, LIBRO TERtio *rhetoricorum, λέξιν nominat: quā latini, in rhetorum ſcholis, elocutionem vocant. Quanquam etiam Latini dictionem nomināt: fortaſsis græci vocabuli imitatione. Alij etiam φράσιν appellarunt: vt eſt videre, apud Quintilianum: atq; id verbū, Ariſtotelis quoque ætate, receptum fuit: qui Tyrtanum diſcipulum ſuum primò, propter orationis bonitatem, Euphraſtum, deinde, propter eiuſdem quaſi diuinitatem, Theophraſtum nominauit. Sunt etiam, qui elocutionem ἐπαγγελίαν vocant: quòd ipſa oratio mentis noſtræ ſenſum veluti annunciet. Inter hos etiam Ariſtides eſſe videtur. Demetrius Phalerenſis ἑρμηνείαν vocat ipſum dictionis genus, & elocutionis.*

Definitio.

Eſt autē elocutio, forma ſiue ſermonis, ſiue orationis, & ipſum ſiue loquendi, ſiue dicendi genus. quod idcircò etiam γένος τοῦ λόγου, καὶ εἶδος dicitur, atque etiam Platonis exemplo ἰδέα eſt nuncupata. Quo nomine Hermogenes eſt maximè delectatus: qui ſe Demoſthenis putat dicēdi formam expreſsiſſe. Sed quoniam omnis elocutio, dicendi ſiue forma, ſiue figura, ſiue modo, aut genere, ſiue propria virtute (quo verbo Ariſtoteles etiam vocat dicendi genus) cernitur: dicendum eſt deinceps de *hac varietate Orationis: non ex omnium ſcriptorum ſententia: ſed principum tantùm inter rhetores, & dicendi magiſtros, inter quos Ariſtotelem pono, & Ciceronem, & Hermogenem, &c.*

SCHOLÆ.

Oratoris officium

memoria

Oratoris officium poſitum eſt in inueniendo, diſponendo, eloquendo, memoria, & pronunciatione. Is enim Orator officium ſuum facit: qui inuenit ea quæ ad fidem ſunt neceſſaria, & eadem ſuo ordine collocare poteſt, deinde certo genere eadem eloqui, deinde memoriæ mandare, tum pronunciare. Et memoriæ præcepta à paucis tradita ſunt. Cicero in libris de oratore eius mentionem facit, nulla autem præcepta tradit. Solus autor ad Herennium aliqua præcepta de hac tradidit. Et quanquam ratio illa ingenioſa eſt, & acuta, tamen quoniam non eſt ab omnibus explicata, non videtur admodum eſſe neceſſaria. Qui tenet præcepta diſponendi, & collocandi, is etiam habet ratioñe confirmandę memoriæ. Deinde ſcit orator ex præceptis dialecticis, quem locum debeant habere propoſitiones maiores, minores, & concluſiones. Item quæ opus habeant amplificatione. Igitur ipſa memoria non eſt difficilis. De pronunciatione etiam tradita præcepta ſunt ab autore Herenniano. Sed hæc ars fuit propria poëtarum, & hiſtoricorum, & minus fuit vſurpata in rhetorum ſcholis. Multi autem rhetores ſunt qui non tradiderunt de reliquis partibus. Ego in hoc tēpore inſtitui de elocutione pręcepta tradere, quantum ego obſeruare potui in autoribus. Incipiam autē à vocabulo Ariſtotelis, qui lib. 3. rhetoricorū, quæ hodie extant & laudantur, & ſunt meliora quā illa quæ ſcripta ſunt ad Alexandrum, λέξιν vocat (quod Quintilianus φράσιν) ἀπὸ τοῦ λέγειν, à dicendo. Sunt igitur iſta συνώνυμα: elocutio, dictio, & ſecundùm Ariſtotelem λέξις, alij vocant φράσιν, tametſi Hermog. vtatur verbo compoſito, qui vocat ἔκφρασιν. Eſt autem ἔκφρασις, ampla & copioſa deſcriptio. Illa dictio φράσις, fuit vſurpata tempore Ariſtotelis. Cùm enim Tyrtanum videret natura benè loqui, vocauit eum εὔφραστον. Cùm autem diligentius exploraſſet ſuum ingenium diuinum, non amplius εὔφραστον, ſed θεόφραστον nominauit eum, maioris honoris cauſa. Hanc elocutionem alij vocant ἐπαγγελίαν, alij ἐξαγγελίαν, quòd quaſi ſenſa enunciemus, animique cogitata. Nam ipſa oratio eſt animi noſtri nuncius. Demetrius autem, qui etiam diligens fuit ſcriptor huius artis, vocauit elocutionem ἑρμηνείαν, ſecut⁹, vt ego credo, Ariſtotelem ipſum, qui rationem loquendi dialecticorum vocauit ἑρμηνείαν, & ideò etiam ſcripſit librum περὶ ἑρμηνείας. Alij ipſam elocutionem vocarunt χαρακτῆρα, genus dicendi, Hermogenes ideam. Reliqui ſcriptores vocant γένος, καὶ εἶδος τοῦ λόγου. Latini χαρακτῆρα vocāt expreſſam quandā figuram. Omnis autem λέξις dirigitur ad certam ideam. Hactenus de nomine: iam de dicendi generibus. Ex certo genere eloquendi, ex certo ordine λέξεως, aut ἑρμηνείας, aut ἐπαγγελίας, efficitur certum dicendi genus, aut certa dicendi figura. Quemadmodum enim ex materia, & collocatione materiæ, efficitur certa aliqua forma, aut turris, aut domus, ſic ex artis verbis, & verborum generibus, formis, modis, & ornamentis efficitur certa forma dicendi, figura, & ſpecies, quæ vocatur ἰδέα, λέξις. Et elocutio eſt efficiens ideas. Hermogenes vocat ἰδέαν, ſecutus Platonem. Ariſtoteles aliquando τὴν ἀρετὴν, virtutem. Alij autem, ſecuti ſuam quandam rationem, nouum verbum inuenerunt, & vocarunt non ἰδέαν, non ἀρετὴν, ſed χαρακτῆρα. Ariſtoteles etiam vocat εἶδος, ἢ γένος τοῦ λόγου. Ethico vocabulo vocauit ἀρετὴν τοῦ λόγου, dialectico vocat εἶδος, ἢ γένος τοῦ λόγου, verbi gratia, ἑλληνισμὸς orationis gen⁹ eſt, & poſitum in duobus, in euitatione, & vſurpatione. Ea quæ barbara ſunt illa debemus vitare, deinde ea quæ propria ſunt vſurpare. Helleniſmus eſt puritas, & locutio græca, vt ταῦτα χρήσιμά ἐστι, apud latinos eſt latinitas. Hæc ſunt vtilia.

Partitio.

CAPVT II.

Dicendi verò genera Ariſtoteles, in eodem lib. 4. tradidit. Sed virtutē vocat, quod Hermog. ἰδέαν. Et primam orationis virtutem eſſe putat perſpicuitatem, alteram puritatem, tertiam ornatum, quartam decorum. Inter quas formas prima neceſſitatis eſt (eſt enim neceſſarium, vt oratio intelligatur) altera autem propria eſt gen-

Quatuor dicendi virtutes ſecundū Ariſtotel.

Diſcrimē inter hæc 4. genera.

tis. id enim purum dicitur in ſermone, quod barbarum non eſt, neque ſonat peregrinum, & propterea Helleniſmum vocat.) Tertia virtus dignitatis eſt, & propterea etiam eam ἀξίωμα vocat, propterea ꝙ orationem liberet ab humilitate. Quarta laudis, atq; perfectionis. Is enim orator præ cæteris laudandus eſt: qui omnibus ſuperioribus vtitur aptè, conuenienter, decorè, & vt Ariſtoteles dicit, ἐγκαίρως, & πρεπόντως. Hāc quadripartitā rationē generum dicendi Craſſus, lib. III. de Oratore, ſecutus, quatuor dicendi modos eſſe dicit, vnum apertè, alterum purè, tertium ornatè, quartum aptè dicendi. Ergo hæc ſit prima, eaq; quadripartita formarum in dicendo diuiſio. &c.

Quatuor dicendi modi ſecundū Ciceronem.

SCHOLÆ.

Viſum eſt omnia dicendi genera tribus modis diſtinguere. Prima diuiſio eſt perpetuorum generum, orationis virtutum ſine quibus laudari orator non poteſt, eſtque rerum neceſſariarum. Oportet enim vt orator ſit vbique dilucidus, purus, ornatus, aptus, conueniens, & decorus. Et hæc diuiſio eſt omnium orationum. Exordia enim ſuam debent habere perſpicuitatem, ſuum ornatum, ſuum decorum. Sic etiam narrationes, amplificationes &c. Et ille ornatus non ſolum eſt generis medij, ſed etiam ſubtilis. Ergo prima diuiſio eſt rerum perpetuarum, & neceſſariarum. vt enim poſſis intelligi: neceſſe eſt, vt apertè loquaris. Purum autem eſſe eſt & gentis & populi: vt oratio apud Athenienſes ſit attica: apud Rhodienſes rhodiana: apud Latinos latina &c. Ornatus autem eſt amplitudinis, & dignitatis. Illud ἀξίωμα non ſolùm in grauitate, & mediocritate poſitum eſt, ſed etiam in ſubtilitate. Aptum autem eſt perfectionis, & probabilitatis. Quicquid enim non eſt conueniens, eſt ineptum, & quod eſt ineptum, non eſt probabile. Hæc eſt prima diuiſio. Altera diuiſio tripartita, diuidit poſtremum membrum primæ diuiſionis. Quicquid aptum eſt, vel ſubtilitate, vel grauitate, vel mediocritate aptum eſt. Hęc tria dicendi genera tribus rebus diſtinguuntur, motu animorū, mediocritate, & rerum conuenientia. Plærunque oratio παθητικὴ habet grauitatem. Et motus eſt, qui ſecernit orationem grauem ab humili. Tertia diſtinguitur τῇ ἀναλογίᾳ, conueniẽtia rerum, vel proportione rerũ: ſi res ſunt tenues & exiles, etiam genus dicẽdi eſt exile: vt, ſtillicidij, aut de tribus capellis, ibi tantùm opus eſt oratione exili. Si autem agitur de re magna, veluti de lege pertinente ad Rempub. item, de crimine læſæ maieſtatis, de prælio aduerſo: neceſſe eſt, vt illud dicendi genus ſit graue. Si res eſt mediocris, tale etiam erit dicendi genus. Pars altera eius de quibus diximus, pertinet ad iudicationẽ, qua orationes ſunt inter ſe diſtinguẽdę. Semper inſtituẽda eſt in oratione σύγκρισις: cõparatio autẽ eſt ipſarũ, vel ὁλοσχερὴς, totius operis, quãdo cauſa, cum cauſa cõfertur, & cõparatur. Habemus Demoſthenis regias epiſtolas, pro regali conſuetudine pronunciatas, breuiter petit, breuiter poſtulat, breuiter ſuam exponit cauſam. Confer has cum oratione de lege Leptinæ habitã, & confer hanc eandẽ, cũ oratione de Corona, et cum Philipp. & Olynthiacis: dices omnes haſce eſſe graues, ſi cõferas cum cauſa Leptinę. Alterũ genus cõparationis μερικὴ cùm partes cum partibus componuntur, exordia ſemper debent eſſe mediocria, narrationes etiam mediocres & ſubtiles, amplificationes graues, ipſa peroratio plerunque eſt παθητικὴ, &c.

ΕΠΙΔΙΑΙΡΕΣΙΣ, ſubdiuiſio.

CAPVT III.

Tres orationum characteres.

Est etiã altera Ciceronis, in Oratore perfecto, diuiſio: qua quartum, hoc eſt, aptũ dicendi genus in membra tria ſecat. Omne enim dicendi genus, quod aptum eſt, id vel tenue eſt, & humile, atque remiſſum: vel graue, & grande, & copioſum: vel intermedium. Hæc tria non ſolùm verborum ornatu diſtincta ſunt, verùmetiam motu animorum, & morum ſignificatione, & rerum, perſonarumq́ue conuenientia. Quæ quoniam his tribus generibus exprimuntur, vt genus ipſum eloquendi magis extet atq́ue appareat, ſunt à nõnullis ſcriptoribus χαρακτῆρες *nominata, hoc eſt, expreſſæ formæ, & veluti exculptæ moribus, ingenijs, naturis, rebusq́ue, atque negotijs. Et remiſſionis qui-*

Quomodo ſint diſtincti.

Horũ generum exempla.

Quo pacto iudicandum de generibus & formis orationis, in authoribus.

Eſt aliud genus comparationis in rebus dijudicãdis quod cõſiſtit in ſingulis partibus.

dem, & humilitatis, Cicero in Oratore, orationem pro Cecinna habitam, exemplo eſſe vult, in qua res inuolutas dicit ſe definiendo explicaſſe: ius ciuile laudaſſe: verba ambigua diſtinxiſſe. Maniliana autem cauſa temperatam orationem habuit. Propterea quòd in ea ornandus fuit Pompeius. Rabiriana verò omni amplificationis genere exarſit. Ius enim, vt ſcribit Cicero, omne retinendæ majeſtatis continebat. Idem Cicero Demoſthenis orationem de lege Leptinæ totã putat eſſe ſubtilem. Philippicas aliquas totas graues. Contra verò Æſchinem orationem de Corona, de falſa legatione vtramque variam, hoc eſt, temperatam in aliquibus locis remiſſione, & mediocritate, in nonnullis etiam vberem, & copioſam, & arduam. Sed in dijudicandis, & diſtinguendis generibus, ita ſtatuendum eſt: vt Medici præcipiunt in æſtimandis corporum contemperationibus: in quibus comparatio ſemper facienda eſt. vt illæ ipſæ orationes Demoſthenis, quas totas dicit eſſe ſubtiles Cicero: ſi cum epiſtolis Philippi comparantur, inter grauiores numerari poſſunt, aut etiam cum aliorum ſcriptis exilioribus. Sed ſi cum cæteris orationibus componamus vt eſt contra Midiam habita oratio, & vtraque contra AEſchinem, inter tenues, & exiles ſunt numerandæ. Sed hoc vnum genus comparationis eſt, quod ſpectatur toto corpore, & cauſa vniuerſa. Altera autem ratio iudicandi, poſita eſt, in ſingulis partibus. Sic narrationes plærunq; exordijs ſunt tenuiores, & ipſa exordia amplificationibus, atque exornationibus, & ipſæ amplificationes aliæ maiores, aliæ minores notas habent. Quod diſcrimen etiam in narrationibus, & concluſionibus conſideratur. &c.

SCHOLÆ. *Prima diuiſio eſt natura.*

Hactenus duas tradidimus diuiſiones figurarum, ſiue generum dicendi, quarum primam dixi eſſe perpetuam, atque neceſſariam. Oportet enim omnem orationem eſſe apertam, dilucidam, atque perſpicuam, alioquin orator non poſſet facere ſuum officium. Deinde neceſſe eſt, vt eadem oratio ſit pura, propria gentis, nulla inquinata ſit barbarie, apud Athenienſes ſit Attica, non habeat peregrinas voces. Tertiò oportet vt oratio ſit concinna, ornatum habeat, id quod proprium oratoris. Sed hic ornatus non debet eſſe ineptus, ſed accommodatus rebus ac perſonis. Et propterea eſt quartum genus dicendi aptū, τὸ πρέπον, vel vt eſt apud Hermog. δεινὸν. Hæc eſt prima diuiſio. Secūda diuiſio eſt applicata rebus, perſonis, temporibus, eſt περιστάσεων. Res enim magnæ requirunt grandiloquum dicendi genus, res paruæ ſubtile, exile, tenue. Sic cauſæ mediocres mediocre requirunt genus. Sic perſonæ aliquod etiam afferunt dicendi genus, aliter cum magiſtratu, aliter cum calceario loquendum eſt. Quoniam igitur res inter ſe variantur, & differunt tum res, tum perſonæ, tum tempora: neceſſe etiam eſt genus dicēdi mutare. Tertia diuiſio eſt viriū & facultatis & eſt perſonarum propria Demoſthenis. Omnis enim dicendi facultas conſtituitur in tribus, in natura, arte, & in vita. Natura requirit genus dicendi perſpicuum. Omnes enim cupiunt intelligi, item requirunt omnes purum: vt poſſint illud aſſequi, & ornatū. Sed ars digerit iſta dicēdi genera. Sic prima diuiſio eſt perpetui officij, eſt naturæ. Secunda eſt artis, nam artifices ibi inceperunt homines docere. Tertia eſt imitationis, oportet enim habere exemplum quod imitemur. Apud Græcos nullum eſt exemplum, quod magis poſſumus ſequi & melius, quàm Demoſthenis, apud latinos Ciceronē omnibus præfero. Hermogenes igitur volens iuuare eos, qui eſſent præditi bona natura, elegit optimum authorem Demoſthenem, & initio obſeruauit illud genus dicendi non eſſe vniuſmodi, ſed eſſe compoſitum, explicans dicendi formas quas ipſe vocat Ideas. Quidam Medici diſſoluerunt hominem, & inuenerunt humores, ſanguinē, bilem, pituitam: & poſtea diſſoluerunt magis, & inuenerunt harum qualitatum genera: calidum, frigidum, humidum, ſiccum. Sic Hermog. penitus inſpexit Demoſthenem, & inuenit quatuor dicendi formas, & primò σαφήνειαν. vidit eum dicere intelligenter, ita vt eius auditores facilè perciperent quid diceret. Deinde vidit ipſum non habere dicendi genus minutum, ſed amplum: copioſius enim ipſum loqui, quàm cæteri Græci locuti ſunt. igi-

Secunda eſt ipſius artis.

Tertia, imitationis.

1 Perſpicuitas.

2. Μέγεθος.
3. Κάλλος.
4. γοργότης.
5. ἦθος.
6. ἀλήθεια.
7. δεινότης.

tur ſecundo loco poſuit τὸ μέγεθος: quę eſt quantitatis. Vidit etiam apud eundem venuſtatem, & peculiarem pulchritudinem nō ita minutam: ſed dignam pallio Græcorū & Attico: propterea etiam tertiam ideam annotauit, τὸ κάλλος Vidit præterea ipſius Demoſthenis orationem non eſſe ignauam, ſed fluere, celeriterq; eſſe concitatam, & eam vocauit γοργότητα, quæ ſuos habeat quaſi digladiatores. Et quoniam in illa velocitate eſt robur quoddā, vocauit ipſe nō vocabulo ſuauiore τραχύτητα, ſed propriore vocabulo γοργότητα. vidit etiam Demoſthenis ingenium minimè preſſum, & eum habuiſſe propoſitam honeſtatem, magis ſpectaſſe vtilitatem patriæ, & eſſe eum ingenij cupidi patriæ, qui ſuam patriam magis voluit eſſe honeſtam, quàm ſordidam, obſeruauit illam quintam virtutem in Demoſth. τὸ ἦθος. Sexto loco ſeparauit Demoſth. ipſum à Sophiſtis: qui multa amplificarunt, non amplificanda, multa extenuarunt, quæ non ſunt extenuanda, non loqui ex animi ſententia: ſed ſecus dicere, quàm ſentiant. In Demoſthene autem ſentit veritatem, ſentit in eo eſſe ἀλήθειαν: non animum fictum, neque ſimulatum, ſed hæc omnia vidit eſſe apta, atque idonea: facultate dicendi, quæ haberet vim perficiendi quod vellet, illud robur eſſe aptum & idoneum, quod vocauit δεινότητα, & hæc eſt ſeptima dicendi forma. Has etiam formas ponit ferè Cicero in partitionibus, quamuis in lib. 3. de orat. tantum quatuor poſuerat genera. Hermoge. vocat magnitudinem, Cicero in Partitionib. Orator. nominat illuſtre dicendi genus. Illa quinque lumina Ciceronis poſſunt accommodari dilatando ad illa Hermogenis, & viciſſim Hermogenis ſeptem poſſunt contrahi ad illa quinque Ciceronis. Numero non multum differunt, verbis conueniunt.

De ſeptem dicendi formis.

CAPVT IIII.

Septem dicendi formæ ſecundùm Hermogenem.

SED *Hermogenes hanc varietatem aliter partitus eſt, & ſeptem tradidit dicendi formas : quas Ideas, vt ſuprà à nobis dictum eſt, vocat. Ex quibus Demoſthenis dicendi genus conſtare putat, vt eſt,* σαφήνεια, μέγεθος, *κάλλος, γοργότης, ἦθος, ἀλήθεια, δεινότης. hoc eſt, oratio intelligentia aperta: magnitudine ampla: forma venuſta: mobilitate velox: naturis morata: veritate probabilis: grauitate apta. Vitioſum enim eſt quicquid aut obſcurum eſt, aut nimis minutum, aut inuenuſtum, aut tardum, aut ignauum, aut nulla ſignificatione morum conformatum, aut fictum, aut ſimulatum, aut ad extremum quodcunq; grauitate ineptum eſt, idem & vicioſum eſt. Neq; ego hanc varietatem ſolùm Demoſthenis eſſe puto, verùmetiam eaſdem virtutes ſeptem, in Cicerone demonſtrari poſſe arbitror. præſertim cùm ipſemet in Partitionibus verborum ſimplicium, atq; coniunctorum quinq; genera, tanquam lumina dicendi ponat: dilucidum, breue, probabile, illuſtre, ſuaue. Neq; tot ille poſuiſſet optimus Orator: niſi eadem, in ſuis orationibus, extare fuiſſet arbitratus. Quamobrem hanc tertiam formarum diuiſionem ſtatuo: eamq;, quò ad eius fieri poterit, vtriuſq; oratoris exẽplis cuiuſmodi ſingula ſint, explicabo. Nam tametſi in ſe multa hi duo oratores diſſimilia habeant: tamen quia etiam ſimilia habẽt multa: ſimilibus exemplorum loco vtar: & in diſſimilibus oſtendam magnam voluntatum, & artis eſſe ſimilitudinem.*

Per contraria explicatio

Quinq; lumina dicendi, apud Cic.

SCHOLÆ.

Cùm omnis dicendi ars in tribus conſiſtat, in natura, arte, imitatione: natura requirit perſpicuum dicendi genus, ars ornatum, eumq; aptum. Oſtendit enim ars aptitudinem illam diuiſam eſſe in humilem, grauẽ, mediocrẽ. Itaq; prima diuiſio erit naturæ, altera artis, tertia verò imitationis. Oportet habere exemplum, quod imitemur: apud Græcos autem melius exemplum fuit nullum Demoſthenis: apud Latinos Cicerone. Hermog. igitur volens iuuare eos, qui eſſent bona natura præditi, oſtendit eiuſdem dicendi genus ad imitandum ex Demoſthenis orationibus, & oſtendit non eſſe vniuſmodi, ſed ex compluribus compoſitum formis quas ipſe Ideas vocat imitatus ipſos Medicos, qui ſicut in diſſolutione corporis humani reperiunt quatuor humores, ſanguinem, atram, & flauam bilem, item phlegma: inde primas illas qualitates, calidum, frigidum, humidum, ſiccum: atq; ex his tandem ad quatuor elementa perueniunt. Sic Hermo. cùm vidit Demoſthenis orationes facilè intelligi, primam formam σαφήνειαν ponit, videbat Lyſiam exilem, Demoſthenem contrà amplum, inde ſecundam animaduertit, τὸ μέγεθος: in Gorgia, & Iſocrate inueniebat venuſtatem in periodis, & numeris: in Demoſthene verò non tàm delicatos cincinnos, ſed graues, dignos Attico pallio, non tamen ſine pulchritudine, quam κάλλος nominat Hermogenes. Idem cùm notaret in Demoſthene velocitatem, formã cum gladiatoris viribus coniunctam, non τραχύτητα ſed γοργότητα nominauit, quartam formam. Vidit Hermog. ingenium ſtudioſum patriæ libertatis Demoſth. ꝙ omnia potius ex honeſtate, quàm lucro metiretur, addidit igitur moratum dicendi genus. Separauit illud à Sophiſtis, qui fictè & ſimulatè omnia dicebant, magna extenuantes, & parua amplificantes. Verum igitur moratum dicendi genus in Demoſthene obſeruauit, & ſex iſta ſuperiora omnia aptè tractata cernimus. Septimum addidit δεινότητα, aptam grauitatem in ſingulis obſeruatam generibus. Cùm igitur hæc diuiſio imitationem adiuuet: improbari non debet, præſertim cùm Cicero in Partitionibus ſimilem ponat: vbi dilucidum eſt, quod Hermog. σαφήνεια: breue, quod γοργότης: probabile quod Hermogeni ἀλήθεια, & ἦθος: illuſtre, quod μέγεθος, καὶ δεινότη ſuaue quod Hermog. κάλλος, & γλυκύτητα: & docuit filium, oſtendens ei domeſticum exemplum in ſuis orationibus &c

Octo in ſingulis formis partes.

CAPVT V.

Vnaquaq; autem dicendi figura certas partes habe partim proprias, partim cum alijs inter ſe communes: ex quibus ipſa conſtituitur, & quibus animaduertitur, atq; à cæteris in iudicando, atq; docendo, diſtinguitur. Hæ ſunt vt Hermog. arbitratur octo: Sententi

ſenten

ſententiæ conformatio, verba, verborum ornamenta, membra, verborum conſecutiones, clauſulæ, numerus. hoc eſt, vt hic Græcus rhetor vocat, ἔννοια, μέθοδοι, λέξις, σχήματα, κῶλα, συνθῆκαι, ἀναπαύσεις, ῥυθμός. Cuiuſmodi enim vnumquodq; dicendi genus eſt: eiuſmodi etiam ſententiarum, & verborum, & ornamentorum, & numerorum, cæterorumq; genus eſſe oportet. De his duplici via diſſeri, & doceri poteſt. Aut enim in ſingulis figuris oſtenditur, quas habeant proprias, & quas communes cum cæteris figuris, ex his octo partes. Quam rationem Hermog. ſecutus eſt in ſuis ſeptem orationis Demoſthenicæ formis, idemq́; facit Cicero in ſuis Partitionibus. Aut prius vniuſcuiusq́; partis ex his octo omnia enumerantur genera, vt ſententiarum, verborum, ornamentorum, cæterorumq́;. Quam rationem nos retinebimus, vt, quæ apud alios ſparſa ſunt, nos in vnum locum cogamus, & redigamus in ordinem.

Partes vniuſcuiuſq; ideæ.

Propoſitio, & partitio totius operis, & duplex θεωρία, vna τῶν ἰδεῶν, κατὰ τὸ βάθος. altera τῶν μερῶν τῶν ἑκάστων, κατὰ πλάτος.

SCHOLÆ.

Dum reſoluit ἀναλύσει Demoſthenem Hermogenes, obſeruanda putat in vnaquaque dicendi figura, primùm ſententias tanquam materiam, ideæ ſubiectam, de qua ipſa oratio ſuſcipitur. Nam qui ſcribit, initio materiam & rem, de qua ſcribit, debet conſiderare. Quales enim ſententiæ ſunt, tale quoque dicendi genus requiritur. Et ſententiarum, quæ priore loco ſpectari debent, nomine cenſentur omnes propoſitiones, concluſiones, iuſſiones &c. Sententiæ verò aut ſunt ἠθικαὶ, aut παθητικαὶ, aut διδακτικαὶ. In primo genere mediocre, in altero graue, in vltimo exile dicendi genus requiritur. Deinde methodus obſeruanda eſt, quod nihil aliud eſt quam ornamentum, & ratio, ſiue artificium tractandi ſententias, vt ἀποφάνσεις, εὐχαὶ, περιπτώσεις, ἐρωτήσεις, deinde verba, λέξεις, dictiones. Sunt enim quædam propria, quædam reperta, vt καταχρήσεις, μεταφοραὶ, ὑπαλλαγαὶ: deinde σχήματα, ornamenta verborum, vt ὁμοιοτέλευτα, ὁμοιόπτωτα, ἐπαναφοραὶ, verba ſimiliter deſinentia, cadentia, verba repetita, verba geminata, &c. Deinde κῶλα, membra. Omnis enim oratio aut inciſim fit, aut membratim, aut περιόδῳ abſoluitur. Conſiderantur autem hoc loco non ſolùm κῶλα, id eſt, membra: ſed etiam inciſa κόμματα, & quod ex vtriſq; fit περίοδος: deinde συνθῆκαι, membrorum collocatio, vt vitetur aſperitas in coitione literarum, conſonantium, & hiatus, in colliſione, concurſuq́; vocalium: ἀναπαύσεις, clauſulæ termini quaſi membrorum, aut periodorum. Nam ſi periodus tenet, & delectat aures audientium, auidè etiam expectatur ipſa ἀνάπαυσις. Suntq́; clauſulæ aut pœonicæ, aut anapeſticæ, dichoreæ, trochaicæ, iambicæ, choriambicæ, pyrrhihicæ &c. Poſtremo ipſe ῥυθμὸς, oratorius numerus, qui conficitur ex his duobus, & ex ſuaui collocatione verborum.

DE GENERIBVS *ſententiarum.*

De ſententijs puritatis.

CAPVT VI.

Sententiam igitur voco, quod Hermogenes ἔννοιαν, alij νόημα, alij ἐννόημα: quodcunq; pronunciatum, au propoſitionem, quocunq; verbi modo, prolata ea ſit, atq etiam interrogationem cum reſponſione, ſententiam nomino. non ſolùm de moribus, aut de vita, aut virtute locorum communium ſententias, ſed quacunq; de re, quãuis ſententiam. Nam ſententiæ dictiones, de rebus bon & vtilibus, & honeſtis, ſecutus Ariſtotelem, γνωμολογί voco. Et illæ γνῶμαι Ariſtotelicæ ſub hoc genere ſententiarum comprehenduntur. Omnis γνώμη ἔννοια eſt: ſed n omnis ἔννοια γνώμη, hoc in loco, propriè dici poteſt. Hermogenes hæc habet ſententiarum genera: vnum eſt earum quæ omnium hominum ſunt communes, per ſe not & ſimplices, eoq́; καθαραὶ ab Hermog. nominantur. κ κοιναὶ πάντων, καὶ εἰς ἅπαντας ἀνελθοῦσαι. vt, Si vales be eſt: ego quidem valeo. Nos tabellarios veſtros quotid expectamus, talis etiã eſt Demoſthenis, quæ ab Hermogene ponitur, in oratione Midiana. Σαννίων ἐστὶ δήπου τὶς ὁ τοὺς τραγικοὺς χοροὺς διδάσκων οὗτος ἀστρατείας ἑάλω καὶ κέχρηται συμφορᾷ. Hoc genus ſententiarum adhibetur in oratione aperta & pura. Huic contraria ſunt illa: quæ περινενοημέναι vocantur: de quibus mox. Aliud genus ſententiarum eſt, quas Hermogenes vocat καταστατικὰς: rem ſcilicet, de qua dicturi ſumus, per expoſitionem indicantes: earum tale ponit Hermog. exemplum: ἔστι δὲ ἀναγκαῖον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ προσῆκον ἴσως ὡς κατ᾽ ἐκείνους τοὺς χρόνους εἶχε τὰ πράγματα ἡμᾶς ὑπομνῆσαι, ἵνα πρὸς τὰ ὑπάρχοντα καιρὸν ἕκαστα θεωρῆται. Huius generis etiam illa Ciceronis: Videamus nunc ſtrictim ſicut cætera, quæ poſt mortem S. Roſcij, abs Tit. Roſci. facta ſunt. Itẽ, dicendum eſt de Cn. Pompeij ſingulari virtute. Huic generi ſimiles ſunt, quæ διατυπωτικαὶ ἔννοιαι nominantur quæ numero ſcilicet rem proponunt. vt, Negamus te bona P. Quintij S. Neui poſſediſſe, ex edicto Prætoris. hæc καταστατικὴ ſententia eſt: ſequitur διαλύπωσις. Oſtendam primùm, cauſam non fuiſſe, cur à Prætore poſtulares: vt bona P. Quintij poßideres: Deinde ex edicto, te poßidere non potuiſſe: poſtremò non poſſediſſe. Hoc genus enim optimum eſt, ſi accedit digeſtio: quæ nihil aliud eſt, quàm ordinis demonſtratio. Tale eſt illud Demoſthenis ab Hermog. poſitum exemplum: Δίκαιον δ᾽ ἔστι ἴσως μὴ βίᾳ ὑπεσχημένον ὑμῖν ἐπιδείξειν, ἓν μὲν, ὡς παρὰ τοὺς νόμους τὸ ψήφισμα εἴρηται. Δεύτερον δὲ, ὡς ἀσύμφορον ἐστι τῇ πόλει, τρίτον δ᾽, ὡς ἀνάξιος ἐστι Χαρίδημος τούτου τυχεῖν, π βούλεσθε τοῦτο πρῶτον διδάσκειν ἡμᾶς: & ad extremũ, digeſtione vtitur apertiore: περὶ τοῦ παρανόμου βούλεσθε πρῶτον, τοῦτο τοίνυν ἐροῦμεν. His generibus cognatæ ſunt ſententiæ συμπληρωτικαὶ. Eſt autem συμπλήρωσις apud Græcis,

Ἐν τῷ περὶ στεφάνου.

Pro Pompeio.

Ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους

Græcos, Oratoria tranſitio, quemadmodum Latini *cant, vt apud Demoſth.* ἓν μὲν τοίνυν πολίτευμα τοῦ τοιοῦ τοῦ νεανίου τούτου. ἕτερον δὲ ἀναμιμνήσκεσθε. *Sic pro P. Quintio. docui, quod primũ pollicitus ſum, C. Aquili, cauſa omnino, cur poſtularet, non fuiſſe. quod neq; pecunia debebatur: & ſi maximè debebatur: commiſſum nihil eſ quare ad iſtam rationem perueniretur. Attendite nunc ex ædicto Prætoris bona P. Quintij nullo modo poſſider potuiſſe. &c.*

Ἐν τῷ περι-
ποφάνει.

SCHOLÆ.

Hermogenes ἔννοιαν vocat, quã Halicarnaſſeus, & alij νό μα, & ἐννόημα: quamuis πρότασιν, & ἀπόφανσιν. Ariſtotel appellat γνώμην, & ſententiã de moribus, de rebus fugiend & expetendis, γνωμολογίαν, quæ in ſententijs habet princ patum. Hermogenes ferè in ſingulis ideis, ſingula habet ſe tentiarum genera. habuimus autem quinq; ſententiaru genera. Primum κοιναὶ ſententiæ ſunt, καὶ εἰς ἅπαντας ἀν θοῦσαι, quæ ab omnibus intelliguntur, in quibus verbis co munibus, & vulgaribus vtendum eſt, vt, vos iſthæc intrò a ferte &c. Sunt κοιναὶ, non genere, ſed intelligentia, τῇ γνώ Eædem ſententiæ vocantur καθαραὶ, quia non ſunt comp ſitæ, ſed ſimplices. His contrariæ ſunt ſentẽtiæ περιεννοημέν inuolutæ ſententiæ, complicatæ, circumductæ, quibus περιβολῇ vtimur, quæ quaſi compoſitæ ſunt: & fiunt di bus modis, vel compoſitione, vel omiſſione. Compoſiti ne generis & ſpeciei, totius & partis, cùm ad partem aſſum tur totum. vt cùm omnes ordines Reip. corrupti ſunt, tu maximè equites. Omiſſione verò fiunt maioris, vel mino propoſitionis. Item, cũ conſequens, vel antecedẽs in Enth memate diſſimulatur. Sic cum ex genere intelligenda eſt ſ cies, vel ex ſpecie genus. καταστατικαὶ ſententiæ ſunt propo tionum. κατάστασις autem eſt vel narrationis, vel amplific tionis, cùm ſcilicet vnã rẽ ſimplicẽ proponimus. διατυπωτικ ſententiæ appellantur, quæ cauſam partiuntur, ideoq; p orationis hęc διαίρεσις vocatur. Diuiſio enim tanquam τύ rei efficit, vt ſi enumero caput, thoracem, ventrem, brach &c. Igitur διατύπωσις eſt partitio quædam, & oratoria dig ſtio. Eſt & genus ſententiarum συμπληρωτικόν, pertinens

tran

ranſitionem. Hæ poſteriores tres ſententiæ rectè ſeſe conſequuntur. Primò plærunq; præcedit propoſitio. vt Negamus te bona &c. Deinde locum ſecundum habet partitio, poſtremò quicquid in partitione propoſitum, & diuiſum fuit hoc continuatur, & adimpletur, per συμπλήρωσιν. Partitionem enim explicat tranſitio, illuſtriorem facit, & perficit. Duo prima ſententiarum genera ſunt inter ſe differẽtia, & ferè contraria tria ſententiarum genera ſequentia ſunt annexa, & inter ſe cognata.

De ſententijs grauitatis, τῆς σεμνότητος.

CAPVT VII.

HIS *generibus ſententiarum in puritate, & perſpicuitate vtimur. In grauitate autem alijs vtendum eſt. Itaq; traditur altera diuiſio ſententiarum: quæ rerum eſt propria. Omnes enim res aut humiles ſunt, & vulgares, aut graues, aut intermediæ, pro vt res ſunt de quibus pronunciantur. Ex humilibus ſententijs ſubtile genus dicendi efficitur: vt apud Poëtas: ſic etiam oratores. Sic apud Vergilium humilis eſt illa: Tytire tu patulæ recubans ſub tegmine fagi Syluestrẽ tenui Muſam meditaris ȧuena. Res verò magnæ, & graues quales ſunt: ales requirunt ſententias. Sunt autẽ grauium ſententiarum hæc genera. Primùm de Deo, & de reb. diuinis: Deinde de rebus naturæ magnis, raris, ſingularibus: cuius vtriuſq; generis, in Timæo Platonis multa ſunt, & varia exempla. Deinde de vita humana, de hominũ moribus, e virtutib. & vitijs. Poſtremò de rebus præclarè geſtis, de bello diuturno aliquo, de pace aliqua ſalutifera, de pugna, & clade pernitioſa, & ſingulari. Hæc cuiuſmodi nt, per ſe ſatis intelliguntur. Sed in reprehendendis vi-*

Sententiæ τραχεῖαι, aſperæ.

tijs magnorum virorum, adhibetur genus quoddam ſe
tentiarum graue, & aſperum: quod ἐπιτιμητικὸν *dicit*
vt, apud Demoſthenem: εἴπερ τὸν ἐγκέφαλον ἐν τοῖς κροτ
φοις, ἀλλὰ μὴ ἐν ταῖς πτέρναις καταπεπατημένον φορεῖ
Cicero minus aſper eſt, quàm Demoſthenes: cum de I
dicibus, aut de populo dicẽdum eſt. Nam in ſeptima Ve
rina, aſper quidem ille locus eſt in nobilitatem pronu
ciatus: Hominum nobilium non ferè quiſquam fauet n
ſtræ induſtriæ: nullis noſtris beneficijs beneuolentiam i
lorum allicere poſſumus: quaſi natura & genere diſi
cti ſint: ita diſsident à nobis animo, & voluntate. qua
quid habent eorum inimicitiæ periculi: quorum anim
iam antea habueris offenſos, quàm vllas inimicitias ſ
ſceperis? Tamen hoc non de iudicibus, nec de populo d
ctum eſt. Sed populare fuit nouis hominibus, de nobilit
te quaſi conqueri. Demoſthenes autem ne à populo q
dem abſtinet, vt ἀλλὰ μανδραγόραν πεπωκόσιν, ἤ τι φά
μακ' ἄλλο τοιοῦτον ἔοικαμὲν ἀνθρώποις. *Quanquam eti*
hic orátor ita aſper eſt: vt alias etiam adijciat ſententi
quæ quod aſperum eſt nimis leniant. Et laudantur
oratoribus ſententiæ τραχεῖαι διόρθωσιν ἔχουσαι, *& qu*
ſi μεθοδευθεῖσαι. *Sed hoc genus in maioribus perſonis,*
populi, Conſulum, Magiſtratuum, hac ratione temp
randum eſt. Aduerſus eos verò qui aut populo, & iudi
bus, aut nobis, & noſtris inimici ſunt, acerbiores eſſe p
ſumus: vt Cicero. Iam ne vides belua. Et contra Aeſc
nem Demoſth. ἀλλὰ μὴ σπερμολόγος περίτριμμα ἀγορ
ὄλεθρος, γραμματεύς. *Sic Macedonum regem Philipp*
barbarum audet Demoſth. & pernicioſum Macedon
appellare. Huic generi ſententiarum cæteræ etiam ad
merari debent ἐλεγκτικαὶ, καὶ ὀνειδιστικαὶ *&c.*

Ἐν τῷ περὶ τ' Ἀλοννήσου.

Ἐν τῷ κατὰ φιλίππ. δ.

In Piſonem.

SCHOLÆ.

Poſteriora illa quinq; genera ſententiarum poſuit Her
de

genes in puritate, & εὐκρινείᾳ, id eſt, perſpicuitate: ſed cùm de oratione magna, & ampla dicere voluit: tradidit alia præcepta τοῦ μεγέθους, τῆς σεμνότητος. Ex quo loco oportet ponere hanc partitionem, ſeu diuiſionem: quam ſubijcit Hermog. à rebus. Quot enim rerum genera ſunt, tot etiam ſententiarum. Res vel magnæ ſunt, & magnas requirunt ſententias: vel ſunt paruæ, & remiſſæ, quæ requirunt etiam tales ſententias: vel ſunt intermediæ. Humiles res ſunt: vt, Tytire tu etc. hîc viles ſunt perſonæ, paſtores, fiſtula eſt ex auena, eaque tenui Muſa, magnum nomen, ſed extenuatum, per epitheton, Syluestrem. Sed cùm Cicer. pro Roſcio Amerino de Sylla Dictatore loquitur, & illius occupationes, cum magnis, & cæleſtibus curis Iouis Opt. Max. confert, oratio quoque inſurgit, & fit magna. Hermogenes igitur quatuor ſententiarum grauium ſpecies ponit. I. de Deo. II. de effectis Deorum. III. homines. IIII. hominum effecta. Primum genus eſt de Deo, de condito orbe, de redempto genere humano &c. 2. de rebus Phyſicis, cùm de elementis, eorum loco, mutatione, fulminibus, ventis, ſphæris cœleſtibus loquor, & hæc quaſi diuina ſunt. 3. de rebus, quę ad vitam hominum pertinent & mores, vt quid proſit in Repub. fortitudo, iuſtitia, quàm ſalutares ſint in rep. temperantes, & prudentes ciues. De vitijs quoque graues ſententiæ ſumuntur, adeò vt penè maioribus clamoribus Catilina inſectandus fuerit, quàm Cn. Pompeius laudandus. 4. ſunt ſententiæ de alijs rebus magnis, vt de pugna ad Marathonem Salaminem, de rebus præclarè geſtis à maioribus noſtris, vel alijs. Prima ergo duo genera, cùm bona ſint, laudari tantùm ea conuenit: vltima duo, bona & mala eſſe poſſunt. Sunt igitur quædam ſententiæ ἐπαινετικαὶ, & ἐγκωμιαστικαὶ, ſeu ἐπιδεικτικαὶ, item μακαριστικαὶ, quæ ad virtutes & bona pertinent. His autem contraria, id eſt, vitia, & ſcelera, requirunt ſententias ἐπιτιμητικὰς, ἐλεγκτικὰς, καὶ ὀνειδιστικάς.

De ſententijs ſplendoris.

CAPVT VIII.

EST etiam apud Hermogenem, ſententiarum genus aliquod: quas ille λαμπρὰς vocat. quæ euidenter ab

Ἐν τῷ περὶ στεφάνου. Ἀναίρεσις.

Ἐν διατριβῇ, in rebus magnis, & grauibus, καυχηλικῶς.

ipſo oratore pronunciantur: in rebus magnificis, & factis glorioſis, κατὰ πεποίθησιν, *vt Græci vocant,* λεγόμεναι: *quibus vtimur, in commemoratione, aut noſtrorum officiorum, aut meritorum, aut factorum Reip. cauſa, à maioribus, cæteriſq́;, quos colimus, vel habemus charos. Et noſtrorum quidem beneficiorum tale eſt exemplum Demoſth. pro corona.* οὐ γὰρ λίθοις ἐτείχισα τὴν πόλιν, οὐδὲ πλίνθοις ἐγώ, οὐδ' ἐπὶ τούτοις μέγιστον τῶν ἐμαυτοῦ φρονῶ, ἀλλ' ἐὰν τὸν ἐμὸν τειχισμὸν βούλῃ δικαίως σκοπεῖν· εὑρήσεις, ὅπλα, καὶ πόλεις, καὶ τόπους, καὶ λιμαίνας, καὶ ναῦς, καὶ πολλοὺς ἵππους, καὶ τοὺς ὑπὲρ τούτων ἀμυνομένους. Ταῦτα προὐβαλόμην ἐγώ, πρὸ τῆς Ἀττικῆς ὅσον ἦν ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ δυνατόν. *Et Cicero de ſe, in oratione, pro P. Sylla, eodem modo magnificè: ſed non remotione differentium rerum, atq; negatione, in priori parte, vt Demoſthenes fecit, verùm incommodorum, & rerum aduerſariarum: Ego Conſul, inquit, cùm exercitus perditorum ciuium clandeſtino ſcelere conflatus, crudeliſſimum, & luctuoſiſſimum exitum patriæ comparaſſet: cùm ad occaſum interitumq́; Reip. Catilina in caſtris, in his autem templis atq; tectis, dux Lentulus eſſet conſtitutus: meis conſilijs, meis laboribus, mei capitis periculis, ſine tumultu, ſine delectu, ſine armis, ſine exercitu, quinq; hominibus comprehenſis, atq; confoſſis, incenſione vrbem, internicione ciues, vaſtitate Italiam, interitu Remp. liberaui. Ego vitam omnium ciuium, ſtatum orbis terræ, vrbem denique hanc, ſed omnium noſtrûm, arcem regum, ac nationum exterarum, lumen gentium, domicilium imperij quinq; hominum amentium, ac perditorum pœna redemi. Sed hoc pacto noſtra beneficia commemorari poſſunt. In alienis verò factis, tale Demoſth. exemplũ eſt, pro corona.* Ὑμεῖς τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λακεδαιμονίων γῆς καὶ θαλάττης ἀρχόντων, καὶ τὰ κύκλῳ τῆς Ἀττικῆς κατεχόντων ἁρμοσταῖς, καὶ φρουραῖς, εὔβοιαν, τάναγραν, τὴν βοιωτίαν ἅπασαν, μέγαρα, αἴγιναν, κλεωνας, τὰς ἄλλας νήσους, οὐ ναῦς, οὐ τείχη τῆς πόλεως τότε κεκτημένης ἐξήλθετε εἰς Ἁλίαρτον καὶ τὰ ἑξῆς. *Hoc genus de grauibus ſententijs differt, non magnitudine rerum: ſed aſſeueratione, celebratione, gloria, & earum rerum demonſtratione: quæ ad nos noſtróſue, aut ad eos, qui audiunt, pertinent. Sed tria videnda ſunt: Primò, vt grata ſint quæ commemorabuntur, deinde vera, inprimis autem: vt talia & tanta, cuiuſmodi ipſe orator velit ea videri. Eſt igitur hic locus rerum magnarum, & ſeriarum. In iocis verò, alia eſt ratio huiuſmodi ſplendoris: cuiuſmodi illa apud Vergilium paſtoris Corydonis: Nec quis ſim quæris Alexi: Quàm diues pecoris niuei: quàm lactis abundans. Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ: Lac mihi non æſtate nouum, non frigore deſit: Canto quæ ſolitus: ſi quando armenta vocabat. Amphion Dircæus, in Arctæo Aracyntho. Nec ſum adeò informis, nuper me in littore vidi Cùm placidum ventis ſtaret mare. non ego Daphnin, Iudice te, metuam, ſi nunquam fallit imago. Paſtoralis iſta amplificatio eſt, in Bucolico carmine decora, & vtilis. Sed alias res, forum, & curia requirunt: magnas ſcilicet, & gratas, atq; veras.*

Εννοιαι καυχηματικαὶ, αἱ κατὰ καύχησιν.

De ſententijs, orationis circumductæ.

CAPVT IX.

ALiud eſt etiam genus quoddam ſententiarum: de quo principio mentionem fecimus, exaggeratum,

& circumductum περιβεβλημένον, καὶ περινενοημένον, appellatum: qua aſſumptione fiunt rerum aliarum. Eam aſſumptionem Hermogenes πρόσληψιν vocat. Aut enim ad ſpeciem aſſumitur genus: vt Demoſthenes. Πονηρὸν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πονηρὸν πᾶς ὁ Συκοφάντης ἀεί. Τοῦτο δὲ καὶ φύσει κίναδος ἀνθρώποιόν ἐστιν. Aut ad finitum, infinitum adhibetur: vt, ſi vnquam Reſp. conſilium, grauitatem, & prudentiam, atq; ſapientiam iudicum implorauit: hoc tempore, hoc inquam tempore, implorat: & Demoſth. de corona. Πολλὰ μὲν οὖν ἔγωγ' ἐλαττοῦμαι κατὰ τουτονὶ τὸν ἀγῶνα αἰσχίνου: δύο δὲ ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, καὶ μεγάλα. Huic generi ſimplices contraria ſunt, abſq; aſſumptione facta, vt, Quæ res in ciuitate, duæ plurimum poſſunt: hæ contra nos ambæ faciunt, in hoc tempore: ſumma gratia, & eloquentia. Adiungitur etiam totum parti: vt, ἀλλ' ὅλης οὔσης ἱερᾶς τῆς ἀκροπόλεως ταυτησί, καὶ πολλὴν εὐρυχωρίαν ἐχούσης, παρὰ τὴν χαλκῆν τὴν μεγάλην ἀθηνᾶν ἐκ δεξιᾶς ἕστηκεν. His adiungit Hermog. ſententias, τὰς κατ' ἄθροισιν. i. per enumerationē coagmentatas. vt, in Leptinem: Τρία γὰρ τὰ μέγιστα ὀνείδη κτᾶται, φθονεροὺς, ἀχαρίστους, ἀπίστους εἶναι δοκεῖν. Aſſumuntur etiam ad res, earum attributa: vt perſona, tempus, locus, cauſa, modus, vt contra Midiam. ἐπειδὴ γὰρ οὐ καθεστηκότος χορηγοῦ τῇ Πανδιονίδι φυλῇ, τρίτον ἔτος τουτί, παρούσης δὲ τῆς ἐκκλησίας, καὶ τὰ ἑξῆς. Ad facta etiam, euenta aſſumi, hoc modo, poſſunt, vt in V. Verrina: Si ternos denarios, qui coëgit erit abſolutus, quaternos, denos, deniq; aut vicenos cogat aliquis, quæ erit reprehenſio? Ad cauſas, etiam effecta adiunguntur, hac ratione: vt accumulata, atq; exaggerata ſententijs, ſit oratio. vt, in Diuinat. in Verrem: Quas res luxuries, in flagitijs · crudelitas, in ſupplicijs; auaritia, in rapinis: ſuperbia, in cō-

Ἐν τῷ περὶ στεφάνου.

tumelijs: efficere potuiſſet: eas omnes ſeſe, hoc vno Prætore, triennium pertuliſſe.

Decimum genus ſententiarum eſt earum quæ vocantur περιεννοημένας quæ poſſunt nominari περιεσληπλεκαὶ &. περιβεβλημένας. De ijs igitur Hermog. ἐν τῇ περιβολῇ, &c. SCHOLÆ.

De ſententijs formæ dicendi ſimplicis.

CAPVT X.

IN figura verò dicendi, quam ἀφέλειαν nominat Hermog. id eſt, in ſimplici, tenui, atq; exili forma, etiam ſententias tradidit: quas figuræ nomine, ἀφελεῖς, ſeu exiles, & καθαρὰς, id eſt, puras vocat. Propterea quòd nihil habeant fictum, atq; fucoſum: quaſi puri, & candidi ſermonis, atq; animi. Harum quatuor genera enumerat. Vnum eſt τῶν ἀπλάστων ἠθῶν, non fictorum hominum: ſed qui moribus minimè ficti ſunt. vt, puerorum, & adoleſcentulorum, aut eorum, qui puerorum ſimiles ſunt: vt, mulierum aliquarum, & agricolarum & qui minimè mali ſunt. vt, Bucolicorum perſonæ ferè omnes: Comicorum multæ. Sunt enim hæ ſententiæ ferè propriæ Poëtarum. vt, Quò te, Mœri, pedes, an quà via ducit in vrbem? ô Lycida, viui quoniam conuenimus ambo, Tu calamos inflare leues, ego dicere verſus. Anacreontem ſcribit Hermogenes multas habere tales, et Mæandrum. Alterum genus in his, numerat earum, quæ his proximæ ſunt, de reb. vilib. & paruis, &c. At tu ſume pedum, quod, me cum ſæpe rogaret, Non tulit Antigenes, & erat tum dignus amari. Sic illa: De grege non auſim quicquam deponere tecum, Eſt mihi nanq; domi pater, eſt iniuſta nouerca: Bisq; die numerant ambo pecus, alter & hædos. Sed in priuatis cauſis, ſcribit Hermogenes, etiam Demoſthenes talibus ſolet vti. vt, Cõtra Stephanum: τὰ καταχύ-

σματα κατέχει. Et ad Nicoſtratũ, τὴν ῥοδονίαν ἐκτίλλειν, *& ad Eubulidem,* Τοινείας ὅτι ἐπίπρασκεν ἐν τῇ ἀγορᾷ ἡ μήτηρ. *Etiam in publicis cauſis, demonſtrat Demoſthenem vti, ſed paulò grauius. vt cõtra Aeſchinem:* ἡ μήτηρ σου τοῖς μετημερίνοις γαμοῖς ἐν τῷ κλίσιῳ τῷ πρὸς καλαμίτῃ ἥρωι χρωμένη τὸν καλὸν ἀνδρίαντα, καὶ τριταγωνίστην ἄκρον ἐξέθρεψέ σε. *Sed hæc per contemptionem, & vituperationem grauiter, in grauibus cauſis, dici debent. vt, Stetit gladiatus prætor, muliercula nixus in littore, & vt de vomitu Antonij, Cicero in Hippiæ nuptijs. Tertium genus ſententiarum tenuium, ſpectatur in argumentis, & ſimilitudinibus, hominum non callidorum: quæ ab animantib. brutis ſumuntur. Vt Torua Leæna lupum ſequitur, lupus ipſe Capellam, Florentem Cythiſum ſequitur laſciua capella. Te Corydon, ô Alexi. Trahit ſua quenq; voluptas. Quartum etiam genus argumentorum eſt, quæ à plantis, & ſtirpibus ſumũtur. vt, Alba liguſtra cadunt: vaccinia nigra leguntur. Vergilius magnus decori obſeruator, non ignorans hanc duplicem rationem ſententiarum, eodem in loco, coniungit, in prima Ecloga: Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus hædos Noram: ſic paruis componere magna ſolebam. Verùm hæc tantum alias inter caput extulit vrbes: Quantum lenta ſolent, inter viburna, cupreſſi.*

Exemplum in cauſa publica.

SCHOLÆ.

Habemus nunc decimum genus ſententiarum quod idem nomine ἀφελὶς ſimplex nominatur, ſimplex, tenue, exile, atque minutum. Eſtque hominum ἀπλάστων: qui non poſſunt πλάττειν, fingere: ſed falluntur, per τὰ πεπλασμένα, ficta καθαραὶ vocantur hæ ſententiæ, quòd nulla ceruſſa, nullus fucus ſubſit. Cicero in oratione pro S. Roſcio fingit S. Roſcium ἄπλαστον. Et vtuntur oratores eiuſmodi genere ſententiarum in priuatis cauſis, & ἠθοπεποιημέναις. Cùm autem & nobis quandoque vtendum eſt verſibus, ſcribendum Bucolicum carmen, &c. non debemus negligere hoc genus ſententiarum. vſurpatur etiam in Dialogis. vt apud Lucianum Ganimedes puer id quod Iupiter nectar vocat, ipſe lac nominat & ἀμβροσίαν, caſeum. in Terentio bona meretrix per ſe laudat nuptas. Regnant enim in his ſententijs Comici, & Bucolici, & oratores in ἠθοποιΐαις, quando ſcribunt alicuius perſonæ ſimplicitatem. Alterum genus Hermogenes rerum, & perſonarum genere diſtinguit. Ouid. Nauita de ventis, de tauris narrat arator: Enumerat miles vulnera, paſtor oues. Suauium ſententiarum ſex ſunt genera. I. αἱ μυθικαὶ fabuloſæ. Tota ferè μεταμόρφωσις Ouidij, Heſiodi θεογονία. Plato in conuiuio recitat fabulam de Cicadis, quas aliquando dicit homines fuiſſe. Item de Ἀνδρόγυνον, quem dicit ſimul & virum fuiſſe, & mulierem. Demoſthenes quoq; mentionem facit iudicij de Oreſte, & eiuſmodi ſententiæ ſæpe, καθ' ὑπόθεσιν, ab oratoribus finguntur II. ſunt hiſtoricæ ſententiæ fabulis tamen proximæ, vt de equo Troiano: quæ narrantur: ea non omnia videntur vera eſſe, ſed hoc ſecundum genus differt à proximo, quod primum manifeſtè eſt ψευδὲς, καὶ ἀδύνατον, alterum eſt ἄπιστον, poteſt tamen fieri. III. eſt in rebus veris, res affictæ, ſed vtiles: falſæ, ſed tamen quæ fieri poſſunt. vt apud Xenophontem in Cyri pædia. IIII. ſunt ſententiæ earum rerum quæ afficiunt ſenſus hominum: ſunt τῶν αἰσθητῶν. Nemo eſt, qui non libenter videat fontes, montes, prata, veſcentes pecudes. Et hoc genus quartum diuiſum eſt in duas partes. Nam aut bonarum rerum ſunt ſententiæ illæ, vt quæ omnibus placent: & iucundæ ſunt, atque gratæ, vt viridis color in herba: vel ſunt malarum rerum & illæ ſunt duplices, vel ſunt abſque vituperatione, & turpitudine, vt pictura excidij vrbis Troiæ erat malæ rei: ſed tamen delectabat AEneam, & eius ſocios. Ita AEneas dicit. Et hæc olim meminiſſe iuuabit. ita incendium, clades magna in bello: vel ſunt cum dedecore, & turpitudine, vt ſunt quædam Epigrammata, de rebus obſcænis. V. eſt ſententiarum ſuauium, eſt earum rerum quę ad nos, noſtros, noſtramque aut noſtrorum laudem & gloriam pertinent, ſunt τῆς φιλαυτίας. VI. genus ſuauium ſententiarum eſt cum rebus inanimis tribuimus ſenſum, & rationem, vt apud Vergilium. Ipſæ te Tytire &c.

De ſententijs ſuauitatis.

CAPVT XI.

ALiud eſt genus ſententiarum iucundum, ſuaue, & vt in guſtatu, ſic in animi ſenſu quaſi dulce, γλυκὺ à Græcis nominatum. Inter quas, primo loco numerantur ſententiæ fabuloſæ, vt ſunt in Platonis conuiuio, & in eiuſdem Phædro, de cicadis, quòd homines fuerint, antequam Muſæ euaſiſſent, vt apud Demoſthenem, de furiarum iudicio: & apud Ciceronem, de Cerere Emenſi. Deinde quæ ſententijs fabuloſis ſimilia ſunt: vt de Exemplum. *equo Troiano, de lupa nutrice Romuli, atque Remi. Deinde in veris rebus, aliæ res affictæ, vtilitatis cauſa. vt, in Herodoti hiſtoria, & Xenophontis educatione Cyri. apud quos aliqua vera, multa autem ciuiliter affictæ, propter rationem, & doctrinam rerumpub. gerendaru Deinde quæ ſenſibus iucunda ſunt: vt montium, fontium, amnium deſcriptiones, vt vrbis Syracuſæ, & portu Syracuſarum, apud Ciceronem: vt eſt illa etiam apu Vergilium. Ecloga enim & Idyllia hoc genus requirun Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hœdis, Lenta sali fœto pecori, mihi ſolus Amyntas. & illa: Muſcoſi fontes, & ſomno mollior herba: Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra. Sed hoc genus duplex eſt, aut enim bonarum rerum eſt, quas propè nemo aſpernatur: vt deſcriptio fontis Arethuſæ: vt quæ ſuperioribus exemplis comprehenſa ſunt. Aut etiam malarum quæ rurſus in du ſecantur partes: Aut enim abſq; dedecore ſunt: quæ, apu Vergilium, cum bonis rebus ſuauiſsimè commutantur, Melibœo: Stant & iuniperi, & caſtaneæ hirſutæ: Stra iacent paſsim ſua quæq; in arbore poma. Omnia nu rident: at ſi formoſus Alexis Montibus his abeat, vide*

&

& flumina ſicca. Incœpit Corydon à lætis, desijt in triſtibus: contrà verò Thyrſis ſubiecit. Aret ager, vitio moriens, ſitit aëris herba: Liber pampineas inuidit collibus vmbras. Hactenus triſtia, ager aridus ſcilicet & languētes herbæ, & nullæ vſquam vmbræ: ſequuntur læta, & plura, et maiora: quæ à Corydone erant commemorata. Phyllidis aduentu noſtræ nemus omne virebit. Iuppiter et læto deſcendet plurimus imbri. Alterum verò quod malarum rerum erat (vel quod in malis rebus adhibetur) eſt turpium rerum quas boni abominantur: mali amant, vt ebrioſi, libidinoſi, ſicarij. vt ſunt epigrammata turpia: de ijs rebus, quarum verba ipſa etiam mores inquinant, quæ tum demum laudantur, & gratæ ſunt: cùm inuolucris verborum occultantur. Suaues etiam ſententiæ ſunt de rebus, quæ ad nós pertinent, aut ad liberos, atq; adeò res noſtras, aut ad maiores. præſertim, ſi res ſint geſtæ cum felicitáte, cum laude, cum honore, cum gloria: quo genere Oratores ſæpe vtuntnr. In quibus tamen adulatio, aut amor ſui, atque oſtentatio vitanda eſt. Suaues etiam ſunt rerum ſententiæ, quibus rebus inanimis, aut ratione deſtitutis ſenſum, & conſilium tribuimus, vt Tityrus hinc aberat: ipſæ te Tityre pinus, ipſi te fontes, ipſa hæc arbuſta vocabant. Hoc genus duplicem ſuauitatem habet. Nam rerum ponuntur verba, quæ gratæ, atque iucundæ ſunt, & his ipſis rebus nullo ſenſu præditis, & ſenſus, & quaſi ratio attribuitur. Huius generis etiam eſt illud: Daphni tuum pœnos etiam ingemuiſſe leones Interitum, montesq; feri, ſyluæq; loquuntur. Humanitatem enim, quæ hominum propria eſt, immanibus beluis tribuit: & ſermonem, proprium hominis ornamentum, montibus & ſyluis indidit.

Hoc genus ſentētiarum 12. γλυκὺ vocatur à guſtatu Metaphora ſumpta. Nam ἡδὺ eſt quod omnibus ſenſibus placet: γλυκὺ verò quod guſtatū oblectat & linguam ſuauiter efficit.

Sex ſententiarum genera ſunt: quæ pertinent ad ideam

ſuauitatis. Apud Ciceronem etiam ponitur genus dice
graue. Primum hîc locum occupant ſententiæ μυθικαί.
locum habent ſententię hiſtoricæ, ſed penè fabuloſæ: vt ſu
de Remo &c. 3. Locum habent in rebus veris, falſis affi
vt ſunt ſententiæ apud Herodotum, & Xenophontem in C
ri παιδείᾳ. 4. genus eſt quod pertinet ad quinque ſenſ
Omnes delectamur colere viridi, pulchris ædificijs. Hoc g
nere vtuntur Bucolici ſcriptores, vt, Dulce ſatis humor
pulſis arbutus hœdis, Lenta ſalix fœto pecori: mihi ſolus
myntas &c. Item Muſcoſi fontes &c. Sed hoc genus qu
ſenſus afficit, eſt bipartitum, aut enim delectamur rebus b
nis, aut etiam aliquando malis. Bonis, vt ſuperiora ſunt: m
lis, vt cupiunt homines videre aliquam ruinam, incendiu
magnum. Et Aeneas ait: Et hæc olim meminiſſe iuuabi
Sed mala ſunt vel abſque dedecore, vt illa de quibus AEne
dixit: vel ſunt cum dedecore: vt apud Catullum obſcœ
habetis, & Martialem. Sed verecundi ſcriptores parcè hi
tuntur. 5. genus eſt eorum, quæ pertinent ad nos ipſos,
τῆς φιλαυτίας. Gaudemus audire res geſtas maiorum noſ
rum, aut etiam noſtras celebrari, & laudari. Ita orator
lens adhortari ad bellum, commemorat facta maioru
ſed in his vitanda eſt adulatio: quod maximè in hodie
præfationibus fieri ſolet: ita vt aliquando manifeſtum ap
reat mendacium. 6. genus ſententiarum ſuauitatis,
rebus inanimis tribuimus animos. vt, Tityrus hinc abe
ipſæ te Tytire pinus, &c. vel in alijs rebus etiam irratio
bus, tribuit rationem, vt Daphnin &c. Oratores in amp
cationibus etiam vtuntur hoc genere: vt, cùm inuocant,
compellant Albanos tumulos. Nemo enim appellat, &
uocat propriè mutos, & carentes animo &c.

De ſententijs æquitatis.

CAPVT XII.

EST *etiam apud Hermogenem, ſententiarum q*
dam genus, æquum, iuſtum, modeſtum, ἐπιεικὲς
minatum communi figuræ verbo, ſingulari verò μει
σαι, *id eſt, extenuantes nominatæ: propterea quòd*

q

quid extenuant, quod ad cauſam, & oratorem, aut res pertinet: id ſit plurimis modis. Primùm, cùm de cauſa oſtra, & iure aliquid concedimus. vt, contra Cononem Demoſthenes, quòd, cùm furti illum, & iniuriarum accuſare poßit: tamen depulſatione quæſtionem conſtitui oſtulet. Cuius generis eſt etiam illa quærela, pro P. Quintio, quòd priore loco, cauſam agat: cùm poſteriore oco defendere iure deberet. Deinde cùm ſe orator vnum de multis facit, etiamſi plus habeat authoritatis, aut poteſtatis. vt, contra Mydiam. ἐγὼ δὲ ὅπερ ἂν ἡμῶν ἕκαστος καὶ ὑβρισθεὶς προείλετο πρᾶξαι, τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐποίησα. *Sic etiam pro reis noſtris facere poſſumus. vt, pro Milone Cicero, cuius dicit ſeruos feciſſe, idem, pro domino ſuo, quod quiuis ſeruos ſuos facere vellet. Deinde cùm ſe rator oſtendit inuitum ad accuſandum deſcendere, & ontra conſuetudinem ſuam facere, vt pro Siculis contra Verrem Cicero. Poſtremò cùm ſe dicendi imperitum eſſe dicit, aut modica conſuetudine, & vſu præditum. vt, pro rchia Poëta, principio: & pro P. Quintio, Cicero. Illud quoq; nobis accedit incommodum, quòd M. Iunius, qui hanc cauſam, Aquili, aliquoties apud te egit, homo & in lijs cauſis exercitatus, & in hac multùm, & ſæpe verſatus, hoc tempore abeſt, noua legatione impeditus: & d me ventum eſt, qui, vt ſumma haberem cætera, temporis quidem certè vix ſatis habui: vt rem tantam, tot ontrouerſijs implicatam, poſſem cognoſcere. ita quod mihi in cæteris cauſis conſueuit eſſe adiumento: id quoq; n hac cauſa, deficit. Nam quo minus ingenio poſſum: bſidio mihi diligentiam comparaui. Quæ quanta ſit, iſi ſpacium, & tempus datum ſit, intelligi non poteſt. Huic generi contrariæ ſunt ſententiæ: quibus ſeſe maiobus viris. æquiparant oratores: & poteſt id quoq; fieri*

moderatè, atque modeſtè, quadam, vt Hermog. voc
παραμυθίᾳ, hoc eſt, emendatione, atque correctione,
poſt narrationem, in eadem cauſa, Cicero *contra H*
tenſium ſummum tum oratorem, & fori quaſi rege
poſteaquam dixiſſet. Nec *illud mihi arrogabo: me p*
cauſam commodius demonſtrare, quàm antea dem
ſtrata ſit, neque tamen tam multa verba faciam: p
pterea quòd & ab illo, qui ante dixit, informata i
cauſa eſt: & à me, qui neque cogitare, neque pronu
ciare multa poſſum, breuitas poſtulatur, quæ mihi
ipſi amiciſſima eſt. Hæc *inquã poſteaquam dixiſſet,*
in re ſeſe Hortenſio *æquiparat: ſed tamen, vt antè di*
modeſtè atque verecundè. Faciam *quod te ſemper*
maduerti facere Hortenſi. *totam cauſæ meæ diction*
certas in partes diuidam. tu id ſemper facis, quia ſem
potes: ego in hac cauſa faciam, propterea quòd in h
videor poſſe facere. quod tibi natura dat, vt ſemper po
hoc mihi cauſa dat, vt hodie poſſim. Non *eloquentia t*
buit, neque ingenio orator, ſed cauſæ & tempori id,
ſe cum Hortenſio *confert atq; componit.*

SCHOLÆ. Decimum tertium genus ſententiarum apud Herm
eſt τὸ ἐπιεικές. Ἐπιείκεια, eſt eius oratoris, qui mauult de
iure cedere, quàm ſummo iure aduerſarium perſequi. C
orator oſtendit mores ſuos æquos, iuſtos, & modeſtos.
mine ſpeciali vocantur ἔννοιαι μειονεκτοῦσαι diminuentes
quid de ſuo iure. generali vocabulo appellantur ἐπιει
πλεονεκτοῦσαι ſunt contrariæ ſententiæ, vbi orator plus
ſtulat quàm leges concedunt. Sententiæ autem animi co
nentis ſunt modeſtæ: cùm orator non poſtulat mortem
uerſarij: ſed tantùm pecuniariam aliquam pœnam: cùm
cuſare poſſet aduerſarium parricidij, ſolùm accuſat c
Quando autem orator debet aliquid petere: videre de
vt æqua petat. ideò ipſa δέησις, vocatur ἀξίωσις ab orat
bus, vt ſcilicet petamus τὰ ἄξια. ſemper ergo præferendę
ſent

ententiæ μειονεκτοῦσαι. Ita Demoſth. contra Colonem: & Ci-
ero pro Quintio conqueritur ſe vulnus cogere ſanare, ante-
uam ſit inflictum: ſed tamen patitur ipſe Cicer. & honeſtè
eiudicibus ſentit, atque ſtatuit. Huiuſmodi ſententiæ vo-
antur παραγραφικαὶ, pertinentque ad ſtatum tranſlationis.
t, ſi dico: poſſem eum accuſare ſacrilegij: ſed accuſabo eum
urti: & hoc eſt ſingulare vocabulum harum ſententiarum
hoc loco. Alterum genus ſententiarum, quę nominantur
ημοτικαὶ, ſeu δημοκρατικαὶ, populares. vt, vis loqui ad po-
ulum in libera ciuitate: ita loquere, vt videaris te ciuibus
uis non præferre. Ita Demoſth. cùm maxima, & multa pro
pub. feciſſet, & impendiſſet: tamen æquat ſe populo: & di-
t, quod quiuis veſtrum, etiam infimus faceret: hoc ego fe-
, in hac cauſa, contra Midiam. Hoc genus vocari poteſt
ημοκρατικόν. vt, cùm Conſul non loquitur vt conſul: ſed vt
ebeius: cùm princeps ſenatus non loquitur vt princeps ſe-
tus: ſed vt collega. hoc non ſolùm fit in perſona reorum.
Cicer. pro Milone. Milo talis vir fuit: vt non ſolùm ſerui,
d etiam nos pro illo pugnare debuiſſemus, imò ipſi ſena-
res. Si ita dixiſſet, fuiſſet regia ſententia: ſed dicit: quod
iuis ſeruum ſuum pro ſe facere voluiſſet: hoc ſerui Mi-
nis fecerunt. Tertium genus ſententiarum eſt προληπτι-
ν, habet vim occupandi. aliquando cogimur aliquid face-
& eſt hoc contrarium primo generi: in quo de noſtro iu-
emittimus. Sed quid faciendum: quando oportet me
tes ſumere accuſatoris? Oportet ſumere ſententias ἀνα-
υαστικὰς, καὶ προληπτικὰς, vt, cùm ciuis ciuem accuſare de
, ciuis ſenatorem &c. ſunt ſententiæ pertinentes ad ſta-
n remotionis: ſunt μεταστατικαὶ, cùm cauſam facti à ſe re-
uet orator: vt Cicero. Ego deſcendi ad partes accuſatio-
, perſuaſus à Siculis, & coactus: ideò Cicero ſtatim ſibiipſi
nitio obijcit: vnde hæc temeritas ô Cicero: defendiſti
ſcium, Quintium &c. Remouet ergo cauſam in officium
m: coactus facio, rogatus à Siculis, & horum neceſſitudi-
quæ mihi eſt cum Siculis. hoc ergo poſtremum genus
entiarnm ſuum ius tuetur. Primum genus remittit de
iure. Poſtremum genus ſententiarum eſt proprium τῆς
ης, καὶ ἐπιστήμης, artis, & facultatis. Vnuſquiſque de ſua
debet loqui. Nam orator debet occultare eloquentiam.

& deinde ſuam eloquentiam non debet alijs præferre:
debet orator oſtentare eloquentiam. Pro Quintio hoc f
Cicero: ſe imperitum in hac cauſa fatetur: & laudat M. I
um, quem dicit in multis & varijs cauſis exercitatum eſſe
in hac cauſa Quintij optimè verſatum. Hoc genus perti
ad verecundiam contra ſuſpicionem arrogantiæ, & oſte
tionis. Nō igitur, dicat quiſpiam, licet ſe alijs præferre? Cic
enim in Verrem dicit ſe Cęcilio eſſe pręferendū. Periculoſ
hoc eſt, de ſe ſc. dicere, & prædicare: præferre ſe alijs. Ideò n
lus maior mihi eſt ſcopulus in diuinatione Verrina, qu
ille. Sed mirabiliter Cicero hoc facit, & verecundè, nam c
temnit quidem Cæcilium: ſed Hortenſium magnificè l
dat. Præterea oſtendit, quòd diligentia ſumma ea ſibi c
parauerit: quæ defuerant ipſius ingenio. In Quintiana
tione pulchra eſt contentio. Comparat ſe Hortenſio. & p
ponit ſe quoque Hortenſio. Sed puto totum illum locu
Quintiana eſſe εἰρωνικὸν, qui eſt in partitione. Vbi dicit H
tenſium ſemper ſolitum eſſe partiri cauſas, quia ſemper
ſit: ſed non ſemper ſe illud poſſe, quia verò in hac cauſa
ſit: ſe quoque eodem modo eam partiturum. Ego p
Ciceronem quaſi illudere Hortenſium, quod ſemper ea
μεθόδῳ vtatur, eadem oberret chorda.

Sententiæ ironicæ.

CAPVT XIII.

*Numerantur etiam inter ſententiarum genera,
quæ vocantur εἰρωνικαὶ, aliud dicentes, aliud ſi
lantes. vt pro P. Quintio. Ibi tùm vir optimus Se
Næuius hominem multis verbis deterret, &c. Sed I
detegitur aliquando ſubiectione facta aliarum ſent
rum, aut aliqua facta immutatione. vt apud Demo
nem.* Αὐτὸς ὢν οἶμαι θαυμάσιος στρατιώτης, ὦ ζεῦ.
huiuſmodi ſunt vocat Hermog. σχετλιαστικὰς, *aliqu
licet, quod aut turpe, aut indignum eſt, veluti dete
tes. Ironia etiam aliquando facta iteratione conſ
tur, vt in eadem narratione pro P. Quintio. Tum i*

opt

timus, vereor ne ſe derideri putet, quòd iterum iam di-
optimus. Hæc verò ſunt omnium ſententiarum genera
ud Hermog. Aut enim communes ſunt ſcilicet, aut rem
oponentes, aut cauſam diuidentes, aut rem demonſtra
m concludentes, perficientes & ad aliam tranſeuntes,
t humiles, aut graues, aut obiurgantes, aut confiden-
, aut circumductæ, atque reconditæ, aut ſimplices,
t dulces, aut modeſtæ, aut diſſimulantes.

SCHOLÆ.

Tredecim ſunt igitur genera ſententiarum: ſed inuenitur
cimum quartum genus apud Hermogenem, ſc. εἰρωνικόν.
idam εἰρωνείαν tribuunt ornamentis verborum. Plæriq;
nen eam inter ornamenta ſententiarum referunt. Ponitur
s exemplum à Grammaticis. Egregiam verò laudem, &
lia ampla refertis Tuque puerq; tuus. Apud Ciceronem,
etis ſimilem locum: Tum vir optimus S. Næuius, &c.
etiam poſt εἰρωνείαν, aliquãdo χετλιασμός. Cùm ſc. dete
r motus, vt apud Demoſthenẽ ὁ θαυμαστὸς στρατιώτης ὤν.
iungitur χετλιασμὸς· ὦ Ζεῦ, καὶ θεοί. Triplex igitur εἰρω-
, vna ſimplex, vt egregiam verò laudem &c. altera εἰρω-
cum detecto motu. tertia ironia iterata, & ſecundo loco
firmata. vt apud Cicer. Tum iſte vir optimus, iterat iro-
m, vereor ne ſe derideri exiſtimet &c. Eſt ſecundo loco
probata, & iterata eodem ſchematiſmo. Sunt ergo hæc
era ſententiarum apud Hermogenem. κοινὸν commune
per omne genus cõmeant. vt, veni, vidi, vici: Vos iſthęc
auf. &c. Si plures res exponuntur, dicuntur ſententiæ
υπωτικαί. Διατύπωσις enim eſt partium, κατάστασις verò eſt
s rei, quæ & rem proponit, & etiam adiunctam habet
tionem, & beneuolentiam, vt cùm rogas, vt te audi-
attentè, vel beneuolè. Διατυπωτικαὶ ſententiæ oſtendunt
ero de quibus dicendum ſit, item ordinem oſtendunt.
ληρωτικαὶ ſentẽtiæ, inſeruiunt diuiſionibus. Nam tùm
dicitur res: cùm percurrimus per omnes partes, & mẽ-
t cùm dicis, hactenus de prima parte: venio ad alteram.
imur in tranſitionibus. Ideò vocantur à Latinis ſenten-
anſitionis. Sunt etiam ſententiæ, rerum humilium τῶν
, vt de poculo fagino, arena. Sunt etiam σεμναί, item

ἐπιτιμητικαί, vt, Iámne vides belua, eſt ἔννοια ὀνειδιστική. S etiam αἱ κατὰ πεποίθησιν, quæ oſtendunt fiduciam orato vt Cic. dicit: ſi Verres euadat ex hoc iudicio ſe habere ali iudicem, id eſt populum, vbi ipſum tenere velit. Item ſent tiæ ἀποτετορνευμέναι: vt ſunt ſententię Enthymematicæ, in q bus omittitur aliqua propoſitio, dicuntur ſententiæ recon tæ, circumductæ &c. Sententiæ ſimplices ſunt ſimplici hominum, quibus vtuntur pueri, mulieres. Modeſtæ nique, & εἰρωνικαί ſunt ſententiæ &c.

Sententiæ apud Ariſtotelem, quas γνωμολογίας nominat.

CAPVT XIIII.

SED eſt apud Ariſtotelem, aliud genus ſententiar quas ille γνώμας vocat, & ea de cauſa γνωμολογίας minat, harum ſcilicet ſententiarum quaſi pronuncia nes: quæ locorum ſunt communium generales de re uerſa, non ſingulari, neque de re quauis: ſed de rebu nis, & malis fugiendis, & expetendis. De Deo, de re one, de fato, de prouidentia, & de ſimilibus rebus bus, magnis, admirandis, ad vitam hominum perti tibus. Cuius generis ſunt ſententiæ illæ, quarum He in figura grauitatis meminit, atque huiuſmodi ſe tiæ in Dialecticis concluſionibus primum locum te Detracta enim ſecunda propoſitione, concluſione, reliquum ſit; ſentētia eſt, modo de re vniûerſa ad vi & ad mores pertinens. vt, οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ᾽ ἀνὴρ εὐδ νεῖ. Nemo eſt mortalium quiſquam: qui ſemper feli Nemo etiam, qui omnibus horis ſapiat. Omnis a ſententia, aut ratione adiecta caret, quam Ariſtot. λογον vocat, aut ratione aliqua approbata eſt. Ratio egent, quæ vel per ſe probantur, vel quia antea co et audita ſunt, aut vſurpata vulgò. vt, Ἀνδρὶ δ᾽ ὑγι *ἄριστον ἐστιν, ὥσγ᾽ ἡμῖν δοκεῖ. Optima res aqua, aurum verò in bonis, & facultatibus, vt ignis elucet, vel quia ſimulac pronunciata ſunt intelliguntur, et approbantur, vt, οὐδεὶς ἐραστὴς ὅστις οὐκ ἀεὶ φιλεῖ. Sed quæ ratione eget ſententia, ea vel pars eſt Enthymematis, cuius exemplum Ariſtoteles ponit. χρὴ δ᾽ οὔποθ᾽ ἀρτίφρων πέφυκ᾽ ἀνὴρ, παῖδας περισσῶς ἐκδιδάσκεσθαι σοφούς. Hactenus ſententia eſt, & prima pars Enthymematis. Sequitur altera ratio: ſcilicet probans id quod erat inopinatum. Quis enim malum putet filios habere eximiè ſapientes. Χωρὶς γὰρ ἄλλης ἧς ἔχουσιν ἀργίας φθόνον πρὸς ἀνδρῶν ἐμφαίνουσι δυσμενῆ. Nam præter reliquam eorum ignauiam, inuidiam, apud ciues inueniunt grauem.*

SCHOLÆ.

Non putaui, iſtud 15. genus ſententiarum prætereundum, propterea quòd crebrò vſurpandum, hoc eſt, non oportet nimis ſententias generales ponere, ſed aſtringendæ ſunt ad res certas. Ideò Ariſtoteles dicit non eſſe cuiuſuis γνωμολογεῖν, etiam apud ſapientes ſententias loqui non ſemper decet. Ideò ſenex apud Terent. increpat ſeruum. Etiam ſententias loqueris carnifex. Et quanquam oratores præcipiunt orationem debere eſſe ſententioſam: tamen aſtringendæ ſunt ad res ſingulares. Illa ſententia apud Demoſth. ἀντὶ πολλῶν ὑμῖν, &c. eſt ſingularis, facta ex generali ſcilicet prudenti populo conſilia bona magno redimenda ſunt. Oratore prudente in rep. nihil præſtantius. potuiſſet vti Demoſth. hac ſententia. Sed orator non voluit γνωμολογεῖν, noluit ſententiam extare, ideò ex ſententia generali fecit ſingularem. Et cùm vultis iudicare an oratores ſint ſententioſi, debetis ex ὑποθέσεως facere θέσιν. &c.

Eſt alterum genus ſententiarum quod pars Enthymematis non eſt, ſed vim habet Enthymematis, ἐνθυμηματικὸν idcirco ab Ariſtotele nominatum: atq; id genus acutum, & eruditum eſt: & probatur præ cæteris ſententijs Ariſtoteli, vt ἀθάνατον ὀργὴν μὴ φύλαττε θνητὸς ὤν. Homo *ſum, humani à me nihil alienum puto. Mors non eſt dolor, ſed doloris metus.* Θνατὰ χρὴ τὸν θνατὸν, οὐκ ἀθάνα τὸν θνατὸν φρονεῖν. *Nam cùm dicitur, mortalem mortali decet cogitare: docetur id ex contrario. Non enim immortalia mortalem decent. Sic ira non debet eſſe immortalis, mortales enim ſumus. Sic humani nihil à me alienum puto, homo enim ſum. Mors non eſt dolor. eſt enim metus potius doloris in viuo: quàm dolor in mortuo. Rationem qua ſententia confirmatur Ariſtoteles* ἐπίλογον *vocat, quaſi adiectam ſententiæ propoſitæ rationem, cu vel priore loco ponitur, vt in illa apud Cicer. pro P. Quintio. Etenim ſi veritate amicitia, fide ſocietas, pietas propinquitas colitur: neceſſe eſt, eum qui amicum, ſocium, propinquum fama, ac fortunis ſpoliare conatus eſt, vanum ſe & perfidioſum, & impium eſſe fateatur. vel apponitur loco poſteriore ratio, vt vigilandum etiam atque etiam eſt: quies enim diuturna vitijs alimenta ſuppeditat. Ariſtoteles ſiue præponatur ſiue poſtponatur* ἐπίλογον *vocat, id non fit apud Dialecticos, qui rationem præpoſitam* προσυλλογισμὸν *vocant, poſtpoſitam vero* ἐπισυλλογισμόν. *Diligenter etiam videndum eſt, quibus in locis ſententijs vtendum ſit, & quos vti deceat. Non enim ijs vtendum eſt, niſi cùm neceſſariæ ſunt, aut maximopere vtiles. Neq; omnes decent ſententiæ, ſed ſenes & experientes homines, aut qui pro ſenibus habentur, vt ſapientes, & vſu rerum magno, atq; authoritate præditi. Hæc cauſa eſt, quamobrem apud oratores, paucæ extent in ſingulis orationibus ſententiæ eiuſmodi generales, & infinitæ, cùm tamen orationes eorum plenæ ſint ſententijs, etiam Philoſophicis, quæ rerum ſunt vniuerſarum, atque infinitarum, verùm ratione perſonis, atq; temporibus aſtringuntur ab oratoribus bonis, vt vis eo-*

rum lateat, & ſplendor non appareat, & plus poſſunt in cauſa finita occultatæ, quàm in infinita pronunciatæ ſimpliciter.

SCHOLÆ.

Hoc eſt quintumdecimum genus ſententiarum, quæ genera puto eſſe obſeruanda in omni compoſitione, & reſolutione quoque oratorum. κοιναὶ, καταστατικαὶ, διατυπωτικαὶ, συμπληρωτικαὶ, ταπειναὶ, σεμναὶ, ἐπιτιμητικαὶ, ὀνειδιστικαὶ, περινενοημέναι, καὶ βαθεῖαι, ἁπλαῖ, γλυκεῖαι, ἢ ἡδεῖαι, ἐπιεικεῖς, εἰρωνικαὶ, αἱ κατ̀ πεποίθησιν. His generibus adiecimus γνώμας, de quibus apud Ariſtotelem lib. 2. cap. 40. Dicuntur autem ἔννοιαι omnes ſententiæ de quibus cogitas, de quacunque rē ſint pronunciatæ. Sed γνῶμαι dicuntur ſententiæ, ἀπὸ τ̃ γνώσεως, à notitia, & cogitatione. Ἔννοια ergo eſt cuiuſuis rei. Γνώμη eſt rerum fugiendarum, & expetendarum. Hoc genere in grauitate præcipuè eſt vtendum, & in λαμπρότητι: quæ ſimilis eſt τῇ σεμνότητι. Sed vſurpatur aliquando hoc genus ἠθοποιητικῶς. vt ipſe Terentius. Aliquando ſeruos introducit γνωμολογεῖν, ſed hoc eſt decorum Poeticum, & Comicum, non autem oratorium. Sententiarum genera Ariſtoteles tradit quatuor: quæ poſſunt in duo contrahi. I. Sententias quaſdam ſcribit, per ſe eſſe cognitas, vt amicorum communia ſunt omnia, ita præcepta morum apud Poëtas, ideò iſtæ ſententiæ poſſunt afferri, abſque vlla probatione. II. genus eſt τῶν αὐτοπίστων, quæ non quidem antea ſunt cognitæ, ſed ſimulac afferuntur, ſtatim intelliguntur. οὐδεὶς ἐραστὴς ὅστις οὐκ ἀεὶ φιλεῖ. Iſta ſententia dicitur αὐτόπιστος, nemo enim contra ſentit, nam qui non ſemper amat, is non eſt conſtans amator. III. genus eſt compoſitum, vocatur ἐνθυμηματικὸν. vt, plus vigila ſemper: nec ſomno deditus eſto. Ratio. Nam diuturna quies vitijs alimenta miniſtrat. IIII. genus eſt earum, quæ non actu ſunt enthymemata, propoſitione, & ratione aperta, ſed δυνάμει, ἢ ἀναλύσει, ſunt ἐνθυμήματα, vt homo ſum, humani nihil à me alienum puto. Mortales non decet immortalia ſequi. Si reſoluas, videbis propoſitionem apertam, & rationem apertam. Vocantur hę ſententiæ ab Ariſtotele ἐνθυμηματικαὶ, quia eandem vim habent, vt illæ quæ ſunt tertij generis. Et iſtud quartum genus ſententiarum eſt acutum & laudabile, quia occultatus ars. Sententiæ quæ antea cognitæ ſunt ſolæ à nobis debent recitari non probari, nam recitantur à nobis aliena fide. Eodem modo etiam cùm per ſe cognitæ ſunt. Quòd ſi adferas aliquid, quod ſit contra opinionem, quod ſit παράδοξον, opus eſt probatione, & demonſtratione plena, quando coniungitur ratio cum ipſa propoſitione. Hæc ergo quatuor genera, ad duo rediguntur. Sententiæ aliæ ſimplices ſunt: aliæ compoſitæ. Simplices, vt ſunt αἱ ἀπόδεικται, καὶ ἐγνωσμέναι. Item ἀνθομολογουμέναι, καὶ αὐτόπιστοι. Compoſitæ, vel ſunt actu tales: quæ apertam habent rationem, & propoſitionem: vel ſunt δυνάμει, vi & facultate. Tradidit Ariſtoteles etiam diuiſionem τῶν γνωμῶν: propter illud tertium genus ſententiarum: omnis, inquit, ſententia eſt vel ἄνευ ἐπιλόγου, vel μετ' ἐπιλόγου. Ἐπίλογον autem vocat rationem, vel præpoſitam, vel poſtpoſitam. Dialectici verò ſi ſyllogiſmus probans primo loco ponitur, vocant προσυλλογισμόν. Si autē ponatur poſteriore loco vocant προσυλλογισμόν. Sequitur, vt dicamus quando & quibus ſententijs vtendum ſit. In grauibus rebus vti debemus ſententijs, cùm homines errant, & putant bonum malum eſſe, & malum bonum, putant id quod fugiendum eſt, eſſe expetendum: non autem quiuis vti poteſt γνωμολογίαις. ſenes ſæpe & ſuo iure vti poſſunt ſententijs. Vitioſum verò eſt adoleſcentes, & iuniores ſententias proferre. Ideò oratores rariſſimè generalioribus ſententijs vſi ſunt: & aſtrinxerunt eas perſonis certis, item locis, temporibus, & ſimilibus attributionibus. Ita, ſi quis ὑποθέσεις illas velit reuocare ad θέσεις: inueniet plurimas ſententias.

De Methodis, hoc eſt, de ornamentis tractandarum ſententiarum.

CAPVT XV.

ATque hæc de ſententijs, quæ pars vna eſt & princeps, ex quibus omne perficitur atq; ſpectatur dicendi genus, atq; figura. Poſt has tractandi ratio conſideranda eſt: quam Hermogenes μέθοδον *vocat: quæ poſita eſt in ornamentis ſententiarum, quæ à Græcis rheto-*

ribus σχήματα vocantur τῆς διανοίας. Hæc etiam multiplicia ſunt: vel potius adeò multa: vt omnia à rhetoribus non ſint enumerata. Sunt tamen apud Hermogenem iſta præcipua: quarum prima ponitur ἀφήγησις ψιλὴ, ſimplex ſcilicet & ſolitaria rei expoſitio, cui contraria eſt πρόσληψις, ratio aſſumendi generis, totius, infiniti, qualitatis, ſimiliumq́ rerum: de quibus in ſententijs dictum eſt. Huius verò ſimplicis narrationis id exemplum eſt in Quintiana cauſa: Hic cùm rem Gallicanam cuperet reuiſere: hominem in præſentia non vadatum: ita ſine vadimonio diſceditur. Deinde Romæ xxx. dies ferè commoratur, cùm cæteris quæ habebat vadimonia differt: vt expeditus in Galliam proficiſci poſsit. Proficiſcitur, Roma egreditur ante diem III. Cal. Febr. Curione & Norbano Coſſ. L. Albius S. filius Quirinus vir bonus, & cum primis honeſtus ſimul profectus eſt. Cùm veniſſent ad vada Volaterrana, quæ nominantur: vident perfamiliarem Nauij: qui ex Gallia pueros venales iſti adducebat, L. Publicium, qui vt Romam venit narrat Næuio, quo in loco viderit Quintium: quod niſi ex Publicio narratum eſſet Næuio, quo in loco viderit Quintium, non tam citò res in contentionem veniſſet, &c. Non opus eſt hunc locum totum recitare vſque ad extremam narrationem. quæ inſequuntur cætera ſimplici hac narratione expoſita ſunt. Sed hîc cauendum eſt, ne aliquando aſſumpta pro ſimplicibus, & adiuncta pro domeſticis & proprijs habeamus. Eſt quidem illa in VI. accuſatione minimè grandis narratio: ſed multa aſſumpta habet: quæ quoniam ſeorſim poſita ſunt, pro ſimplicibus haberi poſſunt à dicendi imperitis. Sunt enim tractata χωρισμῷ, id eſt, ſeparatione rerum quæ coniungi debebant in oratione exili. C. Hegius eſt Mamertinus (omnes hoc

Αφήγησις ψιλή.

Eſt hîc πρόσληψις cauſæ, ſed non amplitudinis cauſa. manet enim in ſimplicitate.

Πρόσληψις qualitatis, neceſſitatis, cauſæ, factorum. Nam vult eo vti teſte. ideò oportebat eũ commẽdare.

mihi facilè concedent.) qui Meſſanam acceſſerunt, omnibus rebus in illa ciuitate ornatiſſimus. Huius domus eſt vel optima Meſſanæ, notiſſima quidem certè & noſtri hominibus apertiſſima, maximeq́ hoſpitalis. ea domu ante aduentum iſtius ſic ornata fuit: vt vrbi quoque eſſe ornamento. Nam ipſa Meſſana, quæ ſitu, mœnibus, portuq́ ornata ſit, ab his rebus quibus iſte delectatur, ſanè vacua atque nuda eſt. Longum eſt hunc locum totum dictare. Sed omnia quæ ibi commemorantur, ſeorſim paucis verbis comprehendi poterunt. C. Hegij domo ex ſacrario, Cupidinis & Herculis ſignum, & Canephora abſtulit, vnum ſignum bonæ fortunæ reliquit. Verùm nos non iam narrandi rationem tradimus: ſed demonſtrãdum fuit, quæ ſimplicis ſit expoſitionis forma, quam ἀφήγησιν ψιλὴν, *ſecuti Hermogenem appellamus.*

SCHOLÆ.

Secundus locus ex illis octo Hermog. præceptis tribuitu τῇ μεθόδῳ. pro vt enim res eſt, talem requirit ſententiam, & qualis ſententia, talis quoque ſententiæ tractandi eſt ratio. Quæ igitur alij Rhetores vocant σχήματα διανοίας: ea vocantur ab Hermog. μέθοδοι. Dialectici totam rationem artis tractandæ vocant μέθοδον, totam doctrinam, & præceptione alicuius artis. Non ita accipit Hermog. hoc vocabulum. I enumeratione autem Schematum, ſequar figuras & ordinem Hermog. Prima ergo μέθοδος eſt, quæ vocatur ἀφήγησις ψιλὴ, ſimplex ſcilicet narratio, & ſolitaria: quæ res habet ſolùm neceſſarias, & cauſæ proprias, quæ nihil hab alienum, aduentitium, appoſititium. Διήγησις verò eſt, to cauſæ expoſitio, etiam ampla, copioſa, referta alijs multis rebus. Ἀφήγησις verò eſt vnius partis, vnius rei breuis & ſimplex expoſitio. Hęc ἀφήγησις habet duo ornamenta ſibi contraria: quorum vna dicitur πρόσληψις, aſſumptio rei alien qua amplificare ſtudent oratores rem ſimplicem, & ſic oratio ὀγκωδεστέρα. Altera eſt χωρισμός. differunt autem. πρόσληψις fit in eadem periodo: vt, cùm in philoſophia mult ſint obſcuræ quæſtiones: nulla tamen obſcurior, quã ea, qu eſt de natura Deorum. χωρισμὸς verò ſecat illas periodos, & ſcorſim ponit res, & qualitates rerum: & quæ vna περιόδῳ poſſent comprehendi, in plures ſecat.

Hæc igitur eſt vna, & prima ratio tractandi artificioſa ſententiam apud Hermogenem in puro dicendi modo. Cui contraria eſt aſſumptio: de qua dictum eſt, & qua vtimur in oratione plena & copioſa. Item diductio, quàm χωρισμὸν *vocant, quæ res vnius generis, aut actionis, & facti, quæ vno verborum ambitu comprehendi poſſunt, diuidit, atque diſtribuit multis verborum & ſententiarum comprehenſionibus. Altera verò ratio tractandi ponitur ab Hermogene in perſpicuo dicendi genere, digeſtio ſcilicet ordinis: quæ, in cauſa multiplici & obſcura, eſt veluti* εὐταξία *partitionis: cùm orator aut orat, vt ſuo ſibi liceat arbitratu, quo velit ordine, vti: aut ordinem indicat: aut cauſam ordinis aduerſario tribuit. Ordo autem indicatur hoc pacto in I. Philippica. Antequam de Rep. P. Con. dicam ea, quæ dicenda hoc tempore arbitror: exponam vobis breuiter conſilium & profectionis, & reuerſionis meæ. Sic Demoſth.* Δεῖ δὲ ἡμᾶς πρῶτον ἁπάντων ἀκοῦσαι καὶ μαθεῖν, τί ποτ' ἐστὶν τὸ χεῤῥόνησον, ἡμᾶς ἀσφαλῶς ἔχειν, πεποιηκώς. *Cauſa verò ordinis & rerum dicendarum aſcribitur aduerſario eo modo: quo pro Murena. Et quoniam in hoc officio ſtudium meæ defenſionis ab accuſatoribus, atque etiam ipſa cauſæ ſuſceptio reprehenſa eſt: antequam pro L. Murena dicere inſtituo: pro me ipſo pauca dicam, non quo mihi potior hoc quidem in tempore ſit officij mei, quàm huiuſce defenſio: ſed vt meo facto vobis probato, maiore authoritate ab huius honore, fama, fortuniſq; omnibus inimicorum impetus propulſare poſſim. Ita etiam Demoſth. accuſatori cauſam tribuit, quamobrem de ſe, ſuiſq;, pro*

Πρόσληψις.

Χωρισμός.

Εὐταξία.

Hoc eſt & διαιρετικὸν, & τακτικόν.

Rep. geſtis ſit acturus. Κακοήθης δ' ὢν αἰσχίνη, τοῦτο παντελῶς εὔηθες ᾠήθης, τοὺς περὶ τῶν πεπραγμένων καὶ πεπολιτευμένων λόγους ἀφέντα με, πρὸς τὰς λοιδορείας τὰς παρὰ σοῦ τρέψεσθαι, οὐ δὴ ποιήσω τοῦτο, οὐχ οὕτω τετύφωμαι, ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τῶν πεπολιτευμένων, ἃ κατεψεύδου καὶ διέβαλες, αὐτίκ ἐξετάσω. ***Sic Cicero pro Sylla contra Torquatum. Et quoniam L. Torquatus meus familiaris & neceſſarius, iudices, exiſtimauit ſi noſtram in accuſatione ſua neceſsitatem, familiaritatemq́ violaſſet, aliquid ſe de authoritate defenſionis meæ poſſe detrahere: cum huius periculi propulſatione coniungam defenſionem officij mei. Eſt etiam dilucida tractandi ratio ordinatione orationis aduerſaria renouare, & ad eum ſuam quoque partitionem dirigere, vt Cic. facit in principio pro A. Cluentio. Animaduerti, iudices, omnem accuſatoris orationem in duas fuiſſe diuiſam partes.***

SCHOLÆ.

Hermogenes ἐν καθαρότητι, ponit methodū ſc. ψιλὴν ἀφήγησιν, ἢ ἁπλῆν διήγησιν, cui adiecimus duas contrarias, ſcil. πρόσληψιν: cùm aſſumuntur etiam aliena, qualitates, circumſtantiæ, & quæ ſunt huiuſce generis, ſed in vna, eademque iſta manent periodo. Ideò alteram diximus eſſe χωρισμὸν, quando ex vna periodo plures fiunt. Iam ſequitur quarta methodus: quæ nihil aliud eſt: quàm ἔνδειξις τῆς τάξεως. Cicero vocat digeſtionem. quemadmodum ἀφήγησις eſt narrationis methodus: ita digeſtio eſt μέθοδος partitionis, quoniam ἀφήγησις adfert lumen rebus narrandis: εὐταξία verò rebus diuidendis. Sed iſtud apud oratores fit multiplici ratione: aliquando orator indicat ordinem, quo vti velit, vt Cic. in I. Philippica: Demoſth. in Philip. δεῖ δ' ὑμᾶς, &c. Cicero habet & partitionem, & digeſtionem. Demoſthenes ſolùm vſus eſt in citato exemplo digeſtione, non partitione. Oſtendit quid primum ſit dicturus, ſed non indicat, quot de rebus velit dicere. Aliquando orator oſtendit ſe velle dicere & cauſam tribuit aduerſario. ἔνδειξις τῆς τάξεως: aliquando eſt μεταστατική. Cùm cauſa ordinis renouatur, & transfertur in aduerſarium. vt, cùm aliquid odioſum eſt, oportet oratorem cauſam à ſe remouere in aduerſarium. vt Cicero pro L. Murena, quod exemplum habet διαίρεσιν, & ἔνδειξιν τῆς τάξεως. Cicero tractauit paulò ſua copioſius quàm Demoſthenes. primum exemplum eſt διαιρετικὸν, & τακτικόν. ſecundum eſt tantùm τακτικόν. tertium habet εὐταξίαν, & τὸ ἦθος. Demoſth. tractatione vtitur ſimili in oratione pro corona, ibi vtitur hac Methodo, ſed κατ' ἀποστροφήν. quartum exemplum eſt ἐπιτιμητικὸν κατ' ἀποστροφήν. quintum exemplum tradidimus propter aduerſarij partitionem, quam orator aliquando vel ſequitur, vel immutat.

Huic coniuncta eſt tertia ratio ἀξίωσις τῶν ῥηθησομένων, cùm poſtulat orator, vt ſibi liceat ſuo ordine, & ſuo vti dicendi genere & ratione. vt pro Archia Poëta. Sed ne cui veſtrum mirum eſſe videatur, me in quæſtione legitima, & in iudicio publico cùm res agatur apud prætorem Pop. Romani, lectiſs. virum, & apud ſeueriſs. iudices: tanto conuentu hominum, & frequentia, hoc vti genere dicendi: quod non modò à conſuetudine iudiciorum, verùm etiam à forenſi ſermone abhorreat: quæſo à vobis, vt in hac cauſa mihi detis hanc veniam, accommodatam huic reo, vobis quemadmodum ſpero, non moleſtam: vt me pro ſummo Poeta, atque erudítiſs. homine dicentem, hoc concurſu hominum literatiſsimorum, hac veſtra humanitate, hoc denique Prætore exercente iudicium, patiamini de ſtudijs humanitatis, ac literarum paulò loqui liberius: & in eiuſmodi perſona, quæ propter ocium, & ſtudium minimè in iudicijs, periculiſq; tractata eſt, vti propè nouo quodam, & inuſitato genere dicendi. His duabus rationibus ſiue ornamentis vtimur, quoties aut res multiplex in ordinem redigenda eſt, aut reddenda eſt, aut ordinis ratio, aut generis dicendi, ſiue in accuſando id fiat, ſiue in defendendo.

Ἐνδοίασις. Ἀντικατάλλαξις, ἀντεισαγωγὴ, καὶ ὑπόζευξις.

SCHOLÆ. Quinta Μέθοδος est ἀξίωσις τῶν ῥηθησομένων. cùm orato postulat, vt ſibi liceat vti ſuo dicendi genere, vel ordine. id autem non debet fieri breuiter, neque quauis in cauſa, ſed tùm cùm neceſſarium eſt, cùm ſcilicet aliquid fit, quod eſt contra morem, & conſuetudinem maiorum. Oportet ergo adfere grauiſſimas & multas cauſas, propter quas oſtendimus no aliquid contra inſtitutum maiorum facturos. Ideò Ciceroni locus eſt copioſiſſ. in Archiana oratione, in qua cauſa ipſa nō adeò magna fuit quidem, quia non publica: ſed tamen qui contra fori inſtituta acturus erat, ideò multas cauſas adfer & graues. eſtque compoſitio facta προσβολῇ, ἢ πενύμαλι. I quæſtione legitima. vocat νόμιμον ζήτημα. Contra Ciceronem erat in explicatione legis & iuris, loqui de ſtudijs liter rum, idque apud Prætorem pop. Romani, cùm illud mag decuerat in conſeſſu poëtarum, philoſophorum, & doc rum virorum. Lectiſſimus eſt vir: qui omnibus virtutibus c pręditus: & propterea è cęteris delectus. Deinceps de ſep mo modo tractandi ideas de παῤῥησίᾳ, quę eſt ſententia lib ra: pronunciata abſque vlla circuitione, quę habet con riam ἐνδοίασιν: & habet aliquid coniunctum cum ἀποφ σι. Sed παῤῥησία eſt fortior.

Ornamenta ſententiarum in grauitate, ſeu dignitate.

CAPVT XV.

Svnt deinde duo ſententiarum ornamenta (ſic e *μέθοδον arbitramur) inter ſe contraria.* Ἀπόφα *quæ ſit affirmando, & ἐνδοίασις, qua dubitanter,* *confidenter de aliqua re aſſeueramus. Et affirmatione* *aſſeueratione in rebus grauibus & ſplendidis vti ſol* *oratores. Dubitatione autem cùm ſignificatio facie* *eſt ingenij verecundi, & non confidentis. Affirmati* *tale eſt exemplum pro lege Manilia. Genus eſt enim* *iuſmodi, quod maxime animos veſtros excitare at* *inflammare debet. in quo agitur pop. Rom. gloria,*

Ἀπόφανσις.

Ἐνδοίασις.

no

obis à maioribus, cùm magna in rebus omnibus, tùm mma in re militari tradita eſt: agitur ſalus ſociorum tq; amicorum, pro qua multa maiores veſtri, & ma- ua, grauiaq; bella geſſerunt: aguntur certiſſima p. Ro- ani vectigalia, & maxima: quibus amiſſis, & pacis bſidia, & ornamenta belli requiretis: aguntur bona ultorum ciuium: quibus eſt & à vobis, & ab impera- oribus veſtris conſulendum. Aſſeuerationis multa, & ebra exempla ſunt. Sed nos iſtud præ cæteris delegi- us, propter ἐπαναφοράν· quæ ornamento ſententiarum uic venit ſubſidio. Eiuſdem enim verbi iteratio ipſam ſſeuerationem non ſolùm confirmat, verùmetiam oſten- t auditoribus. Idem efficit verbi geminatio, vt apud emoſth. Ἔστι γάρ ἐστιν ἡσυχία δικαία, καὶ συμφέρουσα τῇ πό- ει, ἣν οἱ πολλοὶ τῶν πολιτῶν ὑμεῖς ἁπλῶς ἄγετε, ἀλλ' οὐ ταύ- ην οὗτος ἄγει τὴν ἡσυχίαν, πολλοῦγε καὶ δεῖ. Non ſolùm ge- inatione verbi aſſeuerationem ſtabiliuit, verùmetiam biectione negationis atq; inſiciationis. Deinde ad ex- emum dicit πολλοῦγε καὶ δεῖ. Dubitationem ἐνδοίασιν ocat Hermog. vt credo ego vos mirari iud. quid ſit quòd um tot ſummi oratores, hominesq; nobiliſſimi ſedeant: o potiſſimum ſurrexerim, qui neq; ætate, neque inge- o, neq; authoritate ſim cum his qui ſedeant comparan- us. Talis etiam ratio eſt in prima accuſatione. *Si quis ſtrum iud. aut eorum, qui adſunt fortè miratur: me ui tot annos, in cauſis iudicijsq; publicis ita ſim verſa- s: vt defenderim multos, læſerim neminem, ſubitò unc mutata voluntate ad accuſandum deſcendere: is ſi ei conſilij cauſam, rationemq; cognouerit, vnà & id uod facio probabit: & in hac cauſa profectò neminem bi eſſe præponendum actorem putabit.* Coniunximus c duo ſententiarum ornamenta non ſolùm, quia inter

Ἐπίζευξις.

ſe contraria ſunt, eoq́; coniunctam cognitionem haben
ſed quia oratores in tractando, ſæpe coniungunt. Quen
admodum in hoc ipſo exemplo proximo primæ accuſati
nis. Cuius principium ἐνδοίασιν *habet, finis verò aſſe*
rationem. Sic in accuſatione, dubitat de verbo, & nom
ne criminis Cicero. De ſceleribus autē C. Verris affirm
atq́; aſſeuerat. Venio nunc ad iſtius, quemadmodum ip
appellat, ſtudium, vt amici, morbum, & inſaniam,
Siculi, latrocinium, ego quo nomine appellem, neſci
rem vobis proponam: vos eam ſuo nominis pondere pe
ditote. Genus ipſum prius cognoſcite iud. Deinde forta
non magnopere quæretis, quo id nomine appelland
putetis. Nego in Sicilia tota, tàm locuplete tàm vet
prouincia, tot oppidis, tot familijs tàm copioſis vllum a
gentum, vllum vas Chorinthium aut Deliacum fu
nego vllam gemmam, aut margaritam fuiſſe, aut qu
quam ex auro aut ebore factum, ſignum nullum aneu
marmoreum, eburneum, nego vllam picturam, nequ
tabulis, neque textilem fuiſſe, quin quæſierit, inſpexe
quod placitum ſit, abſtulerit. Quamobrem & quia c
traria inter ſe hæc duo ornamenta ſunt, & ſæpe in ea
re ab oratoribus componuntur etiam in dicendi doctr
componi debent.

SCHOLÆ.

Aſſeuerationis Hermogenes mentionem facit, ἐν λαμ
τητι καὶ ἀκμῇ, & ibidem quoque περὶ τῆς ἐνδοιάσεως loqu
Ἀπόφανσις ἀπὸ τοῦ ἀποφαίνεσθαι. Et dialectici ſuam eloc
nem quoque habent, quod hoc nomine ἀπόφανσιν voc
habent etiam ſua σχήματα tàm verborum, quàm ſente
rum. Nam ἀόριστον, ὡρισμένον, ἀπόφασις, κατάφασις,
ἀπόφασις, ἢ κατάφασις ἁπλῆ, ἐκ μεταθέσεως, στερητική, &c.
σχήματα verborum apud Dialecticos. Oratores ſumpſe
hoc vocabulum ἀποφάνσεως à Dialecticis. Nam volunt
torum etiam aſſeuerantem loqui, vt cùm ſuadere vis ad
lu

um, non debes dubitare de bono euentu belli. Sic de reli-
quis. Aſſeuerationis plurima ſunt exempla. Sæpius aſſeue-
ant oratores quàm dubitant. Ἐνδοίασις rarius vſurpatur. Sed
ſſeuerationes aliæ ſunt alijs vehementiores, & grauiores.
iunt ergo aſſeuerationes vel iteratione verbi, vt agitur, agi-
ur, aguntur: vel continenti repetitione, ſeu geminatione,
ωσις. ſic aſſeueratio maior fit negatione, non lapidibus
on muris, non tabulis ligneis vrbem muniui, ſed bonis con-
lijs. Sic diſtributione, & diuiſione, per commorationem
erborum vtitur. Nego in Sicilia tota, tàm locuplete, tàm
etere. De illis autem aſſeuerationibus, quæ extant, & cri-
inoſæ ſunt in orationibus agimus non de quauis. Non igi-
ur negligendũ eſt hoc genus ornamenti. Nam vtile eſt val-
e aſſeuerare, præſertim in rebus magnis, item in criminibus
agnis, vt in Verrinis. Item in vna aliqua re magna, vt ἰσ
δ ἰσ. Quædam aſſeuerationes ſunt vulgares, & in omnibus
ntentijs non ſunt, ſed his non loquor. Ἐνδοιάσει vtimur in
ικῷ dicendi genere. Sapiens non ſemper fidenter loqui de-
et, ſed aliquando dubitanter. Melius eſt ante euentum di-
ere nõ puto, quàm poſt euentum, non putabam. Et hoc diſ-
rebant ab Academicis Peripatetici: qui ſemper de quauis
fidenter loquebantur.

Περὶ τῆς Παῤῥησίας.

CAPVT XVII.

EST etiam alia ratio tractandi ſententias, in rebus
aduerſis, & malis, apertè, & liberè abſq; vlla cir-
itione, aut occultatione μετὰ παῤῥησίας, *vt Græci lo-*
quuntur, dicere: in reprehendendis aut aduerſario-
m aut maiorum perſonarum vitijs ἀπαρακαλύπτως,
Hermogenes ſcribit, καὶ ψιλῶς, κατ' ἐπιτίμησιν. *Hæc* Σφοδρότης.
tio in vehementi dicendi figura, quæ σφοδρότης *dici-*
, & qua contra aduerſarios vtimur pares, aut in-
iores, ſolet abſque vlla ſæpe aut excuſatione, aut im-
nutione fieri, vt, σοὶ μὲν γὰρ ἦν ὁ πατὴρ κλέπτης, εἰ γὰρ
ὅμοιός σοι. *Sic in Saßiam matrem, pro Cluentio Ci-*

cero. Lectum illum genialem quem biennio antè filiæ ſ
nubenti ſtrauerat, in eadem domo ſibi ornari, & ſte
Ἐπίκρισις. *expulſa atque extirpata filia iubet, nubit genero ſoce*
nullis auſpicijs, nullis autoribus, funeſtis ominibus om
Ἐπιφώνησις. *um. O mulieris ſcelus incredibile, & præter hanc in om*
vita inauditum. O libidinem effrenatam, atq; indomi
O audaciam ſingularem, non timuiſſe, ſi minus in
Deorum & hominum famam, & illam ipſam nocte
facesq; nuptiales? non limen cubiculi? non cubile fili
non parietes denique ipſos ſuperiorum teſtes nuptiaru
perſregit, ac proſtrauit omnia cupiditate, ac furore. V
cit pudorem libido, timorem audacia, rationem am
tia. Talia multa ſunt exempla Demoſth. in Æſchin
& illius rurſus in hunc, & Ciceronis in Piſonem, Cati
nam, Vatinium, & Clodium. Aſperitas tamen qua
Τραχύτης. τραχύτητα *vocant Græci, plærunq; lenitam habet a*
bitatem: propterea quòd in vituperandis maioribus p
ſonis verſatur. Sæpe enim libera eſt ſententiæ dictio,
magna reprehenſio: ſed ita, vt aut in perſonas aduer
rias maius conijciatur odium: & minus vehement
mus in iudicē. vt in tertia Olynthiaca. Νῦν δὲ τοὐναν
κύριοι μὲν τῶν ἀγαθῶν, οἱ πολιτευόμενοι, καὶ διὰ τούτων ἅ
τα πράττεται. ὑμεῖς δὲ ὁ δῆμος ἐκνενευρισμένοι, χρή
τα, συμμάχους ἐν ὑπηρέτου, καὶ προσθήκης μέρει γεγέν
ἀγαπῶντες ἐὰν μεταδιδῶσι θεωρικῶν ὑμῖν, ἢ Βοίδια π
ψωσιν οὗτοι. Καὶ τὸ πάντων ἀνανδρότατον τῶν ὑμετέρων
τῶν χάριν προσοφείλετε. οἱ δ᾽ ἐν αὐτῇ τῇ πόλει καθείρξ
τες ὑμᾶς ἐπάγουσιν ἐπὶ ταῦτα, καὶ τιθασεύουσι χειρο
ποιοῦντες. *Aut dubitatione lenimus ac mollimus libe*
tem dicendi, de qua antè dictum eſt: & quam ἐνδοι
appellauimus, vt contra Philippum Demoſthenes. Π
πᾶσι γὰρ ἐκλελύσθαι μοι δοκεῖται, καὶ παθεῖν ἀναμέν

du

ὰ, ἑτέρους δὲ πάσχοντας ὁρῶντες οὐ φυλάττετε. Aliquan-
lo etiam non vituperamus iudices, & magiſtratus, ſed
itia, & eorum pericula demonſtramus euentura Reip.
t pro Sext. Roſcio. Hoc cogitetis, niſi in hac cauſa, qui ve-
ter animus ſit, oſtendetis, eò prorumpere hominum cupi-
litatem, & ſcelus, & audaciam: vt non modò clàm, ve-
rùm etiam hîc in foro, ante tribunal tuum M. Fanni, an-
e pedes veſtros, iudices, inter ipſa ſubſellia, cædes futu-
a ſint.

SCHOLÆ.

Hactenus de duabus methodis inter ſe contrarijs, de duo-
us ſententiarum ornamentis contrarijs, quorum prius ἀπό-
φανσιν dialectici vocant, quoduis pronunciatum, in quo ne-
cesse eſt aut verum dicere aut falſum: & ſunt, vel magnarum
rum, vel paruarum. Magnarum, vt virtus eſt vitium fuge-
e. Rhetores aſſeuerationem in rebus magnis vocant ἀπο-
φανσιν. Ἐνδίασιν autem dubitationem. Vtuntur ἀποφάνσει in
agnis rebus, & grauibus motibus animorum. Sed ἐνδοία-
σις eſt dubitatio rhetorica. Ἐνδοίασιν non vocant ἀπόρησιν, vel
πορίαν, quæ dicitur quando orator nihil habet quod dicat,
d dubitat an velit aſſeuerare, an negare, tum dicit fortè,
ortaſſis &c. Et vtimur ἐνδοιάσει in morato dicendi genere.
ffirmatio fit vna propoſitione vel concluſione. Aſſeueratio
erò non ſolùm fit concluſione vehementi, ſed etiam im-
oratione. Iam de ſeptimo modo tractandi ſententias, orna-
entoque ſententiarum, de παρρησίᾳ quæ eſt libera ſenten-
 dictio, & παρρησιάζεσθαι, eſt ſententiam liberè pronuncia-
, nulla vti circuitione. Hermog. dicit ἀπαρακαλύπτως λέγειν
τ' ἐπιτίμησιν. Iſta παρρησία habet contrariam ἐνδοίασιν, &
bet aliquid coniunctum cum ἀποφάνσει. Sed Παρρησία eſt
δρίας, fortitudinis, eſt fortior. Vtimur hoc ornamento in
obus dicendi generibus ἐν τραχύτητι, καὶ ἐν σφοδρότητι.
peritas eſt, quæ adhibetur ad iudices, magiſtratus, reges,
perſonas maiores, quàm nos ſumus. Σφοδρότης verò adhi-
tur perſonis paribus vel minoribus, & inferioribus. Ca-
ndum eſt vbique vitium maledicentiæ, vituperans autem
dicem moderatione vtaris, ne videaris maledicus: ſed vt

videaris

ſe contraria ſunt, eoq́ coniunctam cognitionem hab
ſed quia oratores in tractando ſæpe coniungunt. Qu
admodum in hoc ipſo exemplo proximo primæ accuſa
nis. Cuius principium ἐνδοίασιν *habet, finis verò aſſ*
rationem. Sic in accuſatione, dubitat de verbo, & no
ne criminis Cicero. De ſceleribus autē C. Verris affir
atq́ aſſeuerat. Venio nunc ad iſtius, quemadmodum
appellat, ſtudium, vt amici, morbum, & inſaniam,
Siculi, latrocinium, ego quo nomine appellem, neſc
rem vobis proponam: vos eam ſuo nominis pondere p
ditote. Genus ipſum prius cognoſcite iud. Deinde fort
non magnopere quæretis, quo id nomine appelland
putetis. Nego in Sicilia tota, tàm locuplete tàm ve
prouincia, tot oppidis, tot familijs tàm copioſis vllum
gentum, vllum vas Chorinthium aut Deliacum fu
nego vllam gemmam, aut margaritam fuiſſe, aut q
quam ex auro aut ebore factum, ſignum nullum æne
marmoreum, eburneum, nego vllam picturam, nequ
tabulis, neque textilem fuiſſe, quin quæſierit, inſpex
quod placitum ſit, abſtulerit. Quamobrem & quia co
traria inter ſe hæc duo ornamenta ſunt, & ſæpe in ead
re ab oratoribus componuntur etiam in dicendi doctri
componi debent.

SCHOLÆ. Aſſeuerationis Hermogenes mentionem facit, ἐν λαμ
τητι καὶ ἀκμῇ, & ibidem quoque περὶ τῆς ἐνδοιάσεως loqu
Ἀπόφανσις ἀπὸ τοῦ ἀποφαίνεσθαι. Et dialectici ſuam elocu
nem quoque habent, quod hoc nomine ἀπόφανσιν voc
habent etiam ſua σχήματα tàm verborum, quàm ſente
rum. Nam ἀόριστον, ὡρισμένον, ἀπόφασις, κατάφασις, in
ἀπόφασις, ἢ κατάφασις ἁπλῆ, ἐκ μεταθέσεως, στερητικὴ, &c. li
σχήματα verborum apud Dialecticos. Oratores ſumpſe
hoc vocabulum ἀποφάνσεως à Dialecticis. Nam volunt o
torum etiam aſſeuerantem loqui, vt cùm ſuadere vis ad b
lum

non debes dubitare de bono euentu belli. Sic de reli-
. Aſſeuerationis plurima ſunt exempla. Sæpius aſſeue-
oratores quàm dubitant. Ενδοίασις rarius vſurpatur. Sed
erationes aliæ ſunt alijs vehementiores, & grauiores.
tergo aſſeuerationes vel iteratione verbi, vt agitur, agi-
aguntur: vel continenti repetitione, ſeu geminatione,
ἴσα. ſic aſſeueratio maior fit negatione, non lapidibus
muris, non tabulis ligneis vrbem muniui, ſed bonis con-
. Sic diſtributione, & diuiſione, per commorationem
orum vtitur. Nego in Sicilia tota, tàm locuplete, tàm
e. De illis autem aſſeuerationibus, quæ extant, & cri-
oſæ ſunt in orationibus agimus non de quauis. Non igi-
negligendũ eſt hoc genus ornamenti. Nam vtile eſt val-
ſeuerare, præſertim in rebus magnis, item in criminibus
nis, vt in Verrinis. Item in vna aliqua re magna, vt ἴσα
. Quædam aſſeuerationes ſunt vulgares, & in omnibus
entijs non ſunt, ſed his non loquor. Ενδοιάσει vtimur in
dicendi genere. Sapiens non ſemper fidenter loqui de-
ſed aliquando dubitanter. Melius eſt ante euentum di-
nō puto, quàm poſt euentum, non putabam. Et hoc diſ-
bant ab Academicis Peripatetici: qui ſemper de quauis
denter loquebantur.

Περὶ τῆς Παῤῥησίας.

CAPVT XVII.

ST etiam alia ratio tractandi ſententias, in rebus
aduerſis, & malis, apertè, & liberè abſq; vlla cir-
ione, aut occultatione μετὰ παῤῥησίας, *vt Græci lo-*
untur, dicere: in reprehendendis aut aduerſario-
n aut maiorum perſonarum vitijs ἀπαρακαλύπτως,
Hermogenes ſcribit, καὶ ψιλῶς, κατ' ἐπιτίμησιν. *Hæc*
io in vehementi dicendi figura, quæ σφοδρότης *dici-*
& qua contra aduerſarios vtimur pares, aut in-
ores, ſolet abſque vlla ſæpe aut excuſatione, aut im-
utione fieri, vt, σοὶ μὲν γὰρ ἦν ὁ πατὴρ κλέπτης, εἴπερ
ὅμοιός σοι. *Sic in Saſſiam matrem, pro Cluentio Ci-*

Σφοδρότης.

cero. Lectum illum genialem quem biennio antè fili
nubenti ſtrauerat, in eadem domo ſibi ornari, & ſ
Ἐπίκελσις. expulſa atque extirpata filia iubet, nubit genero ſo
nullis auſpicijs, nullis autoribus, funeſtis ominibus o
Ἐπιφώνησις. um. O mulieris ſcelus incredibile, & præter hanc in
vita inauditum. O libidinem effrenatam, atq; indom
O audaciam ſingularem, non timuiſſe, ſi minus i
Deorum & hominum famam, & illam ipſam noct
facesq; nuptiales? non limen cubiculi? non cubile fi
non parietes denique ipſos ſuperiorum teſtes nuptiar
perfregit, ac proſtrauit omnia cupiditate, ac furore.
cit pudorem libido, timorem audacia, rationem a
tia. Talia multa ſunt exempla Demoſth. in Æſchi
& illius rurſus in hunc, & Ciceronis in Piſonem, Ca
nam, Vatinium, & Clodium. Aſperitas tamen q
Τραχύτης. τραχύτητα vocant Græci, plærunq; lenitam habet a
bitatem: propterea quòd in vituperandis maioribus p
ſonis verſatur. Sæpe enim libera eſt ſententiæ dictio,
magna reprehenſio: ſed ita, vt aut in perſonas aduer
rias maius conijciatur odium: & minus vehement
mus in iudicē. vt in tertia Olynthiaca. Νῦν δὲ τὐναντ
κύριοι μὲν τῶν ἀγαθῶν, οἱ πολιτευόμενοι, καὶ διὰ τούτων ἅ
πα πράττεται. ὑμεῖς δὲ ὁ δῆμος ἐκνενευρισμένοι, χρή
τα, συμμάχους ἐν ὑπηρέτου, καὶ προσθήκης μέρει γεγέν
ἀγαπῶντες ἐὰν μεταδιδῶσι θεωρικῶν ὑμῖν, ἢ Βοΐδια π
ψῶσιν οὗτοι. Καὶ τὸ πάντων ἀνανδρότατον τῶν ὑμετέρω
τῶν χάριν προσοφείλετε. οἱ δ' ἐν αὐτῇ τῇ πόλει καθείρξ
τες ὑμᾶς ἐπάγουσιν ἐπὶ ταῦτα, καὶ τιθασεύουσι χειροή
ποιοῦντες. Aut dubitatione lenimus ac mollimus liber
tem dicendi, de qua antè dictum eſt: & quam ἐνδοι
appellauimus, vt contra Philippum Demoſthenes. Πά
πᾶσι γὰρ ἐκλελύσθαι μοι δοκεῖται, καὶ παθεῖν ἀναμένει

δει

ὶ, ἑτέρους δὲ πάσχοντας ὁρῶντες οὐ φυλάττετε. *Aliquan-*
tiam non vituperamus iudices, & magiſtratus, ſed
, & eorum pericula demonſtramus euentura Reip.
ro Sext. Roſcio. Hoc cogitetis, niſi in hac cauſa, qui ve-
animus ſit, oſtendetis, eò prorumpere hominum cupi-
tem, & ſcelus, & audaciam: vt non modò clàm, ve-
etiam hîc in foro, ante tribunal tuum M. Fanni, an-
edes veſtros, iudices, inter ipſa ſubſellia, cædes futu-
ſint.

SCHOLÆ.

Hactenus de duabus methodis inter ſe contrarijs, de duo-
ſententiarum ornamentis contrarijs, quorum prius ἀπό-
σιν dialectici vocant, quoduis pronunciatum, in quo ne-
e eſt aut verum dicere aut falſum: & ſunt, vel magnarum
m, vel paruarum. Magnarum, vt virtus eſt vitium fuge-
Rhetores aſſeuerationem in rebus magnis vocant ἀπο-
σιν. Ἐνδοίασιν autem dubitationem. Vtuntur ἀποφαίνεσθαι in
gnis rebus, & grauibus motibus animorum. Sed ἐνδοία-
ſt dubitatio rhetorica. Ἐνδοίασιν non vocant ἀπόρησιν, vel
ρίαν, quæ dicitur quando orator nihil habet quod dicat,
dubitat an velit aſſeuerare, an negare, tum dicit fortè,
aſſis &c. Et vtimur ἐνδοιάζεσθαι in morato dicendi genere.
rmatio fit vna propoſitione vel concluſione. Aſſeueratio
ò non ſolùm fit concluſione vehementi, ſed etiam im-
ratione. Iam de ſeptimo modo tractandi ſententias, orna-
ntoque ſententiarum, de παρρησία quæ eſt libera ſenten-
dictio, & παρρησιάζεσθαι, eſt ſententiam liberè pronuncia-
nulla vti circuitione. Hermog. dicit ἀπαρακαλύπτως λέγειν
ἐπιτίμησιν. Iſta παρρησία habet contrariam ἐνδοίασιν, &
et aliquid coniunctum cum ἀποφαίνεσθαι. Sed Παρρησία eſt
ίας, fortitudinis, eſt fortior. Vtimur hoc ornamento in
bus dicendi generibus ἐν τραχύτητι, καὶ ἐν σφοδρότητι.
eritas eſt, quæ adhibetur ad iudices, magiſtratus, reges,
erſonas maiores, quàm nos ſumus. Σφοδρότης verò adhi-
ur perſonis paribus vel minoribus, & inferioribus. Ca-
dum eſt vbique vitium maledicentiæ, vituperans autem
icem moderatione vtaris, ne videaris maledicus: ſed vt

videaris curam habere Reip. I. Cùm factum eſt ma
ſtum, & non dubitatum, tùm poſſumus ἀπλῆ ἐπιτιμήσ
prius quàm cauſam malam tribuimus alijs, & tamen o
dimus populum ipſum pati, ſi cauſam malam tribuimus
lis, & improbis. II. Si vitium hæret in ſolis perſonis, lo
mur dubitanter: vtamur ἐνδοιάσει. III. ſi vitium eſt
tum: vt non audeamus illud pronunciare, debemus o
dere, quæ mala Reipub. ſint euentura.

De multiplici ratione affirmandi, & *aſſeuerandi.*

CAPVT XVIII.

*De affirmatione ſuprà diximus. Sed non eſt vna
tio affirmandi, atq; aſſeuerandi. Vna enim eſt,
qua antea tradidimus, & qua in graui, atq; ſplend
genere vtimur: perfecta abſq; vlla exceptione, aut occ
patione, aut interſectione ſententiarum. In quo ge
præcipitur apud Græcos his verbis:* Ἀφηγεῖσθαι ἀποφα
κῶς, προηγκμένως εἰσάγειν τὰς ἐννοίας, μὴ διακόπτειν
ἀφηγήσεις. *Omnis enim aut exceptio, aut occupatio,
interſectio impedit vim affirmantis. Alterum genus a
mationis eſt in reprahendendis vitijs magnarum pe
narum,* παῤῥησιαστικὸν *ſcilicet: de quo poſtremo prox
loco eſt expoſitum. Tertium genus imperfectum eſt,
impeditum nonnihil, vel occupatione, vel exceptione,
interpoſitione exterarum rerum, cuius Hermogenes
profert exemplum ex oratione Demoſthe. pro Cor*
Αὐτὴ οὖν περὶ τὰς θήβας τῶν πραγμάτων ἀρχὴ, καὶ κατάσ
πρώτη. τὰ περὶ τούτων εἰς ἔχθραν καὶ μῖσος, καὶ ἀπιστίαν
πόλεων ὑπηγμένων, τοῦτο τὸ ψήφισμα. τὸν τότε τῇ πό
περιστάντα κίνδυνον παρελθεῖν ἐποίησα ὥσπερ νέφος. *Si
terciſa fuiſſet oratio, neque eius curſus impeditus, illa
teriectione* (τὰ περὶ τούτων εἰς ἔχθραν, καὶ μῖσος καὶ ἀπ

τ

πόλεων ὑπηγμένων.) perfecta fuiſſet, abſq; vlla im-
ſitione aſſeueratio, quemadmodum ipſe explicat Her-
genes in figura dicendi ſplendida, atque illuſtri.
amobrem ſi hæc interiectio obſtitit aſſeuerationi, &
tionis impetum retardauit, debet etiam videri huius
illud Ciceronis, pro P. Sylla. O Dij Immortales. (Vo-
enim tribuam quæ noſtra ſunt. Nec enim poſſùm tan-
n ingenio dare, vt tot res, tantas, tàm varias,
n repentinas in illa turbulentiſſima tempeſtate
ipub. mea ſponte diſpenſauerim.) Vos profectò tùm
imum meum conſeruandæ patriæ cupiditate incen-
tis. Vos me ab omnibus exteris nationibus ad vnam
utem Reipub. contuliſtis. vos deniquè in tantis te-
bris erroris, & inſcitiæ clariſſimum lumen prætu-
is menti meæ. Fuiſſet libera, & expedita affir-
atio. niſi cauſam reddidiſſet: quamobrem Dijs im-
ortalibus omnia debuiſſet acceptum referre. Placuit
c Ciceronis exmplum addere: propterea, quod
Demoſthenis differt non modo aſſeuerandi & affir-
andi figura vna: ſed etiam cæteris figuris, & co-
a ſententiarum.

Διακοπὴ.

Continuatio ſententiæ.

Commoratio.

Ἀπόφανσις ſolet plærunque variari, & mutari propter con
ionem perſonarum, locorum, atque temporum. Eſt enim
t in reb. præclaris, & magnis à nobis geſtis: de quibus
ſſumus abſque inuidia loqui. Aut in rebus magnis perti-
ntibus ad Deum, & religionem, ritum, & Remp. tùm poſ-
mus vti ἀποφάνσει, libera, atque expedita, grata omnibus
audiendum. Commemoratio enim beneficiorum Dei,
ia hominibus omnibus eſt grata: ideò poſſumus liberè
ædicare beneficia Dei. Illud etiam eſt in vituperandis per-
nis aduerſarijs, ſi non ſcelerati ſunt, tamen etiam poſſu-
us vti hac methodo, abſque vlla dubitatione. Sed ſi agen-
m eſt contra maiores perſonas, & eſt aliquid vitij in illis re-
ehendendum, ibi maius eſt periculum. Laudare Deum,

SCHOLÆ.

nullum eſt periculum. Vituperare improbum, nullu periculum, & hic opus eſt παῤῥησία. Eſt etiam tertiu termedium: de quo iam agemus. Ἀπόφανσις, etiam quæ eſt aſſeueratio, facta aliqua παραμυθία, adiecta ἀποκοπῆ, fit vel exceptione, vel occupatione, vel interiectione alic ſententiæ. Διακοπὴ dicitur diſiunctio ſententiarum, & qu do interijcitur aliquid: dicitur ἐπεμβολὴ, ἐπένθεσις, ὑπε τον.

τὰ ἔνδοξα ἐνδοξοτέρως λέγειν.

His tribus affirmandi vijs, quarum prima vtimu reb. grauibus, ad Deos, aut ad Remp. pertinentibus: cunda in hominibus improbis, aut etiam in ma rum perſonarum vitijs caſtigandis: tertia in rebus à bis geſtis. His inquam tribus affirmãdi rationibus af quarta eſt, in qua præcipitur: τὰ ἔνδοξα ἐνδοξοτέρως λ γειν. *Cùm propoſitio vna ſimplex, aut etiam cõiuncta ſcetur cum ratione, atq; approbatione, atq; etiã religi aſſeueratione, cuiuſmodi eſt iuſiurandum.* Huius Gr

Ορκος, iuſiurandum.

rhetores illud exemplũ adferunt, pro Corona. Ἀλλ' οὐκ ὅπως ἡμάρτητε, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, τῶν ὑπὲρ τῆς ἁπά ἐλευθερίας, καὶ σωτηρίας κίνδυνον ἀράμενοι, οὐ μὰ τοὺς ἐν μ ραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων, καὶ τοὺς ἐν π ταιαῖς παραταξαμένους, καὶ τοὺς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχή τας, καὶ τοὺς ἐπ' ἀρτεμισίῳ, καὶ πολλοὺς ἑτέρους, τοὺς ἐν τ δημοσίοις μνήμασι κειμένους ἀγαθοὺς ἄνδρας, οὓς ἅπαντας ὁμ ως ἡ πόλις τῆς αὐτῆς ἀξιώσασα τιμῆς ἔθαψεν αἰσχύνη ἡ τοὺς κατορθώσαντας αὐτῶν, οὐδὲ τοὺς κρατήσαντας μόνους, δ καίως. ὃ μὲν γὰρ ἦν ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἔργον, ἅπασι πέπρακ τῇ τύχῃ δ' ἣν ὁ δαίμων ἀπένειμεν ἑκάστης, ταύτῃ κέχρη *Nam quemadmodum* Hermogenes *interpretatur, h erit* Demoſthenis *propoſitio: Non ego malè conſului, n que vos malè meo obtemperaſtis conſilio: vt pro Græc libertate pugnaretis. Sic enim fecerunt, qui in Marath nio prælio maiores veſtri pericula ſuſceperunt: ſic, q apud* *ud Platæas in acie ſteterunt: ſic, qui ad Salaminem uali pugna decertarunt. Et qui ad Arthemiſium, ca-riq; etiam multi, quorum nomina in publicis monuentis viſuntur.*

De Anaſtrophe.

CAPVT XIX.

Ἀναστροφὴ, ordinis immutatio.

1. καθ᾽ ἐπεμβολήν.

EST *inter collocationis præcepta ornamentum ſententiarum, quod à Græcis* ἀναστροφὴ *dicitur. poſtrena primis anteponens: quæ duobus perficitur modis. Aut nim* καθ᾽ ἐπεμβολὴν, *primum poſteriori poſtponitur, fata interiectione verborum, atque ſententiæ. Cuius tale Hermog. ponit exemplum ex Demoſthenis oratione de falſa legatione, contra Aeſchinem.* Ἀλλ᾽ ἐπειδὴ πάλιν ἥκομεν ἐκ τῆς πρεσβείας ταύτης τῆς ἐπὶ τοὺς ὅρκους, ἥπερ εἰσὶν αἱ μὲν δ᾽θιῶαι. *Hoc enim poſtremum fuit poſt eam legationem: ſequitur quod anteceſſit in eadem* καθ᾽ ἐπεμβολὴν, *de qua diximus,* οὔτε μικρὸν, οὔτε μέγα οὐδοπιοῦν ἀφηρημένοι τῶν ὑπὸ τούτου· ὅτε τὴν εἰρήνην ἐποιεῖσθε λεχθέντων, καὶ προσδοκηθέντων, ἀλλὰ πάντα ἐξαπατημένοι, καὶ παρ᾽ αὐτὸ τὸ ψήφισμα πεπρεσβηκότων. *Hactenus facta eſt interiectio, ſequitur ipſa expeditio inchoatæ ſententiæ,* προσῆμεν τῇ βουλῇ. *Tale etiam illud, pro Milone: comprehenſo in Caſtoris templo Pub. Clodij ſeruo, quem ille apud Cn. Pompeium interficiendum collocarat, extorta eſt confitenti ſica de manibus. Prius enim collocatus erat ſeruus in inſidijs, quàm eſſet deprehenſus ſeruus, aut comprehenſus in maleficio. Eſt igitur hic vnus modus inuertendi ordinis* καθ᾽ ἐπεμβολήν. *Alter eſt* καθ᾽ ἐπισυνάψιν, *per adiunctionem, ſeu continuationem rerum, adiectis rebus antegreſſis poſt conſequẽtia, vt in eadem oratione de falſa legatione.* Ἀλλ᾽ ἐν τῷ πανδοχείῳ τῷ περὶ τοῦ διοσκουρείν.

2. Κατ᾽ ἐπισύναψιν.

Επιμβολή.
Ὑποστροφή.
Ἐπισύναψις.
Ποιότης περιβάλλουσα μετὰ αὐξήσεως.
3. Κατ᾽ Ἀντιστροφὴν τῶν πραγμάτων.

Inchoata eſt ſententia nondum perfecta, interciſa ſcilicet interiectione illa. Εἴ τις ὑμῶν εἰς Φερὰς ἀφῖκται, οἶδεν ὁ λέγων. *Sequitur expeditio, atque conſummatio.* Ενταῦτα ἐγίνοντο οἱ ὅρκοι. *addita eſt* ἐπισύναψις *poſtea priorum:* ὅτε δ᾽ ἄρ᾽ ἤδη τὸ στράτευμ᾽ ἄγων ἐβάδιζε Φίλιππος. *Prius enim Philippus aduenerat, quàm iuratum eſſet. Vtrinque vtuntur hoc ornamenti genere oratores in figura dicendi copioſa, atque coagmentata, vt in hoc ipſo exemplo qualitas etiam addita eſt,* καθ᾽ ἐπισύναψιν. αἰσχρῶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι *(vt Hermog. explicat)* καὶ ἀναξίως ὑμῶν. *Eſt etiam aliud genus* ἀναστροφῆς, *qua rationes propoſitionibus anteponuntur, ſæpe etiam ipſis rationibus amplificationes. vt in prima Philippica in ipſo principio.* εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινος πράγματος προτίθετο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι λέγειν, ἐπισχὼν ἂν ἕως οἱ πλεῖστοι τῶν εἰωθότων γνώμην ἀπεφήναντο, εἰ μὲν ἤρεσκέ τί μοι τῶν ὑπὸ τούτων ῥηθέντων, ἡσυχίαν ἂν ἦγον: εἰ δὲ μή, τότ᾽ ἂν αὐτὸς ἐπειρώμην ἃ γιγνώσκω λέγειν. ἐπειδὴ δὲ περὶ ὧν πολλάκις εἰρήκασιν οὗτοι πρότερον συμβαίνει, καὶ πρῶτος ἀναστὰς εἰκότως ἂν συγγνώμης τυγχάνειν. *Eſt etiam huius generis apud Cicer. pro Cecinna exemplum. Si quantum in agris, locisq́ deſertis, audacia poteſt: tantum in foro, atq́ in iudicijs, impudentia valeret: non minus in cauſa cederet A. Cæcinna Sexti Ebutij impudentiæ: quàm in vi facienda ceſsit audaciæ.*

SCHOLÆ.

Hermogenes ἐν περιβολῇ, facit etiam mentionem ἀναστροφῆς: quæ fit cùm vel naturæ, vel artis ordo inuertitur. vt cùm ratio præponitur propoſitioni, ſic amplificatio præponitur rationi, vel etiam propoſitioni. Primus ergo modus fit καθ᾽ ἐπεμβολήν. alter modus καθ᾽ ἐπισύναψιν. tertius cùm ordo artis inuertitur, vt cùm à ratione, venio ad propoſitionem. Pertinet hoc præceptum. I. ad ἀνάλυσιν rhetoricam, vt videatur ordo ſententiarum. II. ad inſtituendum genus dicendi. III. occultum habet artificium, & iuuat memoriam. Illa ἀναστροφὴ vſurpatur in varijs dicendi figuris. Sed Hermog. facit it mentionem ἐν περιβολῇ. Ἀλλ' ἐπειδή. Contra Aeſchinem, ὶ παραπρεσβείας. Prima autem duo genera ſunt rerum naturalium, τῆς φύσεως. Tertium genus eſt τῆς τέχνης, artifitioſarum rerum, cùm ſcilicet ordo artis inuertitur. Vt cùm orator venit à ratione ad propoſitionem, vel ab amplificatione ad rationem, aut propoſitionem. Ordo enim artis eſt, vt primum locum occuparet propoſitio: ſecundum locum ratio propoſitionis: tertium locum amplificatio, ſeu ἐπικατασκευὴ rationis. Cùm ergo hic ordo inuertitur, dicitur ἀναστροφὴ τῆς τέχνης.

Huic etiam poteſt addi illa permixta ratio, qua vtrunque fit, & proponuntur, & poſtponuntur rationes propoſitionibus. vt Cicero ad filium. Quanquam te, Marce fili, annum iam audientem Cratippum, idq; Athenis, abundare oportet præceptis Philoſophorum: propter ſummam & doctoris authoritatem & vrbis: quorum alter te præceptis, altera exemplis augere poteſt: tamen vt ipſe ad meam vtilitatem ſemper cum Græcis Latina cōiunxi: neque id in Philoſophia ſolùm, ſed etiam in dicendi exercitatione feci: idem tibi cenſeo faciendum: vt par ſis in vtriuſq; orationis facultate. Hoc genus & acuta collocatione partium artificioſiſsimum eſt: propterea quòd apparet facultas ſcriptoris, aut oratoris, atque artis obſeruatio: & copia argumentorum confirmatum eſt, vtrinque ſcilicet rationibus collocatis. Eſt etiam alia ἀναστροφῆς forma, quæ tametſi in verbis ſpectetur, tamen etiam eſt methodi, hoc eſt, viæ & rationis, ad ſententiarum collocationem pertinens: in qua ſemel duabus pluribúſue propoſitis ſententijs, quo viſum, aut placitum eſt ordine, ad eaſdem fit inuerſione ordinis reditio: vt pro Lege Manilia. Nam cùm hoſtium copiæ longè abſunt, etiamſi eruptio nulla facta ſit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deſeritur, mercatorum nauigatio conquieſcit. Tria

Πρότασις

Ἀπόδοσις

4. Κατὰ προσυναπάντησιν.

Inuerſio per res diuerſas.

Ἐπιμβολή.

Ὑποστροφή.

Ἐπισύναψις.

Ποιότης παρεμβάλλουσα μετὰ αὐξήσεως.

3. Κατ' Ἀναστροφὴν τῶν σχημάτων.

Inchoata eſt ſententia nondum perfecta, interciſa ſcilicet interiectione illa. Εἴ τις ὑμῶν εἰς Φερὰς ἀφῖκται, οἶδεν ὁ λέγων. *Sequitur expeditio, atque conſummatio.* Ἐνταῦτα ἐγίνοντο οἱ ὅρκοι, *addita eſt* ἐπισύναψις *poſtea priorum:* ὅτε δ᾽ ἄρ᾽ ἤδη τὸ στράτευμ᾽ ἄγων ἐβάδιζε φίλιππος. *Prius enim Philippus aduenerat, quàm iuratum eſſet. Vtrinque vtuntur hoc ornamenti genere oratores in figura dicendi copioſa, atque coagmentata, vt in hoc ipſo exemplo qualitas etiam addita eſt,* κατ᾽ ἐπισύναψιν. αἰσχρῶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι *(vt Hermog. explicat)* καὶ ἀναξίως ὑμῶν. *Eſt etiam aliud genus* ἀναστροφῆς, *qua rationes propoſitionibus anteponuntur, ſæpe etiam ipſis rationibus amplificationes. vt in prima Philippica in ipſo principio.* εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινος πράγματος προτίθετο, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι λέγειν, ἐπισχὼν ἂν ἕως οἱ πλεῖστοι τῶν εἰωθότων γνώμην ἀπεφήναντο, εἰ μὲν ἤρεσκέ τί μοι τῶν ὑπὸ τούτων ῥηθέντων, ἡσυχίαν ἂν ἦγον: εἰ δὲ μὴ, τότ᾽ ἂν αὐτὸς ἐπειρώμην ἃ γιγνώσκω λέγειν. ἐπειδὴ δὲ περὶ ὧν πολλάκις εἰρήκασιν οὗτοι πρότερον συμβαίνει, καὶ πρῶτος ἀναστὰς εἰκότως ἂν συγγνώμης τυγχάνειν. *Eſt etiam huius generis apud Cicer. pro Cecinna exemplum. Si quantum in agris, locisq; deſertis, audacia poteſt: tantum in foro, atq; in iudicijs, impudentia valeret: non minus in cauſa cederet A. Cæcinna Sexti Ebutij impudentiæ: quàm in vi facienda ceſſit audacia.*

SCHOLÆ.

Hermogenes ἐν παρεμβολῇ, facit etiam mentionem ἀναστροφῆς: quæ fit cùm vel naturæ, vel artis ordo inuertitur. vt cùm ratio præponitur propoſitioni, ſic amplificatio præponitur rationi, vel etiam propoſitioni. Primus ergo modus fit κατ᾽ ἐπιμβολήν. alter modus κατ᾽ ἐπισύναψιν. tertius cùm ordo artis inuertitur, vt cùm à ratione, venio ad propoſitionem. Pertinet hoc præceptum. I. ad ἀνάλυσιν rhetoricam, vt videatur ordo ſententiarum. II. ad inſtituendum genus dicendi. III. occultum habet artificium, & iuuat memoriam. Illa ἀναστροφὴ vſurpatur in varijs dicendi figuris. Sed Hermog. facit

cit mentionem ἐν παρεμβολῇ. Ἀλλ' ἐπειδὴ. Contra Aeſchinem, περὶ παραπρεσβείας. Prima autem duo genera ſunt rerum naturalium, τῆς φύσεως. Tertium genus eſt τῆς τέχνης, artificioſarum rerum, cùm ſcilicet ordo artis inuertitur. Vt cùm orator venit à ratione ad propoſitionem, vel ab amplificatione ad rationem, aut propoſitionem. Ordo enim artis eſt, vt primum locum occuparet propoſitio: ſecundum locum ratio propoſitionis: tertium locum amplificatio, ſeu ἐπεξεργασία rationis. Cùm ergo hic ordo inuertitur, dicitur ἀναστροφὴ τῆς τέχνης.

Huic etiam poteſt addi illa permixta ratio, qua vtrunque fit, & proponuntur, & poſtponuntur rationes propoſitionibus. vt Cicero ad filium. Quanquam te, Marce fili, annum iam audientem Cratippum, idq; Athenis, abundare oportet præceptis Philoſophorum: propter ſummam & doctoris authoritatem & vrbis: quorum alter te præceptis, altera exemplis augere poteſt: tamen vt ipſe ad meam vtilitatem ſemper cum Græcis Latina cōiunxi: neque id in Philoſophia ſolùm, ſed etiam in dicendi exercitatione feci: idem tibi cenſeo faciendum: vt par ſis in vtriuſq; orationis facultate. Hoc genus & acuta collocatione partium artificioſiſſimum eſt: propterea quòd apparet facultas ſcriptoris, aut oratoris, atque artis obſeruatio: & copia argumentorum confirmatum eſt, vtrinque ſcilicet rationibus collocatis. Eſt etiam alia ἀναστροφῆς forma, quæ tametſi in verbis ſpectetur, tamen etiam eſt methodi, hoc eſt, viæ & rationis, ad ſententiarum collocationem pertinens: in qua ſemel duabus pluribúſue propoſitis ſententijs, quo viſum, aut placitum eſt ordine, ad eaſdem fit inuerſione ordinis reditio: vt pro Lege Manilia. Nam cùm hoſtium copiæ longè abſunt, etiamſi eruptio nulla facta ſit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deſeritur, mercatorum nauigatio conquieſcit. Tria

Πρότασις

Ἀπόδοσις

4. Κατὰ προσωπαπάντησιν.

Inuerſio per res diuerſas.

Inuerſio per res cõtrarias.

5. Κατὰ τὴν μῖξιν, καὶ προσθήκην.

hactenus propoſita ſunt, pecora quæ ſunt ſcripturæ, agricultura quæ decimarum, nauigatio quæ portus. ſit reditus igitur ad hæc tria non eodem, ſed mutato ordine, ita neque ex portu, neque ex decimis, neq; ex ſcriptura vectigal conſeruari poteſt. Hoc genus præterea illud habet, quod reditus non ſit primis verbis, vel iiſdem, vel inflexis, ſed verbis nouis, atq; diuerſis ad eaſdem tamen res pertinentibus. Fit etiam inuerſio non per eaſdem res, aut per res diuerſas, vt in pròximo exemplo, ſed per contrarias. Veluti pro L. Murena: Nemo enim ferè ſaltat, ſobrius: niſi fortè inſanit: neque in ſolitudine, neque in conuiuio moderato, atq; honeſto Hic tria propoſita ſunt: ſobrij, ſaltatio, ſolitudo, conuiuium, ecce contrariam collocationem, intempeſtiui conuiuij, amœni loci, multarum delitiarum comes eſt extrema ſaltatio. In hac ratione, etiam illud obſeruandum eſt, ſæpius aut ordinem retineri, aut inuerti, cùm in eadem conuerſione abſoluitur, idq; noſtro arbitratu. Cùm verò ex interuallo aliis interpoſitis, circumſcriptionibus, atque ſententiis reuerſio ſit ad eaſdem res: tamen permiſceri, atque confundi poſſunt, atque etiam alia apponi eiuſdem generis: quæ antea non fuerunt propoſita. vt pro M. Marcello. Tantam enim manſuetudinem, tam inuſitatam, inauditamq; clementiam, tantum in ſumma poteſtate rerum omnium modum, tàm denique incredibilem ſapientiam, ac penè diuinam, tacitus nullo modo præterire poſſum. Ad hæc quatuor facta amplificandi cauſa interuallo reuertitur, ſed ordine confuſo, & aucto rerum genere. Cùm verò aliquid clementer, manſuete, iuſte, rectè, moderatè, ſapienter factum eſt, in iracundia præſertim, quæ eſt inimica conſilio: & in victoria: quæ natura inſolens, & ſuperba eſt, aut audimus, aut legimus, quo ſtudio incendimur?

Rati

Ratio hæc inuertendi ordinis, vel fit in eadem περιόδῳ, vel in diuerſa, ſi in eadem, tùm vel eodem ordine, quo cœpimus fit reditio: vel ordine diuerſo, cùm in diuerſis fit locis. Oratores ſolent liberè agere: ordinem non ſolùm inuertere, ſed etiam confundere, & ad enumerationem aliquid aliud addere, deſinunt tamen in eo plærunque quod eſt grauiſſimum.

Illud verò pulcherrimum genus ἀναστροφῆς eſt, quoties in geminatis in vna parte retinetur idem ordo, in altera inuertitur. Et in vna parte reditio fit per eadem: in altera per contraria facta: tùm in vtriſq; nominum, ſiue verborum inflectione. vt, pro P. Quintio, contra factũ Nauij. Etenim ſi veritate amicitia, fide ſocietas, pietate propinquitas colitur: neceſſe eſt, qui amicum, ſocium, affinem, fama, fortuniſq; ſpoliare conatus eſt (hactenus geminata comparatio, ſequitur reditus prior ad primam copulationem, ſed ad nomen poſterius) neceſſe eſt is, qui amicum, ſocium, affinem fama ac fortunis ſpoliare conatus eſt: inſequitur alter reditus, ad primam copulationem factus etiam, ſed ad priora verba, non eiuſdem ſed contrariæ naturæ. vanum ſe & perfidioſum, & impium eſſe fateatur. Vix quicquam poteſt hac ratione atq; eiuſmodi concluſionibus ἐνθυμηματικοῖς, aut vehementius eſſe, aut concinnius: præſertim in vitijs conſectandis, cùm in vno facto multa inſunt facta.

Methodi celeritatis.

CAPVT XX.

Methodus τῆς γοργότητος.

IN *celeritate, quæ dicendi figura velox eſt, & concitata Hermogenes ἀπαύτησιν, καὶ ἀντίθεσιν nominat, quibus ratio, ea quæ nobis obſunt, atq; officiunt occupandi, atq; refutandi continetur. Solent enim hæ duæ plærunq;*

quaſi æmulæ coniungi, eodem in loco, & in pugna argumentorum. vt in illo Demoſthenis. Τὶ γὰρ καὶ βουλόμενοι μετεπέμπεσθε ἂν αὐτοὺς ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ. *Hactenus occurrit tacitis cogitationibus populi, quæ* ἀπαίτησις *dicitur: ſequitur* ἀντίθεσις, *contraria reſponſio, atque refutatio.* Ἐπὶ τὴν εἰρήνην; ἀλλ᾽ ὑπῆρχεν ἅπασιν. ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸν πόλεμον; ἀλλ᾽ αὐτοὶ περὶ εἰρήνης ἐβουλεύεσθε. *Sic idem orator pro Byzantijs:* Νὴ Δία κακοδαιμονοῦσι γὰρ ἄνθρωποι, καὶ ὑπερβάλλουσιν ἀνοίᾳ· πάνυ γε. ἀλλὰ ὅμως δεῖ σώους αὐτοὺς εἶναι. συμφέρει γὰρ τῇ πόλει. *Fiunt ſæpe huiuſmodi occupationes confeſſione præpoſita, vt in hoc poſtremo exemplo Demoſthenis.* πάνυ γε. *Hoc genus confitendi Hermogenes* Συγχώρησιν *in figura concitata, &* ὁμολογίαν *in præceptione grauitatis nominat, & cùm ompia hæc tria concurrunt, occupatio ſcilicet, & confeſſio, & contraria ratio, Hermogenes* συνδρομὴν *nominat, horum trium tanquam hoſtilem concurſionem, in qua orator tamen euadat ſuperior. vt Cic. pro Au. Cluentio. At etiam Balbus eſt condemnatus.* ἀπάντησις, *occupatio & veluti occurſio oratoria. Adde etiam maieſtatis. Non ſolùm confitetur condemnationem, verùm etiam concedit grauioris criminis pœnam. Sed vt ad ſuum perueniat orator: vt intelligas, inquit, hoc iudicium cum illo non eſſe coniunctutm. Iſtud enim loco* ἀντιθέσεως *poſitum eſt. Subiecta eſt altera* ἀπαίτησις *occupatio. At eſt hoc illi crimen (ſcilicet corrupti iudicij) obiectum. Fateor.* Συγχώρησις, *abſque refutatione, propterea quòd non obſit, quod obiectum fuit. Atq; ſequitur etiam altera* ὁμολογία, *ſiue* συγχώρησις, *vtilis tamen oratori. Sed etiam legionem ab eo eſſe ſollicitatam in Illyrio C. Goſconij literis & multorum teſtimonijs planum factum eſt, quod crimen erat proprium illius quæſtionis, & quæ res lege maieſtatis tenebatur.*

Συγχώρησις καὶ συνδρομή.

ur. Poſtremò, tertia ſequitur ἀπαίτησις. At hoc obfuit ei
maximè. Ecce ἀντίθεσιν. Iam iſta diuinatio eſt, qua ſi
ti licet: vide ne mea coniectura multò ſit verior.

SCHOLÆ.

Quod in exordijs dicitur πρόληψις, hoc in confirmatione
dicitur ἀπάντησις. Nam πρόληψις aliorum rhetorum nihil
liud eſt Hermogeni, quàm exordium ἐξ ὑπολήψεων, ex opi-
ionibus hominum factum. Ἀπάντησις eſt occurſus, qui fit
ontra cogitationes, & argumenta aduerſariorum, id eſt, εἰ-
γωγὴ τοῦ ἐναντίου κεφαλαίου. Latini vocant occupationem.
ντίθεσις eſt contraria ratio noſtra oppoſita aduerſarij ratio-
i. Hæc ἀπάντησις aliquando fit breuiter, vt in altercatione
inuta ſunt ἀπαντήσεις βραχεῖαι, vt Hermogenes in γοργότητι
ocat. Sunt etiam quędam μακραὶ, quales ſunt ἐν σφοδρότητι.
liquando autem non ſolùm eſt ἀπάντησις, neque ἀντίθεσις,
d etiam συγχώρησις, vt in altero exemplo additur, πάνυ γε.
um ergo hæc tria concurrunt Hermogenes vocat συνδρο-
ὴν.

Primæ duæ occupationes breuiter ſunt abſolutæ. Hæc
tem poſterior tractata eſt prolixius, & confirmata
inione contraria explicata ipſius iudicij ſententia. Ego
um, inquit, ſic arbitror: Balbum, quod homo nequam,
pis, improbus, multis flagitijs contaminatus in iudi-
um ſit adductus: idcirco facilius eſſe condemnatum.
inde demonſtratione ſophiſmatis aduerſarij. Tu mihi
tota cauſa, Balbe, quod tibi commodum eſt, eligis: vt
eſſe ſecutos iudices dicas. Poſtremò concluſione, quam
am confirmauit noua ratione ex ſimili, atque ex pari.
apropter hoc Balbi iudicium non plus obeſſe huic cau-
debet, quàm illa quæ commemorata ſunt ab accuſato-
duo iudicia P. Popilij, & T. Guttæ, qui cauſam de
bitu dixerunt: qui accuſati ſunt ab ijs, qui erant ipſi
bitus condemnati: quos ego idcirco eſſe arbitror in in-
rum reſtitutos, quòd planum fecerint, illos ob rem iu-
andam, pecuniam accepiſſe. Sed quod iudicibus pro-

Ex loco adiũ
ctorum.

barint, quod in eodem genere in quo ipſi offendiſ
alios reprehendiſſent, ſe ad præmia legis venire oport
Ad extremum repetitur ipſa concluſio vniuerſæ diſcep
tionis. Quapropter neminem dubitare arbitror: q
illa damnatio ambitus nulla ex parte cum cauſa A. C
entij veſtroq́; iudicio coniuncta eſſe poßit. Placuit
Ciceronis locum totum ponere, atque explicare: qu
deatur duplex ratio occupandi: vna breuior, quæ br
bus fiat ἀπαντήσεσι, καὶ ἀντιθέσεσι: altera prolixior,
giore diſceptatione, vt hæc poſtrema Ciceronis diſce
tio, pro Cluentio contra T. Actium accuſatorem.

SCHOLÆ. Occupationes in argumentando vocantur ab Her
ἀπαντήσεις, quaſi obuiationes, contra argumenta aduer
rum, & ita ἀπαντήσεις ſunt argumenta aduerſariorum, qu
men nos ipſi adferimus. Ἀντιθέσεις verò ſunt noſtra argu
ta, quæ contra aduerſariorum argumẽta adferimus, & o
nimus. Quatuor erant qui condemnati erant, & obſta
cauſæ Cluentij: Balbus, Popilius, Gutta, Stalenus. Cice
gitur quatuor præiudicia refutare: dicit Balbum fuiſſe
demnatum maieſtatis, non propter acceptam pecun
Ideò Cicero vtitur ἀπαντήσει, reſiſtit ὁμολογίᾳ, ἢ συγχ
dicit eſt condemnatus, & grauiſſimi quoque criminis,
cet maieſtatis. Eſt argumentum à conſequentibus: ſi
demnatus maieſtatis: ergo non pertinet ad hoc iudici
quo agitur de corrupto iudicio.

Ἀντίθεσις eſt oppugnatio argumenti aduerſarij, ſiue ea fiat negãdo, ſiue contraria opponendo.

De confeſsione.

CAPVT XXI.

AC quoniam confeßione vtendum ſæpe eſt, de b
etiam dicemus. Eſt enim neceſſarium in ſent
& argumentis ornamentum. Nam in aduerſarijs
num voluntatibus, in opinionibus aduerſis, inimi
offenſionibus, quæ ab Hermogene κεκρατηκότα πάθ
nantur, ſæpe cedendum eſt, vel veritati, vel b

In Methodo grauitatis,

nioni, atque iræ. Huius rationis Homerum ſcribit eſſe
entorem, & authorem, cuius hoc ponit exemplum. Η
Iliad. B.
ν καὶ πόνος ἐστὶν ἀνιηθέντα νέεσθαι. καὶ γάρ τίς θ' ἕνα μῆνα
ων ἀπὸ ἧς ἀλόχοιο, Ἀσχαλάᾳ σὺν νηῒ πολυζύγῳ. *Et Thu-*
Ἐν περικλέους λόγῳ. ἐν τῇ Β. συγγραφῇ.
lidem ſcribit imitatorem fuiſſe idem author in oratio-
Periclis. Δουλοῖ γὰρ τὸ φρόνημα τὸ ἐφνίδιον, καὶ ἀπροσδό-
τον καὶ πλείστῳ παραλόγῳ συμβαῖνον. *Et in eadem hac*
tione vſurpanda, Demoſthenem nonum ſucceſſorem
minat, qui contra Philippum. εἰ δέ τις ὑμῶν, *inquit,*
ἐν τῷ Β. Ὀλυν.
φίλιππον ἐυτυχοῦντα ὁρῶν, ταύτῃ φοβερὸν προσπολεμῆ-
νομίζει, σώφρονος μὲν ἀνθρώπου λογισμῷ χρῆται, μεγά-
γὰρ ῥοπή. *Doctrem verò huius rationis ſcribit Iſocratē*
ſſe, qui eam in arte ſua his verbis tradidit. Μηδὲ πρὸς
Ἐν τῷ πρὸς Δημόνικον.
ς τῶν παραπλησιαζόντων ὀργὰς ταχέως ἀπαντῶν, μήδ'
ἀδίκως ὀργιζόμενοι τυγχάνωσιν, ἀλλὰ θυμουμένοις μὲν
τοῖς εἴκων, πεπαυμένοις δὲ ὀργῆς ἐπιπλήττων. *Quoniam*
d hos quatuor hanc rationem obſeruauit Hermoge-
: propter ætatum ordinem, atq; diſcrimina, Ὅμηρος
uit, ἐποίησε: Θουκυδίδης ἐμιμήσατο: Δημοσθένης διε-
ζατο: Ἰσοκράτης παρέδωκεν.

Cùm igitur omnia iſta tria concurrunt vnum in locum
SCHOLÆ.
icet ἀπάντησις, ἀντίθεσις, & ὁμολογία: tum dicitur illud or-
mentum συνδρομή. Vocabulum hoc eſt militare, quando
es vtrinque infeſtæ concurrunt: quod Græci quoque vo-
t συντρέχειν. Quoniam ergo vtendum eſt ὁμολογίᾳ: ſcien-
m quando ea ſit vtendum, ideò tradenda ſunt de ea præ-
ta. Non ſemper ijſdem in locis, cauſis, vel eodem modo
ndum eſt ὁμολογίᾳ. Oratores aliquando ſimplici vtuntur
λογίᾳ: aliquando adijciunt deprecationem, aliquando
θεσιν adiungunt, aliquando vtuntur ὁμολογίᾳ, per diſſi-
lationem, vt Cic. Nouum, & inauditum crimen C. Cæ-
&c. Hermogenes promittit ſe dicturum περὶ συνδρομῆς, καὶ
χειρήσεως, ἐν μεθόδῳ δεινότητος, ſed in illo libro non po-
vocabulum συνδρομῆς, verùm oſtendit quomodo confi-
ten-

tendum ſit, περὶ ὁμολογίας, ἢ συγχωρήσεως. Ibi dicit τῶ
κεκρατηκόσι πάθεσιν εἴκειν, καὶ τὰ κεκρατηκότα πάθη παρ
θεῖναι: non reſiſtendũ eſt iratis iudicibus oportet tum e
nobis obſit: tamen cõfiteri. Quando ergo auditores,&
ces nobis ſunt offenſi: tum vti oportet συγχωρήσει, opon
dere. Hanc rationẽ prius inuenit Homerus, ibi conſulẽd
Vlyſſes, qui diu abfuit. Moleſtum eſſe diu abeſſe à patri
Aeneas apud Virg. fatetur magna mala ſuos ſocios perp
eſſe: O ſocij paſſi grauiora. Vos & Scyllæam rabiem,&c.
ſubiungit ἀντίθεσιν: Dabit Deus his quoque finem, &c.

Iliad. γ.

*In criminibus etiam manifeſtis, confeßione vten
eſt, neque eſt alia elabendi ratio, atq; eam etiam ab
mero inuentam ſcribit Hermog. apud quem Hele
Iliad. de ſua cauſa veniam apud Priamum inueni
ipſe etiam Priamus reſponderet.* ὅτι μοι αἰτίη ἐσσὶ θ
μοι αἴτιοί εἰσιν. *Quare hac ratione vtendum eſt in
veris, non falſis, manifeſtis, non obſcuris, odioſis,
etiam inueteratis, quæ negari non poſſunt. Lenire a
oportet. Sed Helenæ confeßio abſoluta eſt abſque exc
tione, aut defenſione. Aliquando tamen poſt confeßi
ſolet ſubÿci negatio, aut promißio contrariæ probat
vt pro Cn. Plancio Cicero. Equidem quò me vertam
ſcio: negem fuiſſe illam infantiam corrupti iudicÿ?
gem illam rem agitatam in concionibus, iactatam i
dicÿs: commemoratam in Senatu? euellam ex a
hominum tantam opinionem, tàm penitus inſitam,
vetuſtam? Tametſi dubitando, atq; interrogando c
teatur: tamen non omnino profitetur, imò negat, i
rando opem iudicis. Veſtri, inquit, auxilÿ eſt, hui
nocentiæ, ſic in hac calamitoſa fama, quaſi in qu
pernicioſißima flamma, atq; in communi incendi
uenire. Genus hoc confeßionis mixtum cum inficia
accommodatißimum eſt ad conciliandos iudices. It*

Τῶν ὁμολογουμένων ἀδικημάτων, μία παραμυθία, ἡ ὁμολογία, καὶ ἀπολογία.

DA

llo poſt eam renouat. Ego, inquit, me iudices, ad eam
ſam accedere, quæ per annos octo continuos ex parte
raria audiat, atq; ipſa hominum opinione tacita pro-
conuicta, atque damnata ſit, facilè intelligo. Hacte-
confeßio ſimilis ſuperiori: additur ὑπόσχεσις *promißio*
trarij. Sed ſi quis mihi Deus veſtram ad me audien-
n beneuolentiam conciliarit: efficiam profectò: vt in-
igatis, nihil eſſe homini innocenti tàm timendum,
m inuidiam: nihil innocenti ſuſcepta inuidia, tàm
andum, quàm æquum iudicium, quod in hoc vno de-
falſæ infamiæ finis aliquis, atque exitus reperiatur.

SCHOLÆ.

Confeſſio poteſt numerari inter methodos oratorias, hoc
inter ornamenta ſententiarum, non enim verborum eſt,
ſententiarum, pertinet ſiquidem ad tractationem rerum.
confeſſio, & conceſſio, in hoc loco, ſunt ἰσοδυναμοῦντα.
nfeſſione vti debemus, primum in motibus animorum
is aduerſarijs. Si iudex nobis infenſus eſt, oportet cedere
ci. Si populus timet, & videt hoſtem potentiorem eſſe,
rtunatiorem, & meliorem habere exercitum: neceſſe vt
cedat hoc populo: non debemus omnino reſiſtere Opor-
quidem illum motum παραμυθεῖσθαι, id eſt, verbis lenire:
urſus oportet εἴκειν, cedere, quod fit confitendo. Et ſic
ur confeſſione in occupationibus. Hanc rationem pri-
inuenit Homerus, qui fatetur eſſe quidem moleſtum
e à patria: ſed deinde reſiſtit huic motui conſolando.
cydides imitatus eſt Homerum in hac ratione. Iſocrates
ac ratione præceptum tradidit Alrerum tempus eſt, quã-
t vtendum confeſſione: in criminibus ſcilicet manife-
quæ negari non poſſunt. Confeſſio autem variè tracta-
Vnum genus eſt purum, & ſimplex, cùm ſolùm confite-
ihil defendis, non deprecaris eſt abſoluta confeſſio. A-
Ciceronem verò habetis confeſſionem mixtam. vt Cic.
itetur famam, opinionem corrupti iudicij, ſed negat à
uentio corruptum eſſe: verùm ab Oppinianico: partim
fatetur, partim non fatetur. Cùm itaq; eiuſmodi eſt res,
x vna parte vera, ex altera falſa eſt, tùm oportet confiteri

Conceßio & confeßio ſunt ἰσοδυναμοῦντα & ſæpe locum habent in occupationibus.

Abſoluta confeßione rariſsimè vtuntur oratores.

quod verum eſt: & alterum negare. vt Cic. fecit pro Au
entio. non ſolùm confitetur, ſed etiam copioſè, diuq
morando in eadem re. Eſt ἐπιμονὴ facta diuerſis verb
ſtremò vero ſequitur ἄρνησις, ſcilicet vno quaſi verbo di
ſtrum eſt innocentiæ huius, &c. Poſita autem eſt ἀξί
co ἀρνήσεως. Hæc figura multum conducit exordijs, i
patet ex eodem. Sed ſiquis.) ὑπόσχεσις ἠθική. Efficiam.)
φανσις. Profectò.) vtitur ὅρκῳ, &c.

Simulata confeſſio.

Aliquando etiam oratores ſimulata confeſſione
tur, non facti, ſed generis, cùm factum ſcilicet
non poteſt. vt, pro Ligario: Nouum crimen, C. Cæſ
ante hunc diem inauditum propinquus meus ad
Tubero detulit. Q. Ligarium in Africa fuiſſe. Poſ
genus confeßionis aut defenſio ſolet ſubijci, vel per
parationem meritorum: vel per relationem crimin
per remotionem aliam in perſonam: vel deprecati
qua in eodem exordio vſus eſt Cicero. vt, Sed qu
diligentia inimici inueſtigatum eſt, quod latebat:
tendum eſt, vt opinor: omiſſaq́ controuerſia omn
tio ad miſericordiam tuam conferenda eſt: qua pl
ſunt conſeruati: cùm à te non ſolùm liberationem
ſed errati veniam impetraſſent, &c.

SCHOLÆ.

Tertium genus confeſſionis eſt, κατ' εἰρωνείαν: cùm
factum negatur, ſed genus, id eſt, qualitas facti nega
εἰρωνικὴ confeſſio, non criminis (fuit enim in Aphric
pſit arma contra Cæſarem) ſed generis. negat enim
tatem criminis. Eſtque ipſa εἰρωνία, ἐν ἐπιθέσει, cùm
nouum crimen, & ante hunc diem inauditum. Hoc
confeſſionis tractatur, vel per defenſionem, κατ' ἀπ
vel per ſtatum venialem, κατὰ συγγνώμην, ἢ δέησιν. O
reum eripere vel defenſione, vel deprecatione. ἀπολ
vel per σύγκρισιν, cùm comparas commoda cum inc
dis: fateris, te maius commodum reliquiſſe: appeti
nus incommodum. Satius fuiſſe impedimenta relin
quàm totum exercitum perdere, vel per relationem,

τίγα

γκλημα, fateris te occidiſſe ciuē Romanum, indemnatum, natorem antiquiſſimæ familiæ: ſed occidiſſe inſidiatorem: dq; te coactum feciſſe eius inſidijs: eſt ἀντέγκλημα. aliquan o vtimur remotione, cùm cauſam remouemus in alium. vt, ùm Helena dicit. Ego quidem cauſa fui malorum: ſed ita in tis fuit: eſt μετάστασις. Ita Priamus dicit deos in cauſa eſſe orum malorum. Si non poſſumus defendere, oportet vti ad tremum συγγνώμη. Quanquam illa συγγνώμη raro eſt abſo ta: qualis eſt apud Ciceronem in exordio pro Ligario. etſi itur etiam ἀντεγκλήματι, dicens Tuberonem in eodem uoque crimine fuiſſe. Raro ergo vtuntur oratores abſoluta a confeſſione.

Περὶ τῆς Ἀποστροφῆς.

CAPVT XXII.

Et quoniam in ſuperiori exemplo Ciceronis proximo ſermo ad Tuberonem aduerſarium deflexus eſt, quod nus ornamenti Apoſtrophe dicitur: dicendum etiam de eſt: quæ tametſi in acri, & vehementi dicendi genere Hermogene, inter verborum ornamenta ponatur, ta en in doctrina grauitatis, dubitat: ad verborúmne, an ntentiarum ornamenta pertineat. Adhibetur tamen, q, commutatur in tractandis ſententijs pro rerum, at ue perſonarum varietate. In triſtibus enim rebus, atque ntentijs nobis tamen non aduerſarijs, ad amicos ſæpe flectitur oratio. vt, pro Milone: O me miſerum, ô me fœlicem, reuocare me tu, Milo, in patriam per hos po iſti: ego te per eoſdem in patria retinere non potero? criminibus verò aduerſariorum, cùm illa obijciuntur, n raro ad aduerſarios deflectitur oratio. vt, περί σοι πλυον Αἰσχίνη, καί σοι προὐξένεις αὐλῶν. *Sic etiam in ma lictis, atque conuitijs inimici appellantur. Vt Iamne des bellua, &c. Idem ſit in argumentando, vt id quod ijcimus crimen, aut maledictum magis confirmet, emadmodum in Verrem. Hac tu omnium mortalium*

περίοδος ἐνθυμηματικὴ per cōtraria.

Duo genera ſunt maledictorum. quædam cū crimine ſunt coniuncta

aſſli-

quædã ſunt abſq; crimine. vt κακοήθης ὤν. Bellua. &c.

afflictiſsime, atque perditiſsime, cùm ſcires, cùm au
quotidie, cùm videres: ſi ſine tuo maximo quæſtu fier
cum tanto periculo tuo fieri paterêre atque conceder
Hoc genus plærunque interrogando fieri ſolet, quò
confirmatio cadat vehementius. Vtimur etiam in
ſtris laudibus, atque meritis commemorandis, ſæpe ἐ
στροφῇ. Et quoniam periculoſus hic locus eſt, & tamen ſ
pe id faciendum eſt, quomodo autem id fieri debeat, D
moſthenis exemplo demonſtrabimus. Aut enim nece
tate coactos nos id facere dicemus. Vt in principio ora
nis περὶ στεφάνου. Κἂν μὲν διαλαβόμενος τοῦτο, μὴ λέγω τ
πεπραγμένα ἐμαυτῷ οὐκ ἔχειν ἀπολύσασθαι τὰ κατηγορη
δόξω, οὐδ᾽ ἐφ᾽ οἷς ἀξιῶ τιμᾶσθαι δεικνύναι. *Succurrit h*
neceſsitati ſæpenumerò ὑπόσχεσις, *qua promittimus fa*
ros nos id modeſtiſsimè. vt eodem in loco πειράσομαι
οὖν ὡς μετριώτατα τοῦτο ποιεῖν. *Et huic tanquam præſ*
addita eſt relatio criminis in aduerſarium. Ὅ, τι δ᾽ ἂ
πρᾶγμα αὐτὸ ἀναγκάζῃ, τούτου τὴν αἰτίαν, οὗτός ἐστι δί
ος ἔχειν, ὁ τοιοῦτον τὸν ἀγῶνα ἐνστησάμενος. *Cùm verò*
diocris eſt ipſa laus: vt magis vel defenſio, vel comm
datio eſſe videatur: iudices appellari poſſunt, vt τὰ
τοίνυν τῆς οὕτως αἰσχρᾶς καὶ περιβοήτου συστάσεως καὶ κα
μᾶλλον ἢ ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι προδοσίας, εἰ δεῖ μὴ ληρεῖν
τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας, ἥτε πόλις παρὰ πᾶσιν ἀνθρώ
ἀναίτιος γέγονεν ἐκ τῶν ἐμῶν πολιτευμάτων κἀγὼ
ὑμῖν. *Sed fit ſæpenumerò, vt in eodem loco, & grata &*
grata laudationes miſcendæ ſint. quod dum fit, vten

Ὑπαλλαγὴ τῶν προσώπων.

eſt perſonarum, (vt Hermogenes vocat) ὑπαλλαγῇ. *vt*
neceſsitas etiamſi non nominetur, neque indicetur:
ceſsitas tamē appareat, vt in hoc ipſo loco: εἶτά μ᾽ ἐρω
αὐτὶ ποίας ἀρετῆς ἀξιῶ τιμᾶσθαι.

SCHOLÆ.

Eſt apud Ciceronem, in oratione pro Ligario, genus qu
dam

dam confeſſionis εἰρωνικὸν, cùm dicit: Nouum crimen, &c. Ibi eſt confeſſio qualitatis: quòd ſcilicet nouum & inauditum crimen ſit. Poſt hanc ſequitur vera confeſſio rei, cùm inquit: Sed quoniam diligentia inimici inueſtigatum eſt, &c. Poſt confeſſionem illam Cicero orationem flectit ad aduerſarium: Habes igitur, quod maximè optandum eſt, confitentem reum, &c. Oratoris verò proprium munus eſt, orationem dirigere ad iudices, aliquando tamen deflectendum eſt ad aduerſarium. Hoc ornamentum oratores vocant ἀποστροφὴν, & eius vſus eſt ἐν τῇ σφοδρότητι. Ponit autem inter σχήματα δεινότητος, vbi dubitat, an ad ſententiarum, an verborum ornamenta pertineat. Inter σχήματα λέξεως collocatur, eò quòd nominatiuus mutatur in vocatiuũ. Quoniam autem oratio fit per inflexionem caſus, putant pertinere ad ornamenta verborum. Et quia ἀποστροφῇ nõ ſemper eſt vtendum, ſed certis quibuſdam in cauſis, rebus, & perſonis: idcirco videtur inter σχήματα διανοίας numeranda. Oportet igitur ſcire quando vtendum ſit, ἀποστροφῇ. Aliquando in noſtris perſonis: in rebus ſcilicet grauibus, ad nos pertinentibus, nõ ad iudices: quibus tamen in rebus opus habemus clementia iudicis, & miſericordia, in rebus triſtibus, miſeris, &c. Vt Cicero exclamat: O me miſerũ, &c. Eſt exclamatio ἐνθυμηματικὴ, facta ex contrarijs, eſt periodus ἀντικειμένη. Alioqui apoſtrophe propriè fit ad aduerſarios, idque vel in obijciendis criminibus, ἐν κατηγορίαις. vt Demoſth. cõtra Aeſchinem, παρὰ- ηγλίλυον αἰχίνη: aut in maledictis, & conuitijs: vt γραμμα- κύφων αἰσχίνη, &c. Iam ne vides bellua, &c. Aliquando ἀποστροφὴ naſcitur ex neceſſitate, vt in noſtris laudibus, cùm de nobis eſt dicendum. vt, Cicero ſępe dicit de ſuo conſulatu. Sic Demoſthenes cùm de ſe loquitur, excuſat ſe neceſſitate, & veniam petit, vt ſibi ignoſcatur. Vt in principio περὶ στεφάνου. Cùm ergo de nobis eſt dicendum, præmittenda eſt ἀνάγκη, neceſſitas, item ὑπόχεσις. vt, πειράσομαι δ' ὡς μετριώτατα λέγειν. Oſtendit neceſſitatem, item ſe pudicè id velle facere, & tranſfert cauſam in aduerſariũ. Sed in noſtris laudibus quędã ſunt mediocria, quę poſſumꝰ abſq; offenſione cõmemorare. Quedam autẽ nimis ſunt glorioſa & iactabũda. Quid ergo faciendum? In mediocribus rebus debemus dirigere orationem ad iudices. Cùm autem venimus ad eam partem, quæ eſt pe-

riculoſior, ne videamur nimis eſſe φιλόζιμοι: debemus
ces appellare: quemadmodum Demoſthenes fecit co
Aeſchinem.fol. 99. Ibi Demoſthenes primum appellat
ces. Τάυτης τοίνυν, &c. Vtitur δεινώσει, καὶ αὐξήσει. Malum
lud vocat σύστασιν, & κακίαν. Μᾶλλον δὲ.) Verbis quantum
tuit exaggerat. ἡ δὲ πόλις.) ſcopulus, in quo cauendum ei
ne impingeret. εἶλά μ' ἐρωτᾷς.) Eſt Apoſtrophe ad adu
rium, &c.

Methodi τῆς Αληθείας.

CAPVT XXIII.

SED appellationem aduerſariorum aut ad alias per
nas ſermonis deflexionem aliqui rhetores inter v
borum ornamenta numerant. Veruntamen quia in v
tate, & contentione plerunque illa vtimur, & rati
certa adhibetur, tractatur, atque variatur, viſum
eam nobis in ſententiarum ornamentis ponere. Num
reliqua tranſeamus. In moratæ figuræ partibus Her
genes ἀλήθειαν *nominat. & Cic. lib. 3. de Oratore, veri*
tem actionis vocat, hoc eſt, vt Græci loquerentur, ἀλήθε
τοῦ ἀγῶνος. *Hoc enim genus eſt verum non fictum, ſeri*
non iocoſum: aut ſi quando lætum eſt: tamen appare
titia vera ab animo profecta. Hoc genus tam multa ha
ſententiarum ornamenta: quot animorum ſunt mo
Ἀγανάκτησις. *Ergo in hoc genere primo collocemus* ἀγανάκτησιν, *hoc*
indignationem, ſed eam quæ fit cum dolore, & quer
Σχετλιασμός. *nia, qui* σχετλιασμὸς *à Græcis dicitur. vt,* ἀλλ' ἀνδρ
ὑμῶν πομπείων ἐπισκεδαστὴς, ἀνδροτίων, ὦ γῆ, καὶ θ
Nam aliquando iracunda tantùm eſt indignatio,
querela, cum exacerbatione animi. vt, diſsimulare
ſperaſti perfide tantũ poſſe nefas, tacitusq; mea diſce
terra? Aliquando plena maledictis atq; conuitijs, vt
Λοιδορία. ἄρες, βροτολοιγὲ μιαιφόνε τειχεσιπλῆτα. *Vno in verſu*

con

conuitia congeßit, quæ Marti obijci poterant. Verùm id faciendum eſt in ſubitis, & repentinis iniurijs. In diſceptatione autem longiore, paulatim eſt ira inſlammanda. Cuius rationis exemplum præſcripſit Homerus in lib. 1. Iliados: in quo Achillis ira paulatim augetur. Principio enim vbi Agamemnon poſtulat pro Chryſeide aliud ſibi dari præmium à Græcis, moderatè iraſcitur, vno conuitio. Ἀτρείδη κύδιστε, φιλοκτεανώτατε πάντων, *auaritiam ſolùm obijciens. Vbi verò deinde minatur Agamemnon præmium ſe ablaturum aliorum* ἢ τεὸν, ἢ αἴαντος ἰὼν γέρας ἢ ὀδυσῆος ἄξω ἑλών. *Etiam ad auaritiam impudentiã adijcit.* Ὦ μοι ἀναιδείην ἐπιειμένε κερδαλεόφρον. *Poſtea autem vbi cum contemptu minaretur Agamemnon ſe ablaturum Bryſeida, Achillis præmium, plena indignatione indignatur:* Οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο. *Et quoniam in hunc locũ incidimus, placet eum totum explicare. Nam, vt non ſolùm conuitiari videatur: ſed etiam cum ratione iraſcatur, ſubijcit ad conſirmandum poſtremum conuitium.* οὔ τέ ποτ' ἐς πόλεμον ἅμα λαῷ θωρηχθῆναι. οὔτε λόχον δ' ἰέναι σὺν ἀριστήεσσιν ἀχαιῶν. Τέτληκας θυμῷ, τὸ δέ τοι κὴρ εἴδεται εἶναι. *Deinde ad iracundiam adijcit ironiam propter iniuriam nondum factam, ſed tamen oſtentatam.* Ἦ πολὺ λώϊόν ἐστι κατὰ στρατὸν εὐρὺν ἀχαιῶν δῶρ' ἀποαιρεῖσθαι, ὅστις σέθεν ἀντίον εἴποι. *Idem rurſus conuitiatur:* Δημοβόρος βασιλεὺς, *& Græcos excitat ad eundem motum:* ἐπεὶ οὐτιδανοῖσιν ἀνάσσεις. *Poſtremò effundit ſe in iuſiurandum.* Ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω, καὶ ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι. Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν.

Duo genera motus: primò laudat, poſtea conuiciatur.

Ὀνειδισμὸς, cum probro.

Minæ ἀπειλαί.

SCHOLÆ.

Hermogenes inter dicendi genera, quæ pertinent ad dicendi genus moratũ, habet ἀλήθειαν, genus dicendi verum, non fictum: ab animo ſcilicet profectum, ideoque λόγον ἐνδιάθετον vocat. Et hoc ἦθος eſt plerunque ἐμπαθὴς inflammatum. Rhetores habent quaſdam methodos, & tractandi rationes, ſiue ornamenta ſententiarum: quibus vtimur in mouendis animis. Primum eſt indignatio, à Græcis ἀγανάκτησις nominata. Ἀγανακτεῖν, eſt quaſi ἄγαν. i. nimium ἄχθεσθαι, dolere, cùm ſupra modum, & ſupra rationem iraſcimur, non ſubiecta ratione, ſed conuitijs additis, & hæc eſt generalis ſignificatio. Sed indignatio cum querela, & ſignificatione doloris, dicitur χετλιασμὸς, habens νέμεσιν, dolens de indignatione. Sed ſi tamen eſt ſimplex, dicitur ὄνειδος. Subito iraſcendum, ſubito periculo & re non expectata, in inſperatis rerum euentibus. Sed cùm eſt longa diſceptatio, veniendum paulatim ad iram ἠθικῶς, vt faciunt oratores.

Ὀνειδισμός.

Ad ἀγανάκτησιν etiam pertinet ὀνειδισμὸς, quo in accuſando vtimur, contra aduerſarios, & eſt viri boni leuitate, & turpidine offendi, & indignari, modò id fiat loco, & decenter, ſine quo nihil poteſt fieri benè. Huius exemplum eſt, in II. Philippica, illud nobile rhetorum Tu iſtis faucibus, iſtis lateribus, iſta gladiatoria totius corporis figura tantum vini in Hippiæ nuptijs hauſeras: vt tibi neceſſe eſſet in pop. Romani conſpectu vomere poſtridie. Expoſuit facinus leuiſsimi hominis turpe. Indignatur igitur, & amplificat. O rem non modò viſu fœdam, ſed etiam auditu. Si inter cœnam in tuis iſtis immanibus poculis hoc tibi accidiſſet, quis non turpe diceret? In cœtu verò pop. Romani, negotium publicium gerens, Magiſter equitum, cui ructare turpe eſſet, is vomens fruſtis eſculentis vinum redolentibus gremium ſuum, & totum tribunal impleuit. Aliquando cum ὀνειδισμῷ etiam ἀνάμνησις coniungitur. vt in eodem loco, poſteaquam de auctione bonorum Cn. Pompij expoſuiſſet. Tantus igitur te ſtupor oppreſsit, vel, vt verius dicam, tantus furor: vt primum, cùm ſector ſis iſto loco natus, deinde, cùm Pompeij ſector, Εὐχή.

Cauſa voti timor, & ratio parum ſibi conſtans.

Votū προθυμητικόν.

peij ſector, non te execrandum pop. Romano, non deteſtabilem, non omnes tibi Deos, omnes homines, & eſſe inimicos & futuros ſcias. Etiam in ira & dolore εὐχὴ ſolet adhiberi, quam Craſſus apud Ciceronem optationem vocat, familiaris Poëtis. vt, O vtinā tùm cùm Lacedæmona claſſe petebat Obrutus inſanus eſſet adulter aquis. Aliquando optatio ad præterita accommodatur, per admirationem, quam μακαρισμὸν vocant, quo in periculis, & in metu ſolēt vti Poëtæ ad cōmouendos animos. vt, Extēplo Aeneæ ſoluuntur frigore membra, Ingemit: et duplices tendens ad ſydera palmas Talia voce refert: ô terq́; quaterq́; beati Queîs ante ora patrum Troiæ ſub mœnibus altis Contigit oppetere. ô Danaûm fortiſſime gentis Tydide, méne Iliacis occumbere campis Non potuiſſe, tuaq́; animam hanc effundere dextra? Et ne quis ignauum putet eſſe, optare aliquem: vt ab hoſte necetur, aut necatus eſſet, exemplis ſuam optationem confirmat: Sæuus vbi Aeacidæ telo iacet Hector, vbi ingens Sarpedon, vbi tot Simois correpta ſub vndis Scuta virûm, galeasq́; & fortia corpora voluit. Sed non ſolùm in ira, verùm etiā in amore, et beneuolentia optatione vtimur. vt, πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, θεοῖς εὔχομαι πᾶσι, καὶ πάσαις, ὅσην εὔνοιαν ἔχων ἐγὼ διατελῶ τῇ τε πόλει, καὶ πᾶσιν ὑμῖν, τοσαύτην ὑπάρξαι μοι παρ᾽ ὑμῶν εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα. Deos precatur id quod in optatis habet, vt quam beneuolentiam ipſe erga pop. perpetuam habet: eam ſibi in eo iudicio Athenienſes declarent. Vehemens optatio eſt, & loco ὁρκισμοῦ poſita: vt videtur Hermogeni: & ſunt cognatæ figuræ ſententiarum εὐχὴ, καὶ ὅρκος.

SCHOLÆ.

Locus Homeri de ira Achillis, deſinit in iureiurando, & comminatione. Ὀνειδισμὸς, eſt vituperatio cum probro coniuncta, & dedecore. Sed aliquando ὀνειδισμὸς non ſolùm eſt in verbis, ſed etiam in rebus; & factis, & fit obiectione tur-pium factorum. Prima ſpecies ἀγανακτήσεως eſt χετλιασμὸς, vt ἀνδροπιῶν, &c. Sic ἀπειλαὶ, minæ in quibus deſinit ira Achillis, ſic ὀνειδισμὸς, ſic ἐπιτίμησις. Ὀνειδισμὸς eſt inimica, & hoſtilis criminum obiectio. ἐπιτίμησις eſt amica reprehenſio, cùm habemus rationem honoris illius, quem reprehendimus. Oratores in accuſando vtuntur ſententijs ὀνειδιστικαῖς in improborum hominum magnis facinoribus, quæ officium honori, vtilitati, & maieſtati populi. vt, Cicero contra Antonium: vbi primùm vtitur ἀφηγήσει rerum: deinde notatione perſonæ Antonij: Tu iſtis faucibus: iſtis lateribus, iſta gladiatoria totius corporis figura, tantum vini in Hippiæ nuptijs. Eſt ἀφήγησις ὀγκώδης, apta amplificationi habens notationem, διασκευήν, per commorationem in eadem re. Oſtendit ſtatum corporis Antonij. Hauſeras.) Metaphora euidens. Breuiter expoſuit factum: & iraſcitur motus dedecore Reip. O rem non.) vtitur ἐκφωνήσει, exclamatione, ſequitur amplificatio, καθ' ὑπόθεσιν. Comparat rem preſentem cum re quæ nō eſt, tanquam fuerit. In cœtu.) Circumſtantia loci, perſonę. Ructare.) res digna odio, et ira. Eſt ἐκφώνησις χετλιαστικὴ, deinde amplificata res duplici ὑποθέσ. comparatione locorum, & actione corporis. Sed in eodem loco, ne videatur iſta obijcere per calumniam. & vt vitet inuidiam, corrigit iſta, ἐπιτιμήσει, vituperatione, meliore ἀγανακτήσει: quæ tractatur χετλιασμῷ, ἀπειλῇ, ὀνειδισμῷ, εὐχῇ. Optatio enumeratur à Cicerone inter lumina ſententiarum, non verborum, ſed hæc etiam aliquando tractatur lumine verborum. O vtinam.) eſt optatio muliebris. O terque.) μακαρισμός. O Danaûm.) εὐχὴ optatio cōmutata interrogatione. Vtuntur etiam optatione oratores in beneuolentia concilianda, vt Demoſth. πρῶτον μὲν, &c.

De Execratione oratoria.

CAPVT XXIIII.

E*ST etiam in figuris ponenda indignationis execratio,* ἀρὰ *nominata. Qanquam execratio ſemper cum optatione aliqua eſt coniuncta, ſiue verbis illa ex-*

preſ

preſſa ſit, ſiue animo retenta. Talis eſt illa Ciceronis ad Brutum. Dij iſti Segulio malefaciãt, homini nequiſſimo, omnium qui ſunt, qui fuerunt, qui futuri ſunt. Et huic execrationi eodem in loco, addita eſt ἐπιτίμησις, obiurgatio. Quid? tu illum tecum ſolum, aut cum Cæſare, qui neminem prætermiſerit, quo cum loqui potuerit, cui non eadem dixerit. Et optatio aliquando ſolet ſequi, & verbis exprimi, noſtra cauſa facta. vt, in eodem loco: Vtinam ne ego quidem eſſem. Et contemptio quæ etiam eſt ἀγανακτήσεως, indignationis, concluſionis locum plerunque occupat. vt, Quocirca Segulium negligamus: qui res nouas quærit, non quòd veterem comederit, nullam enim habuit, ſed quòd hanc ipſam recentem nouam deuorauerit. Aliquando ita execratio fit, vt ipſi dij appellentur, qui ſint præſentes, non vt in Ciceronis exemplo, abſentes, vt apud Homerum Poliphemus Ὀδυσ. ι. Κλῦθι ποσείδαον γαιήοχε, κυανοχαῖτα, Εἰ ἐτεόν γε σός εἰμι, πατὴρ δ᾽ ἐμὸς εὔχεαι εἶναι, Δὸς μὴ Ὀδυσσῆα πτολίπορθον, οἴκαδ᾽ ἱκέσθαι Υἱὸν Λαέρτεω Ἰθάκῃ ἔνι οἰκί᾽ ἔχοντα. Ἀλλ᾽ εἴ οἱ μοῖρ᾽ ἐστὶ φίλους τ᾽ ἰδέειν, καὶ ἱκέσθαι Οἶκον ἐϋκτίμενον, καὶ ἑὴν ἐς πατρίδα γαῖαν Ὀψὲ κακῶς ἔλθοι, ὀλέσας ἄπο πάντας ἑταίρους. Νηὸς ἐπ᾽ ἀλλοτρίης, εὕροι δ᾽ ἐν πήματα οἴκῳ. Sic Horatius. O rebus meis Non infideles arbitræ. Nox & Diana. Quæ ſilentium regis, Arcana cùm fiunt ſacra, Nunc in hoſtiles domos, Iram atque numen vertite. Non enim hoc genus execrationum tale eſt, quale illud. Dij tibi dent nulloſq́; lares, inopemq́; ſenectam, Et longas hyemes, perpetuamq́; ſitim. Comicis autem Poëtis familiarior eſt execratio quàm reliquis ſcriptoribus, vt Terentius. At tibi Dij dignum factis exitium duint. Dij te eradicent, ita me miſerum territas. Oratores execrationes cum votis, et precibus diuinis commutant. vt, in VII. Verrina. Cæte-

*ros item Deos, Deasq́; omnes imploro, atque obteſt
quorum templis & religionibus iſte nefario quodam fu
rore, & audacia inſtinctus, bellum ſacrilegum ſemper
que impium habuit indictum, vt C. Verrem ſi eius om
ſunt inaudita, atque ſingularia facinora, ſceleris, aud
ciæ, perfidiæ, libidinis, auaritiæ, crudelitatis dignus ex
tus eiuſmodi vita, atque factis, veſtro iudicio conſequ
tur, &c.*

SCHOLÆ.

Hactenus περὶ ἀποστροφῆς, de oratoria declinatione, & a
pellatione aduerſariorum. Oratores enim προσφώνησιν voc
ἀποστροφήν. Nam προσφώνησις, vel eſt Dei inuocatio, vel ali
ius hominis appellatio. Sic Μῆνιν ἄειδε θεὰ, &c. eſt προσφών
σις ποιητική. Cicero in quadam epiſtola ſcribit, quòd in lib
Claris Oratoribus velit προσφωνῆσαι Bruto .i. Bruto dedic
ſuum librum, vt hodie loquimur. Quod ergo apud Poe
dicitur προσφώνησις: id ab oratoribus dicitur ἀποστροφ
Omnis oratio oratoris primum dirigitur ad iudices. vt, E
vereor, iudices. item, Nouum crimen, C. Cæſar, &c. Poſtea
flectitur etiam ad aduerſarium. Et plerunque ἀποστροφὴ
eſt cum indignatione: nunquam appellamus aduerſari
benignis verbis, etſi quandoque illud fiat eſt εἰρωνικὴ orati
quæ etiam conuenit iratis. Poſt ἀποστροφὴν ergo de indign
tione dicendum fuit. Indignationis ſunt multæ formæ. V
vocatur σχετλιασμὸς: quæ eſt ἀγανακτικὴ ἐκφώνησις, iracu
da exclamatio. Altera eſt ὀνειδισμὸς, cùm aliquid exprobra
obijcim⁹ aliquid alicui per iracundiã, vt ex Homero allatũ d
monſtrat exemplum: vbi videmus quomodo ira in ora
ne paulatim creſcere debeat. Tertia ſpecies eſt εὐχὴ, ap
Verg. 1. Aeneidos: O terque quaterque beati, &c. Opt
adhibetur vel ad res præteritas, vt in dicto exemplo: vel
res futuras: vel ad res præſentes. Eſt autem aliquando opt
quædam cum beneuolentia: vt, apud Demoſth. in oratio
περὶ στεφάνου, πρῶτον μὲν καὶ θεοῖς πᾶσι καὶ πάσαις εὔχομαι
Sed ſunt quædam optationes quæ habent execrationes: d
quibus iam agimus. Execratio dicitur à Græcis ἀρά. Vtun
ſcriptores ſæpe in exemplis execratione. Cicero. lib. 1. ad Br
tum incipit ſtatim. Dij iſti Sedulio maleſaciant, &c. Eſt

indign

ndignatio,appoſita ratione.Oratores non debent ſine cauſa
ndignari.Sed habetis in illa epiſtola pulchrā μέθοδον,quomo
o iraſcendum ſit nobis.Primùm ponit indignationem,debe-
at iraſci Bruto,iraſcitur Segulio,eſt ὑπαλλαγή. Orator iraſci-
ur vtrique. Sed in Segulium effundit iram ſuam: poſt indi-
nationem ſtatim quieſcit: ſed ſubiungit ἐπιτίμησιν: Cur tu
redis homini nequiſſimo.arguit Brutum leuitatis,& credu-
tatis: quòd nimis ſit εὔπιστος, credulus: poſtea addit terti-
m μέθοδον, ſcilicet εὐχὴν,optationem. Vtinam ne ego qui-
em ſim,&c. Quarto loco ponit καταφρόνησιν. Nam propri-
m iræ eſt contemnere, & ira oritur à contemptu, & deſi-
it in cōtemptum. Res nouas) Oſtendit illum habere [illegible]ntri-
ulum appetentem nouos cibos.i. mala conſilia. ſunt verba
τραμμένα. Veterem rem) Vocat veterē cauſam bonam. Re-
entē)nouā cauſam,ſcilicet ſeditioſam. Μεταφορὰ, ab ijs,qui
itioſum habent ventriculum, appetentem ſubinde alios ci-
os. Aliquando vtimur προσφωνήσει, appellatione Deorum
anquam præſentium:vt,non dicimus, Dij vobis malefaciāt:
d,Dij malefaciatis huic:quando Deos appellamus vocandi
aſu: vt Polyphemus apud Homerum,implorans opem Ne-
tuni, & ipſam ἀρὰν mutat cum ἀξιώσει. Γαιήοχε.) quia ipſe
ceanus terram ambit,non quòd terram quatiat.

*Quanquam oratores etiam nonnunquam ſibi impre-
ātur mala loco iuriſiurandi,vt Demoſth.* ἐπεὶ εἴ μοι διὰ
ὸβύλευσα σῶσαι, ἐξώλεις, καὶ προώλεις ἀπολόμην εἰ προσ-
λαβὼν ἀργύριον πάνυ πολὺ μετὰ τούτων ἐπρέσβευσα. *Poëtis
tiam vſurpata eſt hæc ratio loco optationis, & iuriſiu-
andi: Sed mihi vel tellus optem prius ima debiſcat: Vel
ater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras, Pallen
s vmbras Erebi,noctemq́ profundam, Antè,pudor,quā
violem, aut tua iura reſoluam In hoc exemplo etiam
eflexio ſermonis ad ipſum pudorem, & pudicitiam mo-
m facit ſuauiorem. Omnis igitur execratio ſiue dete-
atio, ſiue imprecatio,aut in aduerſarios dirigitur, aut
n nos ipſos reflectitur: quemadmodum ex his quæ poſita*

περὶ παρα-
πρεσβείας.

ſunt, apparet exemplis. Sed hîc in mentem venit illud ex
plicare: quod annotatu digniſsimum eſt, atque etiam
Hermogene præcipitur. Inter figuras ſententiarū nu
rantur, vt iam dictum eſt, optatio, deprecatio, execra
admiratio, fiducia, timor, ſpes, & quot in motibus an
morum ſunt agitationes, tot etiam ſententiarum ſu
ornamenta. Sed ad veritatem, & probabilitatem dice
di multùm affert iurare, et te id nō prædicere: admira
et quòd admireris nō verbo præſignificare: optare, et v
bū ip[illegible] optationis omittere. Optationis igitur occulta
ſiue præterita, tale exemplū eſt. Ηνίκα τὰς δίκας τοῖς ἐ
τρόποις ἐλάγχανον μειράκιον ὢν κομιδῆ. καὶ τοῦτον οὐδ᾽ εἰ
γονε εἰδὼς οὐδὲ γινώσκων ὡς οὐδὲ νῦν ὤφελον. Et pro Mil
Cicero: Vtinam P. Clodius non modò viueret, ſed etia
pro conſule dictator eſſet, antequam hoc ſpectaculum
derem. Sic admirationis tale in eodem loco. O Dij im
mortales, fortem & à vobis conſeruandum virum. Sic
eadem oratione, poſt principium. Negant intueri luc
fas eſſe ei: qui à ſe hominem fateatur eſſe occiſum. In qu
tandem vrbe hac homines ſtultiſsimi diſputant? Si dica
in qua tandem vrbe, minimè ex animo, & ex vero vi
bitur profecta oratio. Admirationis etiam latentis il
Demoſthenis eſt exemplum: Καὶ ταῦτα καὶ τοιαῦτα
εἰδὼς βεβιωμένα ἑαυτῷ ὁ ἀκάθαρτος οὑτοσὶ τόλμησι β
πτειν εἰς ὑμᾶς, καὶ τὸν βεβιωμένον αὐτῷ βίον αὐτίκα δὴ
λα ἐρεῖ μακρᾷ τῇ φωνῇ, ἐφ᾽ οἷς ἐγὼ ἀποπνίγομαι, οὐκ ἴσασι
σι. Conuenit hoc genus orationis, in motibus vehe
tioribus. Nam in leuibus, verba ipſa ponenda ſunt p
turbationum. vt, Non equidem inuideo, miror magis
diq; totis Vſque adeò turbatur agris. Minus enim i
vehemens eſt, quàm illud in 3. Ecloga, Quid D
ni faciet, audent cùm talia fures? Non ego te vidi D

Ανὰ παραστάσεως. καὶ ἀπολήξεως.

nis, peſſime, caprũ Excipere inſidijs? &c. Ita Demoſthe s minus commoueri viſus fuiſſet, ſi dixiſſet. Miror deli- rare vos amplius, cùm Thebanos in veſtra inſula ha- atis. At illud vehementius & magis ſeuerum magisq́ rum ab animoq́ profectum: Βυλεύεσθε ἀθηναῖοι Θη-ἰυς ἔχοντες ἐν νήσῳ τι χρεὶ ποιεῖν, ὐκ ἀναστήσεσθε, *&c.*

SCHOLÆ.

Precatio hæc duas habet διαιρέσεις. I. Execratio, vel fit iocatione Deorum, aut quaſi abſque inuocatione, nimirũ ſu nominandi, vt Dij tibi malefaciant, &c. II. Omnis exe- atio dirigitur, vel in aduerſarios, vt ſuperiora oſtendunt ex- pla, vel in nos ipſos, cùm loco iuriſiurandi nos ipſos deuo mus, & execramur: vt in exemplo, quod poſuimus ex ora- ne Demoſth. περὶ παραπρεσβείας. III. Diuiſio eſt in namentis ſententiarum, quæ vocantur χήματα διανοίας: ab Hermog. μέθοδοι. Ea ſunt vehementiſſ. quæ ſunt παθητι- : pertinentia ad ſignificationẽ motus animorum. Omnes itur μέθοδοι παθητικαὶ vel habẽt verba motuum, vel verbis s carent. In hoc exemplo πρῶτον μὲν τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι, ἰ πάσαις: ponitur verbum motus. Hoc genus χημάτων ando verba motuum ponuntur. vt, Etſi vereor, iudices, eſt leuius, & remiſſius, neque ita vehemens & ex animo ofectum: vt eſt illud, in quo verba motuum omittuntur. uando verba ponuntur, videtur oratio aliquo modo ficta, præmeditata. Quando verba autem omittuntur, ibi oratio magis ἀληθὴς, καὶ ἐνδιάθετος: vt apud Demoſth. ἡνίκα ς δίκας, &c. Hoc exemplum pertinet ad omnes motus. m quot ſunt motus animorum: tot etiam χήματα διανοί-ας μηδὲ νῦν ὤφελον.) non dicit opto, &c. Sic Cicero: Vtinam Clodius non modò viueret, &c. Ibi eſt motus ſed verbum tandi non ponitur. Non enim dicit: opto & precor à Dijs mortalibus, vt Clodius nunc viuat. Ενδιάθετος λόγος.) Eſt nus orationis quod oſtendit ſubitos animi motus. Nam vocabulum Ariſtotelicum: quia διάθετον ab ἕξει diſtin- it. Negant intueri.) Eſt occupatio in principio Milonianæ ationis, quam refutat χηματισμῷ, dicens: in qua tandem be hæc diſputant? Eſt θαύμασις: interrogat admiran- , ἐρώτησις eſt θαυμαστική. Sed omittitur vocabulum ad-

mirationis: potuiſſet ita refutare. Falſiſſima eſt ratio,
iuſta eſt ratio eorum: qui ſic diſputant, ſed vt oratio
ex animo proficiſci videatur: vtitur hoc χηματισμῷ.

Hac ab Hermogene in praceptione veritatis hi
traduntur. αὕτη μία μέθοδος λόγου τοῦ μέλλοντος
θῶς ἐμψύχως φανεῖσθαι, τὸ μὴ προλέγειν μὲν, ὡς ἔχει
θος ἐν τῇ ψυχῇ, οἷον θαῦμα ἢ λύπην, ἢ φόβον, ἢ ὀργ
ἔλεον, ἢ πεποίθησιν, ἢ ἀπιστίαν, ἢ ἀγανάκτησιν, ἤ τι
πεποιθότως γε μὴν προάγειν τὸν λόγον, ὡς ἂν ὁ καιρὸς
τῇ, οἷον μετ' ὀργῆς, ἢ θαυμασμοῦ, ἤ τινος τῶν προειρημ
horum omniū exempla ponit. Et ira quidē contra
nem, pro Cteſiphonte: ὦ κατάρατε, καὶ γραμματοκύφων
τουτὶ ταλμᾷς βλέπειν, εἰς ἡμᾶς; *Et, vt Craſſus in Br*
lib. 2. de Orat. In lucem aſpicere audes? tu hos intu
in foro, tu in vrbe, tu in ciuium eſſe conſpectu? tu
mortuam, tu imagines ipſas non perhorreſcis? Miſer
dia illud exemplum ponit ex cauſa Midiana: τοὺς
πόρους φωκέας: *Et rurſus:* ἀλλ' ὁ μὲν ἄθλιος ἄνθρωπ
μονταί τε καὶ ὑβρισταί. *Huius generis & illud in VII.*
ne, ſed paulò apertius. Paulò ante, iudices, lachry
morte miſera, atque indigniſsima Nauarchorum
nebamus: ac rectè & meritò ſociorum innocentium
ria commouebamur. Quid nunc in noſtro ſanguine
re debemus? Admirationis contra Aeſchinem exem
eſt: Ἐγὼ σοὶ ξενίαν ἀλεξάνδρου; *Tale eſſet etiam illu*
Milone, hoc modo pronunciatum. Odiſſet ne Clodi
lo, ſegetem, ac materiem gloria ſua? Pro P. verò Q
Cicero admiratur vehementius: O rem incredibil
cupiditatem inconſideratam, ô nuncium volucre
miniſtri & ſatellitis S. Nauij Roma trans alpes in
ſianos biduo veniunt, ô hominem fortunatum, qu
modi nuncios ſeu potius Pegaſos habeat. Timoris

Hermog

rmogenes exempla eſſe apud oratores: apud Comicos
rò et Tragicos Poëtas ſcribit eſſe multa. Cuiuſmodi illa:
rij, pater eſt, neque præuideram. item, Nullus ſum: et,
Geta duram ſuſcepiſti prouinciam. Nam illa contrarij
eris ſunt. Horrui, poſtquam aſpexi hanc, & quàm
reor, quorſum euadat: & metuo, ne quid Andria ap-
tet mali, &c.

SCHOLÆ.

Doctrina iſta eſt Hermogenis: qui duplicem viam tradit
tus animi exprimendi, & ſignificandi, perturbationes au-
n ponit has: θαῦμα, admirationem: λύπην, dolorem ani-
: qui eſt in ſenſu malarum rerum. θαῦμα eſt vtrarumque
um. Tertium πάθος eſt ὀργὴ, ira: quartum ἔλεος: quin-
n πεποίθησις, Ariſtoteles vocat θάρσος, ἢ θράσος. confiden-
n in bonitate cauſæ, cui contrarius motus eſt, ἡ ἀπιστία,
dentia, vt Cic. pro Milone. Etſi vereor, iud. ne turpe ſit,
. Hoc exordium habet ἀπιστίαν: ſed ſtatim ponit in eo-
n exordio motum contrarium, ſcilicet πεποίθησιν: in
a etiam deſinit. Poſtremum πάθος, eſt ἀγανάκτησις, indi-
tio. Ira dirigitur in aduerſarium: eſt enim libido vlciſcen-
Ἀγανάκτησις eſt ſcelerum, & vitiorum. Ira propoſitum ha-
finem vltionem. Ἀγανάκτησις emendationem vitiorum,
urpitudinis. Τὸ μὴ προλέγειν.) Ergo duplex eſt μέθοδος.
a τὸ προλέγειν, quando ipſum verbum motus ponitur,
n ipſe motus nominatur. Altera ratio, eſt τὸ μὴ προλέγειν:
n nominare motum. In leuioribus motibus, vbi actio eſt
ior, debemus vti prima ratione: vt in principijs poteſt fie-
Cicero dicit, Etſi vereor, iudices, &c. Ponit verbum motus.
n motus exordiorum eſt lenis, & mediocris: non ita ve-
nens. Demoſth. εὔχομαι τοῖς θεοῖς, &c. Sed vbi actio eſt ma-
æſtuans, & feruentior, in illis locis eſt vtendum poſterio-
tione, celanda ſunt verba motus. ἔμψυχον λόγον vocat
ionem non fictam, ſed ex animi dolore, & ſenſu profe-
n. ὡς ἔχει τι πάθος.) quod in animo habeat aliquem mo-
n incluſum. πεποιθότως.) Intelligit etiam reliquos motus:
γανακτικῶς, ἀπίστως, ἐλεεινῶς, ὀργιστικῶς, λυπηρῶς. ὢ κα-
ῶν.) Non dicit ſe iraſci, ſed tamen ex verbis, & ex cōuicijs
lligimus oratorem eſſe iratum. Oratores vtuntur θαυμά-
σαι in

Duplex methodus.

σει in refutando, & in affirmando, in occupando, & mando. Admiratio eſt duplex, aut enim refutamus na, quæ nobis obijciuntur admirando, aut in confir vtimur θαυμάσει. Negando, vt egone illam? quæ me, q lum, &c. Ita eſt θαύμασις ἀνασκευαστικὴ in illo: Odiſ Clodium Milo ſegetem ſuæ gloriæ? Alia θαύμασις, eſt σκευαστικὴ, in exẽplo ex Quintiana oratione. Φόβου.) Ti occultati non ſunt exempla apud oratores, alioqui ap moris multa ſunt exempla. Sæpe enim exempla h apud Demoſth. δέδοικα. φοβοῦμαι, apud Ciceronẽ. Etſi ve iudices, &c. Sed apud Comicos et Tragicos ſunt mul pla occultati metus, quando verbũ φόβου non ponitur. O ta duram prouinciam ſuſcepiſti. eſt exemplum timoris non dicit metuo, ne duram prouinciam ſuſceperis. Sic, nõ dicit, metuo, ne perierim. Comici etiam exprimunt timoris ipſo vocabulo. vt, metuo ne quid Andria app mali: item, vereor quorſum euadat, &c.

Indignationis quam ἀγανάκτησιν *vocauimus, ill fert, quod antea etiam poſitum fuit:* Ανδροτίων, ων παρασκευαστής, ἀνδροτίων, ὦ ζεῦ, καὶ θεοί. *Sic Ci In re tanta, cùm is cui fama mortui, fortunæ viui mendata ſunt, atque concreditæ, ignominia mor affecerit, is inter honeſtos homines, aut omnino in uos numerabitur? Fiduciæ verò:* κἀγὼ συμπλέων ἐ πάσχειν ὁτιοῦν ἕτοιμος, ἐὰν μὴ ταῦτα οὕτως ἔχῃ. *Cice Quintio, non quidẽ hoc pacto, tamen æquè fidenter. ego, ſi Craſsi omnes cum Antonijs exiſtant, ſi tu L. pe, qui inter illos florebas, hanc cauſam voles cum tenſio dicere: tamen ſuperior ſim neceſſe eſt. Hæc de illis ornamentis præcipere, quæ ad motus ani declarandos pertinent: quorum ratio duplex eſt, ipſis verbis indicentur: vt, Vereor, iud. ne turpe ſ Quarũ alteram, C. Aquili, vereor, alterã metuo. S genus nimis eſt vehemens, quàm illud alterum:*

bitò iraſcimur, ſperamus, admiramur: ita, vt ex verbis
n intelligatur, ſed animaduertatur ex actione, atque
ntentijs.

De interrogatione.

CAPVT XXV.

AC quoniam ornamenta hæc ſententiarum, quæ ad
pertubationes pertinent, interrogando plerunque
ſurpantur, dicendum de interrogatione eſt, ſi illud prius
ciamus: interrogationem ſæpe figuram eſſe verborum.
, Quid igitur faciam? Quô te Mœri pedes? Nonne
raſciſſe me oportuit? Quæ cauſa fuit illuſtrior, quàm à
m illuſtri prouincia defenſorem conſtitui, & deligi?
articula enim interrogandi ſublata, figura eſſe deſinit.
d ſunt quædam interrogationes: quæ verborum gene-
non fiunt: verùm ab animi proficiſcuntur iudicio, at-
e ſenſu, & animorum ſunt indices, & commutari poſ-
nt cum ſimplicibus pronũciatis, vt illa Craßi fuerunt,
quibus ſupra: ſi abſque interrogatione pronuncientur.
n lucem aſpicere audes: tu hos intueri: tu in foro, tu in
be, tu in ciuium eſſe conſpectu: tu illam mortuam, tu
agines non pertimeſcis: impudentem te, & audacem
improbũ eſſe neceſſe eſt. Hoc enim pacto enunciata, li-
ra ſunt ab interrogandi contentione. Sed interrogatæ
uſmodi ſententiæ, maiores motus animorum concitant.
go etiam in ornamentis ſententiarum poni poſſunt in-
rrogationes, & operæprecium eſt, harum nos hîc me-
iniſſe, & coniungere cum his, quæ ſunt perturbatio-
m.

SCHOLÆ.

Παῤῥησία, eſt oratoris fiducia: animus ab oratore perſua-
s: & animi perſuaſionis indicatio, atque ſignificatio, quæ
ducia proficiſcitur à perſuaſione ipſa oratoris. Cùm nos no-
bis ipſis

bis ipſis perſuademus, & illam perſuaſionem domo, no cum afferimus. Πίςις verò, eſt fides: quæ nobis ab alio f quando verò nos noſtris rationibus inducti, confidimus n ſtræ cauſæ: dicitur πεποίθησις. Vtuntur oratores libe eiuſmodi fiducia tùm, cùm habent argumenta meliora, & cùm eſt quaſi meliorum argumentorum conflictio, & co tentio. Πεποιθότως.) Cicero dicit fidenter loqui. Reprehend enim in illo loco Epicureorum aſſeuerationem: & laud Academicorum ἐποχὴν, hæſitationem. Omnia ferè exe pla, quæ hactenus habuimus in motibus illis, ſunt per inte rogationem formata. Nam in motibus, vt ira, amore libe ter interrogamus. Ideò etiam περὶ ἐρωτήσεως in hoc loco d dicendum. Interrogatio autem vel pertinet ad σχῆμα λέξεω quando ſcilicet mutato verbo deſinit eſſe interrogatio, v pertinet ad figuram ſententiarum.i. ad μέθοδον, quando m net interrogatio, etiamſi mutentur verba.

De grauitatis aptæ methodo.

Interrogationem Hermogenes πεῦσιν vocat. Sed n omnis interrogatio figura eſt: quemadmodum rect autor Rhet. librorũ ad Herenniũ, ſentit. Verùm ea dem figura eſt, interrogatio, quæ ἀναντίῤῥητος dicitur, cui reſiſti non poteſt, neque poteſt refelli. Duo verò ſunt tem-pora: quibus tali vtendum eſt. Vnum in rebus maniſ-ſtis, claris, neceſſarijs, omnibus bonis probatis. vt, pro Cn. Balbo: An ne de nobis trahere ſpolia fœderatis licebit? a quod adipiſci poterat dicendo: id eis aſſequi pugnan nõ licebit? An accuſatori maiores noſtri maiora præmi quam bellatori eſſe voluerunt? Hermogenes huius gen-ris tale exemplum non ex oratore, ſed docendi cauſa p nit: ἆρ' οὐκ ἔστι νῦν ἡμέρα? Hoc igitur vnum tempus eſt. Al terum poſt res confirmatas, & probatas, quod genus ta metſi in frequentationibus vehementiſſimum eſt: vſu-patur tamen etiam in ſingulis argumentationibus. Vt Hermog. exemplo: Εὑρέθης ἐπὶ τῆς οἰκίας διορωρυγμέν τοῦ τοίχου, ὑφαιρούμενος τὸ ἱμάτιον, ἆρ' οὐκ εἶ κλέπτης; In fr *quentationibus tamē acrius eſt, vt diximus. vt, Quamobrem qui ſuæ pudicitiæ proditor eſt, qui inſidiator alienæ, qui impius in parentes, ingratus in amicos, infeſtus in cognatos, in ſuperiores contumax, in æquos, & pares faſtidioſus, in inferiores crudelis, in omnes intollerabilis, à quo illum iudices, putatis abeſſe vitio? hunc ne vos periculo liberare, & alterum condemnare poteſtis? iſte manebit ingratus omnibus? hic ciuitate eijcietur: omnibus bonis iucundus, nemini infeſtus, niſi improbis hominibus, ſeditioſis ciuibus, mercenarijs operis.*

SCHOLÆ.

Dialectici vocant ſuas interrogationes ἐρωτήσεις: rhetores ſuas vocant πύσεις, à verbo πυνθάνεσθαι: quod verbum ſignificat interrogare: & alterius rationes audire, atque cognoſcere. ita, vt πύσις, ſit diligens, & conſiderata interrogatio, & quęſtio. Non quidem quòd dialecticæ interrogationes debeant eſſe inconſideratæ, aut neglectæ: ſed quia rhetores inuenerunt melius verbum: à quibus etiam dicitur πύσμα. Non autem quæuis interrogatio figurá eſt, ſed rhetorica interrogatio eſt figura: quę ęſtimatur duabus rebus. Primùm rebus confeſſis, & per ſe cognitis, & probabilibus. vt, nō dandum eſſe ſocijs & fœderatis defenſorem inuitis, ſed volentibus, eſt confeſſum apud omnes. Oratorem non oportet interrogare, vt dialecticum. Nam dialecticus paratus eſt contrà diſputare, ſiue reſpondeat alter, quod velit, vel quod nolit dialecticus. Orator verò non poteſt interrogare ſine periculo, debet interrogare confeſſa, clara, quæ vocant ἀποδεδειγμένα, antè demonſtrata multis argumentis. Poſteàquam enim pluribus argumentis demonſtrauimus aliquid, poſſumus ad extremum tandem concludere interrogando. Et hoc eſt alterum tempus interrogandi apud oratores. Primum enim tempus interrogandi eſt in rebus claris & apertis. Hermog. ponit exemplum vulgatum & ſcholaſticum, οὐκ ἄρ᾽ ἐστὶ νῦν ἡμέρα; Poſuit hoc exemplum vt oſtendat, quæ vocet ὁμολογούμενα, ſcilicet quæ quinque ſenſibus comprehenduntur, Nam nemo eſt qui non videat, & quaſi tangat, iam diem eſſe. Apud Ciceronem habetis multa genera eiuſmodi inter-

τὰ φύσει ὁμολογούμενα.

Τὰ τῷ λόγῳ προαποδεδειγμένα.

rogandi in rebus manifeſtis,& apertis, vt in maioribus & minoribus. Si creditur id quod minus credendum videtur, multò magis creditur, id quod magis videtur credendum eſſe. Si accuſatori ſunt danda præmia, multò magis bellatori ſunt danda præmia. In frequentationibus.) Frequentatio eſt genus ἀνακεφαλαιώσεως, cùm argumenta ſparſa per totam orationem tandem in vnum locum congeruntur, & concluſio fit per interrogationem. Eſt conglobatio argumentorum, quæ ſparſim per totam orationem allata fuerant. A quo illum, iudices.) πεῦσις γενικὴ, generalis. Huncne.) πεῦσις εἰδικὴ, pertinens ad præſentem cauſam. Vtilis eſt hæc doctrina. Nam in concionibus ad populum, vel ſenatum, &c. non debemus interrogare dubia, & quæ nobis negari poſſint.

Tres formæ, μορφαὶ τῆς ἀναντιῤῥήτου πεύσεως.

Hoc ornamentum, perſonarum præterea varietate tres formas habet. Aut enim ad eos qui audiunt, dirigitur: aut in aduerſarios deflectitur: aut ſe interrogat, orator ipſe. Ad eos qui audiunt hoc pacto dirigitur. Πότ' οὖν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, πότε ἃ χρὴ πράξετε; ἐπειδάν τι γένηται. *Hoc aliquando ita fit, vt orator ſibiipſi reſpondeat ex eorum ſententia, quos rogauit. vt pro P. Quintio: Quæro à te, C. Aquili. L. Luculle. P. Quintili. M. Marcelle, vadimonium mihi non obiit quidam ſocius & affinis meus: qui cum mihi neceſſitudo vetus, controuerſia de re pecuniaria recens intercedit. poſtulóne à prætore, vt eius bona mihi poſſidere liceat? an, cùm Romæ, domus eius, vxor, liberi ſint, domum potius denunciem? quid eſt, quod hac tandem de re vobis poſſit videri? Hactenus expoſuit, & interrogauit iudices: ſequitur reſponſio. Profectò, ſi rectè veſtram bonitatem, atque prudentiam cognoui: non multùm me fallit, ſi conſulamini, quid ſitis reſponſuri. Primùm, expectare: deinde, ſi latitare, atq; diutius ludificare videatur: amicos conuenire: quærere quis procurator*

Ἐν τῷ κατὰ Φιλίππ. α.

προπαρασκευή.

ἀφήγησις eorū quę cōtra erāt probata.

Ἐρώτησις ἀμφιβληματική, habens vtrāque partem.

Ἀπόκρισις.

curator ſit: domum denunciare. dici vix poteſt, quàm multa ſint quæ reſpondeatis antè fieri oportere, quàm ad hanc rationem extremam, & neceſſariam deuenire.

SCHOLÆ.

Dialectici ſæpe interrogant quæ incredibilia ſunt: quæ negari poſſunt, quæ non ſunt probata. Rhetores eiuſmodi res non interrogant: ſed interrogant eiuſmodi res, quæ ſunt ἀναντίῤῥητοι, ἀναπόφατοι. Et vocant ſuam interrogationem πῦσιν. i. interrogationem cum ratione, & vtiliter factam. Periculoſum eſt oratori, in alijs rebus interrogare. Nam derogat fidem orationi. Hermogenes aliam diuiſionem tradit huius ornamenti, quę eſt perſonarum. Sunt tres μορφαὶ, tria genera interrogationum. Nam interrogamus vel iudicem, vel aduerſarium, vel nos ipſos. Cùm iudices interrogamus, fit aliquando, vt eos officij ſui moneamus, aut vt eos etiam corrigamus, & caſtigemus: vt eſt apud Demoſth. in Philipp. 1. πότ' οὖν, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, &c. Τί γένηται.) accepta ſcilicet clade, vel damno. Cicero habet pulcherrimam rationem, & pulcherrimum exemplum pro P. Quintio: interrogat iudices, non caſtigando eos: vt Hermog. putat, qui dicit interrogationem, quæ fit ad iudices, eſſe ἐλεγκτικήν. Sed illa interrogatio Ciceronis facta èſt aſſentiendi, & confirmandi gratia. Quæro abs te.) Vtitur vocabulo interrogationis, eſt quaſi quædam προκατασκευὴ, præmunitio. Vadimonium.) ἀφήγησις eorum, quæ antè ſunt expoſita, eſt τὸ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, repetit τὰ προαποδεδειγμένα. Poſtulo.) Ipſa ἐρώτησις, ἢ πῦσις. Eſt ζήτημα ἠθικὸν, ipſa autem interrogatio eſt ἀμφιβληματικὴ, habet enim vtramque partem. Profectò.) ἀπόκρισις, qua reſpondet ſibi ipſi.

Hæc igitur interrogandorum iudicum ratio eſt, ſiue commouendi nobis illi ſint, ſiue caſtigandi, ſiue conſulendi. Ad noſtros verò aduerſarios hoc pacto deflectitur interrogatio: Τὸ λαβεῖν οὖν τὰ διδόμενα ὁμολογῶν ἔννομον εἶναι, τὸ χάριν τούτων ἀποδοῦναι παρανόμων γράφῃ; *Diximus vtendum non eſſe hoc genere interrogationis, niſi in rebus aut certis, aut affirmatis. Sed tamen aliquando ante probationem fit interrogatio. Verùm,* καθ' ὑπόθεσιν

Περὶ στεφάνου.

& tùm cùm de confirmatione non dubitamus. vt, quid ſi nunq̃ deſeruit? quo te nomine appellemus? improbũ? at etiamſi deſertũ vadimonium eſſet, tamẽ in iſta poſtulatione, & proſcriptione bonorum, improbiſſimus reperiebare. an malitioſum? negas. fraudulentum? iam id quidem arrogas tibi & præclarum putas: audacem? cupidum? perfidioſum? vulgaria & obſoleta ſunt, res autem noua & inaudita. Quid igitur es? vereor mehercule, ne aut grauioribus vtar verbis, quàm natura fert, aut leuioribus: quàm cauſa poſtulat. Habet iſtud exemplum etiam illud ornamentum, quod in dubitatione, & hæſitatione deſinat.

ἀπορήσει.

SCHOLÆ. Τὸ λαβεῖν.) Ex Demoſthene exemplum eſt, vt Hermog. vocat ἀνατρεπτικὸν, hortandi gratia factum. Sed non omnes interrogationes fiunt hortandi cauſa, verùm etiam caſtigandi, commouendi, conſulendi, &c. Quot enim ſunt animorum motus, tot poſſunt genera eſſe interrogationum. Notandum, aliquando nos vti interrogationibus in rebus nondum demonſtratis, ſed demonſtrandis: hoc autem fit conditionaliter, καθ' ὑπόθεσιν. Quid ſi nunquam.) Interrogatio duplex, vna rei, altera qualitatis, cùm dicit, quo te nomine, &c. In iſta poſtulatione.) ſcilicet prætoris. Grauioribus.) Hyperbolæ nimis magnæ ſunt, videntur μειρακιώδεις eſſe. i. iuueniles, & derogant aliquid cauſæ.

Seipſum orator interrogat, cùm ad audiendum attentè auditor excitandus eſt, aut confirmanda res magis, aut aliquid occupandum. vt, ἔστιν ὑμῖν πόρος, ὃν ἂν ἤδη μὲν ζητεῖται, οὐκ ἂν εὑρήσεται: ἐὰν δὲ περιμένητε, εὑρήσεται. *Deinde infert:* τίς οὖν ἐστιν οὗτος; ὁ νῦν μὲν οὐκ ὤν, ὑπάρξων δὲ τότε. *Hoc genus interrogationis Hermog.* αἰνιγματικὸν *eſſe putat, obſcurum quidem, præſignificans tamen aliquid certi. Cicero etiam ſui officij rationem, in Roſciana cauſa, reddit interrogando ſeipſum, ſtatim in* *principio. Quid ergo? audaciſsimus ego ex omnibus? minimè. At tantò officioſior, quàm cæteri? Ne iſtius quidem laudis ita ſum cupidus, vt alijs eam præreptam velim. Quæ me igitur res præter cæteros impulit: vt cauſam S. Roſcij ſuſciperem? Quia, ſi quis iſtorum dixiſſet, quos videtis adeſſe: in quibus ſumma authoritas eſt, atque amplitudo: ſi verbum de Rep. feciſſet, (id quod in hac cauſa fieri neceſſe eſt) multa plura dixiſſe, quàm dixiſſet, putaretur. Ego etiamſi omnia, quæ dicenda ſunt, liberè dixero: nequaquam tamen ſimiliter oratio mea exire, atque in vulgus emanare poterit. Seſe rogans orator ſuſpiciones falſas reſpondendo tollit, cauſam veram indicat, ſui, & aliorum officij reddit rationem.*

SCHOLION.

Interrogationes προληπτικαὶ, ἀνασκευαστικαὶ ſunt: cùm orator interrogat aliquid, quod ſibi obijci poteſt, pertinent ad ipſum oratorem: non ad iudices.

Eſt etiam illa partitio interrogationum: quòd vnum genus ſit abſque reſponſione, atq́; ſubiectione, cuiuſmodi eſt illa in Vatinium conglobatio. Quæro abs te, teneáſne memoria, cùm P. Seſtius quæſtor ſit cunctis ſuffragijs factus, tunc te vix, inuitis omnibus, non populi beneficio: ſed conſulis extremum adhæſiſſe? in eo magiſtratu, cùm tibi magno clamore, aquaria prouincia ſorte obtigiſſet, miſſúſne ſis à me conſule, Puteolos: vt inde aurum exportari, argentumq́; prohiberes? in eo negotio, cùm te non cuſtodem ad continendas, ſed portitorem ad partiendas merces putares miſſum, cumq́; omnium domos, apothecas, naues furaciſsimè ſcrutarere, hominesq́; negotia gerentes iudicijs iniquiſsimis irretires, mercatores è naui egredientes terreres, conſcendentes morarere. Teneáſne memoria, tibi in conuentu in puteolis manus eſſe illatas? ad me conſulem Puteolanorum querelas eſſe dela-

Barbari dicunt Areſtare, pro continere merces.

tas? poſt quæſturam exierísne legatus in vlteriorem Hiſp. C. Coſconio proconſule? cùm illud iter Hiſpanienſe pedibus confici ferè ſoleat: aut ſi quis nauigare velit, certa ſit ratio nauigandi: venerísne in Sardiniam atque inde in Aphricam? fueríſne, quod ſine ſenatus conſulto tibi facere non licuit, in regno Hiempſalis? fueríſne in regno Maſtaneſoſi? veneríſne ad fretum per Mauritaniam? quem ſcis vnquam legatum Hiſpanienſem in illam prouinciam iſtis itineribus perueniſſe? Omnia quæ narrari poterant, ratione ſimplici, abſque figura inſigni, orator interrogando conformauit orationem, eamq; fecit vehementiorem. Hoc genus igitur eſt vnum interrogandi: & fit vehementius, & fortius, cùm accedit perſonarum commutatio. vt in eundem Vatinium: Si tam violentior aliqua in re C. Cæſar fuiſſet: ſi eum magnitudo contentionis, ſtudium gloriæ, præſtans animus, excellens nobilitas aliquo impuliſſet, quod in illo viro & tum ferendum eſſet, & maximis rebus quas poſtea geſſit obliterandum: id tu tibi, furcifer, ſumes, & Vatinij latronis & ſacrilegi vox audietur hoc poſtulantis: vt idem ſibi concedatur quod Cæſari? Sit igitur hoc vnum genus, abſq; ſubiectione, & huius vnius duo exempla. Alterum eſt cum ſubiectione cauſæ, aut rationis, aut refutationis alicuius. vt, pro Roſcio: Quid vis amplius? quid inſequeris? quid oppugnas? qua in re tuam voluntatem lædi à me putas? vbi tuis commodis officio? quid tibi obſto? Hactenus interrogatio, ſiue rogatio, abſque ratione ſubiecta. Sequitur alterum genus, cum ſubiectione, & reſponſione. Si ſpoliorum cauſa, vis hominem occidere? ſpoliaſti: quid quæris amplius? Si inimicitiarum: quæ ſunt tibi inimicitiæ cum eo, cuius antea prædia poſſediſti? quem ipſum cognoſti? Sin metuis, ab eo ne metuis: quem vides ipſum à ſeſe, tam atrocem iniu-

ἀποστροφὴ ad aduerſariū.

ὑποφορὰ ἢ ἀπόδοσις.

cem iniuriam propulſare non poſſe? Illud fortaßis eſt etiam operaprecium admonere : quòd aliquando interrogationes fiunt iubendo, aut confirmando noſtro reo, aut territando aduerſarium. vt, pro Roſcio Comœdo : Pecuniam petis, Fauni, à Roſcio, quam? dic audacter, & apertè. Et tu, vir optime, ecquid habes, quod dicas? mihi auſculta : vide ne tibi deſis : tua quoque res permagna agitur : multa ſcelerate, multa audacter, multa improbè feciſti, &c.

SCHOLÆ.

Quoniam in σχήμασι παθητικοῖς interrogatione ſæpe vtimur, non incommodum eſt, de interrogatione aliquid præcipere. Illa interrogatio autem eſt oratoria : quæ eſt ἀναντίῤῥητος, quando rei interrogatæ non poteſt contradici : id quod fit primùm in rebus claris, manifeſtis, neceſſarijs. vt in exemplo Cic. pro Corn. Balbo. Deinde etiam in rebus probatis, quæ etſi antea non fuerint manifeſtę, tamen poſtquam ſunt probatæ, pro ἀναντιῤῥήτοις habentur. Vtimur autem ferè his in frequentationibus. Hæc prima eſt diuiſio : quæ pertinet ad res. Altera diuiſio eſt ſumpta à perſonis. Nam interrogatio dirigitur vel ad iudicem, vel ad aduerſarium, vel ad noſmetipſos. Ad iudicem vtimur plerunque in iracundia. Sed aliquando etiam eſt ἠθικὸν genus iſtud: quando iudicem quaſi officij ſui volumus commonere. Tertia partitio eſt τῆς ἐργασίας, tractationis. quantum enim ad tractationem attinet: quædam interrogationes ſunt abſque vlla reſponſione, & ſubiectione, vt illud exemplum pro Corn. Balbo : Anne de vobis fœderatis ſpolia trahere licebit? Eſt interrogatio, ἄνευ ἀνθυποδόσεως. Allatum prolixius exemplum ex Vatiniana oratione, oſtendit : quomodo hoc interrogationis genus etiã ſit in copioſa oratione adhibendũ. Quemadmodũ oratores argumentationes, & enthymemata μετασχηματίζουσι, & informant eas interrogando, ſic etiam ipſas narrationes. Hoc genus interrogationis eſt vehemẽs, σφοδρὸν: & fortè φοβικὸν ad percellendum aduerſarium. Sed fit vehementius, cùm perſonarum eſt varia ἀποστροφὴ: cùm à perſona ad perſonam tranſit : vt in altero exemplo ex eadem oratione. Quid vis.) Commoratio triplex, facta in perſona aduerſarij. Qua in re.)

tranſit ad ſuam perſonam. Si inimicitiarum.) ὑπόθεσιν loc ἐρωτήσεως ponit, non vult geminata vti interrogatione, & it fuiſſet vehementior interrogatio. Interrogatio aliquand habet alias adiunctas figuras, vt iuſſiones, confirmatione concesſiones, ἔκπληξιν, &c.

De Occupatione.

CAPVT XXVI.

Atque hæ tres interrogationum ſunt partitiones, quarum vna rerum, & argumentorum eſt: altera perſonarum: tertia tractationis. Sed quoniam interrogationibus plerunque in occupando vtimur: dicendum deinceps de occupatione eſt, quid ea ſit, & quomodo ea confici debeat, & ex quibus conſtet partibus. Occupationem Quintilianus præſumptionem vocat Græcorum verbum interpretatus, qui illam πρόληψιν nominant. Eſt autem occupatio, ſiue præſumptio, eius quod ab aduerſario dicitur, aut dici poteſt, aſſumptio refutandi cauſa. Opinor Græcos propter exordia, πρόληψιν appellaſſe, in quibus ſæpe ea vtimur, cùm cauſarum principia ἐξ ὑπολήψεων, vt Hermogenes vocat, ſumuntur. Cuiuſmodi eſt principium diuinationis, & cauſæ Roſcianæ, atque Cælianæ. Sed & in refutationum initijs, ea vtimur. vt, pro Milone: et in narrationibus: vt apud Demoſthenem contra Aeſchinem. In confirmationibus etiam ſæpenumerò, in quibus obiter reſpondendum erit aliquid aduerſarijs rationibus. Et oratio pro lege Manilia, & Pompeio habita, refutando, & occupando concluditur. Partes occupationum ſunt κατάστασις, ἀπάντησις, ἀντίθεσις, ἐξεργασία: cùm multæ partes ſunt, & plena occupatio eſt, atque perfecta, alioquin ἀπάντησις, & ἀντίθεσις propriæ ſunt ac ſerè perpetuæ. κατάστασις eſt generalis aditus ad refutandum argumenta aduerſariorum. vt, pro lege Manilia:

Vſus τῆς προλήψεως.

At enim vir clariſsimus Reipub. & veſtris beneficijs ampliſsimis affectus Q. Catulus, itemque ſummis ornamentis, honoris, fortunæ, virtutis, ingenij præditus Q. Hortenſius, ab hac ratione diſſentiunt. Ἀπάντησις *eſt ipſius aduerſariæ rationis propoſitio, & contra illam facta, veluti occaſio quædam, & obuiatio, quæ in partitionibus ſtatuum* εἰσαγωγὴ τῶν ἐναντίων κεφαλαίων *dicitur. vt, eodem in loco: Quid igitur ait Hortenſius? ſi vni omnia tribuenda ſunt: vnum digniſsimum eſſe Pompeium. Sed ad omnia deferri non oportere.* Ἀντίθεσις *eſt quæ contrà opponitur noſtra ſcilicet ratio. vt eodem in loco: Obſoleuit iam iſta oratio, re multò magis quàm verbis refutata. Hæc fieri ſolet, aut negandò, aut contemnendo, aut etiam indignando.* Ἐξεργασία *verò eſt noſtræ argumentationis pertractatio. vt, in eodem exemplo ſumpta defenſione ex præiudicatis, atque exemplis multis. Nam tu idem, Hortenſi, multa, pro ſumma tua copia, ac ſingulari facultate dicendi, & in ſenatu, contra virum fortem A. Gabinium grauiter, ornatéque dixiſti, cùm is de vno imperatore contra prædones conſtituendo, legem promulgaſset: & ex hoc ipſo loco, per multa idem contra legem verba feciſti. quid tum, per Deos immortales, ſi plus apud pop. Romanum authoritas tua, quàm ipſius populi ſalus, & vera cauſa valuiſſet: hodie hanc gloriam, atque hoc orbis terrarum imperium teneremus? &c. vide locum copioſiſsimè tractatum in eadem oratione.*

καταφρόνησις.

SCHOLÆ.

Hactenus tres partitiones interrogationum, quarum prima fuit temporum: quando ſcilicet vtendum ſit interrogationibus: altera fuit perſonarum: tertia τῆς ἐξεργασίας: & quia in altercando plerunque vtimur interrogationibus, & altercatio incipit ab occupatione: ideò interrogationibus vtimur plerunque in occupando. Dicendum ergo de occupatione. Eam Græci vocant πρόληψιν, ἀπὸ τοῦ προλαμβάνειν, quòd quaſi ſumatur ante cauſam ipſam.i.in exordijs. Vel ſuma antequam ab aduerſario ſint argumenta collocata contraria. Ἐξ ὑπολήψεων.) ſunt exordia ducta ab opinionibus hominum nobis aduerſis, vt pro Cœlio: quamobrem die feſto, iudicium habeatur: pro Roſcio, quare iuuenis aſſurrexerit ad dicendum reliquis tacentibus. In Diuinatione, quare cùm antea ſemper defenderit, iam ad accuſandum deſcenderit. Sed non ſolùm exordia vendicant ſibi προλήψεις: verùm etiam in omnibus partibus orationis vtimur occupatione vt in narrationibus, apud Demoſthemem, cõtra Aeſchinem cùm dicit: cùm bellum eſſet obortum, οὐ δὴ ἐμὲ, eſt occupatio. Sic in refutationibus: quæ plerunque incipiunt ab occupationibus. Ita in Maniliana oratione, poſtrema pars eſt ſed nihil aliud, quàm occupatio. Orationis partes inquit Ariſtoteles perpetuas eſſe πρόθεσιν, καὶ πίστιν. Itá occupationis perpetuę ſunt partes ἀπάντησις, καὶ ἀντίθεσις. Ἀπάντησις eſt τοῦ ἐν αντίου κεφαλαίου ἀπάντησις: eſtq; eius ἀντίστροφον, τὸ ἐναντίον κεφάλαιον. Ἀντίθεσις eſt noſtra oppoſita ratio, ἡμετέρου κεφαλα θέσις. Et quemadmodũ Ariſtoteles orationis plenę, et perfect facit quatuor partes: προοίμιον, πρόθεσιν, πίστιν & ἐπίλογον: ſic plenę occupationis, & perfectæ, & ſpecioſæ, oratoriæ ſun quatuor partes: κατάστασις, ἀπάντησις, ἀντίθεσις, ἐξεργ In exemplo pro lege Manilia habemus plenam occupationem. Aditus generalis.) Infinitus ἀόριστος, cùm nondum nominatur finitè ipſius aduerſarij ratio. Huiuſmodi καταστάσεις plerunque ſumuntur ἐξ ἐπαίνου, a laude: cùm reſiſtimu claris viris, & magnis: vel ἐκ ψόγου, à vituperio: cùm reſiſtimus malis, & pernicioſis, & flagitioſis. Ἀπάντησις, eſt ratio aduerſariæ propoſitio. In doctrina ſtatuum, dicitur εἰσαγωγὴ τοῦ ἐναντίου κεφαλαίου. Illę ἀπαντήσεις debent eſſe breues, ſic etiam ἀντιθέσεις. Ἀντίθεσις in doctrina ſtatuum dicitur ἀντεισαγωγή, eſt veluti ἀνθυποφορά.

Confecta autem iſta ἐξεργασία eſt primùm expoſitione breui, quæ ἀφήγησις dicitur, eiq́; annexa eſt co cluſio ex loco euentorum, quam propoſuimus. Deinde a plificatione exaggerata, per conglobationem eorum m lorum: quæ illius erant temporis. vt, an tibi tum imp Congloba-

ru

ium eſſe hoc videbatur, cùm populi Rom. legati, præto-
es, quæſtoresq́; capiebantur? cùm ex omnibus prouin-
ijs commeatu, & priuato, et publico prohibebamur? cùm
a clauſa nobis erant omnia maria: vt neque priuatam
em maritimam, neque publicam iam obire poſſemus?
Deinde addita eſt altera amplificatio, per comparatio-
em. Quæ ciuitas antea vnquam fuit: non dico Atheni-
nſium: quæ ſatis latè quondam mare tenuiſſe dicitur:
n Carthaginenſium: qui permultum claſſe, mariti-
iſque rebus valuerunt: non Rhodiorum, quorum vſque
d noſtram memoriam, diſciplina naualis, & gloria re-
anſit: quæ ciuitas antea vnquam tam tenuis, quæ tam
arua inſula fuit, quæ non portus ſuos, & agros, & aliq̃
artem regionis, atque oræ maritimæ per ſe ipſa defen-
eret? At herclè aliquot annos continuos ante legem Ga-
iniam, ille populus Rom. cuius vſq; ad noſtram memori-
m nomen inuictum in naualibus pugnis permanſerat,
agna ac multò maxima parte non modò vtilitatis, ſed
ignitatis, atque imperij caruit. Poſt, tertia amplificatio
acta eſt etiam per comparationem. Confert enim bel-
um piraticum, & aliorum atq; maiorum hoſtium quos
opulus Rom vicit, cùm piratas ante legem Gabiniam
on poſſet ſuperare. vt. Nos, quorum maiores Antiochum
egem claſſe, Perſemq́; ſuperarunt, omnibusq́; nauali-
us pugnis Carthaginenſes, homines in maritimis rebus
xercitatiſſimos, paratiſſimosq́; vicerunt: ij nullo in loco
am prædonibus pares eſſe poteramus. Poſtremò adiecta
ſt alia comparatio locorum in eadem amplificatione.
os quoque qui non modò antea Italiam tutam habeba-
us: ſed omnes ſocios in vltimis oris authoritate noſtri
mperij ſaluos præſtare poteramus: tum cùm inſula De-
s tam procul à nobis in Aegæo mari poſita, quo omnes
vndique

tio euentorũ τῶν ἐκβάντων.

Ratiocinatio rhetorica, cõparat enim minimas ciuitates cum pop. Rom.

Comparatio locorum.

vndique cum mercibus, atque oneribus commeaba
ferta diuitijs, parua ſine muro, nihil timebat: ijde
modò prouincijs, atque oris Italiæ maritimis, ſed e
Appia iam via carebamus: & his temporibus, non p
bat magiſtratus Populi Rom. in hunc ipſum locum a
dere: cùm eum vobis maiores veſtri eximijs nautic
claſsium ſpolijs ornatum reliquiſſent. Hactenus mal
exaggerata, atque amplificata commemoratio: ſequ
exitus bonus, lege Gabinia conſecutus. Bono te a
tum, Q. Hortenſi, populus Rom. & cæteros, qui era
eadem ſententia, dicere exiſtimauit ea, quæ ſentieba
ſed tamen in ſalute communi, idem populus Rom. d
ſuo maluit, quàm authoritati veſtræ parêre. Itaqu
lex, vnus vir, vnus annus, non modò nos illa miſeria
turpidine liberauit: ſed etiam effecit, vt aliquando
videremur omnibus gentibus, & nationibus, terra, m
q; imperare. Eſt igitur hæc ἐξεργασία vna argum
tione, & quadripartita amplificatione, & concl
confecta. Quanquam adiecta huic loco etiam eſt, ad
tremum diſceptatiuncula de Cn. Pompeij poſtulato:
Gabinium legatum ad illud bellum poſcebat, &c.

SCHOLÆ.

Πρόληψις dicitur, quia antè occurrimus aduerſario
rationibus, quàm allatæ ſunt. Dicitur tamen etiam occ
tio, quando poſt adfertur. Πρόληψις eſt τοῦ ἐναντίου κεφα
vt diximus: illud enim eſt eius ἀντίστροφον. Proprius locu
tem προλήψεως eſt refutatio. Deinde conueniens locus
ordium. Vtimur tamen etiam occupationibus in con
do, narrando, perorando. Principia quæ Hermog. voc
ὑπολήψεων, omnia habent προλήψεις. vt pro Milone, E
reor: pro Roſcio, Credo ego vos mirari, Iud. ſunt princ
ὑπολήψεων: & habent occupationes. Partes perpetuę
ψεων ſunt duæ, ἀπάντησις, καὶ ἀντίθεσις. ſunt autem pe
vel actu, vel poteſtate. ſemper enim adeſſe debent. Sed
res aliquando non contenti ſunt his duabus partibus, ſe

ant ipſam occupationem aliquando cum maiore ornatu: enè ſcilicet, & perfectè, & faciunt 4. partes occupationis. ωσιν. II. ἀπάντησιν. III. ἀντίθεσιν. IIII. ἐξεργα-ίαν, expolitionem, & pertractationem noſtræ rationis. Hom omnium propoſuimns exemplum ex oratione pro lege anilia. At enim clariſs.) κατασκευάσεις huiuſmodi plerunque cuntur, vel ex laude, vel ex vituperio. Viris claris ita debeus reſiſtere: vt tamen ratio habeatur honoris & dignitatis ſorum: debetque amica cum ipſis eſſe diſceptatio. Con rò faciendum, quoniam malis, & flagitioſis hominibus reſtimus. In hac verò κατασκευάσει, obſeruandum eſt: quod ſit μερής. Deinde quomodo ordinem inuertat. Primo loco oſuerat Q. Catulum: quia ætate, & dignitate præcedebat. ed deinde reſpondet primo loco Hortenſio. Ἀπάντησις in ſta ibus dicitur εἰσαγωγὴ τοῦ ἐναντίου κεφαλαίου, poteſt etiam λὴ dici. Quid igitur ait Hortenſ.) Dictum eſt, occupatioem plerunque fieri interrogando: id quod in hoc exemplo uoque videre eſt. Sed ad vnum omnia deferri.) In δημοκρα-ίᾳ, odioſi ſunt δυνασταὶ, potentes. ratio Hortenſij erat δημο-γικὴ, popularis. Obſoleuit hæc oratio.) Cicero occurrit icrationi, & præiudicato. Non poſſunt ea obeſſe, & officee, quæ ſemel ſalutariter ſunt facta. Refutata re.) .i. exitu, & entu rerum, item populi iudicio. Verbis.) quàm ab oratoibus. Sequitur deinde apud Ciceronem ἐξεργασία: quæ ſiedubio diligenter eſt facta ab ipſo, habetque has partes. I. arrationem ἀφήγησιν, ſed ἐνθυμηματικὴν, argumentoſam: umptum eſt enim argumentum ἐκ τῶν ἐκβάντων. II. hat amplificationem, quæ ex quatuor partibus eſt confecta. Conglobatione euentorum, quam Quintilianus vocat ερισμὸν, diſtributionem. 2. Comparatione, confert enim inimas ciuitates cum maximis inſulis, & ciuitatibus: miimas inſulas cum populi Rom. viribus. Inſulæ potuerunt e defendere: Romanus populus non potuit. 3. Comparaone alia, confert bellum piratarum, cum bello cæterorum oſtium: populꝰ Rom. potuit Perſen, & Carthaginenſes ſupe are, & tùm non potuit piratas ſuperare. 4. Comparatione ocorum. potuimus longinquas gentes præſtare liberas, & utas ab hoſtibus & prædonibus, tùm non poteramus tuti via Appia eſſe. III. habet concluſionem. Quid tum.) Argumentatio κατὰ πεῦσιν, per interrogationem. Iſta πεῦσις eſt ἀναντίῤῥητος. Interrogatio eſt facta quaſi ... κόν: appellat enim deos immortales. ἐνθύμημα ὑποθετικ... ſe quidem infirmius eſt, quàm ſi eſſet διαλεκτικὸν: tamen illud firmius μετασχηματισμῷ ſcilicet per interrogatio... Cùm ex omnibus.) Incepit à perſonis, iam tranſit ad ... & primum ponit τὰ ἀναγκαῖα, res neceſſarias: ſine qu... non poſſumus viuere. Deſinit in enumeratione locorum ... haec pars habet conglobationem τῶν ἐκβάντων Quæ ... tas.) Altera pars ſcilicet comparatio, & habet hæc pars ra... cinationem rhetoricam, συλλογισμὸν ῥητορικὸν, ex minore ... maiore. Omne autem ἐνθύμημα eſt ingenioſum & acutu... ideò tractat illud ἀποφάσει. At hercle.) Aſſumptio, & acco... modatio ad præſentem cauſam. Et his temporibus.) Exit... turpis. dicit magiſtratus & conſul ipſe coactus fuit in capi... lium huc aſcendere: vt tutus eſſet à prædonibus, & pira... Sed tamen in ſalute.) Exitus bonus, amplificat locum Ariſto... telicum, in quo dicitur, res magnas videri: ſi ab vno ſint ge... ſtæ, vel à paucis.

Neque minori ornatu Q. Catulo reſpondet. Pri... enim καταστατικὴ *illa ponitur ſententia: Reliquum e... vt de Q. Catuli authoritate, & ſententia dicendum ... videatur. Deinde* ἀπάντησις *continenter, in eodem a... tu verborum: Qui cùm ex nobis quæreret, ſi in vno C... Pompeio omnia poneretis, ſi quid de eo factum eſſet, ... quo ſpem eſſetis habituri? Simul etiam cum ipſa* ἀπαντή... σει *continuata eſt* ἀντίθεσις, *non ex oratoris ſententia, ... ex populi iudicio: Cæpit magnum ſuæ virtutis fructum ... ac dignitatis, cùm omnes propè vna voce in eo ipſo ... per nos ſpem habituros dixiſtis. Etenim talis eſt vir: ... nulla res tanta ſit, ac tàm difficilis, quam ille non, et con... ſilio regere, & integritate tueri, & virtute conficere poſ... ſit. Tum etiam ipſius oratoris eſt adiecta altera* ἀντίθε... *quæ vna ratio aduerſarij duabus grauioribus oppugna... ta eſſe videatur, & refutata. Sed in hoc ipſo ab eo ...*

mentiſſi...

mentiſsimè diſſentio : quòd quò minus eſt certa hominum,ac minus diuturna vita : hoc magis reſp. dum per Deos immortales licet, frui debet ſummi hominis vita,ac virtute. Et ſequitur altera ἀπάντησις atq; occupatio ἀνθυποστάσεως. At enim nihil noui fiat contra exempla, atque inſtituta maiorum. & huic adiecta ἀντήθεσις eſt, frequentata exemplis, per præteritionem, κατὰ παράλειψιν. Sed hæc ipſa reſponſio ſimul ἐξεργαστικὴ eſt, copioſa ſcilicet, & plena duplici enumeratione : quarum prior eſt hæc παραλειπτικὴ, vt diximus : Non dico hoc loco, maiores noſtros ſemper in pace conſuetudini, in bello vtilitati paruiſſe : ſemper ad nouos caſus temporum nouorum conſiliorum rationes accommodaſſe. Hæc enim ἀντιθετικὴ eſt ratio, & eidem adiecta expolitio illa numeroſa, duobus exemplis. Non dicam, duo maxima bella Punicum, & Hiſpanienſe, ab vno imperatore eſſe confecta : duas potentiſsimas vrbes quæ huic imperio maximè minabantur, Carthaginem, atque Numantiam ab eodem Scipione eſſe deletas : non commemorabo, nuper ita vobis patribuſq; veſtris eſſe viſum : vt in vno C. Mario ſpes imperij poneretur, vt idem cum Iugurtha, idem cum Cimbris, idem cum Teuthonis bellum adminiſtraret. Hactenus præteritio in exemplis, & authoritatibus magnis : id quod rhetoricè fieri ſolet. Sequitur ἐξεργασίας altera pars, & altera enumeratio : eaq; authoritatibus quoque conſtans, & exemplis. Sed quod valde artificioſum eſt, ad ornandum Cn. Pompeium, ἐπιδεικτικὴ, de quo quæſtio erat. In ipſo Cn. Pompeio, in quo no ui conſtitui nihil vult Q. Catulus, quàm multa ſint noua, ſummaq; Catuli voluntate conſtituta, recordamini. Propoſitio eſt iſta enumerationis quæ inſequitur. Quid tam nouum? quam adoleſcentulum priuatum, exercitum difficili reipub. tempore conficere? confecit.

confecit. huic præeſſe? præfuit : rem optimè ductu ſu
rere? geßit. Quid tam præter conſuetudinem? quàm h
mini peradoleſcenti, cuius à Senatorio gradu ætas l
abeſſet, imperium, atque exercitum dari? Siciliam p
mitti, atque Africam, bellumq́; in ea adminiſtrand
fuit in his prouincijs, ſingulari innocentia, grauitate, v
tute : bellum in Africa maximum confecit : victorem e
ercitum deportauit. Quid verò tam inauditum? qu
equitem Rom. triumphare? at eam quoque rem pop
Rom. non modò vidit, ſed etiam ſtudio omni viſend
putauit. Quid tam inuſitatum? quàm vt, cùm duo con
les clarißimi, fortißimique eſſent, eques Rom. ad bel
maximum, formidoloſißimumq́; pro conſule mitteretur?
miſſus eſt. Quo quidem tempore, cùm eſſet non nemo m
natu, qui diceret, non oportere mitti hominem priuatum
pro conſule : L. Philippus dixiſſe fertur, non ſe illum ſu
ſententia pro conſule, ſed pro conſulibus mittere. Tanta
eo Reip. benè gerendæ ſpes conſtituebatur : vt duorum co
ſulum munus vnius adoleſcentis virtuti committeretur.
Quid tam ſingulare? quàm vt ex S. C. legibus ſolutus
conſul antè fieret : quàm vllum alium magiſtratum p
leges capere licuiſſet? Quid tam incredibile : quàm vi
rum eques Rom. ex S. C. triumpharet? quæ in omnib
hominibus noua poſt hominum memoriā conſtituta ſu
ea tam multa non ſunt, quàm hæc quæ in hoc vno ho
vidimus. Sequitur concluſio : Atque hæc tot exempla, e
tam noua, profecta ſunt in eundē hominem, à Q. Catu
atq; à cæterorum eiuſdem dignitatis amplißimorum h
minum authoritate, quare videant ne ſit iniquum et n
ferendum : illorum authoritatem de Cn. Pompeij digni
te à vobis comprobatam ſemper eſſe, veſtrum ab illis de
dem iudicium populiq́; Rom. authoritatem improbari.

In h

Ὑπερβολὴ longior.

In hoc loco, reſpondetur Catulo. Poſui vtrunque locum: propterea quòd cognatam habent tractationem. Quæ in ſuperiori loco poſita fuerunt, erant rerum lætarum: & ad ἐπιδεικτικὸν genus pertinent. Videndum autem, quòd hic locus à ſuperiori differat. In hoc loco primum habemus ſententiam κατασκευαστικὴν, non ipſam κατάστασιν, quæ communis fuit, & erat plenè tractata, habens ἔπαινον. Hîc breuiter tantùm attingit ſententiam κατασκευαστικήν. Secunda pars huius loci eſt ἀπάντησις, quæ ponitur κατὰ ἀφήγησιν. Si quid de eo.) ſi quid ei humanitus acciderit. Eſt in hoc loco rhetorica occultatio. Oratores in rebus turpibus vtuntur occultatione, ne ſint verba obſcœna, & turpia. Nam ſolent τὰ αἰσχρὰ occultare. Solemus tamen etiam eadem vti occultatione in rebus horribilibus: vt in hoc loco. Tertia pars eſt ἀντίθεσις, ſed eſt firmior quàm ſuperior. Eſt enim & populi & oratoris: ſuperior ἀντίθεσις fuit ſolius oratoris. hîc ponit & populi iudiciū, & ſuū iudicium. Sed quia populi iudicium non fuit ſatis explicatum, (Nam dixit populus, nihil poteſt ei occidere aduerſi, nos enim benè de eo ſperamus. At ſtulti etiam ſperant, poſſet quis dicere) ideò Cicero honorificè explicat, & confirmat populi iudicium: explicat διάνοιαν & ponit ἑρμηνείαν iudicij populi, ex loco cauſarum. Inquit enim: Nihil eſt tam difficile, quod non conſilio, &c. Sed in hoc ipſo.) Oratoris ἀντίθεσις, ſed βιαία, quo incertior eſt vita hominum, eò magis debemus vnius hominis virtute vti, & frui. Ac minus diuturna.) Vtitur ἐπιθήκῃ. At enim nihil.) Alia occupatio in qua pugnat cōtra exempla. Eſt contra δημοκρατίαν, vni aliquid ſoli committere. Pugnat dupliciratione contra hanc occupationem. Oſtendit ſæpe illud factum eſſe, multa ſæpe munera vni homini fuiſſe commiſſa, & multa ſæpe præclarè ab vno eſſe facta, Deinde oſtendit Cn. Pomp. antehac multa ſępè fuiſſe cōmiſſa, & ea quoque ex ſententia Q. Catuli. Hęc ἐξεργασία ergo facta eſt duplici enumeratione, ſed prima eſt παραλειπτικὴ, tractata per præteritionem. Vtimur præteritionibus tribus temporibus, in quibus vnum etiam tempus eſt in rebus magnis: vt in hoc loco: habemus illa tria tempora apud Hermogenem in μεθόδῳ δεινότητος. Non dico.) Propoſitio τῆς παραλείψεως. Non dicam.) Sequitur ipſa ἐξεργασία, & enumeratio, nō dicam, inquit, & tamen maximè dicit. Maxima bella.)

Ἀπάντησις ἀφηγητική.

Βίαιον, violenta refutatio.

Illa bella habuerunt maximas calamitates: ſed eorum no meminit: vult enim laudare Cn. Pompeium, ideò tantum læta adfert. Duas vrbes.) ἐπιμονὴ in re magna. nam Carthag. & Numantiam delere aliud eſt, quàm punicum, & Hiſpanienſe bellum conficere. In ipſo Pomp.) Altera pars ἐξεργασία, quæ habet duplicem vtilitatem. I. quia pertinet ad ornandum Pompeium. II. quia habet pondus propter perſonam aduerſarij ſcilicet, Q. Catuli: & habet ſecunda hæc pars perſonas proprias.

Atque hoc exemplum duplicis, & copioſæ, & ornatæ occupationis eſt: ita, vt refutatio, & cauſæ pars haberi poſſit. Quamobrem quoties tali vtendum erit: habemus exemplum optimum oratoris propoſitum, quod ſequamur. Eſt alterum occupandi genus breue, & acutum quo tametſi in altercationibus propriè vtamur: tamen in cæteris quoque adhibetur orationis partibus, & quidē magis in omnibus partibus, quàm alterū iſtud de quo dictum eſt, eius talia ſunt exempla: Non dubitaui, inquit, cùm vadimonium deſertum eſſet, bona proſcribere, improbè. Verùm quoniam tu id tibi arrogas, & concedi poſtulas, concedamus. Quid ſi nunquam deſeruit? Tale etiam illud eſt. Fortaßis dices: Quid? ergo hæc in te ſunt omnia. Vtinam quidem eſſent: veruntamen vt eſſe poſſent, magno ſtudio mihi à pueritia eſt elaboratum. Tale & illud: At quis erat procurator? credo aliquem eiectum hominem, egentem, litigioſum, improbum, qui poßit ſcurræ diuitis quotidianum conuitium ſuſtinere: nihil minus. Eques Rom. locuples ſui negotij benè gerens, S. Alphenus. Demoſthenes ſæpe breuius. Τὶ βουλόμενοι μετεπέμπεσθ᾽ αὐτοὺς, ἐπὶ τὴν εἰρήνην; ἀλλ᾽ ὑπῆρχεν ἅπασιν. ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸν πόλεμον; ἀλλ᾽ αὐτοὶ περὶ εἰρήνης ἐβουλεύεσθε. *Item* Κακοδαιμονοῦσι οἱ Βυζάντιοι σφόδρα γε. ἀλλ᾽ ὅμως δεῖ σώους αὐτοὺς εἶναι.

Du

Duo ſunt genera occupationum. Vnum conſtans omnibus ſuis partibus, copioſum, & ornatum, & partibus ſuis perfectum, τέλειον, οὐκ ἁπλῶς, habens ὄγκον, καὶ ἀξίωμα, non συντομίαν, i. orationem conciſam. Conſtat autem plerunq; quatuor partibus; vt diximus. Alterum genus occupandi breue eſt, & conciſum, duabus conſtans partibus ἀπαντήσει, καὶ ἀντιθέσει: & huius poſuerunt rhetores exempla. Hoc genere vtimur ἐν γοργότητι, in quo genere dicendi requiruntur breuia membra, breues ſententiæ. In hoc cadit illud genus ſermonis, quod vocatur ἀγωνιστικόν. Hoc genus occupandi non ſolùm breue eſt, ſed etiam acutum ὀξὺ, καὶ δριμύ. Apparet enim in eo ingenium oratoris acutum, acre, callidum. Improbè.) Ἀντίθεσις ἠθικὴ, habens ψόγον. Verùm quoniam) συγχώρησις. Quid ſi nunquam.) στοχασμὸς, relicta qualitate, tranſit ad coniecturam: quæ deinde rurſus reuocatur ad qualitatem, valde artificioſè. vt apparet in illo loco: cum dicit, quo te nomine appellemus? Vtinam.) loco affirmationis ponit εὐχήν: arrogantis fuiſſet, de ſe affirmare tantum, ideo elabitur σχῆμα, & deinde affirmat, id quod honeſtum omnibus eſt, de ſe dicere. At quis erat.) Inſtituitur occupatio de perſona: vult ibi oſtendere Quintium abſentem defenſum fuiſſe per Sex. Alphenũ. Eſt ἀπάντησις τοῦ προσώπου, eiuſmodi de perſona potuiſſet quæri. Ἀντίθεσις incipit ab εἰρωνείᾳ, quæ habet ψόγον, ſed perficitur τῷ ἐπαίνῳ, laude. Τὶ βουλόμενοι) Occupatio facta ad iudices. Ἀλλ' ὑπῆρχεν.) Ratio poſita loco negationis, non ad pacem, quia fuit pax, eſt ipſa ἀντίθεσις. Ἀλλ' ἐπὶ τὸν.) Altera ἀπάντησις, ſunt duæ ἀπαντήσεις inter ſe contrariæ ἐπὶ τῆς εἰρήνης, ἐπὶ τὸν πόλεμον; καίτοι.) Longè breuius eſt hoc exemplum. σφόδρα γε.) ἀντίθεσις facta ὁμολογίᾳ, confeſſione: ſequitur deinde ἀντεισαγωγὴ, contraria reſponſio, ἀλλ' ὅμως δεῖ αὐτοὺς σώους εἶναι. Plura poſuimus exempla: primùm, vt videamus diſcrimen harum occupationum à ſuperioribus: deinde, quia ἀντιθέσεις non ſunt vna ratione factæ, & tractatæ.

De tribus modis occupandi.

CAPVT XXVII.

Sed quoniam accuſatores, aut qui priore loco cauſam agunt, ſæpius quàm alij aduerſariorum argumenta occupant: Hermogenes id tribus modis tradit deberi fieri, ἐπιστήμῃ, δόξῃ, ἀκοῇ: quorum primus eſt cùm ſe ſcire orator dicit aduerſarij rationem: alter cùm opinari aut arbitrari: tertius cùm audiſſe, & cognouiſſe. Primus modus eſt in illo Demoſthenis: ἔστι δ' οὐκ ἄδηλον, ὅτι Λεπτίνης, κἂν τις ἄλλος ὑπὲρ τοῦ νόμου λέγῃ, δίκαιον μὲν οὐδὲν ἐρεῖ ὑπὲρ αὐτοῦ, φήσει δ' ἀναξίους τινὰς ἀνθρώπους εὑρομένους ἀτέλειαν, ἐκδεδυκέναι τὰς λειτουργίας. *Neque enim refert vtrùm ſe ſcire dicat orator, an affirmet: vt in illo ſuperiori Demoſthenis de Byzantijs, & plurima apud Ciceronem ſunt talia. Vt, non poſſum, inquis, diuinare. item dices, quid poſtea, ſi Romæ aßiduus fui, reſpondeo, at ego non fui. Secundus modus in illis eſt: fortaßis dices. quid? ergo in te ſunt hæc omnia. Sic illud: forſitan quæratis, qui iſte terror ſit, & quæ tanta formido, quæ tot ac tales viros impediat. Tertius modus in eiuſmodi eſt: Niſi fortè illud quod dicturum te eſſe audio, quæſtorem illius fuiſſe. Hi tres modi ſunt Hermogenis. Quanquam & aliquando inter ſe commiſcentur, vt in illo Demoſthenis.* ἔστι δὴ πρῶτον μὲν ἐκεῖνος οὐκ ἄδηλος ἐρῶν ἐξ ὧν ἰδίᾳ πρός τινας αὐτὸς διεξιὼν ἐπηγγέλλετό μοι. *Et* διαλογικῶς *aliquando occupationes fiunt, interrogando abſque horum trium modorum verbis. Exhæredare pater filium voluit: quam ob cauſam? neſcio. exhæredauit ne? nō. quis prohibuit? cogitabat. cui dixit? Ex his tribus illis Hermogenis modis, primo orator in infirmis, & nugatorijs argumentis aduerſarij vtitur: altero in mediocribus: tertio in grauioribus. Quæ*

Ἐπιστήμη.

Δόξα.

Ἀκοή.

Διαλογικῶς factæ occupationes.

doctrina Hermogenis eſt, τὰ μὲν οὖν, *inquit,* ἀδύνατα τοῦ ἀντιδίκου, ὡς εἰδὼς τῇ ἐπιστήμῃ προσβαλῇ. τὰ δὲ μέσα τῇ ἕξει, ὡς στοχαζόμενος, ὅπερ ἐστὶ τῇ δόξῃ. τὰ δὲ ἰσχυρὰ, ὡς πυνθανόμενος, ἵνα δοκῇς, ἀκούειν αὐτὰ, μὴ συνειδέναι δὲ ἰσχυρὰ ὄντα.

SCHOLÆ.

In occupationibus, oratores vtuntur certis verbis, & diſtinguuntur ipſæ ἀπαντήσεις his verbis. Aut enim orator dicitur ἐπίστασθαι ſcire, & tum in occupando dicitur orator ἀπαντᾶν, κατ' ἐπιστήμην. Aut orator dicit ſe opinari, arbitrari, tum orator dicitur vti τῇ δόξῃ opinione. Aut dicit orator ſe audiuiſſe. Videtur hæc diuiſio eſſe minuta: ſed tamen habet ſuum vſum. Ἔστι δὲ οὐκ ἄδηλον.) Incipit ἀπὸ τῆς ἐπιστήμης. Nam quod non obſcurum eſt, id ſcitur. Et nihil refert ſiue orator ſe dicat ſcire, ſiuę ſimpliciter affirmet. vt, ſed miſeri ſunt Byzantij, affirmatio eſt loco ἐπιστήμης. Non poſſumus, inquis.) Eſt ἐπιστήμη.

Atque hæc de duobus occupationum generibus: quorum alterum copioſum quatuor conficitur partibus, alterum duabus prope perpetuis. Forma verò occupandi, cùm his ſpectatur partibus, tum verborum modis, de quibus dictum. Cuiuſmodi ſunt: Dicturum te eſſe audio, reſponſurum ad hæc ſcio Hortenſium. Dicas fortaßis? Dicat aliquis, quid ad hæc Næuius? At enim tibi forſan in mentem veniat: qui ἀπαντήσεων *ſunt modi verborum. Sed non his ſolùm duobus conſideratur forma, atque figura occupationum: ſed cæteris etiam verborum, atque ſententiarum ornamẽtis. Aut enim præmunitione hoc eſt* προπαρασκευῇ, *ſunt occupationes, vt, Credo ego vos mirari, Iud. pro Cœlio. Si quis forte, iudices, nunc adſit ignarus iudiciorum, legis conſuetudinis noſtræ: is miretur profectò: quæ ſit tanta atrocitas huius cauſæ, quòd diebus, ludiſque publicis, omnibus negotijs forenſibus intermißis, vnum hoc iudicium exerceatur. Talis etiam in principio cauſæ Milo-*

Præmunitio προπαρασκευή.

Confeſſio, ὁμολογία

nis, et Diuinationis. Aut cõfeßione inſtituitur occupatio, quam ὁμολογίαν *vocant, &* συγχώρησιν *Græci. vt, pro Rabirio Poſthumo: Si quis eſt, iudices, qui C. Rabirium, quòd ſuæ fortunæ fundatas præſertim, atque optimè conſtitutas opes poteſtati regiæ, libidiniq́ue commiſerit, reprehendendum putet: aſcribat ad iudicium ſuum, non modò meam, ſed etiam huius ipſius, qui commiſit, ſententiam. Neque enim cuiquam eius conſilium vehementius, quàm ipſi diſplicet. Hactenus* ἀπάντησις, καθ' ὁμολογίαν *facta: ſequitur* ἀντίθεσις, *quæ* ἐπιτίμησιν *habet* ἠθικήν. *Quanquam hoc plerunque facimus, vt conſilia euentis ponderemus: & cui benè quid proceſſerit, multùm illum prouidiſſe, cui ſecus, nihil ſenſiſſe dicamus.*

πρόσληψις σχήματι ἀντιθετικῷ.

Et huic addita tertio loco aſſumptio eſt explicandi cauſa facta. Si extitiſſet in Rege fides: nihil ſapientius Poſthumo: quia fefellit rex: nihil hoc amentius eſſe dicitur, vt iam nihil eſſe videatur, niſi diuinare ſapientis.

Ἐπίκρισις, ſeu ἐπιφώνημα σχετλιαστικόν.

Demoſth. conſimili ratione. Εἰ δέ τις ὑμῶν τὸν φίλιππον ἐυτυχοῦντα ὁρῶν, ταυτὶ ὁρῶν προσπολεμῆσαι νομίζει, σώφρονος μὲν ἀνδρὸς λογισμῷ χρῆται, μεγάλη γὰρ ῥοπή, *& cætera. quæ eius ſunt loci. Sed cùm coniungitur in hoc genere vna cum confeßione defenſio: tum* συνδρομὴ *eſſe dicitur ab Hermogene, quæ fit vel compenſatione, vel deprecatione, vel aliqua alia qualitatis forma.*

Συνδρομή.

Compenſatione tractatur occupatio, per comparationem, quæ ἀντικατάλλαξις *dicitur, &* ἀντεισαγωγή: *vt, ſtultè quidem: ſed non improbè. Principia ſtudiorum amara: ſed fructus iucundißimus. Adulationis iucunda initia: ſed exitus amarißimi.*

Ἀντικατάλλαξις, ἢ ἀντεισαγωγή.

Aliquando verò deprecatione, vt pro Poſthumo: Illud tamen deprecor: vt, cùm ab ipſa fortuna, crudelißimè videat huius conſilia eſſe multata, ne quid ad eas ruinas addendum putet, &c.

Παραίτησις ἢ δέησις.

SCHOLÆ.

Occupationis forma, ſeu ἰδέα ἢ σχῆμα conſideratur primùm partibus, quædam enim conſtat duabus partibus, quædam quatuor partibus, vt dictum eſt. Deinde conſideratur generibus verborum, quæ verba oſtendunt vel ἐπιστήμην, vel δόξαν, vel ἀκοήν. Tertiò materia. Occupantur res vel friuolæ, vel magnæ, vel intermediæ. Res friuolas dicimus nos ſcire, vt ſcio Hortenſium dicturum. In rebus inanibus vtemur ἐπιστήμῃ. Cùm verò dicit orator: dicat fortaſſis aliquis, eſt ibi res grauis. Orator verò non vult fateri eſſe rem magnam, & illo vocabulo (fortaſſis) debilitat rem illam grauem & magnam. In mediocribus verò rebus orator dicit ſe audiuiſſe, & ita neque contemnit omnino rationem aduerſarij, neque tamen videri vult extimeſcere eius rationes. Quartò ſpectatur χημάτισι ornamentis ſententiatum & verborum. Figuræ autem ſunt iſtæ προλήψεις προκατασκευαστικαί. Vtimur autem ea præmunitione plerumque in forma orationis, quæ habet ἐπαγωγήν. Prima igitur figura eſt προκατασκευή, quando refutamus ſtatim ab initio ea quę nobis obſtant, frequenter vtimur hoc σχῆμα. Aliud σχῆμα eſt συγχώρησις, cùm concedis id quod tibi obſtat, vt in exemplo quod poſui ex oratione pro Rabirio. Ἠθικήν.) Eſt reprehenſio morum, ingeniorum, ſeu prauæ conſuetudinis, hæc ἐπιτίμησις habet σχετλιασμόν, eſt σχετλιαστική, habet querelā τοῦ κοινοῦ ἤθους, deplorāt hominū conſuetudinē. Si extitiſſet.) πρόσληψις eius quod eſt in cauſa, hęc aſſumptio habet σχῆμα ἀντιθετικόν, facta eſt ex cōtrarijs. Poſtea ſequitur ἐπιφώνησις ἢ ἐπίκρισις σχετλιαστική, dicit: vt iam nihil videatur niſi diuinare ſapientis. Aliud eſt σχῆμα compenſatio ἀντικατάλλαξις, ἢ ἀντεισαγωγή. Adulationis initia.) Cicero in officijs. Συνδρομή eſt vocabulum generale, fit vel compenſatione, vel συγγνώμῃ, deprecatione, vel aſſumptione alterius qualitatis. vt, feci quidem, ſed coactus. Comprehenduntur hîc etiam παραγραφή, μετάστασις, &c.

Alij modi occupationis.

CAPVT XXVIII.

Aliquando occupatio etiā ſit prædictione, quam προαναφώνησιν nomino. Dicā non augendi criminis cauſa, ſed coactus officio meo, & temporibus Reip. Aliquando

Προαναφώνησις.

Ἐπιδιόρθωσις.

Ἀφορισμός.

Προεπίπληξις.

correctione, poſt rem facta. Ignoſcite, ſi longius euect ſum. Verborum etiam forma, & proprietates conſiderantur. Quanquam illa non pœna, ſed prohibitio ſceleris fuit. Ciues, ciues, inquam, ſi hos eo nomine appellare licet. In his autem antequam verbum poſitum ſit, fit emendatio, aut poſtquam poſitum correctio, quorum alterum προδιόρθωσιν, *alterum* ἐπανόρθωσιν, *vel* ἐπιδιόρθωσιν *voco. Sed hæc poſtrema* ἀπαντήσεις *non habent, intelliguntur tamen, atq; animaduertuntur.*

SCHOLION.

Πρόαναφ.) Cùm prædicis, te aliquid velle dicere, quod fortaſſis non ſit gratum, aut aliter accipi poteſt, quàm tu velis. Dicam.) Eſt ἁπλῆς illa occupatio. Nam ἀπάντησις eſt omiſſa, quæ talis eſſe poteſt. Dicam aliquid, quod fortaſſe vobis diſplicebit: ſed dicam non augendi, &c. iam eſt ἀντίθεσις.

Κόσμησις refutationis.

1. Πρότασις.

2. Ὑποφορά.

3. Ἀντιπρότασις.

4. Ἀνθυποφορά, vel λύσις

Quintilianus ἀνθυποφορὰν *pro figura non habet, in eiuſmodi ſcilicet, Incredibile eſt quod dico: ſed verum. Cùm tamen ſit quædam occupandi ſpecies, niſi illud habeat nihil figuratum. Quanquam animus meminiſſe horret, luctuq́; refugit, Incipiam. Hermogenes* ὑποφορὰν *complectitur inter partes conſtituendarum quæſtionum cum ornatu oratorio, quem* κόσμησιν *nominat, & primũ locum tribuit propoſitioni quæ* πρότασις *dicitur. Vt, ſi Demoſthenes ſuadeat Iſthmum perfodiendum eſſe: vtitur tali propoſitione. Sed huic ſententiæ contraueniunt oratores aliqui: ſecundũ itaq; locũ dat* ὑποφορᾶ *quæ eſt ſubiectio aduerſariæ rationis. vt, dicunt enim difficile eſſe perfodere, & propè naturæ negatum. Tertio loco collocat* ἀντιπρότασιν, *contrariam propoſitionem noſtram. vt, At hanc rationem mihi refutare facile eſt. Poſtremò* λύσιν, *ipſam ſcilicet refutationem. vt, facilis enim labor eſt, neque ſumptus, neque impenſa magna. Atque hæc apud Hermogenem conſtituendæ quæſtionis ratio, et forma eſt. Ad*

perficiendam autem argumentationem, tres adijcit par-
tes alias ἐπιχειρήματα, ἐργασίαν, ἐνθύμημα. *In quibus* ἐπι- 5. Ἐπιχείρημα.
χειρήματα *confirmant refutationem, ex locis attributo-*
rum, quæ περιστάσεις *nominantur, à loco, à tempore, à*
causis, à facultatibus, à ratione, & modo. vt, Cur enim
non facile hoc anni tempore, nullo bello, remotis hosti-
bus, armis, nemine repugnante, pleno ærario, tan-
ta fossorum & mercenariorum hominum copia: tanto
studio, & ope vicinorum: hæc etiam facultate artificum,
& his nouis inuentis artibus. Ἐργασία *verò* ἐπιχειρημάτων 6. Ἐργασία.
est expolitio, per similia, vel exempla facta. vt, Perses
Atho monte perfosso terram nauigauit: Hellesponto pon-
te iuncto mare ambulauit: nihil negatum est hominum
industria. Ἐνθύμημα *verò expolit & perficit* ἐργασίαν. *vt,* 7. Ἐνθύμημα.
Barbarus igitur rex montē perfodere poterat: nos non
exiguum solum, & breues angustias? ille quod in re, at-
que natura positum non erat, potuit perficere: nos id,
quod natura appetere videtur, in ea re naturam ipsam
non possumus iuuare? Ille oppositis hostilibus armis facere
potuit: nos id non in pace, & otio poterimus assequi? Hæc
Hermogenis doctrina est. Sed nos partes quæstionum in
ipsa καταστάσει *complexi sumus, &* ἐπιχειρήματα *in* ἀντι-
θέσει, *&* ἐργασίαν *cum enthymemate coniunximus, pro-*
pterea quòd hæc ratio vsui forensi, & oratorum exemplis
conueniens est. Hermogenis verò doctrina rhetorum ex-
ercitationi, et scholis sophistarum, hoc est, eorum qui rhe-
thorica, seu dicendi rationem tradebant.

SCHOLÆ.

Partes ſubſtantiales ſunt occupationum, ἀπόλυτησις, καὶ ἀντίθησις, reliquæ duæ ſunt aduentitiæ, & accerſitæ ornatus cauſa, κατάστασις ſcilicet, & ἐργασία. De his 4. partibus ſatis, in exemplo quod deſumptum erat ex oratione Cic. pro lege Manilia: in quo pulcherrima forma eſt plenæ, & perfectæ occupationis. Materia occupationum cognoſcitur ex genere verborum, vt cùm orator dicit: Scio te dicturum. Eſt illud ἴσμαι, indicium materiæ friuolæ & infirmæ: cùm verò dic ἴσως, eſt materia firmior, & probabilor: cùm intermedi eſt materia, dicit orator, ἀκούω, audio illum dicturum. Quæ ſint σχήματα occupationum dictum ſuprà fuit. I. Eſt παρασκευὴ, quæ fit ἐν παραγωγαῖς, in inductionibus: II. ὁμολογία ἢ συγχώρησις: III. προαναφώνησις: IIII. ſunt προδιορθώσεις, καὶ ἐπιδιορθώσεις, ἢ ἐπανορθώσεις: verborum correctiones, quæ adhibentur, vel poſt rem factam, aut dictam, vel antequam dicta ſit. Quintilianus dicit alios inter occupationes ponere ἀνθυποφοράς. ſed ille eam non habet inter figuras. Hermogenes ὑποφορὰν, in lib. περὶ εὑρέσεως, habet inter partes exornandæ quæſtionis: ipſam autem exornationem quæſtionis vocat κόσμησιν, & dicit, ipſum κεφάλαιον exornari quatuor rebus: ſcilicet προτάσει, ὑποφορᾷ, ἀντιπροτάσει, καὶ λύσει. Πρότασις eſt generalis quædam, & infinita κατάστασις. Ὑποφορὰ eſt, quæ affert rationem aduerſarij. Vtitur autem exemplo ficto, & ſcholaſtico. Ἀντιπρότασις eſt noſtra contraria propoſitio, vocauimus ſuprà ἀντίθεσιν: ipſa eſt, quæ ſe opponit propoſitioni, & rationi aduerſarij. ἀντιπρότασις enim eſt reſponſio facta ad aduerſarij rationem. Poſtéa ſequitur λύσις. ipſa refutatio: quæ habet contrarias rationes. Iſta quatuor nihil aliud habent, quàm cauſæ conflictionem. Poſtquàm eiuſmodi eſt quæſtio conſtituta, tum ad hanc perficiendam argumentationem requiruntur adhuc tria. ἐπιχειρήματα. i. nuda argumenta, abſque concluſione. ſunt enim propoſitiones κατασκευαστικαὶ, vel ἀνασκευαστικαὶ, probantes noſtra, vel refutantes aduerſariorum argumenta, deſumptæ e locis circumſtantiarum. Sic ἐπιχείρησις, eſt argumentorum conglobatio, & vniuerſa collocatio. ἐργασία eſt nihil aliud quàm προσοικοδόμησις, ἢ αὔξησις, ἢ ἐπικόσμησις, fitque exemplis, & ſimilitudinibus. vt, Cicero, pro S. Roſcio, volens eximere metum ex animis iudicum, quòd iſta ſunt facta ignorante L. Sylla, vtitur pulcherrima ſimilitudine: Etenim Iupiter ſuis imbribus ſæpe mortalibus nocet, &c. Oſtendens non ideò L. Cornel. Syllam accuſandum eſſe negligentiæ quòd ipſo ignorante, hæc facta ſint. Poſtremum in hac ἐργασίᾳ, eſt ἐνθύμημα. i. concluſio oratoria, quæ omnia ſuperiora concludit: vt in exemplo Hermogenico, facta eſt per comparationem

Exornatio quæſtionis κόσμησις τοῦ ἐναντίου κεφαλαίου.

parationem : & habet ἀντίθετον, & τὸ μεῖζον, καὶ ἔλαττον. Sunt igitur ſeptem quibus perficitur omnis ἀνασκευή. 1. πρότασις. 2. ὑποφορά. 3. ἀντιπρότασις. 4. λύσις. 5. ἐπιχείρημα. 6. ἐργασία. 7. ἐνθύμημα. Sed iſta doctrina eſt ſcholaſtica : vbi nihil eſt omittendum, quamuis in orationibus non ita plenè ſemper inueniantur.

De Παραμυθίᾳ.

CAPVT XXIX.

Sed *quoniam plerunque occupamus ea, quæ contra nos faciunt, quæ ſi vehementer nos oppugnant, opus eſt oratorijs remedijs, atque medicinis: quas illi* παραμυθίας *vocant : dicendum etiam de illis eſt. Eſt autem* παραμυθία *vna verborum, vt qua in tranſlationibus vtimur durioribus. vt, ſlagitioſus homo, & prope peſtis Reip. Catus Aelius Sextus, tanquam cor ciuitatis. Fama, tanquā flamma, atque incendium. Alterum verò genus eſt rerum, atque ſententiarum, & plerunque confeßione vtitur : quo genere cùm multis alijs in locis vtimur, tum duobus potißimum temporibus. Primum cùm iudices ſecum ad iudicium adſerunt, ea quæ vocantur à Græcis* πάθη κεκρατηκότα *: confirmatam ſcilicet animi opinionem, et motum. in quibus Hermogenes præcipit,* μὴ ἀντιτείνειν, ἀλλ᾽ εἴκοντα παραμυθεῖσθαι. *Non enim ſubitò reſiſtendum eſt : ſed cedere oportet, atque concedere : id quod fit per* ὁμολογίαν, *ſiue* παρομολογίαν. *vt, pro Rabirio Poſthumo : quod exemplum ſuprà à nobis poſitum eſt : &, vt Demoſthenes in principio, primæ Philippicæ :* εἰ δέ τις ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δυσπολέμητον οἴεται τὸν φίλιππον εἶναι, σκοπῶν τὸ πλῆθος τῆς νῦν ὑπαρχούσης αὐτῷ δυνάμεως, καὶ τὸ τὰ χωρία πάντα ἀπολωλέναι τῇ πόλει, ὀρθῶς μὲν οἴεται. *Non ſolùm confitetur, difficile eſſe, Philippum bello vincere : ſed etiam cauſas oſtendit, eáſque duas graues ſuæ*

Εἰκὼν, vel εἰκασία.

ſua ſententia aduerſarias : Philippi ſcilicet potentia, et amiſſa multa loca munita Athenienſium. Sed non contenti debemus eſſe huiuſmodi conceßione, atque confeßione, verùm contrà argumentandum eſt. Sunt enim du genera confeßionum. Vnum plenum atque perfectum τέλειον, abſque defenſione : de quo mox. Alterum verò mu tum defenſione, quam ἀπολογίαν *vocant. vt in hoc propoſito exemplo Demoſthenis, vbi contrà diſputat :* λογιζέσθω μὲν δὴ τοῦτον ὅτι εἴχομέν ποτε ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Πύδναν, καὶ Ποτίδαιαν, καὶ Μεθώνην, καὶ πάντα τὸν τόπον τὸν οἰκεῖον κύκλῳ, καὶ πολλὰ τῶν μετ' ἐκείνου νῦν ὄντων ἐθνῶν αὐτονομούμενα, καὶ ἐλεύθερα ὑπῆρχε, καὶ μᾶλλον ἡμῖν ἐβούλετ' ἔχειν οἰκείως ἢ ἐκείνῳ. *Et ex parte probat contrarium non idcircò deſperandum : ſed & magis elaborandum, vt amiſſa recuperentur, idq́ʒ exemplo Philippi :* Εἰ τοίνυν ὁ Φίλιππος τότε ταύτην ἔσχε τὴν γνώμην, ὡς χαλεπὸν πολεμεῖν ἐστιν Ἀθηναίοις ἔχουσι τοιαῦτα ἐπιτειχίσματα τῆς αὑτοῦ χώρας, ἔρημον ὄντα συμμάχων· οὐδὲν ἂν, ὧν νυνὶ πεποίηκεν, ἔπραξεν, οὐδὲ τοσαύτην ἐκτήσατο δύναμιν, *&c. Huius rationis Hermogenes Homerum authorem eſſe putat, illo adductus exemplo.* Ἦ μὴν καὶ πόνος ἐστὶν ἀνιηθέντα νέεσθαι. καὶ γάρ τίς θ' ἕνα μῆνα μένων ἀπὸ ἧς ἀλόχοιο, ἀσχαλάᾳ σὺν νηῒ πολυζύγῳ. *Et Thucydidem putat idem Hermogenes primum id apud Homerum annotaſſe : & in ſua funebri oratione, eſſe imitatum : in qua Pericles dicit:* Δουλοῖ γὰρ τὸ φρόνημα τὸ αἰφνίδιον καὶ ἀπροσδόκητον, καὶ πλείστῳ παραλόγῳ ξυμβαῖνον, *&c.* Iliad. β.

SCHOLÆ. In omni occupatione, opus eſt aliquo remedio. Nam occupatio eſt rerum aduerſarum occupatio, & ſic ſunt ἀντίληφα, occupatio, & τὸ ἐναντίον.i. res aduerſa. Hoc remedium Græci vocant παραμυθίαν. eſtque medicina, quæ fit lenitione verborum : dicta παραμύθια, ἀπὸ τοῦ μυθεῖν. Vtitur autem Hermogenes vocab. παραμυθεῖσθαι, tam in verbis, quam in ſein ſententijs: duras metaphoras dicit oportet παραμυθεῖσθαι: vt in hac fama, tanquam flamma, fit verbis hæc παραμυθία. Eſt autem & παραμυθία quæ fit rebus, & ſententijs, & illa fit ὁμολογίᾳ. Sunt autem confeſſionum duo genera. Vnum eſt abſolutum, & merum: quando ſolùm confitemur. vt Adraſtus apud Herodotum, ſolùm fatetur ſe occidiſſe filium Crœſi. Eſt ibi pura ὁμολογία, confeſſio: & lenitur ibi animus iudicis ſola confeſſione. Ita Helena, apud Homerum, lib. 3. Ἰλιάδος, cùm eſſet futura μονομαχία, inter Menelaum & Paridem, producitur Helena lachrymans, nihil quidem dicens, ſed lachrymans confitebatur ſe autorem eſſe horum malorum: νύ μοι θεοὶ αἴτιοί εἰσι. Hoc ſimplici genere confeſſionis oratores non vtuntur. Nam cum ſimpliciter confitemur, parata eſt crux. Aliud genus confeſſionis eſt, quod habet adiectam defenſionem: diciturque παρομολογία. hoc genere debemus vti in motibus animorum: quos Græci vocant πάθη κεκρατηκότα, quæ animum iud. occupauerunt. vt, in bello Athenienſi contra Philip. Metus erat in animo populi κεκρατηκὸς, occupauerat eorum animos, nam omnino putabant Philippum eſſe δυσαπολέμητον. Hermog. dicit in eiuſmodi motibus inueteratis non oportere ἀντιτείνειν, ſed εἴκοντα παραμυθεῖσθαι. Demoſth. videns populum hac eſſe opinione, confitetur, adiecta tamen παραμυθίᾳ, & primum non vocat ἀδύνατον, vt pop. putabat: ſed vtitur verbo leniori, vtitur πεπεινώσει: dicit δυσπολέμητον non ἀπολέμητον. Hermog. dicit Homerũ autorem fuiſſe huius rationis: Thucydidem obſeruaſſe: Demoſthenem imitatum eſſe, &c.

In Methodo δεινότητος

Duo ſunt genera παραμυθιῶν.
- Vnum in verbis, τῆς λέξεως. vt εἰκασία.
- Alterũ in rebus, & ſentẽtijs, & vel eſt
  - ἄνευ ἀπολογίας, diciturque ὁμολογία.
  - Σὺν ὁμολογίᾳ vt παρομολογία.

Hoc igitur vnum eſt tempus παραμυθίας, in confirmatis animorum motibus. Alterum eſt in factis manifeſtis, &

ſtis, & perſpicuis criminibus, quæ ὁμολογούμενα vocantur ab Hermog. ἀδικήματα: in quibus, pro defenſione, confeſſio culpæ adhibetur. Cuius rationis etiam Homerum authorem eſſe voluit. Is enim lib. 3. Iliad. cùm futurum eſſet ſingulare certamen inter Menelaum, & Paridem de Helena: flentem facit Helenam: quas lachrymas cùm cerneret Priamus tanquam dolentem, et de ſuo peccato confitentem alloquitur, his verſibus: Δεῦρο πάροιθ' ἐλθοῦσα, φίλον τέκος, ἵζευ ἐμεῖο, Ὄφρα ἴδῃς πρότερόν τε πόσιν, πηούς τε, φίλους τε, Οὔ τί μοι αἰτίη ἐσσὶ, θεοί νυ μοι αἴτιοί εἰσιν, Οἵ μοι ἐφώρμησαν πόλεμον πολύδακρυν ἀχαιῶν. Veruntamē poſt veniam impetratam, confitetur etiam ipſa: & malum ſibi imprecatur. Ὡς ὄφελεν θάνατός μοι ἁδεῖν κακὸς, ὁππότε δεῦρο Υἱέϊ σῷ ἑπόμην, θάλαμον, γνωτούς τε λιποῦσα, Παῖδά τε τηλυγέτην, καὶ ὁμηλικίην ἐρατεινήν. Ἀλλὰ τά γ' οὐκ ἐγένοντο. Hîc lachrymæ veniam obtinuerunt, ipſaq́ confeſſio veniam ſecuta non obfuit. Sed hac ratione oratores non vtuntur. Comici Poëtæ eam vſurpant, vt Dauus in Andria, crucem ſe commeruiſſe fatetur Pamphilo. Oratores autem cùm vtuntur ſtatu deprecatorio, qui συγγνωμικὸς dicitur, cum quadam defenſione veniam deprecantur. Cùm aut in neceſſitatem, aut in imprudentiam, aut caſum atque fortunam cauſam remouent: quod ipſum tamen Homerus etiam videtur præmonſtraſſe: apud quem Priamus tanquam iudex fatalem neceſſitatem agnoſcit θεοὶ, inquiens, νύ μοι αἴτιοί εἰσιν. Et Cicero, pro Q. Ligario, Titum Ligarium fratrem adducit: qui pro fratre intercedat, & deprecetur. Hic igitur Titus Ligarius, qui tum nihil aliud egit (neq; enim hæc diuinabat, niſi vt eum ſtudioſum & bonum virum iudicares) nunc à te ſupplex fratris ſalutem petit: quam huius monitus officio cùm vtriſque his dederis, hos tres fratres optimos, & in-

gerrimos, non ſolùm ſibi hos ipſos, neque his tot, talibus
iris, neq; nobis neceſſarijs ſuis, ſed Reipub. condonaueris.
Verùm nos fortaſſe nimis multa de vno ornamento, &
uadam forſitan inuentioni magis quàm elocutioni con-
eniebant: veruntamen & genera occupationum, &
arum tractationem ſcire neceſſarium erat.

De Amplificatione.

CAPVT XXX.

Diximus ἐπιχειρήματα, quæ oratorum ſunt propoſitio
nes, exemplis expoliri, & ſimilitudinibus, vt Her-
ogenes, ex oratoribus Græcis obſeruauit. Et quoniam
xempla comparari, & amplificari ſolent, vt apparet in
ncluſionibus oratorijs, quas ἐνθυμήματα nominaui-
us: de amplificatione dicendum eſt: in qua & argu-
entatio latet, & eius quædam propria, & peculiaris for
a tanquam figura. Aliud enim ἀπόδειξις eſt, & aliud
ὔξησις. Illa enim nuda eſt probatio, & demonſtratio rei:
æc verò exaggerata ratiocinatio. Sunt autem duo tem-
ra: quibus amplificandum eſt: vnum cùm res non ſa-
is eſſe tam magna videtur, quàm videri eam volumus:
lterum cùm perſona à qua crimen admiſſum eſt, ma-
na autoritate, & multorum hominum gratia prædita
ſt: vt crimen eſſe leue videatur, niſi amplificetur. Sed
uoniam de exemplo dicere inſtituimus, quod à Craſſo
nter ornamenta ſententiarum numeratur, ſermone 3. de
Oratore: eius proponenda forma eſt, & explicanda expo-
tio. Solet enim plerunque amplificatio inchoari à du-
lici expoſitione: quarum prior eſt rei ipſius, aut facti
um quadam tamen præparatione: in qua ſit præſigni-
ficatio rei magnæ. vt, pro Aulo Cluentio: Neque eſt hoc ſa-
is, tametſi ipſo fraterno parricidio nullum ſcelus præter-
miſſum

miſſum videtur: tamen vt ad hoc nefarium ſcelus accederet, aditum ſibi alijs ſceleribus muniuit. Hac tanquam præfatus, accedit ad priorem narrationem, quæ rei eſt ſimplicet propoſita. Nam cùm eſſet grauida Auria fratris vxor, & iam appropinquare partus videretur, venenis mulierem interfecit: vt vnà illa, & quod ex fratre erat conceptum, necaretur. Poſtea fratrem aggreſſus eſt, qui ſerò iam exhauſto illo poculo mortis, cùm & de ſuo, & de vxoris interitu clamaret, teſtamentumq́; mutare cuperet, ipſa ſignificatione huius voluntatis eſt mortuus. Iam mulierem, ne partu eius ab hæreditate fraterna excluderetur, necauit. Fratris autem liberos prius vita priuauit: quàm illi hanc à natura propriam lucem aſpicere potuerunt. Quanquam poſtremum, καὶ ἐπίκρισιν, adiectum videtur ipſi expoſitioni: vt etiam inſequens ἐπιφώνημα: Vt omnes intelligerent, nihil clauſum, nihil ſanctum eſſe poſſe: cuius ab audacia, fratris liberos, ne materni quidem corporis cuſtodia tegere poſſet. Hoc crimen ne paruum videatur: exemplum adfert, & primum remo-ponit breuiter altera narratiuncula quam ἀφήγησιν vocat Hermogenes. Memoria teneo, Mileſiam quandam mulierem, cùm eſſem in Aſia, quòd ab hæredibus ſecundis accepta pecunia, partum ſibi ipſa medicamentis abegiſſet, rei capitalis eſſe damnatam. Hactenus narratiuncula, ſequitur ἐπίκρισις amplificans ipſum crimen frequentibus definitiunculis verborum: Neque iniuria, quæ ſpem parentis, memoriam nominis, ſubſidium generis, hæredem familiæ, deſignatum Reipub. ciuem ſuſtuliſſet. Deinde amplificat, per comparationem, & factum mulieris Mileſiæ, cum Oppianici crimine confert. Quanto eſt Oppianicus in eadem iniuria maiore ſupplicio dignus? Si quid illa cùm ſuo corpori vim attuliſſet, ſe ipſa cruciauit. Hic *nit. Hic autem idem illud effecit per alieni corporis mortem, atque cruciatum. Cæteri non videntur in ſingulis hominibus multa parricidia ſuſcipere poſſe. Oppianicus inuentus eſt: qui in vno corpore, plures necauit. Duplici comparatione vſus eſt, vna finita, & ſingulari, Oppianici ſcilicet & Mileſiæ mulieris. Altera infinita in altera parte. Parricidiū enim Oppianici cum omnium parricidijs componit. Primùm igitur narratione criminis, deinde exempli expoſitione, tertiò comparatione perfecta huius forma oratio eſt. Quanquam omnes hæ partes tres aliquid aut præpoſitum habent, aut poſtpoſitum quod ornatum augeat.*

SCHOLÆ.

Perſpicuum igitur eſt, ſecundùm Hermog. occupationes confici plerunque, προτάσει, ὑποφορᾷ, ἀντιπροστάσει λύσει, ἐπιχειρήματι, ἐργασίᾳ, καὶ ἐνθυμήματι. Ἐργασίαν vero diximus confici exemplis, & ſimilitudinibus. Craſſus refert exempla inter figuras ſententiarum. dicendum ergo de exemplis. Exempla verò expoliuntur ἐπιχειρήμασι. Exemplum non graue eſt,. niſi amplificetur: ergo locus nos monet: vt tradamus de amplificationibus. Principio tamen ſumpto ab exemplis: poſt animos conciliatos, orator ſolet permouere, quod genus dicitur παθητικόν: prius verò quo conciliat ſibi animos auditorum, dicitur ἠθικόν. Oſtendit enim orator ſuos mores, ſuum ingenium. Inter hæc duo genera duo ſunt alia. Vnum ἀποδεικτικόν: quando orator ſimpliciter probat, & demonſtrat, id quod eſt in controuerſia: quando ſolùm docet. Sed ea quæ probantur ſunt vel magna, vel parua. ideò ſæpe fit, vt res probata maxima videatur oratori, nō autem iudici, & populo. Itaque debet orator rem tantam facere: quantam ipſe vult eam iudicari. Ergo debet exaggerare ipſam rem. Res autem videtur aliquando non ita magna, propter perſonam, vt hic magiſtratum gerit, ergo non tanta eſt ei pœna infligenda, quanta homini priuato. Res autem debet maior effici, quàm ſit perſonæ dignitas, quod fit αὐξήσει: & hoc plerunque oratores ante perorationem faciunt. Ἠθικὸν igitur genus dicendi ponitur in exordijs. Ἀποδεικτικὸν ſecundo loco, id eſt in narratione, & concluſionibus, abſque motu tamen. Tertio loco αὐξητικὸν in amplificatione, & motu. Poſtremo loco παθητικὸν, quod eſt in peroratione, tametſi aliquando fiat tranſpoſitio. Quoniam autem inter amplificandi formas numeratur aliquando cōparatio, & cōparatio ferè primū locū habet in amplificādo, dicendū eſt, quæ ſit forma, & idea cōparandi exempla. Quomodo autē exēpla tractari debeant, poteſt oſtēdi ex oratorum bonorū exemplis. Et quamuis non eſt ſemper eadem ratio, tamen in ipſa diſſimilitudine eſt quędam ſimilitudo. Exempla plerunq; conficiuntur duabus narrationibus, & amplificatione. Tria enim ſunt conſideranda. I. Res propoſita. i. crimen eſt nobis explicandum. vt, mater Auria occiſa eſt ab Oppianico, vnà cum liberis, hęc eſt res, & cauſa propoſita: debet ergo exponi, ſed breuiter, ideoque vocatur illa expoſitio ab Hermog. ἀφήγησις. Deinde ſecundo loco conſideranda eſt res ſimilis. i. exemplum: quod exemplum ſi ignotum eſt, eſt quoque exponendum. Eſt ergo altera ἀφήγησις, vt expoſitio abortus mulieris Mileſiæ. Tertio loco eſt amplificatio ipſa ἐνθυμηματικὴ, quæ comprehendit vtramque narrationem, vel expoſitionem, & oſtendit vtrum maius ſit, & vtrum minus. Sed tamen in ſingulis ſolet aliquid addi, pro rei grauitate, vt in hoc loco, eſt quædam præmonitio, & aditus ad exempli tractationem, ne temerè ita illabamur ad expoſitionem exempli. Ipſa ergo κατάστασις, vel ipſe aditus, qualis eſſe debeat intelligitur ex fine ἐργασίας ipſius exempli. Finis verò eſt αὔξησις amplificatio, qua crimen exaggeratur, ergo ipſa quoque κατάστασις debet habere ſignificationem rei magnæ: vt in hoc exemplo eſt propoſitio, ſeu κατάστασις amplificans κατὰ προσθήκην. Vt omnes intelligerent.) Altera eſt hæc ἐπιχείρησις, καθ' ἐπιμονὴν, & habet illam formam quam Quint. vocat ratiocinationem, Hermog. vocat συλλογισμὸν, quando magnitudo rei intelligitur ex ſignis, vt in hoc loco. Crudelem eſſe oportet eum, qui etiam parricidium in vtero matris audet quærere, & committere. Memoria teneo.) Exemplum adfert ſimile, ſed tamen differens, minus crimen, ſed punitum maiori ſupplicio. Eſt breuis narratiuncula, non potuiſſet breuius narrare. Neque iniuria) ἐπιχείρησις αὐξητικὴ habet τὸ ποικίλον, καὶ τὴν πυκνότητα, per crebras definitiones Quinq; definitionibꝰ exaggerat rem, quod ſcilicet ſic infans in vtero matris, ſcilicet ſpes patris, memoria nominis, ſubſidium generis, &c. Quanto eſt.) Comparatio σύγκρισις, quæ vtrunque quod in narrationibus poſitum erat, confert, & coniungit. Eſt autem duplex comparatio in hoc loco, vna finita, & in vtraque parte ſingularis. Altera eſt in vna parte finita, in altera infinita. Comparat enim cum multis parricidijs vnum parricidium Oppianici, & huc pertinet id quod Ariſtoteles dicit, τὰ διῃρημένα videri, & eſſe magna, ſcilicet ſi numero augeantur.

Primus modus amplificandi.

CAPVT XXXI.

HÆC *comparatio vtrinque mala complectitur, & facta eſt diſtinctione, quam Dialectici* διάκρισιν *vocant. Aliquando etiam bona cum malis componuntur, per* ἀντίθεσιν*, hoc eſt, per contentionem eorundem. Vt cùm beneficia cum maleficijs coniunguntur, quemadmodum in VI. Accuſatione Ciceronis: Vnius etiam vrbis pulcherrimæ, atque ornatiſſimæ direptionem commemorabo: vt aliquando totam huius generis rationem concludam, ac definiam. Hæc docilitatis, & attentionis cauſa* κατασκευῆς *propoſita ſunt. Illa autem loco narratiunculæ breuis expoſitio. Nemo ferè veſtrum eſt, quin quemadmodum capta ſint à M. Marcello Syracuſæ ſæpe audierit, nonnunquam etiã in annalibus legerit. Non poſuit narrationem contrariã de direptione Verris, quoniam pòſt perſequetur omnia ſingulatim. Itaque illis hæc eſt antepoſita amplificatio excitandorum, & mouendorum animorum gratia. Conferte hanc pacem cum illo bello, huius prætoris aduentum cum illius imperatoris victoria, huius cohortem impuram cum illius exercitu inuicto, huius libidines cum illius continentia, ab illo qui cepit conditas, ab hoc qui conſtitutas accepit, captas dicetis Syracuſas. Deinde*

Αὔξησις πρὸ τῆς διηγήσεως, φιληκοΐας καὶ πάθους ἕνεκα, κατεσκευάσθη. ἀφηγήσει, συγκρίσει.

etiam poſteaquam Syracuſarum vrbem deſcripſiſſet, & M. Marcelli beneficia in eam vrbem commemoraſſet, antequam C. Verris furta, & deprædationē demonſtraret, ſimili vſus eſt ἀντιθέσει. Conferte Verrem, non vt hominem cum homine conferatis, ne tali viro mortuo fiat iniuria. Sed vt pacem cum bello: leges cum vi: forum, & iuriſdictionem, cum ferro, & armis: aduentum, & comitatum cum exercitu, & victoria conferatis. Narrationes etiam comparationibus expoliuntur, & amplificantur. vt, paulò poſt, in eodem loco, poſteaquam de æde Minerua expoſuiſſet: Has, inquit, tabulas M. Marcellus, cùm omnia illa victoria ſua prophana feciſſet, tamen religione impeditus, non attigit. Iſte cùm iam illa, propter diuturnam pacem, fidelitatemq́; populi Syracuſani ſacra, religioſaq́; accepiſſet, omnes eas tabulas abſtulit. Parietes quorum ornatus tot ſæcula manſerat, tot bella effugerat, nudos ac deformatos reliquit. Et Marcellus qui Syracuſas cepiſſet, duo templa dedicaturum ſe vouerat, id quod erat ædificaturus, his rebus ornare, quas ceperat, noluit: Verres qui non honori, neque virtuti, vt ille, ſed Veneri, & Cupidini vota deberet, is Mineruæ templum ſpoliare conatus eſt. Ille deos deorum ſpolijs ornare noluit: hic ornamenta Mineruæ virginis in meretriciam domū tranſtulit. Talis etiam illa eſt, quæ ſequitur amplificata narratiuncula: Viginti & ſeptem præterea tabulas pulcherrimè pictas, ex eadem æde, ſuſtulit: in quibus erant imagines Siciliæ regum, & tyrannorum: quæ non ſolùm pictorum artificio delectabant: ſed etiam commemoratione hominum, & cognitione formarum. Hactenus narratiuncula: ſequitur comparatio. Ac videte quanto hic tetrior tyrannus Syracuſanis fuerit: quàm quiſque ſuperiorum: cùm illi tamen ornarint templa deorum

Ἀντίθεσις τετραμερής.

Narrationū expolitio, & amplificatio.

Σύγκρισις τετραμερὴς μακροκωλία.

Ἀφήγησις.

Σύγκρισις.

orum immortalium, hic etiam deorum monumenta ſuſtulerit. Talis etiam illa eſt extrema in eodem loco, ſed interuallo longiore poſita. Vt ſæpius ad M. Marcellum reuertar, ſic habetote, iudices, plures eſſe iſtius aduentu deos quàm victoria Marcelli homines deſideratos. Etenim ille requiſiſſe dicitur etiam Archimedem illum ſummo ingenio hominem, ac diſciplina: eumq́ue cùm audiſſet interfectum, permoleſtè tuliſſe. Iſte omnia quæ requiſiuit, non vt ſeruaret, verùm vt aſportaret, requiſiuit.

Eſt cōparatio, quæ habet ἀντίθεσιν, bipartitā cū narratiūcula hiſtorica.

SCHOLÆ.

Exēpla comparātur aut

- Differentia, quæ tractātur inſtrumento illo dialectico quod διάκρισιν vocam⁹, vt Oppianici cum muliere Mileſia, cùm ſibi ipſa vim attulerit abigendo partum, ille per alieni corporis cruciatum partum necauerit.
- Paria, hæc tractantur per ἀντιπαραβολήν. vt pro Sext. Roſcio, Cicero accuſatores Roſcij comparat cum audaciſſimo homine C. Fimbria.
- Contraria, cùm bona cum malis, horribilia cum iucundis, læta cum triſtibus componūtur. tractatio horum fit κατ' ἀντίθεσιν.

Nemo veſtrum.) ἀποδίωξις vera, ſeu παράλειψις. Sed non tam breuitatis cauſa hic multa omittūtur, quàm vt triſtia prętereantur. Nam beneficia tantùm M. Marcelli cum maleficijs C. Verris conferre voluit. Conferte.) Vocabulo artis Cicero vti non veretur, cùm habet iudices inflammatos. Eſt autem hoc loco quadripartita comparatio. I. Pax, bellum.) Singula ſingulis comparantur. II. Prætoris aduentus, imperatoris victoria.) bina binis. III. Cohors impura, exercitus inuictus.) bina binis, propter ἐπίθεσιν. IIII. Ab illo qui cepit.) τεχνικὴ hæc ἐναντίωσις, quæ ſequitur συλλογιστικῶς, ex prioribus. Has, inquit tabulas, M. Marcellus.) Hęc cōparatio tātùm tripartita eſt propter prolixitatem membrorum. Superiores quadripartitæ fuerunt, quia in ſingulis verbis, aut binis conſiſtebat ἀντίθεσις, hic autem contrarietas eſt in ſenſu, & ſententijs.

Omnis igitur comparatio, aut bonarum rerum eſt, aut malarum, aut res malæ cum bonis componuntur rebus. Deinde res quæ ad comparandum aſſumuntur, aut vt contraria conferuntur, aut vt pares, aut vt differentes, eæque aut maiores, aut minores, aut aliqua alia diſcriminata qualitate. Quamobrem omnis comparatio tractatur aut ἐναντιώσει, in contrarijs: aut ἀντιπαραβολῇ, in paribus: aut διακρίσει, in differentibus. Et differentium rerum exemplum, eſt illud de muliere Mileſia. Contrariarum, de M. Marcello. Parium illud, pro S. Roſcio, in quo ex vna parte perſona vituperatur, in altera laudatur, ita vt ipſa κατάστασις, & aditus ad narratiunculam perfectam ſit ἐπιδεικτικός. vt, Hominem longè audaciſſimum nuper habuimus in ciuitate, & quod inter omnes cōſtat, niſi inter eos, qui ipſi quoq; inſaniunt, inſaniſſimū C. Fimbriā. is cùm curaſſet in funere C. Marij, vt Q. Scæuola vulneraretur vir ſanctiſſimus, atq; ornatiſſimus noſtræ ciuitatis, de cuius laude, neque hic locus eſt, vt multa dicantur: neque plura tamen dici poſſunt, quàm populus Rom. memoria retinet, diem Scæuolæ dixit, poſteaquam comperit eum poſſe viuere, cùm ab eo quæreretur, quid tandem accuſaturus eſſet eum, quem pro dignitate ne laudare quidem quiſquam ſatis commodè poſſet: aiunt hominem, vt erat furioſus, reſpondiſſe: quòd non totum telum corpore recepiſſet. quo populus Rom. nihil vidit indignius. niſi eiuſdem viri mortem, quæ tantum potuit, vt omnes ciues perdiderit, & afflixerit. quos quia ſeruare per compoſitionem volebat, ipſe ab his eſt interemptus. Hactenus narratio, inſequitur collatio, quam ἀντιπαραβολὴν docendi cauſa nominauimus: vt videatur eſſe parium rerum: Eſt ne hoc illi dicto, atque facto Fimbriæ non ſimillimum? Accuſatis S. Roſcium? Quid ita? quia de

manibus

Ψόγος.

Ἀφήγησις.

Ἐπεμβολή, vel διάκοψις.

Ἀντιπαραβολή.

manibus veſtris aufugit, quia ſe occidi paſſus non eſt. Neque refert perſonas inter ſe aliquando eſſe impares, aut aliquid inter ſe facta, dicta, crimina, ſi differant, modò quaſi paria componantur ab oratore. Et quia in hoc exemplo diſsimilitudo eſt quædam perſonarum (alius enim vir Scæuola fuit, & alius S. Roſcius) addita eſt perſonarum comparatio, ſed perſonis mutatis. vt, Illud, quia in Scæuola factum eſt, magis indignum videtur: hoc quia à Chryſogono, non eſt ferendum. Non Scæuolam cum Roſcio, ſed cum Chryſogono contulit, in quibus erat diſsimilitudo. Scæuola enim antiquiſsima familia, & genere natus: Chriſogonus homo nouus. Ille ſemper ingenuus, ſemper liber: hic libertus, & nunquam antea liber. Ille vir optimus: huius virtus ſimulata, & cognita nequitia. Ille gratus, & acceptus populo: hic omnibus ciuibus bonis ingratus, & inuiſus.

Ἀντιπαραβολὴ προσώπων, καθ' ὑπαλλαγήν.

SCHOLÆ.

Exempla ponimus & ſimilitudines inter figuras. Sed quia tractantur exempla plerunque per comparationem, neceſſe fuit etiam hoc loco de comparatione dicere. & cuiuſmodi ſunt exempla, talia ſunt etiam genera comparationum. Exempla enim componuntur inter ſe, vel bonarum, vel malarum rerum. Exempla deinde componuntur inter ſe, aut paria, aut differentia, aut contraria, ergo & comparatio eſt etiam, vel contrariarum rerum, vel differentium, vel parium rerum. Differentium rerum exemplum fuit illud de muliere Mileſia. Quæ differentia ſunt tractantur dialectico inſtrumento, quod vocatur διάκρισις. Παραβολὴ, eſt quęuis comparatio, cùm verò vtrinque par eſt comparatio, tum docendi cauſa appellatur ἀντιπαραβολὴ, ὁμοία παραβολὴ, nam ἀντὶ non ſemper ſignificat contrarietatem, ſed etiam æqualitatem. vt etiam apud Homerum, qui virũ magnum, & Heroem vocat ἀντίθεον, hoc eſt, ἰσόθεον. Inſaniſſimum.) Eſt incrementum in verbis. Is cùm curaſſet.) Inchoat ἀφήγησιν, poſtea interſerit ἐπεμβολὴν, pertinentem ad laudem Scæuolæ, alij vocant ὑπέρβατον. Sed Hermogenes tum vocat ὑπέρβατον eiuſmodi interiectionem, cùm cauſa inſeritur. Narratio tota eſt παθητικὴ, & vult populum excitare ad iracundiam.

Eſt etiam illa partitio in comparatione exemplorum, quòd alia breuiter tractantur, alia prolixè, alia ratione ſimplici tantùm, docendi cauſa, alia cum laudatione, aut vituperatione longiore. Quorum omnium exempla apud oratores ſunt annotanda. Etiam illa eſt diuiſio, quòd comparationes aliquando ſeorſim fiunt, in vtraque parte, & ſemel, aliæ numeroſæ, & in ſingulis rebus, aut factis alternatim, hoc eſt, vt Græci loquuntur, ἀμοιβαίως, ἢ ἐξ ἀμοιβῆς. *Vtriuſque rationis exemplum eſt in oratione Demoſthenis contra Midiam, in qua primùm de Alcibiade loquitur, de illiusq́; maioribus, & ipſius Alcibiadis rebus geſtis, atque beneficijs in populum Athen. collatis, & ad extremum de illius delictis, & condemnatione, ſeorſim verò de Midia. Poſt hanc autem comparationem ſecundo loco ſe cum Midia confert ſingulatim, atque alternatim: ſuos parentes cum illius, ſua facta cum illius factis componens: qui locus prolixus quidem eſt, ſed vtiliſsimus ad obſeruandum. Ex his intelligitur, comparationes aut docendi cauſa adhiberi, aut amplificandi, aut mouendorum animorum gratia. Sed illud ſcire oportet, exemplum, & comparationem plurimum inter ſe differre. Eſt enim & comparatio ſine exemplo, & exemplum abſque comparatione amplificante. Ac comparationis quod ab exemplo vacuum ſit, talis eſt forma. Si hoc tibi inter cœnam, in illis immanibus poculis accidiſſet, quis non turpe duceret: in cœtu verò populi Rom. negotium publicum gerens, magiſter equitum, cui ructare turpe eſſet, is vomens fruſtis eſculentis vinum redolentibus, gremium ſuum, & totum tribunal impleuit. Quod autem abſque comparatione dixi exemplum eſſe poſſe, id ex diuiſione*

Vſus comparationum.

uiſione comparationum intelligi poteſt, quæ eſt duorū generum. Vnum argumentatio, alterum amplificatio. Et exempla abſque amplificatione hoc genere amplificandi, et ornamenti carent. vt, pro Milone: Neque enim poſſet aut aut Hala ille Seruilius, aut P. Naſica, aut L. Opimius, aut C. Marius, aut me conſule ſenatus non nefarius haberi: ſi ſceleratos ciues interſici neſas eſt. Argumentoſa iſta oratio eſt, & numeroſa exemplis, ſed amplificationis expers, docendi & demonſtrādi cauſa, nō augēdi, aut commouendi productum. Quemadmodum etiam illud, quod ſequitur fabuloſum de Oreſte. Itaque hoc, iudices, non ſine cauſa, fictis fabulis memoriæ prodiderunt: eum, qui vlciſcendi cauſa matrem necauiſſet, variatis ſententijs, non ſolùm humana, ſed etiam deæ ſapientiſſimæ ſententia liberatum. Potuiſſet hoc orator amplificare, & ciuis cædem, cum matris cæde comparare, & deorum iudicium cum hominum ſententia componere, et Oreſtem cum Milone, & Clodium cum Clytemneſtra. Sed fuit orator contentus, præſertim in principio dicendi ſola argumentatione, & fide. Tertium exemplum etiam additum eſt, eiuſdem generis, authoritatis, & teſtimonij loco poſitum, in eodem loco. Quòd ſi XII. tabulæ nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, ſi ſe telo defenderit, interfici impunè voluerunt: quis eſt, qui quoquo modo quis interfectus ſit, puniendum putet? cùm videat aliquando gladium nobis ad occidendum hominem ab ipſis porrigi legibus. Statuamus igitur nūc duo genera eſſe & comparationum, & exemplorum: vnū argumentoſum, ἐνθυμηματικὸν: alterum amplificans, αὐξητικὸν, permouendorum animorum gratia comparatum oratoribus. Quanquam hoc poſterius, tum demum optimum eſt, cùm eſt etiam argumentoſum. vt, in Catilinam: An verò vir *ampliſſimus Pub. Scipio pontifex maximus Ti. Gr. mediocriter labefactantem ſtatum reipub. priuatus interfecit: Catilinam orbem terrarum cæde, atque incendijs vaſtare cupientem, nos conſules perferemus? Hoc genus duplici ratione tractatur: aut narratione coniuncta cum ipſa comparatione, vt in hoc ipſo exemplo: aut narratione priore loco ſeparata. vt contra Rullum: Ac tantum intererit inter veſtram, & priuatorum diligentiam, quòd cùm à maioribus noſtris P. Lentulus in ea loca miſſus eſſet: vt & priuatos agros, qui in publicum Campanum incurrebant, pecunia publica coëmeret, dicitur renunciaſſe, nulla ſe pecunia fundum cuiuſdam emere potuiſſe, eumque, qui nollet vendere, ideò negaſſe ſe adduci poſſe, vti venderet, quòd cùm plures fundos haberet, ex illo fundo, nunquam malum nuncium audiſſet. Expoſitio hactenus, atque exemplum ſeorſim collocatum: ſequitur σύγκρισις ἐνθυμηματική. Itáne verò priuatum hæc cauſa commouit, populum Rom. ne agrum Campanum priuatus Rullo negante, gratis tradat, non commouebit? Leuis hic quidem motus eſt, & modica exaggeratio: attamen motus, & aliqua amplificatio. Concludamus igitur: & amplificationem ſtatuamus, abſque exemplo eſſe poſſe, & exemplum abſque amplificatione: amplificationem tamen ipſam eſſe debere argumentoſam, ne ſit inflata, & tumida.*

SCHOLÆ. Comparationes, & exempla aut ſeorſim tractantur.i. ὁλοκληρῶς, aut ἀμοιβαίως, alternatim. Vtriuſque exemplum habetis in Midiana. Primũ dicit totum de Alcibiade, deinde de Midia, & eius maioribus, factis, & criminibus. Primũ ponitur κατάστασις, deinde πρόληψις, poſt ἀφήγησις ἀποδεικτική: tum ſequuntur τὰ πραχθέντα ab Alcibiade. Poſtea ponit crimina, per extenuationẽ. vt, Choragus Chorago maxillã percuſſit, duci iuſſit ſcribam in carcerem, ſed crimen committentem &c.

tem, &c. Poſtea de Midia loquitur, à quo omnia bona aufert, poſteaquam hæc dixit, inſtituit alteram comparationem, quæ alternatim facta eſt. Videte quàm æqua ego ratione illum mecum componam. Diſtinguendum eſt exemplum à comparatione, aliud enim eſt exemplum, & aliud comparatio, quia alterum ſine altero poteſt eſſe, ideò non ſunt eadem. Comparatio abſque exemplo: vt exemplum Ciceronis ex Philip. eſt comparatio locorum perfecta vtraque parte conſtans. Si hoc tibi inter cœnam.) hic locus, & tempus coniunguntur. In cœtu verò.) Alter locus. quæ de perſona dicuntur, carent comparatione. Ructare.) factorum comparatio. Exemplum abſque comparatione quomodo fieri poteſt? nam exemplum aut eſt ſimilium, aut contrariorum, aut differentium? Reſpon. Eſt comparatio inuentionis, & φράσεως elocutionis: eſt comparatio argumentationis, quæ eſt ἀποδεικτικὴ, non eſt σχῆμα: quod augendi cauſa adhibetur. Poteſt igitur exemplum eſſe, non figuratum, huius tria exempla poſita ſunt ex Cicerone.

Eſt etiam illud in varietate exemplorum: quod aut ſingula componuntur cum ſingulis, aut enumerantur multa. Singulorum enumeratio apparet in illa Catilinaria, quam ſuprà poſui. Qua in comparatione videndum eſt, vt illud vnicum, quod poſitum eſt, multa habeat, quæ conferantur. vt in eodem, Catilina Graccho, vrbs orbi terrarum, labefactatio cædibus, & incendijs, & vaſtationibus, priuatus conſuli opponitur. Quanquam aliquando multiplex illa comparatio latet in altera parte, in cogitationibus hominum: & verbis non exprimitur, cùm in altera parte plus dicitur, vt contra Antonium, quod exemplum antea poſitum eſt, in quo cœna et pocula immania, cum cœtu populi Rom. componuntur, at negotium publicum gerens, & magiſter equitũ nihil habet poſitum, cum quo conferantur. Cùm alteri tamen homo nihil gerens, & alteri priuatus ſine magiſtratu opponatur. Sed vtrinque quiuis cogitando addere poterat, & altera addita eſt *vehemens comparatiuncula: in qua eructationi multa oppoſita ſunt: vomitus ſcilicet, & fruſta eſculenta, vinum redolentia, & gremium Antonij, totumq́; impletum tribunal. Aliquando totum exemplum cum toto quod propoſitum eſt confertur. vt in 3. Accuſatione: Sic iſte multo ſceleratior, & nequior quàm ille Adrianus: aliquando etiam fœlicior fuit. Ille quòd eius auaritiam ciues Ro. ferre non poterant, Vticæ domi ſuæ viuus exuſtus eſt, idq́; ita illi merito accidiſſe exiſtimatum eſt, vt lætarentur omnes, neque vllà animaduerſio conſtitueretur: hic ſociorum combuſtus incendio, tamen ex illa flamma, periculoq́; euolauit, neque adhuc cauſam vllam excogitare potuit, quamobrem commiſerit, aut quid euenerit: vt in tantum periculùm deueniret. Illud etiam genus comparationis breue, & acutum, & graue eſt: quod fit præteritione factorum, re verò aliqua maxima: aut perſona per collationem poſita, vt de Prouincijs Conſul. Omnia illa domeſtica, & vrbana omitto, quæ tanta ſunt: vt nunquam Hannibal tantum huic vrbi malum optarit: quantum illi effecerint.*

SCHOLÆ. Comparationem igitur perſpicuum eſt, eſſe poſſe abſque exemplo, & exemplum abſque comparatione. Sunt enim duo genera comparationum. Vnum τοπικόν: quod nudum, & ſimplex eſt, abſque exemplo: eſt tantùm comparatio ἐνθυμηματική: cuiuſmodi etiam ſunt omnia argumenta ferè ex loco comparatorum à maiori, minori, &c. Alterum eſt genus σχηματικὸν, ἢ ἐσχηματισμένον, καὶ ῥητορικόν: quod ſcilicet habet αὔξησιν. Ita etiam ſunt duo genera exemplorum. Vnū τοπικὸν, quod ſolùm probandi cauſa adfertur, alterum ἐσχηματισμένον. Atque ideò Craſſus exempla ponit inter ornamenta ſententiarum, reſpiciens ad exempla σχηματικά. Antonius verò ponit inter ἐνθυμήματα, quia reſpicit exempla quæ probandi ſolùm cauſa adferuntur, exemplum poſuimus vnū de Hala Seruilio, alterum de Oreſte, quæ ſolùm habent probandi vim,& poſita ſunt abſque comparatione. Potuiſſet quidem orator ibi vti comparatione. Magnum eſt diſcrimen inter matris cædem, & Clodij, inter iudicium deorum, & hominum: tamen Cic. hanc omittit. Nondum enim erat tempus mouendi, & amplificandi. Prius voluit Cicero docere, antequam moueret. Tale etiam tertium exemplum eodem loco, ex loco teſtimoniorum, à 12. tabulis. Alia autem ſunt exempla quæ amplificandi gratia ponuntur: illa habent comparationem. vt exemplũ, in prima Catilinaria, quod nõ ſolùm eſt αὐξητικὸν, ſed etiam παθητικόν: multa ibi multis opponuntur. Pontifex, cum conſulibus: Catilina, cum Graccho: priuatus, cum eo qui gerit Remp. Roma cum orbe terrarum. Sed videre oportet naturam huius exempli. Exempla aliquãdo ponuntur in ipſo Enthymemate, vt in hoc loco, aliquãdo autem exemplum ponitur ſeorſim. i. narratio rei non ponitur in ipſa argumẽtatione, vt in exemplo quod attulimus ex oratione contra Rullum. ipſa διήγησις, ἢ ἔκθεσις παραδείγματος poſita eſt extra argumentationem, & ἐνθύμημα. Poſtea ſequitur ipſum exemplum comparatum. eſt enim σύγκρισις παραδειγματική. Commouebit.) Motus eſt in hoc loco, quia ponitur perſona aduerſarij. Sed non eſt tam vehemens motus, vt in Catilinario exemplo. Quando exemplum ſeorſim eſt ponendum? Duo ſunt genera exemplorum. Vnum notũ omnibus, & tum exemplum includitur, & coniungitur cum enthymemate, cum argumentatione, ſimul tum eſt narrandum & argumentandum. Alterum genus exemplorum eſt rerum ignotarum, quas res pauci vel nulli norunt: vt illud factum de homine Campano. Pauci ſciebant, quòd homo aliquis Campanus voluerit conſuli vendere vnum agrum: ideò Cicero prius exponit ſeorſim illud exemplum. Multa exempla ponuntur in illo de Hala Seruilio. ſunt ibi exempla numeroſa, & copioſa: eſt ἐνθύμημα, exemplis numeroſum. Aliquando vnum ſolùm ponitur exemplum, vt de ipſo Catilina & Tiberio Graccho: vbi ſingula ſingulis ſunt oppoſita. Quando hæc locum habent? Quando exempla ſolùm ponuntur loco probandi, tum quia illa exempla non adhibentur mouendi gratia, ideo numeroſè ſunt ponenda: vt ipſe numerus etiam motum aliquem efficiat. Sed cùm exempla ſunt ſingularia: vnum vni opponitur in amplificando. Sed non ſemper reſpondent ex vtraque parte eiuſmodi comparationes. Pulchrum quidem eſt & concinnum cum ſingula ſingulis, bina binis, terna ternis, quaterna quaternis, quina quinis, &c. reſpondent, ſed non ſemper ſingula habent, quæ ipſis reſpondeant. Quod oratores faciunt in magna indignatione, & ira, ne ars appareat: & quãdo eiuſmodi ſunt cõparationes, tum cõpenſatur id quod omittitur vehemẽtia. Fiunt aliquando etiam comparationes ſolùm verbo, cùm ſcilicet vtimur παραλείψει, præteritione, & quæ non commemoras, tamen facis vehementia, & exaggeras vehementiſſimè, vt in exemplo, quod adductum fuit ex oratione de Prouinciis Conſularibus.

Conglobatio II. modus amplificandi.

CAPVT XXXII.

Qvoniam de comparatione diximus, quæ exemplorum ſæpenumero exornatrix eſt, ipſaq́ʒ comparatio vnus ex amplificandi modis: perſequamur etiam cæteros. Sit igitur alter modus amplificationum, διαίρεσις *vt Ariſtoteles vocat, vel* μερισμὸς, *vt aliqui rhetorum: quæ non generis eſt in ſuas formas, aut totius in partes, ſed euentorum etiam, & conſequentium, et factorum, et actionum. Vnde illæ rhetorum conglobationes,* ἐκβάντων, τῶν ἐκβασομένων, τῶν πραχθέντων, τῶν πράξεων, *quibus fit, vt non ſolùm aliquando res intelligatur, verùmetiam quaſi ponatur ob oculos, quod ab Ariſtotele* πρὸ ὀμμάτων ποιεῖν *dicitur, ab alijs* ἐνδιασκευὴ *vocatur eiuſmodi figura. Nonnulli etiam* ἔκφρασιν, *vt opinor, rhetores nominant, quanquam iſta apud Hermog. locorum eſt communium ampla exornatio. Suffiguratæ igitur enumerationis, ſiue conglobationis, tale eſt exemplum apud Demoſthenem in oratione de falſa legatione.* Ὅτι γὰρ νῦν ἐπορευόμεθα εἰς Δελφοὺς, ἐξ ἀνάγκης ἦν ὁρᾶν ἡμῖν πάντα ταῦτα, οἰκίας κατεσκαμμένας.

Exaggeratio παθητική.

σκαμμένας, τείχη περιῃρημένα, χώραν ἔρημον, τῶν ἐν ἡλικίᾳ. γύναια δὲ καὶ παιδάρια ὀλίγα, καὶ πρεσβύτας ἀνθρώπους οἰκτρούς, ὅλως δὲ οὐδ᾽ ἄν τις ἱκέσθαι δυνάται τῷ λόγῳ τῶν ἐκεῖ κακῶν νῦν ὄντων. *In ſcholis cùm demonſtrationis & ſuffigurationis exempla proponunt, ſolent illa copioſè dilatata dictare; & talia ferè exempla ſunt apud authorem Rhetorices Herennianæ. Sed Demoſthenes, atque Cicero etiam in ſerijs cauſis mediocriter iſta facere ſolent: vt ne appareat ornatus conquiſitus. Illud etiam inter Demoſthenem, & Ciceronem intereſt: quòd non ſolùm Demoſthenes parcior eſt Cicerone, ſed etiam, quòd nullo vtitur aditu, et q. præmonitione, vt nõ meditatus, ſed ipſa cauſa, trahi videatur ad eiuſmodi expolitionem. Et quod mirum videri poteſt, Cicero ſtatim in principio Sextæ Accuſationis hoc genere amplificandi, & ratione vtitur, in qua primùm eſt illa* κατάστασις, *dubitatione, & inquiſitione verbi proprij facta. Venio nunc ad iſtius, quemadmodum ipſe appellat ſtudium: vt amici eius morbum, & inſaniam: vt Siculi, latrocinium: ego quo nomine appellem, neſcio. rem vobis proponam: vos eam ſuo nominis pondere penditote. Genus ipſum prius cognoſcite, iudices: deinde fortaßis non magnopere quæretis, quo nomine appellandum putetis. Poſt aditum hunc, ſubiecta eſt ipſa diuiſio ſiue enumeratio, qua tametſi res non ob oculos ponatur: illuſtratur tamen grauißimè: vt magnitudo eius videatur. Nego in Sicilia tota, tam locuplete, tam vetere prouincia, tot oppidis, tot familijs, tam copioſis, vllum argenteum vas, vllum Corinthium, aut Deliacum fuiſſe: nego vllam gemmam, aut margaritam fuiſſe, aut quicquã ex auro, aut ebore factum. ſignum vllum æneum, marmoreum, eburneum: nego vllam picturam, neque in tabulis, neq; textilem fuiſſe, quin quæſiuerit, inſpexerit, & quod placitum*

Vbi conueniant Cicero & Demoſthenes: quid itẽ diuerſum inter illos.

Inquiſitione verbi mouet expectationem.

Συναθροισμός.

placitum ſit, abſtulerit. Et quia incredibiliter oratori uidebatur amplificaſſe, affirmat vehementius, et reſiſtit tacitæ cogitationi iudicum. Magnum, inquit, videor dicere, iudices. attendite etiam quemadmodũ dicam. non enim verbi neque criminis augendi cauſa complector omnia. cùm dico nihil iſtum eiuſmodi rerum in tota prouincia reliquiſſe: Latine me ſcitote, non accuſatoriè loqui. etiam planius, nihil in ædibus cuiuſquam, ne oppidis quidem: nihil in locis communibus, ne in fanis quidem: nihil apud Siculum, nihil apud ciuem Romanum, denique nihil iſtum, quod oculos, animumq́; accenderit, neque priuati, neque publici, neque profani, neque ſacri, tota in Sicilia reliquiſſe. Dixi, mirum videri poſſe, hæc in principio fieri. Sed ratio conſtat. Erant enim maxima furta, quæ generatim fuerunt indicanda. Deinde hæc ipſa enumeratio, diuiſionis loco, poſita eſt: quam Cicero tota reliqua diuiſione perſequitur. Sed Demoſthenis exemplo, non diſſimilis eſt illa deſcriptio conuiuij Verrini, in VII. Accuſatione. Cui etiam aditus Ciceronis more præpoſitus eſt. Primùm enim iſta dicuntur. Erant autem conuiuia non illo ſilentio prætorum, atque imperatorum: neque eo pudore, qui in magiſtratuum conuiuijs verſari ſolet: ſed cum maximo clamore, atque conuitio. Deinde ita terminat deſcribendo. Itaque erant exitus huiuſmodi, vt alius inter manus è conuiuio, tanquam è prælio auferretur: alius tanquam occiſus relinqueretur: plerique fuſi ſine mente, ac ſine vllo ſenſu iacerent: vt quiuis cùm aſpexiſſet, non ſe prætoris conuiuium, ſed vt Cannenſem pugnam nequitiæ videre arbitraretur.

Excitat προσδοκίαν.

Τὰ ἐκβάντα indicat ipſo uocabulo: & διαίρεσις eſt τῶν ἐκβάντων.

SCHOLÆ. Exempla plerunque expoliuntur, ἐξεργάζεται, συγκρίνεται: raró enim eſt inuenire exemplum παθητικὸν, abſque amplificatione, ſeu comparatione. Comparatio autem numeratur à Quintil. lib. 8. inter modos amplificationum. Volumus ergo reliquos modos amplificationum recenſere. Secundo igitur loco ponamus διαίρεσιν, id eſt, diuiſioné rei, quam rhetores vocant μερισμόν. Ariſtoteles dicit omnem ornatum oratorum poſitum eſſe ἐν διαιρέσει. Διαίρεσις adhibetur aliquando, vt res probetur, aliquando vt res amplificetur, vt res maior videatur, quàm homines eſſe exiſtimant: aliquando adhibetur, vt res ſub oculos ſubiiciatur: vt illuſtrior ſit rei expoſitio: vt res quaſi geri videatur, & tum dicitur ab aliis ὑποτύπωσις, quaſi ſubiectus rei typus: ab aliis ἐνδιασκευὴν, id eſt, illuſtris rei explicatio: ab Ariſtotele dicitur πρὸ ὀμμάτων ποίησις, quam non ſolùm de rebus intelligit, ſed etiam de verbis: cùm dicit μεταφορὰς eſſe eas bonas ἂν τὸ πρᾶγμα, πρὸ ὀμμάτων ποιοῦνται. Exemplum ex oratione περὶ παραπρεσβείας habet ὑποτύπωσιν talem. Hic autem ornatus non debet nimius eſſe. Nam alioqui efficeret id quod narratur puerile. ὑποτύπωσις ergo non ſolùm fit narrando, ſed etiam diuidendo: vt in hoc loco, eſt diuiſio cladis, & vaſtationis illius regionis. Hoc igitur commune habet Cicero cum Demoſthene, quòd vterque vtitur diuiſione modica: ſed cum delectu. Debemus deligere ea quæ ſunt maxima. Sic ὑποτύπωσις æſtimanda eſt non copia & numero: ſed rerum magnitudine. Differunt autem Cicero, & Demoſthenes, quia Cicero aliquando eſt prolixior, ſed in rebus maximis. Demoſthenes eſt parcior. Cicero illud peculiare quoque habet: quòd veniat ad eiuſmodi διαιρέσεις, per præmonitionem, præmittit aditum κατάφασιν: venit ad eiuſmodi deſcriptiones σὺν προσδοκίᾳ. Vt eſt deſcriptio conuiuij Verrini in VII accuſatione. Quæ deſcriptio habet ἀστειότητα, id eſt, vrbanitatem: ſed iſta vrbanitas habet iracundiam quandam, & triſtitiam. Cicero orator triſtis eſt, & indignatur in re, quam alij luderent, & deriderent. Demoſthenes plerunque in eiuſmodi deſcriptionibus omittit κατάφασιν. Oratores autem in eiuſmodi deſcriptionibus ea vtuntur in medio cauſæ: ſed tamen Cicero in VI accuſatione facit id in initio cauſæ. Primùm habet κατάφασιν, quæ etiam eſt αὐξητικὴ, facta dubitatione verbi, & inquiſitione, qua monet προσδοκίαν. Nego.) Expoſitio τῶν πραχθέντων, καὶ τῶν ἀδικημάτων Verris. Tam locuplete.) Eſt ἐπιμονή, κατὰ περίστασιν: vtitur congerie verborum, Συναθροισμός.

Huiuſmodi ſiue diſtributiones, ſiue conglobationes, ſiue enumerationes, & frequentationes, ſiue diuiſiones, & partitiones, in rebus magnis adhibentur, quæ amplificari poſſunt, ac debent: ſiue bonæ illæ res ſint, & ad Reipublicæ vtilitates pertinentes: ſiue malæ, & detrimentoſæ, ita vt officiant, vel pernicioſæ ſint Reipublicæ commoditatibus. Et malorum quidem exempla ſuperiora ſunt: vt etiam illud Ciceronis ad Pontifices pro domo ſua: Quid? cum Gabinio Syria dabatur, Macedonia Piſoni, vtrique infinitum imperium, ingens pecunia: vt tibi omnia permitterent, tibi manum, copias, tibi ſuos paratos decuriones, tibi pecunias, tibi familias compararent: te ſuis ſceleratis concionibus ſubleuarent: ſenatus authoritatem deriderent: equitibus Romanis mortem, proſcriptionémque minitarentur: me terrerent minis: mihi cædem & dimicationem denunciarent: meam domum refertam viris bonis, per amicos ſuos complerent: proſcriptionis metu me frequentia nudarent: virorum bonorum præſidio me ſpoliarent: ſenatum pro me non modò non propugnare, ampliſſimum ordinem: ſed etiam plorare, & ſupplicare mutata veſte prohiberent: ne tum quidem vi erat? Orator non ſolùm hac diſtributione vim fuiſſe probat, deſcriptione rhetorica hoc modo facta: verùm etiã odium, & offenſionem illius temporis renouat: & deſitionem ad mouendos animos Pontificum inflectit.

SCHOLAE. Tradidimus de exemplo, deinde de exempli ἐξεργασίᾳ, quæ fuit comparatio, σύγκρισις, quæ fit aut ἐναντιώσει, aut διαφορώσει, aut ἀντιπαραβολῇ. Sed quia omnis comparatio continetur inter ſpecies amplificãdi, viſum etiam fuit, reliquas amplificationis ſpecies enumerare. Secundum ergo locum habuit διαίρεσις, καὶ μερισμὸς, diſtributio, conglobatio, condenſatio, frequentatio, & enumeratio. Illa adhibetur aliquando

de

do ὑποτυπώσεως ἕνεκα: ad rem ob oculos ſubiiciendam: vt res nō ſolùm intelligatur, ſed etiam quaſi geri videatur, atque ideò vocatur ab aliquibus ἐνδεικτικὸν: Ariſtoteles vocat πρὸ ὀμμάτων ποίησιν, & cum in narrationibus adhibetur, vocatur ἔκφρασις. ὑποτυπώσεως exemplum propoſuimus ex Demoſthene & Cicerone: quæ duo exempla ſunt rerum diuerſarum. Demoſthenes exemplum fuit in Reipubl. incommodis. Ciceronis exemplum fuit in re turpi, & tamen ridicula, ſcilicet in deſcriptione conuiuij Verrini, quomodo ex illo conuiuio ebrij exportabantur. Tertium exemplum fuit argumentoſum, & fuit quaſi ὑπόθεσις totius vi. orationis Verrinæ, fuit exemplum κατηγορικὸν, vituperatorium. Congerit omnia Verris crimina, quæ in Sicilia admiſit. Omnia iſta tria fuerunt adhibita in rebus malis: ſicut etiam quartum hoc exemplum. Sed vt tertium exemplum habuit ἀπόφασιν, dixit enim nego, nego, &c. ita hoc quartum exemplum habet κατάφασιν. Sed notandum eſt: vnum μερισμὸν habere plures ſæpe diuiſiones, ſeu partitiones adiunctas: vt hoc exemplum eſt tripartitum: variatum ſcilicet perſonis. Prima pars pertinet ad Conſules, altera ad Clodium, tertia ad Ciceronem. Sed in eiuſmodi enumerationibus videndum, primò, vt conglobentur res magnæ, vel iucundæ, vel triſtes: ſecundò, vt in eiuſmodi enumerationibus appareat etiam aliqua eruditio, cognitio, & doctrina. Nam enumeratio debet habere ſignificationem ingenij politici, hiſtorici, &c. tertiò, vt enumeratio non ſit vniuſmodi: ſed habeat ποικιλότητα, varietatē, quæ fit & rebus, & perſonis. Fit etiam verbis, quando non eadem verba iterantur: nam aliquando iterantur verba, vt in priori exemplo, nego, nego, &c. ita in hoc exemplo, tibi, tibi, &c.

ἐπίδειξις.

SCHOLAE.

Illud verò genus conglobationum pulcherrimum eſt: quod etiam comparatione eſt communitum, rerum aut diſſimilium, aut contrariarum. Huiuſmodi eſt illa pro L. Murena. Sed vel hoc omiſſo, ad ſtudiorum, atq; artium contentionē veniamus, Qui poteſt dubitari, quin ad conſulatum adipiſcendum multò plus adferat dignitas rei militaris, quàm iuris ciuilis gloria? Vigilas tu de nocte, Ipſa contẽtio factorũ eorum, quę fieri debẽt.

vt tuis conſultoribus reſpondeas: ille, vt eò, quò intendit, maturè cum exercitu perueniat. te gallorum, illum buccinarum cantus exuſcitat: tu actionem inſtituis: ille aciem inſtruit: tu caues, ne tui conſultores, ille ne vrbes, aut caſtra capiantur: ille tenet, ac ſcit, vt hoſtium copiæ, tu vt aqua pluuia arceantur: ille exercitatus eſt in propagandis finibus: tu in regendis. Adhuc ſingula ſingulis reſpondent, ſed numero, non dignitate, & rerum pondere. Verùm ne non multum præſtare ars militaris videretur, amplificat illius dignitatem, & gloriam altera enumeratione, ſed alternatim facta, & ſolitaria. vt, Ac nimirum (dicendum eſt enim quod ſentio) rei militaris virtus præſtat cæteris omnibus. Hæc nomen populo Romano, hæc huic vrbi æternam gloriam peperit: hæc orbem terrarum parere huic imperio coëgit: omnes vrbanæ res, omnia hæc noſtra præclara ſtudia, & hæc forenſis laus, & induſtria, latent in tutela & præſidio bellicæ virtutis. ſimulatq; increpuit ſuſpitio tumultus, artes illicò noſtra conticeſcunt.

Iam infinitè loquitur antea ſolũ cum Iuriſprudẽtia cõparauit, nũc cũ reliquis omnib. artibus rei militaris ſcientiam.

SCHOLAE.

Aliquando figuræ figuris, & ornamenta ornamẽtis ſunt ſubſidio. Nam ſicut exemplis ſuccurrit comparatio, ſic etiam facta, & euenta, atque actiones, & euentura, quæque agi & fieri ſolent, comparationibus augentur, & amplificantur, & ſic comparatio etiam ſubſidio venit conglobationibus. Et ita in conglobationibus eſt aliquando duplicata amplificatio. Superiora exempla habuerunt ſolitarias enumerationes euentorum: ſed ſunt quædam conglobationes, quæ habent duplicatam amplificationem, ſcilicet per comparationem, vt eſt exemplum hoc, quod attuli ex Ciceronis oratione pro Murena. Contentionem.) ἀντίθεσιν, vtitur vocabulo oratorio. Vt tuis conſultoribus.) Διεζευγμένα facta eſt cauſa finali, ſunt diuerſi fines vtriuſque, cur vigilat Iuriſconſultus, & imperator? Capiantur.) Eſt ὁμοιόπτωτον in vocabulo. vrbes dicuntur propriè capi, id eſt, expugnari. Conſultores dicũtur μεταφορικῶς capi, id eſt, decipi. Arceantur.) Hoſtes propriè dicuntur arceri, aquæ pluuiæ dicuntur arceri, id eſt, deriuari, eſt metaphorica locutio. Sed notandum in hoc exemplo duplicem eſſe comparationem. Vna eſt coniuncta, altera ſolitaria, & ſeorſim poſita. Nam poſtquam comparauit Murenam cum Sulpitio, & Catone, ſubiicit deinde peculiarem comparationem, quæ ſolùm ad Murenam imperatorem pertinet. Increpuit ſuſpitio tumultus.) Metaphora inſolens, & inuſitata, & neſcio an alibi, quàm in hoc loco habeatur.

Sed hac comparatio in duabus perſonis inuſitata eſt: Iureconſulti ſcilicet, & Imperatoris. Aliquando etiam in eadem perſona contrariarum rerum ſit enumeratio, ſed abſque comparatione. quam rationem Heſiodus videtur præmonſtraſſe,

ὅντε διὰ βροτοὶ ἄνδρες ὅμως ἄφατοί τε φατοί τε
ῥητοί τ' ἄρρητοί τε; διὸς μεγάλοιο ἕκητι.

Heſiod. ἐργ. καὶ ἡμερ. α.

Propoſitio facta conglobatione eſt. Similiter eſt tractata approbatio.

ῥεῖα μὲν γὰρ, βριάει, ῥεῖα δὲ βριάοντα χαλέπτει,
ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει, καὶ ἄδηλον ἀέξει,
ῥεῖα δέ τ' ἰθύνει σκολιὸν, καὶ ἀγήνορα κάρφει,
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὃς ὑπέρτατα δώματα ναίει.

Hoc genus enumerationis eſt magis ſophiſticum floridum, & poeticum. Oratores vtuntur eo rarius, præſertim in laudibus. Nam in virum bonum raró cadunt actiones contrariæ. Heſiodus autem contraria tribuit in celebrando ſuo Ioue.

SCHOLAE.

Eſt etiam illa accurata ratio, cum appoſitis nominibus, quas ἐπιθέσεις nominant, enumeratio diſtinguitur, t primo ſermone de Orat. Craſſus. Quid enim eſt aut am admirabile, quàm in infinita hominum multitudi-

Verba addita ad nomen.

Enumeratio [illegible].
Eloquentia admirabilis.
Iucunda.
Magnifica.
[illegible]
Regia.
Neceſſaria.

ne vnum exiſtere: qui id quod omnibus natura ſit datum, vel ſolus, vel cum paucis facere poſsit: aut tam iucundum cognitu, atque auditu, quam ſapientibus ſententijs, grauibusq; verbis ornata oratio, & perpolita? aut tam potens, tamq; magnificum, quàm populi motus, iudicum religionem, ſenatus grauitatem vnius oratione conuerti? quid tam porrò regium, tam liberale, tam munificum, quàm opem ferre ſupplicibus, excitare afflictos, dare ſalutem, liberare periculis, retinere homines in ciuitate? Quid autem tam neceſſarium, quàm tenere ſemper arma, quibus vel tectus ipſe eſſe poſsis, vel prouocare improbos, vel te vlciſci laceſſitus?

SCHOLAE.

In modos amplificationum etiam numeratur diſtributio, vt dixi: quæ a Græcis vocatur *διαίρεσις ἢ μερισμός*. Huiuſmodi amplificationem autem, aut res ſit illuſtrior, vt maior videatur, quàm antea videbatur: aut magis perturbatur animi iudicium, quàm antea. Ita, vt ſit triplex finis huius amplificationis: primus, dilucíditas, & perſpicuitas rei: ſecundus, magnitudo: tertius, motus animorum, qui ex ſecundo fine ſequitur. Diligenter autem conſideranda eſt res diſtribuenda. Nam debet eſſe vis magna. Parua enim amplificare in rebus ſeriis, & cauſis forenſibus, atque negociis publicis, eſt puerile, aut cauillatorium. Oportet magna amplificare. Deinde videndum eſt, vt diſtributio ſit erudita: vt appareat in illa aliqua doctrina, ſcientia, & induſtria. Oportet eruditè diſtribuere: vt ſi virtutem diſtribueres, ponas omnes eius ſpecies, ſi aliam rem, vt ordine omnes eius partes ponas. Tertiò videndum eſt, vt ipſa diſtributio & enumeratio ſit varia tam rebus, quàm perſonis. Rebus, vt in exẽplo Ciceronis, vbi percurrit omnia vaſa, omnes gemmas, &c. Perſonis, vt in exemplo eiuſdem, quod protulimus ex oratione pro Domo ſua, fuerunt perſonæ; iudicum, Clodij, & Ciceronis. Quarto loco conſiderandum etiam eſt genus verborum, & ſententiarum. Videndum quo genere verborum, & ſententiarum delectetur ipſa diſtributio, ſeu enumeratio. Nam delectatur iteratis verbis, vt nego, nego:

tibi, &c. Aliquando etiam verba non debent eadem repeti, ſed variari, vt etiam ipſa verba habeant ποικιλότητα. Aliquando etiam verbis contrariis, ſed in vna perſona. Apud oratores rarò valent contrariæ actiones: ſed apud poetas hoc fit, vt in exemplo Heſiodi. Oratores in laudando vitant eiuſmodi ſententias. Nam virum bonum non decet iam hunc extollere, iam eundem deprimere. In vituperando poteſt locum habere. nam tyranni id ſolent facere: & ſæpe contraria dicere, & facere. Res autem aliquando quæ enumerantur, diſtinguuntur verbis additis ad nomen: quæ verba vocantur ἐπίθετα. Fit autem hoc in rebus, quæ diſtinguuntur inter ſe quadam proprietate, & tum etiam adiunguntur verba propria: quibus ipſa differentia rerum, vt in hoc exemplo, quod iam dictaui de facultate rhetorica. Proprium oratoris eſt, bene dicere, & præ cæteris. Admirabile.) Admiratio eſt vel in rebus triſtibus, & malis, vel in rebus bonis, & lætis: quæ admiratio eſt etiam iucundior, & triſtior.

Sunt igitur hæc diſtributionum genera:

- Vnum, quod ſolitaria conſtat enumeratione.
- Alterum, quod factum eſt per comparationē.
- Tertium, quod mixtum eſt: & habet vtrumq;, & eſt optimum. Nam habet
  - Comparationem.
  - Adiunctā enumerationem ſolitariam.
- Quartum, quod per contraria factum eſt in eadem perſona.
- Quintum, quod eſt κεχωρισμένον, id eſt, disiunctum, & ſeparatum. Iſta ſeparatio fit ἐπιθέσει, id eſt, proprietate verborum.

Facto etiam aliquando enumerando remonentur cætera omnia: & vnum aliquod retinetur præcipuum, & ſingulare, id quod ſit ἄρσει, ut vocat Hermog. καὶ θέσει. Sed ea remotio tum demum vim amplificandi habet: cùm in *rebus etiam indignis, quæ magna ſunt, remouentur, non quæ parua, vt pro Luc. Flacco illa προσωποποιΐα: Exurge Amyntha, repete à Deciano non pecuniam, non prædia, ſocrumq́; denique ſi habeat. Hactenus ipſa ἄρσις, ſiue ἀφαίρεσις. Sequitur θέσις. Reddat vxorem: reſtituat miſero patri filiam. Addita eſt etiam renouatio eiuſdem: vt in eodem fiat commoratio eadem perfecta ratione, & via. Nam membra, quæ debilitauit lapidibus, fuſtibus, ferro, manus quas contudit, digitos quos confregit, neruos quos concidit, reſtituere non poteſt: filiam, filiam, inquam, ærumnoſo patri Deciane redde. Huic rationi ſimiles etiam ſunt præteritiones oratorum, in quibus multa aut facta, aut beneficia prætereuntur enumerando, & ad vnum aliquod ſingulare, atque ingens decurrit oratio.*

SCHOLIA. Hactenus exempla ſolitariæ enumerationis, item conglobatæ: item mixtæ, item enumerationes factę per verborum [illegible]: item ſeparationes verborum, τῷ χωριστικῷ διαιρέσεως. Sequitur ſextum genus diſtributionum, factum ἄρσει καὶ θέσει τοῦ πράγματος. Videndum in hoc genere, vt quæ remouentur, ſint res magnæ, non paruæ. Exemplum attulimus ex oratione pro Luc. Flacco, vbi euocat per προσωποποιΐαν, ab inferis Amyntam. Illa προσωποποιΐα eſt imperfecta. Nam non introducitur Amyntas loquens. Quæ ibi remouentur, ſunt quidem magna, vtpote ἀναγκαῖα ad vitam: ſed ſunt minora iis, quæ ponūtur θέσιν. Reddat vxorem.) Eſt breuis diſtributio in re magna. itaque fit vehementior: vt rem magnam faciat maiorem, κατ' ἐπιμονήν. Hoc genus adhibetur etiam ab oratoribus in præteritionibus: quas vocant παραλείψεις.

Sæpe etiam definitiones amplificantur conglobando, & enumerando, iterando eas res, quas ipſe ſub ſe continet. Sed id fit ornatius: cùm additur etiam remotio, ſi-

ue id

ne id initio fiat, ſiue in fine, vt contra Rullum. Quid enim eſt tam populare, quàm pax: quæ non modò ij, quibus natura ſenſum dedit, ſed etiam tecta, atque agri mihi lætari videntur. quid tam populare, quàm libertas? quam non ſolùm ab hominibus, verùm etiam à beſtijs expeti, atq; omnibus rebus anteponi videtis: quid tam populare, quàm ocium? quod ita iucundum eſt: vt & vos, & maiores veſtri, & fortiſſimus quiſque vir maximos labores ſuſcipiendos putet: vt aliquando poſſit in otio eſſe: præſertim in imperio, & dignitate: qui idcirco maioribus noſtris præcipuam laudem, gloriamq́; debemus: quòd eorum labore eſt factum: vt impune in ocio eſſe poſſemus. Tres res enumerauit, quæ ab homine populari comparantur Reipubl. Sed quoniam illa diſtributio breuior erat, ſeparauit eas, & vniuſcuiuſq; vim, atq; commoditatem breuiter explicauit. Sequitur concluſio. Quare quî poſſim non eſſe popularis: cùm videam hæc omnia, Quirites, pacem externam, libertatem propriam, nominis atq; generis veſtri ocium domeſticum, deniq; omnia, quæ vobis chara, atq; ampla ſunt, in fidem, & quod amodo in patrocinium mei conſulatus eſſe collata. Ipſa etiam concluſio facta enumeratione, eadem eſt cum ἀνακεφαλαιώσει. Sequitur ἀφαίρεσις eorum, quæ in falſa ſunt popularitate. Neque enim, Quirites, illud vobis iucundum, aut populare debet videri: largitio aliqua promulgata, quæ verbis oſtentari poteſt, re verò fieri, niſi exhauſto ærario, nullo pacto poteſt. Neque verò illa popularia ſunt appellanda, iudiciorum perturbationes, rerum iudicatarum infirmatio, reſtitutio damnatorum, quæ ciuitatem afflictarunt, perditis iam rebus, extremi exitiorum ſolent eſſe *exitus. Neq; ſi qui agros populi Romani pollicentur, ſi aliud quiddam obſcurè moliuntur, aliud ſpe, ac ſpecie ſimulationis oſtentant, populares exiſtimandi ſunt.*

SCHOLAI. Varia ſunt conglobationum genera, vt diximus. Primum fuit, quod fit κατ' ἄρσιν, καὶ θέσιν, in quo etiam ſolet adiungi ἐπεξεργασία, ἡ ἀνακεφαλαίωσις. Adhibetur etiam aliquando conglobatio illis rebus, quæ in definitione comprehenduntur: id eſt, conglobatio aliquando eſt ὁριστική, vt in hoc exemplo, vbi Cicero inquirit, quid ſit popularitas? Aliter enim definiũt oratores, quàm dialectici, & philoſophi. Nam oratores definiunt ornatè, quod fit amplificatione, vt in hoc loco Cicero κατ' ἄρσιν, καὶ θέσιν inueſtigat veras cauſas, & vera effecta veræ popularitatis. Eſt autem hoc genus conglobationis etiam philoſophicum, & dialecticum, non ſolum oratorium. Facta eſt hæc conglobatio primò θέσει, poſitione verarum cauſarum, & falſorum effectorum. Conglobatio autem hæc non eſt συνεχής, ſed κεχωρισμένη, ſeorſim dicit de pace, ſeorſim de ocio, ſeorſim de libertate. Teſta atque agri.) Eſt genus orationis ὑπερβολικόν, & Ariſtoteles vocat eiuſmodi orationem ἔμψυχον. Videntur.) Vtitur ἀδειάσει, poetæ affirmant eiuſmodi ὑπερβολαῖς. vt, omnia nunc rident: at ſi formoſus Alexis. Montibus his abeat, videas & flumina ſicca. Neque enim Quirites.) ἄρσις ἢ ἀφαίρεσις ponitur in poſtremo loco, poſt θέσιν, in priore exemplo poſita eſt priori loco. Et fit hæc ἄρσις quoque per conglobationem, & in tribus fit, quemadmodum & θέσις in tribus facta fuit. Sed quia in ἄρσει erant plura, ideò coniungit ea ἐν τῇ θέσει.

Cauſæ etiam enumerando, per contentionem, ſæpe opponuntur contraria contrarijs, tum ſingula ſingulis, tum plures etiam pluribus, vt in Catilinam. Si, inquam, his rebus omiſſis, ipſas cauſas, quæ inter ſe confligunt, componere velimus, ex eo ipſo quàm valde illi iaceant, intelligere poſſumus. Ex hac enim pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc ſtuprum: hinc fides, illinc fraudatio: hinc pietas, illinc ſcelus: hinc conſtantia,

tia, illinc furor: hinc honeſtas, illinc turpitudo: hinc continentia, illinc libido. Hactenus ſingula ſingulis: deinde plura pluribus. Denique æquitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum iniquitate, cum luxuria, cum ignauia, cum temeritate, cum vitijs omnibus. Rurſus ſingula ſingulis comparata. Poſtremò copia cum egeſtate, bona ratio cum perdita, mens ſana cum dementia, bona denique ſpes, cum omnium rerum deſperatione confligit.

SCHOLAE.

Conglobantur nõ ſolùm facta, id eſt, ἐκβάντα, ſed etiam ἐκβησόμενα, facienda: item non ſolùm effecta, ſed etiam efficientia. Hactenus exempla effectorum: iam exempla formarum, & ſpecierum. Formæ enim inter cauſas numerantur. Cicero pulcherrima vtitur conglobatione hoc loco facta per contentionem contrariarum rerum. Et eſt tripartita conglobatio. Prima eſt ſpecierum imarum, ſeu ſpecialiſſimarum, deinde tranſit ad ſuperiores formas, ad genera intermedia: hoc eſt, ad virtutes. Poſtea deſinit in cauſis materialibus, & deſinit in hominis mente, atque affectione. Sic duæ primæ διαιρέσεις ſunt virtutum ipſarum, poſtrema eſt hominis, in quo ipſa virtus eſt. In argumentis ethicis, & politicis poſſumus vti hoc genere comparationis, quum volumus oſtendere quid diſcriminis ſit inter bonos & malos, inter ſceleratos ciues, & inter ſalutares ciues Reipublicæ. Si inquam his rebus.) Propoſitio facta κατὰ παράλειψιν. Ex hac enim pudor.) Prima enumeratio facta ex iis, quæ vocantur εἴδη, vel etiam γένη ὑπάλληλα intermedia, reſpectu ſcilicet vel ad inferiora, vel ſuperiora. Denique poſtremo.) Loquitur quaſi αὐτοσχεδιαστικῶς: hoc eſt, quaſi ex tempore loqueretur, ne videatur domo iſta meditatus adferre: dicit enim denique quòd nihil aliud velit plus afferre, & tamen quaſi ei interim in mentem veniſſet alia adiungit, & dicit poſtremò, &c.

In coniecturalibus etiam controuerſiis, conglobantur adiuncta, quibus factum negatur. Et quoniam diximus *præteritiones oratorias etiam conglobando fieri, adſerimus exemplum vtriuſque tum præteritionis, tum conglobationis. vt, pro rege Deiotaro: Is igitur non modò à periculo liberatus, ſed etiam honore ampliſs. ornatus arguitur, domi te ſuæ interficere voluiſſe: quod tu niſi eum furioſiſſimum iudicas, ſuſpicari profectò non potes.* ἀθροισις *eſt iſta* στοχαστική. *ſequitur præteritio, & ea quoque* στοχαστικὴ, *coniecturalis: probans contrarium. Vt enim omittam cuius tanti ſceleris fuit: in conſpectu deorum penatium, necare hoſpitem? cuius tantæ importunitatis omnium gentium, atque omnis memoriæ clariſſimum lumen extinguere? Cuius tantæ ferocitatis, victorem orbis terrarum non extimeſcere? Cuius tam inhumani & ingrati animi, à quo rex appellatus eſſet, in eum tyrannum inueniri? Vt hæc omittam: Cuius tanti furoris fuit omnes Reges, quorum multi erant finitimi, omnes liberos populos, omnes ſocios, omnes prouincias, omnia denique omnium arma contra ſe vnum concitare? quónam ille modo, cùm regno, cùm domo, cùm coniuge, cùm cariſſimo filio diſtractus eſſet: tanto ſcelere, non modò perfecto, ſed etiam cogitato.*

SCHOLAE. Conglobatio aliquando fit παραλείψει ῥητορικῇ, cùm dicimus nos aliqua præterire, quæ tamen nó præterimus. Conglobatio iſta eſt στοχαστικὴ, in facto ſcilicet negando, & inficiando. Superior fuit ὁριστικὴ. In hoc igitur exemplo ſunt duo genera conglobationum. Vnum στοχαστικὸν, alterum παραλειπτικόν. In hoc exemplo etiã eſt σχῆμα ſcilicet θαύματι.

Sed quoniam præteritionis mentio facta eſt, illud etiam monendum eſt, eam duplicem eſſe. Aut enim multa ſingulatim prætereuntur, & in multis deſinit oratio, quæ exponuntur, & proponuntur ad conſiderandum, vt *in hoc, quod iam attulimus, exemplo, pro rege Deiotaro: aut contrà generatim multa communi verbo omittuntur, & multa enumerantur: vt rurſus ad vnum, & ſingulare decurratur. vt in 7. Philippica: Quanta illa erit Reipublicæ turpitudo, quantum dedecus, quanta labes? dicere in hoc ordine ſententiam, M. Antonium conſulari loco, cuius vt omittam innumerabilia ſcelera vrbani conſulatus, in quo pecuniam publicam maximam diſſipauit: exules ſine lege reſtituit: vectigalia vendidit: prouincias de pop. Rom. imperio ſuſtulit, regna addixit pecunia: leges ciuitati per vim impoſuit: armis obſedit, aut excluſit Senatum: vt hæc, inquam, omittam, ne hoc quidem cogitatis: eum qui Mutinam coloniam pop. Rom. conſulem deſignatum obſederit, depopulatus ſit agros, hunc in eum ordinem recipi, à quo toties ob has ipſas cauſas, hoſtis iudicatus ſit, quàm fœdum, flagitioſumq; ſit, videtis.*

ἄρσις ἡ καθόλου, vel κοινὴ, vel γενικὴ.

Redit ad propoſitionem, & definit in qualitate.

SCHOLAE.

Aliquando multa remouentur, & ad vnum decurrit oratio: aliquando multa remouentur, & ad multa decurritur: aliquando incipitur à generali remotione, deinde fit tranſitus ad ſpecialem remotionem: tertio conquieſcit in vno aliquo ſingulari, vt in proximo exemplo ex Philippica. Eſt autem ſtatus qualitatis ποιότητος. Sic ergo vtimur conglobationibus in omni ſtatu, coniecturæ, ſcilicet definitionis, & qualitatis. ἄρσις ergo, ἢ παράλειψις eſt duplex, aut nihil enumerat, aut enumerat, ἄνευ ἐνθέσεως καὶ μερισμοῦ.

Illa verò pulchra eſt ratio etiã, & firma ad faciendam fidem: cùm poſt conglobationem, & expoſitionem multorum, ſequitur præteritio: in eiuſq; parte media cauſa etiam exponitur, cur prætereatur id, quod memoriæ etiam ſit cauſa, loco ἐπικαλήψεως verbi, vt de prouincijs Conſularibus. Quis ignorat, Achæos ingentem pecuniam pendere L. Piſoni quotannis, vectigal & portorium Dyr-

Enumeratio 3. magnorũ ſcelerum.

rachinorum totum in huius vnius queſtum eſſe conuerſum? Vrbem Byzantiorum vobis, atque huic imperio fidelißimam, hoſtilem in modum eſſe vexatam: quo illa poſtquam nihil exprimere ab egentibus, nihil vlla vi miſeris extorquere potuit: cohortes in hyberna miſit: his præpoſuit quos putauit fore diligentißimos ſatellites ſcelerum: miniſtros cupiditatum ſuarum. Hactenus enumeratio trium criminum maximorum, ſequitur præteritio. *Omitto iuriſdictionem in libera ciuitate, contra leges, ſenatuſq; conſulta: cædes relinquo, libidines prætereo quarum acerbißimum extat indicium: & ad inſignem memoriam turpitudinis, & penè ad iuſtum imperij noſtri odium: quòd cōſtat nobilißimas virgines ſe in puteum abieciſſe, & morte voluntaria nefariam turpitudinem depuliſſe.* Sequitur ratio Præteritionis. *Nec hæc idcirco omitto, quòd non grauißima ſint, ſed quia nunc ſine teſte dico.* Inſequitur ad extremum ipſa ſcilicet θέσις criminis, τοῦ ἀδικήματος. *Ipſam verò vrbem Byzantiorum fuiſſe refertißimam, atq; ornatißimam ſignis quis ignorat? quæ illi exhauſti ſumptibus, belliſq; maximis cùm Mithridaticos impetus, totumq; Pontum armatum efferueſcentem in Aſiam, atq; erumpentem ægrè depulſum, & ceruicibus interclusum ſuis ſuſtinerent, tum inquam Byzantij, & poſtea ſigna illa, & reliqua vrbis ornamenta ſanctißimè cuſtodita tenuerunt. Te imperatore infelicißimo & deterrimo Ceſonine Caluēti ciuitas libera, & proximis ſuis beneficijs à ſenatu, & à pop. Rom. liberata, ſic ſpoliata, atque nudata eſt: vt niſi C. Virginius legatus vir fortis & innocens interueniſſet: vnum ſignum Byzantini ex maximo numero nullum haberent.*

In Byzantiis intendit aliquid singulare.

Cauſa præteritionis.

Altera pars

SCHOLAE. Hæc præteritio plures partes habet, quàm ſuperiores. Et enim duplicata: primo loco conglobatio τῶν ϖεραχθέντων poſita eſt, factorum enumeratio. Secundo loco eſt ϖαράλειψις maximorum ſcelerum, deinde αἰτιολογίαν, quare prætereat hæc, ſubiungit. Poſtremo loco definit in vno facto. Sed diligenter in hoc exemplo oportet naturas rerum animaduertere. Enumeratio duo magna crimina habet, & duas accuſationes, ipſa præteritio habet res indigniores, & deſinit in re, quæ non videtur tam magna, ſcilicet in ſpoliatione ſtatuarum, & ſignorum.

Congeries III. Modus amplificandi.

CAPVT XXXIII.

Inter amplificandi formas Quintilianus etiam congeriem numerat, cui Græcorum videtur reſpondere ϖεριττῶς, quæ ipſa etiam eſt ſpecies commorationis in eadem re, quam Græci vocant ἐπιμονήν. Eius id ponit exemplum Quintilianus ex Ligariana cauſa. Quid enim tuus ille, Tubero, in acie Pharſalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui ſenſus erat annorum tuorum? quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Et ſanè, quòd hæc amplificationem habeant, intelligi ex ea ſententia poteſt, quam in exordio propoſuit Cicero: ſi hæc cum illa comparetur. Habes igitur, Tubero, quod eſt accuſatori maximè optandum, confitentem reum: ſed tamen hæc ita confitentem: ſe in ea parte fuiſſe, qua tu Tubero, qua virum omni laude dignum patrem tuum. Itaq; prius de veſtro delicto confiteamini neceſſe eſt: quàm Ligarij vllam culpam reprehendatis. Quid enim hic aliud dicitur, quàm illa ſententia ἀντεγκληματικὴ. Tu, Tubero, etiam arma ſumpſiſti contra

Cæſarem: aut quid hîc aliud agitur hac congerie: qu vt illa ipſa mutua accuſatio probetur vehementius: cum terrore aduerſarij: & vt ex vna ſententia multiplex ſi oratio? Fit enim hoc genus non ſolùm verbis idem ſignificantibus: quæ ἰσοδυναμοῦντα appellantur: ſed rebus quoque eodem tendentibus, vi quadam, & quaſi inſtructa acie in aduerſarium. Itaq; Cicero ſimulac iſta congerie vſus eſt, ſubiecit: nimis vrgeo, commoueri videtur adoleſcens: ad me reuertar.

SCHOLAE. Hactenus genera amplificandi duo. I. ſcilicet comparationem, quæ ipſa quoque methodus eſt tractandi exempl II. conglobationem, quæ eſt diſtributio quædam, & tractatur multiplici ratione, quam varietatem ex his, quæ tradidimus, intelligere poſſumus. Sequitur tertius modus amplificandi, qui dicitur congeries: quando ex re vna fit res multiplex, non ſolùm diuerſitate rerum, verùm etiam verborum diuerſitate, quæ tamen res, & verba eódem tendun, & diriguntur: id eſt, ad vnam aliquam primam, & generalem ſententiam, de qua contendimus. Mihi videtur congeries eſſe, id quod Hermogenes vocat περιττότητα: id eſt, abundantiam, & copiam verborum contra conſuetudinem, & videtur illud vocabulum non eſſe vicij, ſed conſuetudinis, q hoc genus ornamenti adhibeatur ſupra vulgi conſuetudinem: quòd vulgus hominum non poſſet vti hoc ornamento, ſicut Oratores & artifices. Poteſt etiam περιττότης dici cautionis gratia, quod cautio ſit adhibenda, ne aliquid ponatur, quod non neceſſe ſit, aut ne nimium vſurpetur hoc ornamentum. Ex exemplo adducto intelligimus hoc genere ornamenti vtendum eſſe, nõ ſolùm in amplificando, ſed etiam in probando, & tum quãdo vel iudices volumus mouere, vel aduerſarium terrere, & vrgere. Duo ſunt genera ἀντεγκλήματος, ἢ ἀντικατηγορίας: vnum quo culpa remouetur: alterum, quo non remouetur culpa: ſed accuſatur quoque aduerſarius de eodem crimine.

Sed non ſolùm in aduerſario territando vtimur ho *ornamento, verùm etiam in laudibus, in vituperationibus, in omni exaggeratione. Eſt autem aliquando in vno verborum ambitu, hoc eſt, periodo, ſiue ſimplici, ſiue continuata, duas aut plures inuenire congeries, apud oratores, & his ipſis etiam aliquid aliud dictum eſſe: quod amplificandi vim habeat. vt pro M. Marcello: Te enim, quem præſentem intuemur, cuius mentem, ſenſusque, & os cernimus: vt quicquid belli fortuna reliquum Reipubl. fecerit, id eſſe ſaluum velis: quibus laudibus efferemus? quibus ſtudijs proſequemur? qua beneuolentia complectemur? Bis hic vnius generis multa congeſſit, ſed illud, quod additum eſt, ὑπερβολικὸν, καὶ αὐξητικόν. Parietes medius fidius, C. Cæſar, vt mihi videtur, huius curiæ, tibi gratias agere geſtiunt: quod breui tempore futura ſit illa authoritas in his maiorum ſuorum, & ſuis ſedibus. Magnum certè oportet extiterit beneficium, cuius nomine parietes agere gratias geſtiant. Sic ratiocinatione adiecta, duas congeries effecit ornatiores, & grauiores.*

ὑπερβολικὴ ſententia.

ὅρκος μετ' ἐνδοιάσεως, iuramentũ emẽdatum dubitatione.

SCHOLAE.

Hoc exemplum à ſuperiore differt numero, & loco. Superius enim habuit enumerationem multiplicem: iſtud habet duas congeries, ſed vtraque breuior eſt. habet etiam enumerationem: habet enim pauca membra, in ſuperiori enumeratione plura habuiſtis. Loco differt, quia congeries iſtæ non ſunt continuatæ, ſed ſeparatim poſitæ. interpoſita eſt ſententia hæc (vt quicquid belli fortuna reliquum Reipublicæ fecerit, id eſſe ſaluum velis.) Differt etiam προσθήμα adiectione. Nam adiecta eſt huic exemplo ratiocinatio, quæ eſt ὑπερβολική. Mediusfidius.) Vtitur ὅρκῳ, ſed emendat ὅρκον τῇ ἐνδοιάσει: vt mihi quidem videtur, idque ideò fecit, ne ὑπερβολὴ nimis videatur eſſe impudens. De ratiocinatione, quæ eſt quarta forma amplificandi, paulò pòſt. Differt etiam perſonis hoc exemplum à ſuperiore. Superius directum erat in aduerſarium: iſtud verò in eum directum eſt: quem volumus habere amicum, & beneuolum. In teni ſuperius fuit ἀντεγκληματικὸν, vituperatorium, accuſatorium: hoc exemplum eſt ἐπιδεικτικὸν laudatorium. Laudat enim Cæſarem. Duo ergo ſunt modi congeriei. Vnus eſt ſimplex, alter duplicatus, cuius exemplum eſt poſterius.

Exemplum hoc eſt ornatius.

Propoſitio amplificationis.

Congeries ἐπιδεικτική.

Congeries συγκριτική.

Solent ſæpe etiam hæ congeries in principijs amplificationum collocari: vt aliqua ſubſequatur copioſior: vt pro eodem Marco Marcello. Nec verò hæc tua vita dicenda eſt, quæ corpore, & ſpiritu continetur. Illa, inquam, illa eſt vita tua, Cæſar: quæ vigebit memoria ſæculorum omnium: quam poſteritas alet: quam ipſa æternitas ſemper intuebitur: huic tu inſeruias: huic te oſtentes oportet: quæ quidem, quæ miretur iampridem multa habet: nunc, etiam quæ laudet, expectat. Sequitur diſtributio multorum, de qua ſuprà. Obſtupeſcent poſteri certè imperia, prouincias, Rhenum, Oceanum, Nilum, pugnas innumerabiles: incredibiles victorias: monimenta, munera, triumphos audientes & legentes tuos. Sed niſi hæc vrbs ſtabilita tuis conſilijs, & inſtitutis erit, vagabitur modò nomen tuum longè latéque: ſedem quidem ſtabilem, & domicilium certè non habebit. Ergo vt in ſuperioribus, comparatio conglobationem fecit vehementiorem: ſic hic congeries conglobatione facta eſt ornatior. Operam ſibi enim inter ſe mutuam præſtant dicendi ornamenta. Sed hoc inter congeriem & conglobationem intereſt: quòd conglobatio plerunque copioſior eſt, & res diſtribuit plurimum inter ſe differentes. Congeries eódem res pertinentes cogit, & numero paucas: vt ne ſuperflua appareat: præſertim quum in vno ambitu iteratur, & rarò Cicero tertium membrum excedere ſolet: quartum verò nunquam, niſi in congerie ſolitaria. Atque ob hoc ipſum ſuperfluitatis vitium, vitandum opinor, à Græcis hanc figuram ἀφελότητα nominari.

Differũt cõgeries & cõglobatio.

nari, niſi idcircò etiam appellata ſit hoc nomine: quòd plus copiæ habeat, quàm vulgi conſuetudo.

IIII. modus Ratiocinatio.

CAPVT XXXIIII.

HAEC de Congerie, quæ etiam ab alijs Rhetoribus inter modos amplificandi ponitur. Quintilianus videtur apud Latinos primus ratiocinationem inueniſſe, & nominaſſe, ſecutus Græcum verbum συλλογισμὸν, quo illi Rhetores in enumeratione ſtatuum vtuntur, etiam per modum quendam amplificandi: quum probatur, non minus ſacrilegium eſſe rem priuatam ex loco ſacro accipere, quàm ſacram. Nec minus, imò magis de Republica mereri: qui perſuadet tyranno, vt regnum abdicet, quàm qui eum occidit. Eſt quidem etiam in his amplificatio eius, quod minus videtur: ſed de hoc non iſto in loco. Hîc enim ratiocinatio eſt, quum ex alio aliud intelligitur: ex ſignis ſcilicet rei magnitudo: ex cauſis effecta: ex effectis cauſa: ex antecedentibus conſequentia: & ex conſequentibus antecedentia: quæ per ſe magna quidem non viderentur: niſi hæc poſita eſſent. Eius tale producitur exemplum: Tu iſtis faucibus, iſtis lateribus, iſta gladiatoria totius corporis firmitate, tantum vini in Hippiæ nuptijs exhauſeras, vt tibi neceſſe eſſet, in populi Romani conſpectu vomere poſtridie. Non bibiſſe, ſed exhauſiſſe, & immenſum vinum exhauſiſſe eſt neceſſe. cui Antonij fauces, & latera, & gladiatoria totius corporis firmitas non potuerunt reſiſtere. Huius generis etiam illa ὑπερβολὴ eſt. Parietes mediusfidius: Caie Cæſar (vt mihi videtur) huius Curiæ tibi gratias

In 2. Philippica.
Ratiocinatio.

Pro M. Marcello.

agere geſtiunt. quòd breui tempore futura ſit illa autoritas in his maiorum ſuorum, & ſuis ſedibus. Magnum enim neceſſe eſt beneficium videri: cuius cauſa, parietes etiam geſtiant gratias agere. Eſt etiam talis illa Ciceronis contra Chryſogonum: domus referta vaſis Corinthijs, & Deliacis: in quibus eſt aut ipſa illa, quam nuper mercatus eſt: vt qui prætereuntes precium audiebant: fundum venire arbitrarentur. Et Demoſthenes contra Oratores improbos, & Græciæ proditores eiuſcemodi illos dicit domos coædificaſſe, vt etiam prætereuntes admirentur. Sed in Ciceronis illo primo exemplo, illud annotandum eſt: duplicē eſſe factam amplificationem, & ratiocinationi ſubſidio veniſſe comparationē. Primo enim loco poſita ratiocinatio eſt: Tu iſtis faucib. iſtis lateribus, iſta gladiatoria totius corporis firmitate, tantum vini in Hippiæ nuptijs exhauſeras, vt tibi neceſſe eſſet, in populi Romani conſpectu vomere poſtridie. Sequitur ratiocinationem exclamatio: vt in re magna, non ſolùm exaggerata verbis grauiſſimis, verùm etiam exaggeranda vehementius. O rem non modò viſu fœdam, ſed etiam auditu: & huic continenter ſubiecta comparatio. Si inter cœnam in tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidiſſet, quis non turpi duceret: in cœtu verò populi negocium publicum gerens magiſter equitum, cui ructare turpe eſſet, is vomēs fruſtis eſculentis, vinum redolentibus, gremium ſuum, & totum tribunal impleuit.

Pro S. Roſcio.

SCHOLAP.

Diximus, Quintilianum ſecutum alios Rhetores, inter modos amplificandi, etiam inueniſſe congeriem: quam nominare poſſumus ἐπιμονὴν, quæ ſit verbis ſignificantibus in eadem re. Loquimur enim in hoc loco de figuris ſententiarum, non verborum. Et quoniam illud, cùm à vulgo ſit, tum ſit temerè, propterea videtur eſſe quædã ἀκυρολογία ideoq; à quibuſdam oratoribus dicta eſt hæc figura ἀπειροκαλία vt ſit quaſi vitium quoddam in oratione. Sed quum eiuſmodi congerie vtimur, debet res ſemper amplificari, & quandiu amplificatio fieri poteſt, nõ eſt περισσολογία. Congeries autem illa aliquando eſt ſimplex, & nuda, abſque vlla additione: tantùm fit amplificatio per ſimplicem congeriem, vt patet in exemplo ex oratione pro Ligario: Quid enim tuus gladius in pugna Pharſalica, &c. Eſt quidem ibi tripartita congeries: vna, ſcilicet in inſtrumentis, gladius, mucro, & altera in ſtudiis: tertia in partibus hominis, oculi, manus, &c. ſed tamen eſt ſola congeries. Aliquando congeries eſt duplicata, quum in eodem ambitu ſunt duæ amplificationes, vt in illo exemplo pro Marco Marcello: Te verò, quem præſentem intuemur, &c. Interponitur deinde res: vt, quicquid belli fortuna, &c. Sequitur deinde altera congeries, Quibus laudibus efferemus, &c. Differt ergo hæc ἐπιμονὴ à ſuperiori, quòd eſt geminata: poſtea ſequitur poſt illam iteratam ἐπιμονὴν, ὑπερβολή: Parietes mediusfidius, &c. Hæc ἐπιμονὴ eſt αὐξητικὴ amplificans, per figuram, quæ dicitur συλλογισμός, id eſt, ratiocinatio. Aliquando congeries ſunt προτατικαὶ, ponuntur in propoſitionibus. Propoſitiones, probationes, & concluſiones eſſe debent vniuſmodi: ſi vna eſt amplificans, altera etiam debet eſſe generis eiuſdem. In exemplo pro M. Marcello, vbi dicitur, Hæc verò iſta eſt vita tua, Cæſar, &c. Eſt cõgeries προτατική. Huic tu inſeruies.) προτατική, prior propoſitio, ſeu congeries fuit ἐπιδεικτική. Obſtupeſcent.) Diſtributio, quæ rem facit maiorem, Congeries autem, & conglobatio differũt inter ſe vi, & numero. Congeries enim fit verbis, & rebus penè idem ſignificantibus, & eodem modo omnino pertinentibus. Conglobatio autem habet res inter ſe non ſolùm ſpecie, ſed etiam generibus aliquando proximis differentibus: vt, Rhenus, Nilus, Oceanus, pugnæ & victoriæ, monimenta & victoriæ, imperia & prouinciæ. Sed quum dicit, Quam æternitas alet, quę vigebit memoria ſeculorum, &c. eadem ferè ſignificantur, & eòdem pertinent. Præterea congeries rarò excedit terna membra, aut quaterna: præſertim ſi ſit duplicata congeries. Nam quum congeries ſeorſim poſita eſt, & ſolitaria eſt, etiam interdum par eſt numero cum conglobatione. Hæc de congerie. Quintilianus etiam in-

inter modos amplificando ponit ratiocinationem: quo vocabulo etiam Cicero vſus eſt in lib. de Inuentione, vbi argumentationem Rhetoricam vocat ratiocinationem, ſecutus verbum Græcum Philoſophorum, ſυλλογισμόν. Quintilianus autem primus eſt, qui inter modos amplificandi ponit ratiocinationem, ſυλλογισμόν. In ſtatibus etiam dicitur ratiocinatio, vt in definitiuo ſtatu, vt, ſi diſceptatio ſit, quid ſit ſacrilegus. Dico non minus peccare, qui ex ſacro loco rem priuatam accipit, quàm qui ſacram. ibi ſυλλογισμὸς complectitur vtrunque, & ὁρισμὸν & ἀνθορισμόν. Ita in qualitatis ſtatu, dico tum bene mereri de Republica, qui tyrannum verbis tollit, quàm qui vi & armis. Et eiuſmodi ſyllogiſmus in ſtatibus etiam habet amplificationē. nam conamur magnum facere id, quod videtur paruum. Sed hoc loco non agimus de eiuſmodi ſυλλογισμῷ, ratiocinatione: ſed de ea, quæ pertinet ad στοχασμὸν, quando ex vno alterum intelligitur, vt in exemplo iſto, quod Quintilianus adfert: Tu iſtis faucibus, iſtis lateribus, &c. Quintil. dicit hìc rem ſυλλογισμὸν ratiocinationem. Nam Cicero non potuit ſcyphorum numerum omnem recitare, ideò ponit ſigna ea, quibus intelligitur copia vini, quod exhauſerat. Nam quia tantū corpus non potuit retinere vinum, neceſſe eſt fuiſſe magnam eius copiam. Ita exemplum illud pro M. Marcello: Parietes ipſi, Cæſar, gratias, &c. ὑπερβολὴν habet: & ὑπερβολαὶ ſunt etiam ſigna magnarum rerum. Sic ex oratione pro S. Roſcio, Domus referta vaſis Corinthiis, & Deliacis. Ex illis omnibus vaſis vnū accipit, ex quo indicat precium reliquorum, & vnum illud vas maius ferè facit, quàm omnia reliqua. Fundum.) Romani habebant magnos fundos: qui conſtabant multis iugeribus. Autepſa.) Vas illud quod apponitur menſæ ad calefaciendum rurſus cibum, ab αὖθις, & ἰπνῶ, iterum quaſi coquo. Sed in illo Ciceronis.) Quemadmodum congeries aliquando ponitur ſeorſim abſque ſubſidio & præſidio: ita etiam ratiocinatio. Et illud exemplum habet tractationem multiplicem.

Diximus ex ſignis ratiocinationem ſumi. Signa voco antecedentia, conſequentia, cauſas, effecta. Nam & cauſarum vis, & effectorum indicat magnitudinem, & effecta ſæpe indicio ſunt: quanta cauſarum ſit vis, atq; poteſtas.

ſtas. Et illud exemplum de ebrietate Antoniana ex conſequentibus factam ratiocinationem habet. Ex antecedentibus Quintiliani illud eſſe arbitratur, lib. 1. Aeneid.

——Cauum conuerſa cuſpide montem
Impulit in latus: ac venti velut agmine facto
Qua data porta ruunt.——

Exiſtimat enim ex his rebus antecedentibus apparere, quanta futura ſit tempeſtas: & cuiuſmodi naufragium Aeneæ: quòd ſi hæc ratiocinatio potius rhetorica, aut poetica, quàm coniectura, aut augurium eſt, debet etiam huius generis illa videri pro Mar. Fonteio: Sic exiſtimatis eos hîc ſagatos, brachatosq́; verſari: animo demiſſo, atq; humili: vt ſolent ij, qui affecti iniurijs ad opem iudicum ſupplices inferioresq́; confugeri t: nihil verò minus. Hi contrà vagantur læti, atque erecti paſſi toto foro cum quibuſdam minis, & barbaro, atq; immani terrore verborum. Non enim ſolùm ex his ratiocinandum eſt, quibus ingenijs præditi ſint, id quod ex conſequentibus factum iudicium: verùm etiam quantum animo bellum conceperint: quod moturi eſſent, niſi Fonteius condemnaretur. hinc illa accuſatorum monitio, vt cauerent iudices, ne Fonteio abſoluto nouum bellum Gallicum concitaretur. Sed hic mihi in mentem venit, etiam illud admonere: Non ſemper ex magno maius intelligi: ſed ex maiori etiam minus comprobari ratiocinando. vt, in eadem cauſa pro Fonteio, priore loco maioris rei ratiocinationem poſuit. Hæ ſunt nationes, quæ quondam tam longè à ſuis ſedibus Delphos vſq; ad Apollinẽ Pythium, atq; ad oraculum orbis terræ vexandũ, ac ſpoliandum profectæ ſunt: ab ijſdem ſanctis, & in teſtimonio religioſis obſeſſum capitolium eſt, & ille Iupiter, cuius nomine maiores noſtri ſanctã teſtimoniorũ fidẽ eſſe voluerunt.

Non ſolùm vtitur verborum congerie in amplificatione ſigni, ſed etiam comparatione contrariorum.

Signa aliquando ita augẽtur, vt videantur maiora re præſente.

Oſtendit ſacrilegium Gallorum.

Exaggerauit ſigno eius gentis nationem.

His enim coniecturis eò peruenitur, vt cogitãdum ſit, inanem eſſe ferocitatem eius gentis: quæ tantum ſcelus auſa ſit ſuſcipere, vt deos etiam oppugnaret, atq; ſpoliaret in tam longinquis terrarum orbis partibus, contra tam potentem populum. Sed ſubiecit poſteriore loco Orator, minoris ratiocinationem. Poſtremò his quicquam ſanctum, ac religioſum videri poteſt: qui etiamſi quando aliquo metu adducti deos placandos eſſe arbitrantur: humanis hoſtijs eorum aras, ac templa funeſtant, vt ne religionem quidem colere poßint: niſi eam ipſam prius ſcelere violarint. Quis enim ignorat, eos vſq; ad hunc diem retinere illam immanem, ac barbaram conſuetudinem hominum immolandorum? Hactenus præterita, & antecedentia ſequitur concluſio. Quamobrem quali fide, quali pietate exiſtimatis eos eſſe, qui etiam deos immortales arbitrentur hominum ſcelere, & ſanguine facillimè poſſe placari? Eſt enim maius ſcelus innocentem ſanguinem fundere, quàm teſtimonium falſum dicere: non quòd vtrunque non ſit maximum, atq; neſarium: ſed alterum plus habet crudelitatis.

SCHOLAE. Propoſitum nobis eſt, omnes modos amplificandi perſequi: idcircò primò incepimus ab illis quatuor modis Quintil. qui habet comparationem, conglobationem, congeriem, & ratiocinationem. hi modi ſunt rerum (nam de ornamentis rerum poſtea agemus) Ac de ratiocinatione cœpimus explicare, quod verbum non à Quintiliano inuentum eſt, ſed modus amplificandi. Cicero de Inuentione vtitur hoc verbo, ſecutus Græcos Philoſophos, qui ſua argumenta vocant συλλογισμούς. Quintilianus hoc vocabulum tranſtulit ad oratorum elocutionem. Eſt autem ratiocinatio, quum aliud ex alio intelligitur: non autem indicatur, aut exprimitur. Nam in comparatione etiam aliud ex alio intelligitur, vt ex maiori minus, ex minori maius, ex pari par. Sed ibi res ipſa quoque verbis exprimitur. In ratiocinatione verò non verbis exprimitur, ſed intelligitur. Eodem modo etiam in conglobatione, & congerie res exprimuntur verbis. In ratiocinatione verò, res intelliguntur magis, quàm verbis exprimuntur. Exemplum vulgare, & ſcholaſticum huius eſt ex 7. Philip. de ebrietate, & vomitu Antoniano. Eſt ibi ratiocinatio, non numeratur numerus ſchyphorum, quos ebibit Antonius. Sed ex ſignis intelligitur copia, & immenſitas vini, quod ille homo bibit. Si amplæ fauces, robuſta latera, corpus firmum, quod nõ potuerat vnum illud continere, ſed vomere ſequenti die in conſpectu Senatus, neceſſe eſt multum vini fuiſſe, quod bibit Antonius. Tale eſt exemplum pro S. Roſcio: Domus illa referta vaſis Corinthiis, &c. neceſſe eſt magnum fuiſſe precium Autepſæ illius: ſi præcium æquauit fundi alicuius, deligit vnum minutum vas menſarum, & ita exaggerat, vt videatur præſtantius fuiſſe, quàm omnia reliqua vaſa Corinthia, & Deliaca. Sed illud exemplum habet ζῆλον, imitationem. Scripſit enim illas orationes adhuc iuuenis, quum diligentiſſimus videretur obſeruator præceptorum: atq; ideò illæ primæ orationes habent apertam indicationem preceptorum artis. Eſt ergo ζῆλος Demoſthenicus: imitatur Demoſthenem, qui dicit, oratorum domos tam magnificas fuiſſe, vt maiori eſſent admirationi, quàm domus in tota Græcia. Diximus etiam, ratiocinationem aliquando non poni ſolitariam, ſed habere ſecum adiectum aliud ornamentum, tanquàm adminiculum. Aliquando enim ratiocinationi ſuccurrit comparatio. Nam quia ratiocinatio poſita eſt in intellectu, & eſt hominum eruditorum, & prudentium, nõ quiuis mouetur ratiocinatione, ideoque orator metuens ne ratiocinatio non ſatis moueat, aut penetret animos ſimplicium hominum: addit comparationem: vt etiamſi prudentes intellexerint, habeant tamen etiam imprudentes, & ſimplices aliquid quod intelligant, & quo moueantur. Additur ergo comparatio, aut diſtributio, aut congeries. Sed ratiocinationes fiunt ſignis. Signa σημεῖα voco, non ſolùm quæ continentur in loco adiunctorum, ſed etiam quæ ſunt in loco cauſarum effectorum, antecedentium, conſequentium, & repugnantium. Nam ſigna Ariſtotelica currunt per omnes locos ἰδικῶς ſpeciales. In hac tractatione σημεῖα cõplectuntur cauſas, antecedentia, conſequentia, & effecta.

Quintilianus ſigni antecedentis ponit exemplum ex lib. 1. Aeneid. de Aeolo: Cauum conuerſa cuſpide montem, &c. Aeolus enim rogatus à Iunone, vt ventos excitaret, tempeſtatem concitaret, naues Aeneæ diſiiceret. Poſtquam ergo Aeolus iuſſa Iunonis perficere conatus eſt, cauum conuerſo cuſpide montem impulit in latus. & Quintilianus dicit ex hac percuſſione montis intelligi magnitudinem futuræ tempeſtatis. Si itaque hoc poeticum exemplum eſt huius generis, erit etiam illud quod dictauimus ex oratione Ciceronis pro M. Fonteio. Sed poſſet aliquis dicere: Hoc Ciceronis exemplum eſſe ex conſequentibus. Nam Cicero ex ingreſſu & habitu corporis, & ſonitu verborum indicat ingenium Gallorum. Sed non ſolùm ex his ratiocinandum eſt, quibus ingeniis præditi ſint, ſed etiam quantum bello animo conceperint. Sagatos.) Sagum eſt veſtis militaris. Diligenter eſt animaduertenda tractatio ſignorum. In primo exemplo de Antonio, Cicero vſus eſt congerie, atque conglobatione: qua auxit ſignum. In hoc verò loco, non ſolùm vtitur verborum congerie in amplificando ſigno, verùm etiam comparatione, & contentione contrariorum. Aliquando ſigna ita amplificantur, vt maiora ſint re præſenti, plerunque quidem ita debent exaggerari, & amplificari, vt tamen res maior adhuc videatur. Sed aliquando ita exaggerantur ſigna, vt maiora videantur re præſenti: & hoc neceſſe eſt fieri tum, cùm amplificatio eſt ἀποδεικτική, cùm amplificatio eſt probationis loco adhibita. quando prima pars eſt amplificationis παθητική, poſterior verò πιστωτική, nem ſcilicet habens, fidem. Et tum ipſa ratiocinatio deſinit quaſi in minori. Cicero in præſenti loco vult oſtendere, Gallis non eſſe fidendum. Probat illud ex antefactis & ita probat, vt videatur nihil crudelius eſſe gente Gallorum.

Ratiocinatio ergo deſinit vel in
- Amplificatione.
- Probatione.

V. An

V. Amplificandi modus. Ordinis digeſtio.

CAPVT XXXV.

PReter hos quatuor amplificandi modos, eſt etiam alius, qui fit ordinis digeſtione, κατ' προτίμησιν: quo poſteaquam atrociſſima narrata ſunt, atq; ad extremum amplificata, extenuantur, & adduntur grauiora: vt in 7. actione. Poſteaquam de Dexionis, qui hoſpes Verris fuit filio, & de Eubolide filio, de Heracleo, de Furio, exaggerat παθητικῶς primo loco, ea omnia hoc pacto: Hîc cuncti Siculi fideliſſimi, atq; antiquiſſimi ſocij plurimis affecti beneficijs à maioribus noſtris grauiter commouentur, & de ſuis periculis, fortuniſq; omnibus pertimeſcunt: illam clementiam, manſuetudinemq; noſtri imperij in tantam crudelitatem, inhumanitatémque eſſe conuerſam, condemnari tot homines vno tempore nullo crimine, defenſionem ſuorum furtorum Prætorem improbum ex indigniſſima morte innocentium quærere. Huc vſque animorum motus breuiter, ſed vehementer concitatus eſt. Sequitur προτίμησις: qua ſuperiora extenuantur, & inſequentia anteponuntur æſtimatione crudelitatis: Nihil addi iam videtur, iudices, ad hanc improbitatem, amentiam crudelitatémque poſſe; & rectè nihil videtur. Nam ſi quum aliorum improbitate certet: longè omnes, multúmque ſuperabit: ſed ſecum ipſe certat: id agit, vt ſemper ſuum ſuperius facinus nouo ſcelere vincat: Hac ratione expectatio facta eſt, ad cognoſcendum ea, quæ ſunt grauiora. Inſequitur expoſitio facti: Phalargum Centuripinum dixeram exceptum eſſe à

Concluſio ſuperiorũ παθητική.

Cleomante, quod in eius quadriremi Cleomantes vectus eſſet: tamen quia pertimuerat adoleſcens, quòd eandem ſuam cauſam videbat eſſe, quam illorum, qui innocentes peribant: ad hominem accedit Timarchides: à ſecuri negat ei eſſe periculum: virgiſne cæderetur monet: caueat ne multa, ipſum dicere adoleſcentem audiſtis, ſe ob hunc virgarum metũ pecuniam Timarchidi numeraſſe. Perfecta narratiuncula eſt, breuibus verbis facinoris, nõ quidem calamitoſi, ſed tamen indigni, & quia non detrimentoſum valde. Sequitur altera προτίμησις. Leuia ſunt hæc in hoc reo crimina. metum virgarum Nauarchum nobiliſſimæ ciuitatis precio redemit. humanum. alius ne condemnaretur, pecuniam dedit, vſitatum eſt. Non vult populus Romanus obſoletis criminibus accuſari Verrem, noua poſtulat, inaudita deſiderat, non de Prætore Siciliæ, ſed de crudeliſſimo tyranno fieri iudicium arbitratur. Mota eſt expectatio his verbis. Sequitur deſcriptio acris, & vehemens, & miſerabilis. Includuntur in carcerem condemnati, ſupplicium conſtituitur in illos, ſumitur de miſeris parentibus Nauarchorum. Prohibentur adire filios ſuos, prohibentur liberis ſuis cibum, veſtitumq́; ferre. Patres hi, quos videtis, iacebant in limine, matresq́; miſeræ pernoctabant ad oſtium carceris, ab extremo conſpectu liberorum excluſæ, quæ nihil aliud orabant, niſi vt filiorum extremum ſpiritum excipere ſibi liceret. Addita eſt huic deſcriptioni etiam altera, quæ ad carnificem Seſtium pertinet. Aderat ianitor carceris, carnifex Prætoris, mors terrorq́; ſociorum, & ciuium, lictor Seſtius, cui ex omni gemitu doloreq́; certa merces comparabatur. vt adeas, tantum dabis, vt cibum tibi introferre liceat, tantum: nemo recuſabat. quid, vt vno ictu ſecuris af-

ram mortem filio tuo? quid dabis, ne diu crucietur? ne ſa-
pius feriatur? ne cum ſenſu doloris aliquo, aut cruciatu
ſpiritus auferatur? Etiam ob hanc cauſam pecunia licto-
ri dabatur. Quoniam facinus iſtud & ſordidum, & cru-
dele erat, addit Orator ἐκφώνησιν, repetita breui expoſi-
tione vniuerſæ crudelitatis. O magnum & intoleran-
dum dolorem: ô grauem acerbámque fortunam: non
itam liberûm, ſed mortis celeritatem pretio redime-
re cogebantur parentes, atque etiam ipſi adoleſcentes
cum Seſtio de eadem plaga, & de vno illo ictu loqueban-
tur: idque poſtremum parentes ſuos liberi rogabant, vt
leuandi cruciatus ſui gratia pecunia lictori daretur.
actenus duæ digeſtiones ordinis. Sequitur tertia. Mul-
i & graues dolores imminent parentibus, & propin-
quis multis: veruntamen mors ſit extrema: non erit.
ſtne aliquid vltrà, quò crudelitas progredi poſſit? repe-
ietur. Nam illorum liberi, quum erunt ſecuri percuſſi
ac necati, corpora feris obijcientur. hoc ſi luctuoſum eſt
arenti, redimat pretio ſepeliendi poteſtatem. Et vt ora-
r non temere amplificare, aut falſum narrare videa-
ur, poſt amplificationem tranſit ad elenchos, & ad teſti-
nia. Onaſum Segeſtanum hominem nobilem dicere
udiſtis, ſe ob ſepulturam Heraclij Nauarchi pecuniam
imarchidi numeraſſe: hoc ne poſſis dicere. Patres enim
niunt amiſſis filijs irati: vir primarius, homo nobiliſſi-
dicit: neq; de filio dicit. Singulare hoc teſtimonium
. Sequitur alterum infinitum, pertinens ad illud præ-
ptum, τὸ ἐκοῖδιν. Iam hoc quis tum fuit Syracuſis, qui
audierit, quin ſciat has per Timarchidem pactiones
pulturæ cum viuis etiam illis eſſe factas. Non palam
Timarchide loquebantur? nõ omnes hominum pro-

pinqui adhibebantur? non palam viuorum funeral
bantur? quibus rebus omnibus actis, atque decisis, pro
ducuntur è carcere, & deligantur ad palum. In hac p
ſtrema parte appoſuit Orator facinus crudele, vt qu
niam teſtimonio motus remiſſior factus eſt, cum ruſ
inflammet. Et quoniam ipſum Oratorem flere no
dum tempus erat, aliorum lachrymas profert. Qui
fuit illo tempore durus, & ferreus, quis tam inhu
nus: præter vnum te, qui non illorum ætate, nobilita
miſeria commoueretur? Ecquis fuit, quin lachryma
tur? quin ita calamitatem putaret illorum, vt fortu
tamen non alienam, periculum autem commune a
bitraretur? feriuntur ſecuri. lætaris tu in omnium g
tu, & triumphas: teſtes auaritiæ tuæ gaudes eſſe ſubl

SCHOLAE. Superiores amplificationes factæ ſunt aut compar
ne rerum, aut dilatatione rerum, & diſtributione, aut ſe
tiarum congerie eódem pertinentium, aut ratiocinati
Iſte autem quintus modus eſt τακτικὸς, eſt ordinis, & di
ſitionis. Hunc modum ego non comprehendo ſub rati
natione, vt aliqui fecerunt, & voco iſtum modum amp
candi factum κατὰ διάταξιν, id eſt, per digeſtionem, & κατὰ
μησιν, id eſt, æſtimationem maiorum & minorũ facino
Fit ergo amplificatio aliquando πορείᾳ, id eſt, progreſ
minoribus ad maiora crimina. Spectat hæc ratio amp
candi non in vno periodo, aut in vno aliquo πνεύματι, lo
go ambitu, ſed in tota ἐργασίᾳ tractatione, ideoque ne
mihi fuit totum illum locum & ἐργασίαν tractare. Me
dus huius amplificationis eſt iſta, videlicet primo loco
bet poni concluſio ſuperiorum παθητικὴ, ita debemus ſ
riora concludere, vt moueamus animos, vt in hoc loc
συμπέρασμα παθητικὸν. Poſtea adiungit tres αὐξήσει
de Phalargo. II. de carcere Nauarchorum, & parenti
plicatione. III. de cruciatu. Tertia pars huius loci eſt
χώδης. Non enim debet Orator amplificare incerta. Q
ta pars rurſus habet motum. Ita hæc διάταξις habet

tuor has partes. Quarta enim pars habet ἀνακαίνωσιν prioris motus, & vtitur in illa parte ἀποστροφῇ, deſinit in ira.

ΠΕΡῚ ἘΝΕΡΓΕΊΑΣ.

CAPVT XXXVI.

De euidentia, illuſtratione, & hypotheſei.

AMmplificationi, illuſtratio ſimilis eſt, quam Græci ἐνέργειαν vocant. Cicero etiam euidentiam interpretatur. Et cùm omnis illuſtratio orationis corpus amplificet, tamē aliud amplificare eſt, aliud illuſtrare. Hac enim ratione ſit, vt res ſit quaſi luminoſa, atq; ſplendeſcens, illa verò vt magna. Et quas res duas habet ſol, præſtantius quàm reliqua ſydera, vt maximus ſit, & ſplendidiſsimus: quarum alteram habet amplificatio, nempe magnitudinem, alteram euidentia ſplendorem, atq; lucem. Quanquam & amplificandi modis res illuſtratur, quemadmodum exemplis, quæ propoſita à nobis fuerūt, oſtendimus. Statuamus igitur illuſtrationē eſſe perſpicuitatem ſplendidam, atq; luculentam: cuius propria figura eſt ὑποτύπωσις, eaq́; materiam quadripartitam habet, res, perſonas, loca, tempora. Res autem duorum ſunt generum: aut facta ſunt, aut rerum forma, vt ſigna & tabulæ, & fictura poëtarum, vt calumnia & auaritia, vt fortuna & fama, vt paupertas & opulentia, quæ omnia ſuas habent deſcriptiones, atq; illuſtrationes, etiam picturis artificum præſtantiores, niſi fortaſsis melius pictor ſuo penicillo, q̃ Poeta carmine ſuo famam depinxit 4. Aeneidos,

Quid euidentia? Huius figuræ propria eſt ὑποτύπωσις.

Fama malum, quo non aliud velocius vllum
Mobilitate viget, vires acquirit eundo,
Parua motu primo, mox ſeſe extollit in auras,
Ingrediturq́; ſolo, & caput inter nubila condit:

μορφογραφία, formæ descriptio.

Illam terra parens ira irritata deorum,
Extremam (vt perhibent) Cæo Enceladoq; ſororem
Progenuit, pedibus celerem & pernicibus alis:
Monſtrũ horrendum, ingens: cui quot ſunt corpore plu-
Tot vigiles oculi ſubter (mirabile dictu) (mæ,
Tot linguæ, totidem ora ſonant, tot ſurrigit aures:

Actiones.

Nocte volat cœli medio, terraq; per vmbram
Stridens: nec dulci declinat lumina ſomno:
Luce ſedet cuſtos, aut ſummi culmine tecti,
Turribus aut altis, & magnas territat vrbes:
Tam ficti prauiq; tenax, quàm nuncia veri. &c.

Sed poetica eſt huiuſmodi illuſtratio. Oratorum plerumque eſt moderatior, & tanquam virgo quædam verecunda, non verbis, ac ſententijs laſciua, aut exultans: vt ſunt illa Demoſthenis de calamitate belli: ἰδὼ ὁρᾶν ὑμῖν ἔστι ταῦτα, οἰκίας κατεσκαμμένας, τείχη περιῃρημένα, &c. *Talis etiam illa Verrini conuiuij deſcriptio, vt alius inter manus è conuiuio, tanquam ex prælio efferetur.*

Stupra in 20. modo amplificationis.

Ibidem.

SCHOLAE.

Tradidimus quoſdam modos amplificationis αὐξήσεως, & quàm variè tractentur, demonſtrauimus. Amplificatio ab oratoribus non numeratur inter figuras, Sed genera dicendi apud Ariſtotelem habemus hæc, ἐλεγκτικὸν vnum, & πιστευτικὸν: alterum ἠθικὸν: tertium eſt παθητικὸν, comparatum ad motum animorum, in quod cadit αὔξησις, eaq; aut omnibus eſt ſubiicienda, aut quartum oportet ex ea conſtitui, vt eſt, αὐξητικόν. Modi amplificandi ſunt figuræ: etſi ipſa amplificatio non ſit figura. Amplificatio eſt vnus finis figurarum. Habet enim varios fines. Contraria plerunque habent finem docere, & fidem facere. ἐπιμονὴ commoratio, ἰσοδυναμοῦντα intelligentiam, vt res memoriæ mandeantur. Diſtributiones, enumerationes euentorum, habent finem magnitudinem. Extremus finis omnium figurarum eſt ἐνέργεια, euidentia, vt res ſit euidens. Ἀργὸν eſt vocabulum antiquum; ἀργοὺς κύνας vocant veloces, deinde ἀργὸν, quod ſplendidum eſt, & dilucidum, σαφὲς & ἐναργὲς, antiquum ſplendorem non ineptum. Ideò retinuerunt nomen antiquum, vt modū præſcriberent. Orator debet inter præſcriptos terminos manere, aliter poetæ illuſtrat, aliter orator. Cuiuſmodi huius illuſtratio ſit, indicabimus. Quidam putant ἐνέργειαν vocari debere artificioſam orationem. ſed Cicero vocat ἐνέργειαν, quam ἐνάργειαν aliàs. Diſtinctio eſt hæc, quòd ſit perſpicuitas ſplendida, vt ſit hoc diſcriminis inter σαφήνειαν & ἐνέργειαν. Σαφήνεια eſt in minutis rebus, & in tota oratione, in omnibus partibus dicendi. Ἐνάργεια in maximis, & præcipuis rebus, quæ opus habent lumine, quæ niſi explanentur, vt poſſunt, afficere debēt. Diſcrimen inter hanc, & amplificationem hoc eſt: Amplificatio inuenta eſt contra errores hominum, quum rem tam magnam non putant, quàm eſt, aut tam neceſſariam. Euidentia non ſolùm eſt inuenta ad oſtendendam magnitudinem rerum, ſed ad ſplendorem, & dignitatem, & rerum lumē. Vt autem multi modi ſunt amplificationum, ita etiam euidentiæ. Primus tamen & præcipuus eſt ὑποτύπωσις ὁ τρόπος, quod oculis ſubiicitur, & ſpectatur, eſt expreſſus, vt typus, vt forma, vt character. Inuenerunt varia huius genera, non tractatione diſtincta, ſed materia. Omnis eñ materia adhibetur ad res ad perſonas, ad loca, vel ad tempora deſcribenda. Res ſunt bipartitæ, facta, res geſtas voco res habentes oppugnationē: res etiam voco rerum formas, vt deſcriptionem paupertatis. ἐνδιατικὸν eſt dilatata, aperta ratione, propter perſonas, inuenerunt Rhetores προσωπογραφίας: loca τοπογραφίας: tempora χρονογραφίας. quæ duo poſtrema magis ſunt poetarū. Euidentia id facit, quod pictoribus pictura, & natura.

Differentia σαφηνείας, & ἐναργείας.

Fines euidentiæ.

Verùm reuertamur ad partitionem materiæ, quam fecimus quadripartitam: quarum prima rerum fuit: inter quas ſacta priorem locum habent: cuiuſmodi eſt deſcriptio profectionis Verrinæ in Sicilia: de qua his verbis Cicero in 7. Verrina: Nam vt mos fuit Bithyniæ regibus, lectica octophoro ferebatur, in qua puluinus erat perlucidus, Melitenſi roſa farctus. Ipſe autem coronam habebat vnam in capite, alteram in collo, reticulumq́ue ſibi ad nares apponebat, tenuiſſimo lino, minutis maculis, plenum

Materiæ illuſtrationis.

roſæ. Factorum etiam exempla fuerunt illa ipſa duo, quæ propoſuimus, alterum vaſtationis Demoſthenis, alterum conuiuij Verrini Ciceronis. Quanquam in hoc tertio & profectio eſt, & Verres coronatus & reticulum: vt vnum exemplum triplicē materiam habeat, factum, iter, perſonam coronatam, & reticuli figuram, atq; formam. Fit enim ſæpe, vt in vnam deſcriptionē omnia incurrant. Sæpe etiam res perſonarum varietate fit illuſtrior, vt in eodem loco, primum loci meminit in deſcriptione caſtrorū. Nam in ipſo aditu, atq; ore portus, vbi primum ex alto ſinus ad vrbem ab littore inflectitur, tabernacula carbaſeis intenta velis collocabat. Quanquam ipſi loco factum etiam adiunxit, ad quod etiam illa pertinent. Huc ex illa domo prætoria, quæ regis Hieronis fuit, ſic emigrabat, vt per eos dies, nemo iſtum extra illum locum videre poſſet. Sequuntur deinde perſonæ, & primùm numero infinitæ. In eum autem ipſum locū aditus erat nemini, niſi qui aut ſocius, aut miniſter libidinis eſſe poſſet. Huc omnes mulieres, quibus cum ipſe conſueuerat, conueniebant, quarum, incredibile eſt, quanta multitudo fuerit Syracuſis. Huc homines digni iſtius amicitia, digni vita illa, conuiuijsq; veniebant. Sequuntur deinde perſonæ finitæ. Inter eiuſmodi viros, ac mulieres, adulta iam ætate filius verſabatur, vt eum etiam, ſi natura à parētis ſimilitudine abriperet, conſuetudo tamē & diſciplina patri ſimilem eſſe cogeret. Sequitur adultera perſona infamis. Huc Tertia illa perducta per dolum, atq; inſidias ab Rhodio tibicine, maxima in iſtius caſtris turbas effeciſſe dicitur: cùm indignè pateretur Cleomenis Syracuſani vxor, nobilis mulier, itemq; vxor Aeſchrionis, honeſto loco nata, in conuentū ſuum mimi Iſidori filiam veniſſe. Et quoniam omnis euidētia, aut *ad voluptatem, aut ad aliquem motũ dirigitur, ſequitur acris εἰρωνεία. Iſte autem Hannibal, qui in ſuis caſtris putaret virtute oportere, non genere certari, ſic hanc Tertiam dilexit, vt eam ſecum ex prouincia exportaret. Deſit autẽ εἰρωνεία in ratiocinatione: neceſſe enim eſt, impudentiſſimam fuiſſe libidinem, qua impellebatur, vt adulteram ſecum ex prouincia Romam deportaret. Hîc videre eſt in hac ὑποτυπώσει, varietate perſonarum illuſtratam eſſe narrationẽ. Ita vt perſpicua facta ſit, & euidẽs illa caſtrorum turpitudo, in quibus talis frequẽtia virorũ atque mulierũ talia mereret ſtipẽdia. Sit igitur hoc vnũ genus illuſtrãdi res, quod fit perſonarũ varietate: neq; .n. refert perſonas in rerum deſcriptione, atq; picturas incurrere.*

SCHOLAE.

De nomine huius figuræ ἐνεργείας heri expoſuimus. diximus etiam definitionem, cui etiam finem & differentiam extremam adieci. Fines euidentiæ ſunt, cùm fiunt voluptatis, aut motus gratia. Tradidimus præterea diſcrimen inter amplificationẽ & euidentiam. Amplificatio eſt quantitatis, euidentia qualitatis. Poſtremò oſtendimus quadripartitam eſſe materiam ἐναργείας: aut enim adhibetur ad res, & vocatur ὑποτύπωσις, ab Hermogene ἐνδιασκευὴ, aut ad perſonas, aut ad locum, aut ad tempus, ita vt eius ſint quatuor formę. Res diſtribuimus in duo genera: aut enim ſunt factæ, vt cædes Patrocli, aut res ſunt formæ rerũ: forma atq; figura auaritiæ, ſepulchri, turris Babylonæ, & quicquid eſt ſimilium rerum. Hæc debent ita tractari, vt ipſe Orator contendat, cum natura & artificibus, maximè poeta.

II. ratio illuſtrãdi, quæ fit rebus.

Exemplum euidẽtiæ in euidentiſſimo facto, nempe parricidio, & euidentiſſimis rebus, nẽpe principiis omniũ rerum.

Hac igitur ratio illuſtrandi varietate fit perſonarum. Eſt etiam alia, qua rerum varietate conficitur, cùm in vna re quaterna, aut plura genere communia, proprietate aliqua diſcriminata, inter ſe & componuntur, & diſtinguuntur, & remouentur, vt in illa amplificatione ſupplicij parricidarum in cauſa Roſciana. O' ſingularem ſapientiam, Iudices, nónne videntur hunc hominem ex rerum natura ſuſtuliſſe, & erupuiſſe. Paucis com-

munitatem propoſuit. Subiecta eſt enumeratio quatuor. Cui repente cœlum, ſolem, aquam, terramq; ademerūt? Atq; huic addita eſt ſententia, & conſilium maiorum. Vt qui eum necaſſet, vnde ipſe natus eſſet, careret ijs rebus omnibus, ex quibus nata omnia eſſe dicuntur. Et huic addita eſt remotio, &c. Noluerunt feris corpus obijcere, ne beſtijs quoq;, quæ tantum ſcelus attigiſſent, immanioribus vteremur: non ſic nudos in flumen deijcere, ne cùm delati eſſent in mare, ipſum polluerent. Deniq; nihil tam vile, neq; tam vulgare eſt, cuius partem vllam reliquerint. Hactenus amplificatum genus ſupplicij, & dilatata ſententia maiorum. Sequitur totius illuſtratio, & primum compoſitio quaternorum, quæ ſit verbis binis. Etenim quid tam eſt commune, quàm ſpiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus eiectis? Deinde rurſus remotio. Ita viuunt dum poſſunt, vt ducere animam de cœlo non queant: ita moriuntur, vt eorum oſſa terra non tangat: ita fluctuantur fluctibus, vt nunquam alluantur: ita poſtremò reijciuntur, vt ne ad ſaxa quidem mortui conquieſcant. Hec euidentia mirabili eſt facta verborum ſtructura, & commutatione, quæ conſiſtit in his nominibus, cœlum, ſol, aqua, terra. Spiritus, mare, littus, viuus, mortuus, fluctuans, eiectus, viuere, mori, iactari fluctibus, eijci, ducere animam, terram non attingi, non allui, non conquieſcere.

Cicero ipſe hunc locum, atque hoc exemplum, tanquam artificioſè tractatum citat in Oratore, folio 323.6. & fatetur huiuſmodi motum fuiſſe concitatū in animis iudicum, vt etiā cauſa perorata, non conquieuerit. Hic locus duo habet αὔξησιν amplificationē, & ἐνάργειαν euidētiam: vt & amplificando, & euidētia rei ſenſus iudicum cōmoueat, atque perturbet. Superius exemplum illuſtratū eſt varietate perſonarum,hoc varietate rerum,quę diſcriminata ſunt hac methodo. Tractantur primùm compoſitione rerũ communium, deinde diſtinctione, & proprietate, tertiò remotione, vt in hoc loco. Primum locum occupat propoſitio αὐξητικὴ,quæ facta eſt non ſolùm verbis adiunctis, ſed exclamatione, & admiratione. O ſingularem,&c. Sequitur compoſitio & enumeratio quatuor. Genus propoſuit ipſam communionem è rerum natura. Ponit igitur enumerationem,cœlum, ſolem,&c. Satis eſt res ipſa illuſtrata,ipſum ſupplicij genus. Sequitur illuſtratio ſententiæ διανοίας,qua de cauſa omnia iſta conſtituta ſunt, quot res, tot cauſæ etiam exponuntur: Vt qui cum necaſſet: dilatatio eſt ſententiæ,facta eſt eadem methodo,communione ſcilicet,& diſtinctione. Eſt communitatis ἀφαίρεσις remotio, & ſecundo ponitur ſingulorum remotio: Noluerunt beſtiis obiicere. Altera pars eſt ἐπεξεργασία, ἐπιμονὴ, quæ illuſtrat ſuperiorem locum,& facit euidentiorem, quæ poſita eſt exempli loco in Oratore. Primùm coniungit, & enumerat quatuor, quæ facta eſt proprietate, & bina binis coniungit, ſunt quaterna, quæ binis ſunt diſtincta. Ita viuunt.) Remotio eſt ἀφαίρεσις: hæc igitur eſt ſecunda ratio illuſtrandi, non varietate perſonarum, ſed rerum : ſcilicet quatuor elementorum,& illarum ἐναργειῶν. Hæc eſt ſecunda ratio. Si perſonis deſtituimur, res conſiderandæ ſunt,& cõmuniter proponendę,poſtea diſtinguere,tum inter ſe comparare contraria contrariis, priuantia priuantibus. Hac ratione vtendum eſt,quum non ſolùm volumus intelligere rem,ſed etiam moueri.

Eſt etiam tertia ratio,quæ ſit diſtinctione attributorum, quas Græci vocant circunſtantias: quum res aut factum aliquod, vno pronunciato,vel copulato comprehendi potuit, multis verbis continenti oratione eius attributa dirimuntur,& proprietate verborum diſtinguuntur, vt genus,& qualitas rei conſpiciatur illuſtrius: cuiuſmodi eſt illud pronunciatum. Miſerum eſt, fortunis omnibus,cum iniuria,& à propinquo & cum dedecore,ab homine ſordido,& inferiore,eoq; inimico ſpoliari, & cauſſam priore loco dicere. Hæc Cicero eiuſcemodi illuſtra-

Hæc tertia habet communem cũ ſuperiore, propter rerum varietatem.

συγκριτικὴν ſententiam facit. Illuminatio circunſtantiarū.

uit ratione, quæ fit ſeparatione, vt diximus, & diſtinctione proprietatū, idq́ verbis proprijs & ſignificantibus. Miſerum eſt exturbari fortunis omnibus, miſerius eſt iniuria: acerbum eſt ab aliquo circunueniri, acerbius à propinquo; calamitoſum eſt bonis euerti, calamitoſius cū dedecore: funeſtum eſt à forti atq́ honeſto viro iugulari, funeſtius ab eo, cuius vox in Præconio quæſtum præſtitit: indignum eſt à pari vinci, aut ſuperari, indignius ab inferiori: luctuoſum eſt tradi alteri cum bonis, luctuoſius inimico: horribile eſt cauſam capitis dicere, horribilius eſt priore loco dicere.

SCHOLAE.

Hæc ratio habet etiā varietatē rerū, ſed ſuperior ratio habet res comprehenſas ſub eodē genere rerū, vt quatuor elementa ſub rerū natura, quę erant componēdæ, & poſtea negandæ. Hæc tertia ratio nō habet tales res, ſed ipſam circunſtant, qui locus eſt propriū domiciliū circunſtantiarū: ſecundum exemplū, aut ſecunda ratio fuit propria diuiſionis, & partitionis. Orationis duo ſunt genera, & ſententiarū: ſunt ſententię σύνθεσμοι, cōprehenſæ vno pronūciato, ἀσυγκριτικαί, quibus proponitur res breuiter: alterū genus dilatatum. In hac partitione conſiſtit tota eloquentia: in propoſitionibus debemus res cōtrahere, in exornationibus, amplificationibus dilatare. Cic. in hoc exēplo diligenter omnes iniurias, quæ erāt in facto Stenij, conſiderat ꝑ circunſtantias, potuit cōtinuare vno pronūciato, συνδεσμένοι appellatū ab Ariſtotele: in quo diſſecuit, ſeparauit ſentētias συγκριτικάς, quę opponuntur modò perſonis cōtrariis, qualitate perſonarū. Sic hic locus ꝓpriè debet appellari ἐνάργεια circunſtātiarū, illuminatio circunſtātiarū, mirabili diſtinctione verborū facta.

Διέξοδος. Eſt numeroſa expoſitio cōfecta multis rebus.

Eſt etiā rerū alia illuſtrādi ratio διεξοδικὴ, qua res narrando continuātur variè, in quas perſona, tempora, loca, multaq́ alia incurrūt, vt in 6. accuſatione de Enna vrbe, & Ennenſi Cerere. Nā primū de ipſa Sicilia tota his verbis aditū patefacit ad deſcribendā Ennā vrbē religionis cauſa & mouendorum animorū gratia. Vetus eſt hæc opinio,

nio. Iudices, quæ conſtat ex antiquiſs. Græcorū literis, atq; monumētis: Inſulā Siciliā totā eſſe Cereri & Liberæ conſecratam: hoc cū cæteræ gentes ſic arbitrātur, tū ipſis Siculis tā perſuaſum eſt, vt animis eorū inſitū, atq; innatū eſſe videatur.

διήγησις.

Nā & natas eſſe has in his locis deas, & fruges in ea terra primū repertas arbitrantur: & raptā eſſe Liberā, quā eandem & Proſerpinā vocant, ex Ennenſium nemore: qui locus ꝙ in media eſt inſula ſitus, vmbilicus Siciliæ nominatur: quā cū inueſtigare, & conquirere Ceres vellet, dicitur inflāmaſſe tædas ijs ignibus, qui ex Aethnæ vertice erumpūt: quas ſibi cū ipſa præferret, orbem omniū peragraſſe terrarū. Hoc genus narrationis eſt μυθῶδες, teſtificatū ſcilicet Siculorū opinione, vt ne rem fabuloſam poëtarum more exornare velle videatur.

τοπογραφία.

Sequitur iam vrbis Ennæ ſitus. Enna autem, vbi ea, quæ dico geſta eſſe memorantur, eſt loco præcelſo, atque edito: quo in ſummo eſt æquata agri planicies, & aquæ perennes: tota verò omni aditu circunciſa atq; dirēpta eſt. Poſt hanc τοπογραφίαν vrbis, etiam deſcribit circunſtantia.

Circunſtantia loci.

Quam circa lacus luciq; ſunt plurimi, & lectiſsimi flores omni tempore anni: locus vt ipſe raptum illum virginis, quem iam à pueris accepimus, declarare videatur. Tum etiam ſpelunca Ditis patris depingitur.

Tertia deſcriptio.

Etenim propter eſt ſpelunca quædam, cōuerſa ad Aquilonem, infinita altitudine, qua Ditem patrem ferunt repentè cum curru extitiſſe, abreptamq; ex eo loco virginem ſecum aſportaſſe: & ſubitò non longè à Syracuſis penetraſſe ſub terras, lacúmque in eo loco repentè extitiſſe.

Narratio rei alia.

Præterea de religione loci illius grauiore cum dolore adiecta commemoratio eſt.

Religio loci.

Vbi vſque ad hoc tempus Syracuſani feſtos dies anniuerſarios agunt, celeberrimo virorum mulierumq;

Amplificatio παθητικὴ post ἐνάργειαν.

Verba ipsa indicant orationem ὑποτυπώσει viurum esse.

Præteritione amplificat.

Definit in allusione.

Nam ἐνάργεια definit in ἐπαλλαγῇ & ὑπερβολῇ.

Definit in allusiõe insigni.

Accolæ hic non ab habitãdo, sed à cultu & veneratione dicũtur.

conuentu: propter huius opinionis vetuſtatem, quòd eorum in his locis veſtigia, ac propè incunabula reperiuntur deorum: mira quædam tota Sicilia priuatim, ac publicè religio eſt Cereris Ennenſis. Poſtremò, poſt amplificationem magnam, etiam illa adiecta eſt altera illuſtratio παθητικὴ, *animorum mouendorum gratia. Qui tandem iſtius animus eſt, nũc in recognitione ſcelerum ſuorum, quum ego ipſe in commemoratione eorum, non ſolum animo commouear, verùm etiam corpore perhorreſcam. Venit enim mihi fani, loci, religionis illius in mentem: verſantur ante oculos omnia: dies ille, quo ego Ennam quum veniſſem, præſtò mihi ſacerdotes Cereris cum inſulis, atq; verbenis fuerunt: concio, conuentusq́; ciuium: in quo ego quum loquerer, tanti fletus gemitusq́; fiebant, vt acerbiſsimus tota vrbe luctus verſari videretur, non illi decumarum imperia, non bonorum direptiones, non iniqua iudicia, non importuniſsimas iſtius libidines, non vim, non contumelias, quibus oppreſsi opertiq; erant, conquerebantur: Cereris numen, ſacrorum vetuſtatem, fani religionem, iſtius ſceleratiſsimi atq; audaciſsimi ſupplicio expiari volebant. Omnia ſe pati cætera, ac negligere dicebant. Hic dolor erat tantus, vt Verres alter Orcus veniſſe Ennam, & non Proſerpinam aſportaſſe, ſed ipſam abripuiſſe Cererem videretur. Etenim vrbs illa non vrbs videtur, ſed fanum Cereris eſſe. habitare apud ſe Cererem Ennenſes arbitrantur, vt mihi non ciues iſtius ciuitatis, ſed omnes ſacerdotes, omnes accolæ, atque antiſtites Cereris eſſe videantur.*

SCHOLIAE.

Tres rationes, ſiue modos tradidimus ἐναργειῶν, illuſtrationum. Primus modus habet varietatem perſonarum. Secundus habet res coniunctas communes ex loco coniunctorum, ſtorum, eaſdemque diſtinctas rurſus, & differentes, id eſt, habet rerum varietatem coniunctione, diſtinctione, remotione. Tertius habet varietatem rerum diſtantium & circunſtantiarum, quæ continuari poterant, interciſarum & interpunctarum verborum diſtinctione. Et quanquam multarum rerum comprehenſionem & complexum omnes ferè orationis partes habeant, tamẽ licet illis quartum modum adiicere, qui διεξοδικὸς vocatur, qui inſigniorem habet illuſtrationem: nam habet formam narrationis, & expoſitionis: cuiuſmodi διέξοδος ἐναργὴς eſt in 7. Verrina de Enna. Res tractatur non per modum amplificandi. Nam in ſuperioribus amplificatio apparebat. Διέξοδος eſt genus orationis, quod complectitur omnino res eòdem pertinentes: eſt numeroſè confecta, explicata expoſitio. Non autem omnis narratio eſt διέξοδος, ſed inſignis, cuius res ſi depingerẽtur, efficerent pulcherrimam pictoris tabulam. Quum autem narratione inuenta motus non poſſit concitari: propterea motus tam præponitur, quàm ſubiungitur: ſeu poſtponitur, vt motus qui narrationi deeſt ſic compenſetur. confirmat principio rem μαρτυρίας ἐνέργεια. Nam.) eſt διήγησις. Enna autem.) τοπογραφία.

Eſt etiam illa ornatiſſima, & maximè illuſtris narratio de vrbe Syracuſis. Sed antequam eam explicemus, illud eſt diligenter annotandum, in oratoribus non modò ſeparatim videnda ſingula ſententiarum ornamenta, atq; expolitiones: ſed etiam coniuncta eadem cum alijs, quæ aut commiſceantur, aut antecedunt, aut conſequantur. Illud quoque ſcire neceſſarium eſt, duo genera eſſe eiuſmodi ὑποτυπώσεων*: id eſt, ſuffigurationum. vnum abſq; motu aliquo vehementi, cum voluptate expreſſum, vt fontium, amnium, vrbium, portuum deſcriptiones. Alterum acerbũ & dolorificum aliqua animi ſignificatione, aut acerba præteriti temporis memoria, vt vrbium direptiones ob oculos poſitæ, tempeſtates calamitoſæ, maioribus noſtris, pugnæ cruentæ & coniunctæ, cum dedeco-*

Duo genera ſuffigurationum: vnum cũ voluptate, alterum cũ dolore.

re, ad nos noſtróſve pertinentes. In cauſis verò forenſibus, atque ciuilibus: etſi poſterius iſtud plerunque adhibetur, tamen illud prius, quod voluptatem tantum habet, etiam eſt vſurpandum, ſed ita, vt aut præponenda ſint, aut poſtponenda, aut interſerenda, aut omnia hæc tria ſimul facienda, quæ animos commoueant, vt in hac Syracuſarum deſcriptione. Primò enim ipſa definitio verborum genere, non ad voluptatem, ſed ad motum dirigitur: vt, Vnius etiam verbis omnium pulcherrimæ, atque ornatißimæ Syracuſarum direptionem commemorabo, & in medium proferam, Iudices, vt aliquando totam huius generis rationem concludam, & definiam. Deinde accerſita eſt à Cicerone *comparatio Marcelli, & Verris: id eſt, humanitatis, & crudelitatis: vt,* Nemo *ferè veſtrûm eſt, quin quemadmodum capta ſint à* Marco *Marcello Syracuſæ, ſæpe audierit, nonnunquam etiam in annalibus legerit. Conferte hanc pacem cum illo bello: huius Prætoris aduentum, cum illius Imperatoris victoria: huius cohortem impuram, cum illius exercitu iniuſto: huius libidines, cum illius continentia: ab illo qui cœpit conditas ab hoc, qui conſtitutas accepit captas dicetis Syracuſas. Vehemens hic aditus erat ad ipſam deſcriptionem. Sed* Orator *non eo contentus, addidit alteram ὑποτύπωσιν, præteritione configuratam: vt,* Nunc *iam illa omitto, quæ diſperſè à me multis locis dicentur, ac dicta ſunt. Forum Syracuſanorum, quod introitu Marcelli à plurima cæde ſeruatum eſt, id aduentu Verris Siculorum innocentium ſanguine redundaſſe: portum Syracuſanorum, qui tum & noſtris claßibus, &* Carthaginien-

Comparatio hoſtis & victoris humanitatis cum legati Prætoris crudelitate.

ſium

ſum clauſus fuiſſet, cum iſto Prætore Cilicum Myoparoni, prædonibúſque patuiſſe: mitto adhibitam vim ingenuis, matresfamiliâs violatas, quæ tum vrbe capta commiſſa non ſunt, neque odio hoſtili, neque licentia militari, neque more belli, neque iure victoriæ. Mitto, inquam, hæc omnia, quæ ab iſto per triennium perfecta ſunt: ea, quæ coniuncta cum illis rebus ſunt, de quibus antea dixi, cognoſcite. Hactenus motus, & is quidem non paruus. Sequitur deſcriptio, in qua vrbis Syracuſarum præcipuæ partes, atque monimenta commemorantur.

SCHOLAE.

Omnis ὑποτύπωσις habet tractatum luminoſum, & dirigitur vel ad voluptatem ſolam, vt eſt deſcriptio armorum Vlyſſis, vel eſt παθητική, habet motum: vt quum quem ad virtutem hortamur. Etiam Philoſophorum eſt ὑποτύπωσις, ſed grauis & mouens. Huius elegans exemplum tradit Plato libro decimo Politicorum, vbi regnum Plutonis deſcribitur: item ſupplicia malorum, præmia bonorum: & hoc multum vtuntur Oratores: & hoc fit triplici methodo, præpoſitione, poſtpoſitione, interpoſitione, nonnunquam iſtis omnibus. Cicero duobus prioribus hic vſus eſt. Propoſitione prima pars huius exempli verbis eſt παθητική, ſecunda pars παθητική, methodo comparationis, tertia pars παθητική, præteritione, quæ quadripartita eſt tribus comparationibus, & vna reſumptione.

Deſcriptio ὑποτυπωτικὴ Syracuſarū quatuor vrbium.

Et primum generatim de vniuerſa vrbe ea exponit. Vrbem Syracuſas maximam eſſe Græcarum vrbium pulcherrimamq́; omnium, ſæpe audiſtis. Eſt, Iudices, ita, vt dicitur. Nam & ſitu eſt communito, tum ex omni aditu, vel terra, vel mari præclaro ad aſpectum, & portus re, ad nos noſtróſve pertinentes. In cauſis verò forenſibus, atque ciuilibus: etſi poſterius iſtud plerunque adhibetur, tamen illud prius, quod voluptatem tantum habet, etiam eſt vſurpandum, ſed ita, vt aut præponenda ſint, aut poſtponenda, aut interſerenda, aut omnia hæc tria ſimul facienda, quæ animos commoueant, vt in hac Syracuſarum deſcriptione. Primò enim ipſa definitio verborum genere, non ad voluptatem, ſed ad motum dirigitur: vt, Vnius etiam verbis omnium pulcherrimæ, atque ornatiſſimæ Syracuſarum direptionem commemorabo, & in medium proferam, Iudices, vt aliquando totam huius generis rationem concludam, & definiam. Deinde accerſita eſt à Cicerone comparatio Marcelli, & Verris: id eſt, humanitatis, & crudelitatis: vt, Nemo ferè veſtrûm eſt, quin quemadmodum captæ ſint à Marco Marcello Syracuſæ, ſæpe audierit, nonnunquam etiam in annalibus legerit. Conferte hanc pacem cum illo bello: huius Prætoris aduentum, cum illius Imperatoris victoria: huius cohortem impuram, cum illius exercitu inuicto: huius libidines, cum illius continentia: ab illo qui cœpit conditas ab hoc, qui conſtitutas accepit captas dicetis Syracuſas. Vehemens hic aditus erat ad ipſam deſcriptionem. Sed Orator non eo contentus, addidit alteram ὑποτύπωσιν, præteritione configuratam: vt, Nunc iam illa omitto, quæ diſperſè à me multis locis dicentur, ac dicta ſunt. Forum Syracuſanorum, quod introitu Marcelli à plurima cæde ſeruatum eſt, id aduentu Verris Siculorum innocentium ſanguine redundaſſe: portum Syracuſanorum, qui tum & noſtris claſſibus, & Carthagien-

Comparatio hoſtis & victoris humanitatis cum legati Prætoris crudelitate.

ſium

ſum clauſus fuiſſet, eum iſto Prætore Cilicum Myoparoni, prædonibúſque patuiſſe: mitto adhibitam vim ingenuis, matresfamiliâs violatas, quæ tum vrbe capta commiſſa non ſunt, neque odio hoſtili, neque licentia militari, neque more belli, neque iure victoriæ. Mitto, inquam, hæc omnia, quæ ab iſto per triennium perfecta ſunt: ea, quæ coniuncta cum illis rebus ſunt, de quibus antea dixi, cognoſcite. Hactenus motus, & is quidem non paruus. Sequitur deſcriptio, in qua vrbis Syracuſarum præcipuæ partes, atque monimenta commemorantur.

SCHOLAE.

Omnis ὑποτύπωσις habet tractatum luminoſum, & dirigitur vel ad voluptatem ſolam, vt eſt deſcriptio armorum Vlyſſis, vel eſt παθητική, habet motum: vt quum quem ad virtutem hortamur. Etiam Philoſophorum eſt ὑποτύπωσις, ſed grauis & mouens. Huius elegans exemplum tradit Plato libro decimo Politicorum, vbi regnum Plutonis deſcribitur: item ſupplicia malorum, præmia bonorum: & hoc multum vtuntur Oratores: & hoc fit triplici methodo, præpoſitione, poſtpoſitione, interpoſitione, nonnunquam iſtis omnibus. Cicero duobus prioribus hìc vſus eſt. Propoſitione prima pars huius exempli verbis eſt παθητικὴ, ſecunda pars παθητικὴ, methodo comparationis, tertia pars παθητικὴ, præteritione, quæ quadripartita eſt tribus comparationibus, & vna reſumptione.

Deſcriptio ὑποτυπωτικὴ Syracuſarũ quatuor vrbium.

Et primum generatim de vniuerſa vrbe ea exponit. Vrbem Syracuſas maximam eſſe Græcarum vrbium pulcherrimamq; omnium, ſæpe audiſtis. Eſt, Iudices, ita, vt dicitur. Nam & ſitu eſt communito, tum ex omni aditu, vel terra, vel mari præclaro ad aſpectum, & portus *habet propè in ædificatione, aſpectuq́; vrbis incluſos, qui quum diuerſos inter ſe aditus habeant, in exitum coniunguntur, & confluunt. Eorum coniunctione pars oppidi, quæ appellatur inſula: mari diſiuncta anguſto, ponte rurſum adiungitur, & continetur. Deinde ad ſingula accedit, & præcipuas vrbis partes quatuor perſequitur, quarum prima eſt iſta: Ea tanta eſt vrbs, vt ex quatuor vrbibus maximis conſtare dicatur: quarum vna eſt ea, quam dixi, inſula: quæ duobus portubus cincta, in vtriuſq; portus oſtium aditumq́; protecta eſt: in qua domus eſt, quæ regis Hieronis fuit, qua Prætores vti ſolent. In ea ſunt ædes ſacræ complures, ſed duæ, quæ longè cæteris antecellunt: Dianæ vna, & altera, quæ fuit ante iſtius aduentum ornatiſſima, Mineruæ. In hac inſula extrema, eſt fons aquæ dulcis, cui nomen Arethuſa eſt, pleniſſimus piſcium: qui fluctu totus operiretur, niſi munitione ac mole lapidum à mari diſiunctus eſſet. Hactenus vnius vrbis Syracuſarum deſcriptione facta, non tam explicatione & dilatatione rerum, quàm delectu præcipuarum partium, & verborum proprietate, atq; concinnitate.*

¶ SHOLAE. Hæc narratio non eſt ſimplex, ſed illuſtris: ita enim dicit, vt pictor, ſi pingere vellet. Iſte ſitus huius vrbis, & coædificatio cognoſcitur, non cum dolore, ſed cum voluptate. Igitur duo ſunt genera eius. Omnis illuſtratio habet tractationem luminoſam, habet ornatum, ſed aut dirigitur ad voluptatem, vt Poetarum deſcriptiones. Alterum genus eſt, quod eſt παθητικὸν: quo ſolemus vti in hortando, dehortando. Exemplum habemus huius lib. 10. πολιτικῶν, deſcribit Glauconi inferos, & eorum pœnas & præmia, illorumque diuturnitatem. Cauſa eſt ὑποτυπώσεως illius Platonicæ. Quum iam abſoluiſſet decem ſermones: & vidiſſet homines non terreri hìc temporariis ſuppliciis, addidit ſempiterna ſupplicia, vt à maleficiis terrerentur. Hoc παθητικὸν ferè ſemper vſurpant Poetæ, raró narrant propter ſolam voluptatem.

em. In hoc igitur maior eſt libertas poetarum. μέθοδος in huiuſmodi narrationibus alicuius, quod moueat, fit προσθέσει, præpoſitione: καταπεθέσει, poſtpoſitione: ἐπενθέσει, interpoſitione, vel omnibus ſimul. Et, vt hìc animaduertitis, ὑποτύπωσις, aut vni rei adhibetur, aut pluribus.

Sequitur alterius vrbis delineatio. Altera autem eſt rbs Syracuſis, cui nomen Acradina eſt: in qua forum maimum, pulcherrimæ porticus, ornatiſsimũ Prytaneum, mpliſsima eſt curia, templumq́; egregium Iouis Olymij: cateraq́; vrbis partes, vna lata via perpetua, multisq́; ranſuerſis diuiſæ: priuatis ædificijs continẽtur. Huius ſeunda vrbis deformatio, ſimili quidem delectu facta eſt, edminus operoſa. Sequitur tertia eodem modo ſuffiguata. Tertia eſt vrbs, quæ quòd in ea parte Fortunæ faum antiquum fuit, Tyche nominata eſt: in qua & Gymuſium ampliſsimum, & complures ædes ſacræ: coliturq́; s pars, & habitatur frequentiſsimè. Simili etiam raione de quarta loquitur. Quarta autem vrbs, quæ quia oſtrema ædificata eſt, Neapolis nominatur: quam ad ummam theatrum eſt maximum. Præterea duo templa unt egregia: Cereris vnum, alterum Liberæ, ſignumq́; pollinis, qui Theſmotes vocatur, pulcherrimum, & maimum: quod iſte ſi portare potuiſſet, non dubitaſſet auerre. Obſeruandum eſt in hac deſcriptione quadripartiæ res eas eſſe delectas, quæ & artificio præclaræ, & ſumu, atq́; impenſa magnificæ, & religione colendæ, atque bſeruandæ, quò maior motus poſtea excitetur iudicibus. oc autem in oratione mirabile eſt, quod in natura non teſt exiſtere, vt ſimul Reſpubl. florens, ac perdita videaur: Orator autem hoc vno in iudicio, imò vno in hoc lo, & ornatam atq́; plenam, & ſpoliatam atque defor-

Quaſi in clypeo Achillis, vbi pacis & belli apud Homerum.

mem ſub oculos ponit. Sequitur enim horum omnium, quæ præclara, magnifica, religioſa erant, violatio, ſpoliatio, & interitus: ſed eadem ratione hæc pars abſoluitur, qua principium huius loci fuit conſtitutum.

SCHOLAI.

ὑποτυπώσεως duo ſunt genera, vnum comparatum ſolùm voluptatis cauſa, cuiuſmodi ſunt comparationes poetarum, quæ ſumuntur à fluminibus, tempeſtatibus, montibus: vt ſunt deſcriptiones pontium, tabulatum. Hoc genus ſubiectionis, ſiue ſuffigurationis apud Poetas eſt frequentiſſimum. Alterum genus eſt oratorium, motum in ſe continens maximum: vt deſcriptio cladis, ſic deſcriptiones ſeditionum, vaſtationum vrbium. Huiuſmodi enim deſcriptiones flectuntur ad motum: hoc genus commune eſt Poetis, ac Oratoribus. Poetæ habent naufragia, digna commiſeratione. Nec apud Virgilium Aeneas ſolùm dolet, verùm etiam ſocij. Vtuntur etiam hoc genere Philoſophi. Plato eſt inſignis artifex in huiuſmodi rebus deſcribendis. Adhibetur etiam hoc genus in adhortationibus, in percellendis animorum motibus. Cicero vtitur primò propoſitione παθητικῇ, ſecundò ponit comparationem σύγκρισιν, confert facinus impudens Verris cum honeſto facto Marcelli. ἀντιθέσεως eſt methodi, pertinens ad figuras ſententiarum. Hoc in loco facit ἀντίθεσιν τῇ ἐναντιώσει. Nunc iam.) Vtitur altera συγκρίσει, facta præteritione. Pars prima huius ὑποτυπώσεως eſt generalis deliniatio totius vrbis Syracuſarũ. Et portus habet.) Sequitur deſcriptio partium, in qua ſequitur ordinem temporis & loci. quare dicitur hæc vrbs Syracuſæ, & non Syracuſa in ſingulari numero? Quoniam compoſita fuit ex quatuor partibus, quarum quælibet maximam repræſentat vrbem: Iudices maximè mouentur rebus artificioſis, magnificis ſumptibus, & religione. Propterea in iſta deſcriptione has res deligit. Proiecta.) Opere architecti. Ante aduentũ.) Et ὑπαλλαγὴ oratoria παθητικὴ ſicuti loquebant̃ Græci: idcircò multa habebãt Attica verba.

Humanitatis cum crudelitate cõparatio.

Videamus igitur deinceps, quomodo reliqua perfecta ſit ab Oratore euidentia, perturbatioq́; animorũ: & primo quidẽ loco de M. Marcello ſeorſim, abſq; cõparatione. Nunc ad Marcellũ reuertar: ne hæc à me ſine cauſa commemorata

memorata eſſe videantur. qui cũ tam præclarã vrbem vi copijsq́; cepiſſet, nõ putauit ad laudem pop. Rom. hoc pertinere, hanc pulchritudinẽ, ex qua præſertim nihil periculi oſtenderetur, delere, & extinguere. Itaq; ædificijs omnib. publicis & priuatis, ſacris & prophanis ſic pepercit, quaſi ad defendenda cũ exercitu, nõ expugnanda veniſſet. In ornatu vrbis habuit victoriæ rationẽ, habuit humanitatis: Victoriæ putabat eſſe, multa Romã deportare, quæ ornamento vrbi eſſe poſſent: humanitatis, nõ planè ſpoliare vrbem, præſertim quã conſeruare voluiſſet. In hac partitione ornatus, nõ plus victoria M. Marcelli pop. Rom. appetiuit, q̃ humanitas Syracuſanis reſeruauit. Romam quæ aſportata ſunt, ad ædem Honoris, atque Virtutis, itemq; alijs in locis videmus. nihil in ædibus, nihil in hortis poſuit, nihil in ſuburbano. Putauit ſi vrbis ornamenta domum ſuam non contuliſſet, domum ſuam vrbi ornamento futuram. Syracuſis autem multa & egregia reliquit: Deum verò nullum violauit, nullum attigit. Hactenus de Marcello, abſq; cõparatione, & genus iſtud orationis eſt moratũ, oſtendens Marcelli humanitatẽ, continentiam, religionẽ, prudentiam. Sequitur tractatio coniuncta, per comparationẽ facta duplicem, quarũ prior propoſitionis loco poſita eſt, ſed amplificãdi cauſa, & mouendorũ animorum gratia: altera aũt eſt διηγητική, ſimul & probans quod propoſitũ fuit, & motũ perficiens vehemẽtius. Ergo prior eſt iſta: Conferte Verrem, nõ vt hominẽ cũ homine cõparetis, ne qua tali viro mortuo fiat iniuria. Sed vt pacem cũ bello, leges cum vi, forum & iuriſdictionem cum ferro & armis, aduentum & comitatũ cum exercitu & victoria conferatis. Altera verò comparatio iſta eſt, conſtans pluribus furtis, atque ſceleribus, quorum ſingula

Comparatio coniuncta.

mem ſub oculos ponit. Sequitur enim horum omnium, quæ præclara, magnifica, religioſa erant, violatio, ſpoliatio, & interitus: ſed eadem ratione hæc pars abſoluitur, qua principium huius loci fuit conſtitutum.

SCHOLAI. ὑποτυπώσεως duo ſunt genera, vnum comparatum ſolùm voluptatis cauſa, cuiuſmodi ſunt comparationes poetarum, quæ ſumuntur à fluminibus, tempeſtatibus, montibus: vt ſunt deſcriptiones pontium, tabulatum. Hoc genus ſubiectionis, ſiue ſuffigurationis apud Poetas eſt frequentiſſimum. Alterum genus eſt oratorium, motum in ſe continens maximum: vt deſcriptio cladis, ſic deſcriptiones ſeditionum, vaſtationum vrbium. Huiuſmodi enim deſcriptiones flectuntur ad motum: hoc genus commune eſt Poetis, ac Oratoribus. Poetæ habent naufragia, digna commiſeratione. Nec apud Virgilium Aeneas ſolùm dolet, verùm etiam ſocij. Vtuntur etiam hoc genere Philoſophi. Plato eſt inſignis artifex in huiuſmodi rebus deſcribendis. Adhibetur etiam hoc genus in adhortationibus, in percellendis animorum motibus. Cicero vtitur primò propoſitione παθητικῇ, ſecundò ponit comparationem σύγκρισιν, confert facinus impudens Verris cum honeſto facto Marcelli. ἀντίθεσις eſt methodi, pertinens ad figuras ſententiarum. Hoc in loco facit ἀντίθεσιν τῇ ἐναντιώσει. Nunc iam.) Vtitur altera συγκρίσει, facta præteritione. Pars prima huius ὑποτυπώσεως eſt generalis deliniatio totius vrbis Syracuſarū. Et portus habet.) Sequitur deſcriptio partium, in qua ſequitur ordinem temporis & loci. quare dicitur hæc vrbs Syracuſæ, & non Syracuſa in ſingulari numero? Quoniam compoſita fuit ex quatuor partibus, quarum quælibet maximam repræſentat vrbem: Iudices maximè mouentur rebus artificioſis, magnificis ſumptibus, & religione. Propterea in iſta deſcriptione has res deligit. Proiecta.) Opere architecti. Ante aduentū.) Et ὑπαλλαγὴ oratoria [illegible] ſicuti loquebantᷣ Græci: idcircò multa habebāt Attica verba.

Videamus igitur deinceps, quomodo reliqua perfecta ſit ab Oratore euidentia, perturbatioq́ animorū: & primo quidē loco de M. Marcello ſeorſim, abſq; cōparatione.

Humanitatis cum crudelitate cōparatio.

Nunc ad Marcellū reuertar: ne hæc à me ſine cauſa commemora

memora

memorata eſſe videantur. qui cū tam præclarā vrbem vi copijsq́; cepiſſet, nō putauit ad laudem pop. Rom. hoc pertinere, hanc pulchritudinē, ex qua præſertim nihil periculi oſtenderetur, delere, & extinguere. Itaq; ædificijs omnib. publicis & priuatis, ſacris & prophanis ſic pepercit, quaſi ad defendenda cū exercitu, nō expugnanda veniſſet. In ornatu vrbis habuit victoria rationē, habuit humanitatis: Victoriæ putabat eſſe, multa Romā deportare, quæ ornamento vrbi eſſe poſſent: humanitatis, nō planè ſpoliare vrbem, præſertim quā conſeruare voluiſſet. In hac partitione ornatus, nō plus victoria M. Marcelli pop. Rom. appetiuit, q̄ humanitas Syracuſanis reſeruauit. Romam quæ aſportata ſunt, ad ædem Honoris, atque Virtutis, itemq; alijs in locis videmus. nihil in ædibus, nihil in hortis poſuit, nihil in ſuburbano. Putauit ſi vrbis ornamenta domum ſuam non contuliſſet, domum ſuam vrbi ornamento futuram. Syracuſis autem multa & egregia reliquit: Deum verò nullum violauit, nullum attigit. Hactenus de Marcello, abſq; cōparatione, & genus iſtud orationis eſt moratū, oſtendens Marcelli humanitatē, continentiam, religionē, prudentiam. Sequitur tractatio coniuncta, per comparationē facta duplicem, quarū prior propoſitionis loco poſita eſt, ſed amplificādi cauſa, & mouendorū animorum gratia: altera aūt eſt διηγητικὴ, ſimul & probans quod propoſitū fuit, & motū perficiens vehemētius. Ergo prior eſt iſta: Conferte Verrem, nō vt hominē cū homine cōparetis, ne qua tali viro mortuo fiat iniuria. Sed vt pacem cū bello, leges cum vi, forum & iuriſdictionem cum ferro & armis, aduentum & comitatū cum exercitu & victoria conferatis. Altera verò comparatio iſta eſt, conſtans pluribus furtis, atque ſceleribus, quorum ſingula

Comparatio coniuncta.

ca facta eſt deformata atq; ſpoliata omnibus ornamentis, & ex voluptate conſecutus dolor. Sæpe quoque in grauiſſimis cauſis, non ſolùm quæ ſenſu ingrata ſunt, verum etiam cognitione fœda in caſtigãdis moribus vitioſorum hominum, & commemorantur & illuſtrantur; vt Antonij factum in Hippiæ nuptijs, & illius gremium atque tribunal impletum, & illa fruſta eſculenta vinum redolentia, de quibus ſuprà. Sed in turpibus rebus quædam ridicula etiam ſunt, quæ ab Oratoribus quoque ſolent deſcribi, vt de luxuria Piſonis Cicero.

Propoſitio ποιότητος.

Luxuriam autem in eo nolite hanc cogitare: eſt enim quædam, quanquam omnis eſt vitioſa atq; turpis, tamen ingenuo & libero dignior; nihil apud hunc lautum, nihil elegãs, nihil exquiſitum, (laudabo inimicum) nec magnopere quidem quicquam præter libidines, ſumptuoſum. Propoſitio hæc eſt illuſtrationis, genus rei oſtendens, & tamen iracundia cum riſu, mixta Ironia & ſeueritate, duabus inter ſe contrarijs dicendi figuris. Atque ipſa etiam deſcriptio ſimili modo facta eſt.

Deſcriptio in re ſordida.

Τορευμα nullum, maximi calices, & hi, ne contemnere ſuos videatur, Placentini; extructa menſa, non conchilijs aut piſcibus, ſed multa carne ſubrancida; ſerui ſordidati miniſtrant, nonnulli etiam ſenes; idem cocus, idem atrienſis: piſtor domi nullus, nulla cella; panes & vinum à propola atq; de Cupa. Græci ſtipati quini in lectulis, ſæpe plures, ipſe ſolus, bibitur uſque de eodem ſolio miniſtrentur. Vbi galli cantũ audiuit, auum ſuum reuixiſſe putans, menſam tolli iubet.

SCHOLAE.

Illuſtratio aut in rebus lætis aut triſtibus atque aduerſis conficitur. In lætis finis eſt ſuauitas, in aduerſis dolor & motus; quot igitur motuum genera tot illuſtrationũ; ſi res indigna indignatur animus, ſi res humilis animus cõtemnit. Sed Oratores vtuntur illuſtratione etiã in turpibus rebus quæ tractatio eſt valde periculoſa, ita loqui, vt animos non offendas, & tamen rem exprimas; atq; hoc eſt tertiū genus illuſtrationum, quod ἀστείως fit, vrbanè, ne in vitium mimorum incidamus, qui imitantur turpia; hoc etiā Epigrammaticorum eſt vitium. Martialis eſt excellens in hoc genere. Stipati.) pauperum eſt densè & anguſtè conſidere. Quot genera motuū ſunt tot & illuſtrationū: Animū enim mouent pro natura obiectorum, & cuiuſmodi res ſunt, tales & motus animorū. Si res humiles ſunt, contemptus ſequitur. i. digna ira moueretur. Ergo vnū genus eſt ſuaue. 2. triſte, vt cladū. 3. fœdū & turpe ad cōmemorandū, in quo periculoſa illuſtratio eſt, ne ſcil. offendas auditores; ſed ἀστείως talia exponi ab Oratore oportet. Ea eſt vrbanitas, ἀστειότης & ἀστεῖος λόγος, cū modeſtia memores, & improbos non admodū offendimus, nec inimicorum geſtus & voces alterius imitemur, quo in genere Poëtæ & autores ἐπιγραμμάτων ſibi indulgēt, vt Catull. in Epig: Cui neque ſeruus, neque arca, &c.

Quot genera motuū, tot ſūt illuſtrationū.

Ἀστειότης, Vrbanitas in re ſordida.

Enumeratione multarum rerum facta hîc eſt euidentior oratio. Martialis etiam de cœna Sanctræ ſimili deſcriptione vtitur. & quoniam Poëtæ in rebus ſordidis aut contemptis egregij ſunt artifices: præſertim ij, qui Epigrammata ſcribunt. coniungemus etiam cum hoc Ciceronis exemplo verſus Martialis, qui ſunt lib. vij.

Nihil eſt miſerius nec guloſius Sanctra.
Rectà vocatus cùm recurrit ad cœnam,
Quam tot diebus noctibusq; captauit:
Ter poſcit apri glandulas, quater lumbu
Et vtramq; coxam leporis, & duos armos:
Nec erubeſcit peierare de turdo,
Et oſtreorum rapere liuidos cyrrhos.
Dulci placenta ſordidam lingit mappam,
Illic & vuæ collocantur ollares,
Et Punicorum pauca grana malorum.
Et excauata pellis indecens vulua,
Et lippa ficus, debiliſq; boletus:

Deſcriptio miſeræ gulæ, ſeu guloſæ miſeriæ.

Sed mappa cùm iam mille rumpit furtis,
Roſos tepenti ſpondylos ſinu condit,
Inde vorato capite turturem truncum
Colligere longa, turpe, nec pudet, dextra:
Analecta quicquid & canes relinquerunt:
Nec eſculenta ſufficit gulæ præda,
Miſto lagena replet ad pedes vino:
Hæc per ducentas cùm domum tulit ſchalas,
Seq́; obſerata clauſit anxius cella,
Guloſus ille, poſtero die vendit.

Maior Verecundia & grauitas Oratorum q̃ Poetarum.

Poëticum hoc exemplum eſt; & quanquam Oratores eius generis etiam habent tractatos locos: ſunt tamen eiuſmodi & moderatiores, & magis verecundi: Poëtæ redundantes & magis ſpurci. Non *ſolùm* Oratorum & *Poëtarum deſcriptiones ſunt & illuſtrationes: ſed aliquando etiam philoſophorum. Et ſingulare eſt genus rerum, quod bonis & malis rebus temperatum eſt, honeſtate & turpitudine, morbo & ſanitate, præmio & ſupplicio: vt apud* Platonem *lib. 10. de* Repub. *in extrema parte, mortuorum deſcribitur conditio, cœlumq́; &* Tartarus*, animorum occaſus, oberratio mille annorum, pœna improborum, tum in minoribus peccatis, negligentiæ, deſidiæ, iræ, tum in maioribus ſceleribus,* Tyrannorum *&* Parricidarum, Atrei, *item* Tantali *ſupplicium, & mugitus* Tartari. Item de Dea Neceßitate, *& de eius fuſo, fuſiq́; vertebris: & de* Syrene*; de tribus etiam Neceßitatis liberis,* Lacheſi, Cloto, Atropa*; de propheta interprete* Lacheſis*; de migratione animarum in alia corpora ſorte facta, ipſæq́; deſcriptæ ſortes: de* Orpheo *mutato in* Cygnum, Tamyri *in* Philomelam, Cygno *in hominem,* Aiace Telamonio *in* Leonem, Agamemnone *in* Aquilam, A-

Inferorum ὑποτύπωσις Platonica.

talanta in Athletam, Therſite in Simiam, de Vlyſſe in hominem priuatum. Ad extremum, de vniuſcuiuſque hominis genio, quem dæmonium Plato vocat: Poſtremò de Læthæo flumine, & de memoria obliuioneq; eorum, qui in vitam reuertuntur. Hæc Socrates lib. x. de Repub. apud Platonem dicit ex Ere Armenio aliquando audita fuiſſe, qui poſteaquam in prœlio, neſcio quo, occubuiſſet, duodecimo die, cæteris cadaueribus occiſorum putrefactis; ipſe integer ad rogum delatus, reuixit, & omnia, quæ apud inferos vidiſſet, narrauit mortalibus: ſic facere iuſſus à Plutonis familia. Cedant igitur Poëtæ Platoni Philoſopho in deſcriptione inferorum; neque profectò plus vidit in eodem loco Homericus Vlyſſes, neque Vergilianus Aeneas ornatius commemorat apud Didonem, quàm hic Platonicus Socrates, aut ille ER. quicumque is fuit, ſiue Armenius, ſiue Pamphilius. Illud verò diligenter notandum eſt, hæc à Platone duabus de cauſſis, in extremo quaſi actio ſermonis de Repub. commemorari. Primùm vt vehementius ad virtutem & honeſtatem hortaretur, & à vitijs atque ſceleribus reuocaret homines, his ſempiternis propoſitis præmijs & ſupplicijs. Deinde vt decimi diei, qui erat poſtremus ſermo, ſuauius finiretur. Itaque Glauco antequam inciperet ſermonem Socrates λέγοις ἂν, *inquit,* ὡς οὐ πολλά, ἀλλ' ἥδιον ἀκούοντι.

SCHOLAE.

Res Turpes ſunt duplices, aut fœdæ ſunt & indignæ bonorum lingua & auribus; aut ſunt contemptæ, vt Piſonis conuiuium; quæ deſcriptio abſoluitur pro ἀποφατικὰ ϗ καταφατικά. Nam & negantia deſcribunt. Omnes illuſtrationes fiunt triplici σχήματι, aut affirmatiuo, aut negatiuo, aut παραλήψει. Nam his ornamentis facinut res illuſtres, vt Catulli illud. Cui neque ſeruus eſt neque arca.) affirmatione: omiſſione, præteritione ibi, omitto virgines. Sententiæ, Διαφοραί itaque ſunt καταφαλικαί, ἀποφαλικαί, παρακλητικαί. Eſt quartum quoddam genus, quantum attinet ad materiam, quod eſt temperatum, quantum ad fortunam aduerſam & ſecundam, quod eſt Tragicorum & Comicorum: qui ſunt ſuas περιπετείας, conuerſiones, & hoc eſt pulcherrimum ad deſcribendum: conuenit enim hortationibus eſt προτρεπτική, adhortatoria vel dehortatoria. ἀναιρῶν.) tollere ad rogum, idem quod κομίζεσθαι, eſt principium κομίσεως. Δαιμόνιον.) Eſt locus ille admirabilis de dæmonijs.

Expoſitio textus Platonis.

Plato lib.x.de Repub.cum reip.genera,partes, magiſtratus, ſubditos, cauſas mutationum, cauſas perdentes & conſeruantes,hominum genera,ciuium & gentium varios mores, inſtituta, præmia & ſupplicia in nouem prioribus libris pertractaſſet; videbat tamen homines adeò veſanos multos eſſe,vt huius vitæ cruciatibus, pœnis & morte à maleficijs abſterreri non poſſint: hoc decimo lib.alias pœnas eſſe dicit impijs & ſceleratis expectandas;nimirum apud inferos; bonos quoque alia manere præmia. Alcinus.) Ineptus ſcriptor quidam: ἀλκίνου, ἀλλ' ἀλκίμου ἀνδρὸς καλοκἀγαθοῦ. Δεκαταίων.) Poetica inſignis alluſio;prælium nobis eſt in hac vita cum vitijs: vnum cadauer euadit ἦρ, id eſt, ἔαρ. ver: Victores in hac pugna euadunt boni & fortes. Multi legent hos decem libros: ſed pauci obſeruabunt ea præcepta,ſed tanquam cadauera putreſcent. τόπον δαιμόνιον.) locum admirabilem, quaſi diuina manu factum. Ἔμπροσθεν.) tabulæ in priore parte; quia pij lætantur conſcientia benefactorum. Hæc de Socratis recitatione apud Platonem: nunc ad noſtra. ὑποτύπωσις vel ἐνέργεια fit vel voluptatis cauſa vel motus. Voluptas propria eſt Poëtarum, apud quos comparationes ſunt ab imbribus, ventis, fluminibus, deſcriptiones item fontium, amnium, antrorum, &c. Alterum genus tam Oratoribus quàm Poëtis commune eſt: Oratoribus tamen magis proprium, vt prius illud Poëtis. Fit tamen vt Oratores etiam iucundas res deſcribant in motu: vt in accuſatione v i i. Sed Orator illam voluptatem deſcriptionis ad motum conuertit, cùm dicit tam pulchram & copioſam vrbem ſpoliatam & deformatam à Verre. Res autem aut iucundæ ſunt, aut triſtes & lamentabiles, aut turpes, aut miſtæ. Turpes res aut fœdæ ſunt & indignæ, vt Vomitus Antonij, aut viles & contemptæ, vt ſordes Piſonis. Et vitandum heic, ne & geſtus ſit mimicus & actio Scenica, & ne narratio ſit inuerecunda. Triplex σχῆμα eſt deſcribendi: καταφατικὸν, quod affirmando, ἀποφατικὸν, ſeu στερητικὸν quod negando, vt: cui neque ſeruus eſt neque arca, & παραλειπτικὸν quod prætereundo. Omitto Virgines. Omnes illuſtrationes aut fiunt affirmando, aut negando, aut præteritione. Mimica autem iocatio maximè vitanda, tum etiam verborum ipſorum impuritas. Et hoc in loco eſt quartum genus illuſtrationum, idque moderatum eſt, continens & præmium & pœnam, eſtque maximè προτρεπτικὸν, quo homines à ſceleribus dehortantur. Hoc Plato reſpiciens in libro decimo de Rep. in poſtremo actu, poſtrema ſententia, definit in hoc genere rerum, &c.

De Προσωποποιΐα, Perſonarum confictione.

CAPVT XXXVII.

Fictio perſonarum etiã pars illuſtrationis.

Illuſtrationes & rerum ſiue figurationes fiunt aliquando vehementiores fictione perſonarum, quam Græci προσωποποιΐαν *vocant: quamobrem de hac deinceps tradendum eſt. Etsi non hominum ſolum eſt, aut abſentium, aut mortuorum, verumetiam, quæ nullo ſunt prædita ſenſu, vt in Catilinaria prima Cicero. Nunc te patria, quæ communis eſt omnium noſtrûm parens, odit & metuit, & iam diu nihil te iudicat niſi de Parricidio ſuo cogitare. huius tu neque authoritatem verebere? neque iudicium ſequere? neque vim pertimeſces? Hic aditus factus eſt ad fictionem Rhetoricam* ἐμψυχία, *id eſt, quaſi animatione rei, nullo animo prædita. Sequitur fictio, eiuſque primo loco propoſitio. Quæ tecum Catilina ſic agit, & quodammodo loquitur tacita. Nullum iam tot annos facinus extitit,*

παραμυθία

niſi per te, nu llum flagitium ſine te: tibi multorũ ciuium neces, tibi vexa tio direptioq́; ſociorum impunita fuit, ac libera; tu non ſo lùm ad negligendas leges & quæſtiones, verumetiam ad eu ertendas perfringendasq́; valuiſti. Superiora illa quanqu am ferenda non fuerunt, tamen, vt potui, tuli. Nunc v erò me totam eſſe in metu propter te vnum; quicquid incr epuerit, Catilinam timeri: nullum videri contra me conſilium inire poſſe, quod à tuo ſcelere abhorreat: non es t ferendum. Quamobrem diſcede, atque hunc mihi timo rem eripe: ſi eſt verus, ne opprimar: ſin autẽ falſus, vt ta ndem aliquando timere deſinã. Non equidem in hoc exe mplo numeroſa eſt deſcriptio: eſt tamen illuſtris oratio; & illuſtratio non numero & multitudine æſtimanda eſt, ſed vi ſua et claritate, etiam cùm breuis eſt. Sunt autem illuſtrationis partes plerumque hæ. Εμψυχία, πρότασις, ἱ προσωποποιΐα, ἀνάμνησις, quæ aut περιβολὴν habet, aut ἀπερίβολον.

Ανάμνησις, dehortatio.

δίλημμα

Illuſtratio non multitudine, ſed vi ſua æſtimanda.

SCHOLAE.

Puto ordine poſſe ἀπολύτωσιν & ἐνέργειαν ſequi προσωποποιΐαν. Trademus autem h oc lo co de proſopoiia Oratoria, qua vti ſolemus in rebu s grauib us, pertinentibus ad Rempubl. ſiue lætæ, ſiue triſt es ſint hæ res, ſiue ſalutares ſint, ſiue peſtiferę. Igitur bona r um & malarum rerum eſt προσωποποιΐα. Vtimur in rebu s malis, cùm aliquis monendus eſt ſui officij, aut cùm aliqu is eſt commonendus officij non obiti, ſed deſerti. ſi ipſa p erſona non poſſet oculis videre bonitatem rei, moueatur authoritate rei, vel perſonæ abſentis: euidens ſit oratio, ſi Orator, ſi ipſa res per ſe vel muta, vel abſens, non mou et, moueat præſentia, & oratione aſficta. προσωποποιΐα igit ur eſt ſermo Oratoris tranſlatus ad perſonam vel abſentem, vel mortuam; aut etiam ad muta animantia, aut ad res nu llo ſenſu præditas. Eſt igitur tripartita, perſonarum, anim antium, rerum præditarum nullo ſenſu. Sed Oratores pl erumque conſumunt ſuas προσωποποιΐας in his rebus, aut in rebus mutis, aut abſentium rerum

Quid Proſopopoia.

Diuiſio.

rum aut personarum. Si magna eſt perſona, debet habere ἀξίωμα, debet proſopopoeia eſſe ἀξιωματικὴν, quæ habeat λαμπρότητα, ſplendorem. Partes Luminis facio ἐμψύχωσιν [illegible] & ἀνάμνησιν. ἐμψύχωσις eſt quaſi ipſius orationis animatio, ſi ſit res inanimata, vt in dicto exemplo. Hoc vocabulo vtor authoritate Hermogenis; vt cùm Oratores inuocant Albanos pueros, cùm faciunt triſtes parietes, cùm ſaxa faciunt viuifica. Nunc te patria.) Ex re non ſentiente facit ſentientem, ex re non animata facit animatam. Pertimeſcis.) Hactenus eſt ἐμψύχωσις, quæ habet ἀγανάκτησιν, indignationem, habet etiam ἀνάμνησιν. Cur autem ἀνάμνησις eſt in hoc ipſo principio? Scitis quòd propoſitiones & concluſiones ſunt eædem: nam ea quæ ſunt probanda, deinde repeti in concluſionibus. Ipſum verbum iteratum mags oſtendit orationis vehementiam. Quodammodo.) Eſt παραμύθια, ne oratio videatur falſa. Nullſi iam) Sequitur pars tertia. Ipſa προσωποποιία heic in principio habet κατηγορίαν accuſationem, & ψόγον vituperationem. Tibi nullum.) Sequitur enumeratio, quæ habet illam ἐνέργειαν, de qua dixi. Superiora.) Ibi hactenus κατηγορία & ψόγος, ſequitur iam Comminatio: Ex nimia patientia læſa ſæpe fit furor. Non eſt ferendum.) Deſinit in comminatione. Quamobrem.) Sequitur iam pars poſtrema, Commonitio, deſinit in dilemmate; hac igitur ratione perfectam & abſolutam habetis προσωποποιίαν.

Ἐμψύχωσις, animatio.

Ἀγανάκτησις, indignatio.

ψόγος, vituperatio.

Fit aliquando in fictione etiam μεταχηματισμός, id eſt commutatio perſonarum: vt pro Plancio. Venio nunc ad ipſius populi partes; vt illius contra te oratione potius, quàm mea diſputem, qui ſi tecum congrediatur, & ſi vna voce loqui poßit, hæc dicat. Vno in loco coniunctè facta eſt & ἐμψυχία, & propoſitio. Sequitur vox populi, ipſaq; fictio. Ego tibi Laterenſis Plancium non antepoſui, ſed cùm eſſetis æquè boni viri, meum beneficium ad eum potius detuli, qui à me contenderat, quàm ad eum qui mihi non nimis ſubmißè ſupplicarat. Inchoata eſt προσωποποιία, ſed interpoſita eſt διάλεξις breuis, & occupatio.

Μεταχηματισμός, commutatio perſonarum.

Occupatio Ironica notans ſuperbiam hominis.

Reſpondebis credo, te ſplendore & vetuſtate familiæ fretum, non valde ambiendum putaſſe. Additur Refutatio,

Enumeratio παραδειγμάτων.

ſed facta, vt diximus, μεταχηματισμῷ. At verò te ille ad ſua inſtituta, ſuorúmque maiorum exempla reuocabit; per ſe dicet rogari voluiſſe, ſemper placuiſſe, M. Seium, qui ne equeſtrem quidem ſplendorem incolumem à calamitate iudicij retinere potuiſſet, homini nobiliſſimo, innocentiſſimo, eloquentiſſimo M. Piſoni prætuliſſe: propoſuiſſe ſe Q. Catulo in ſumma familia nato, ſapientiſſimo & ſanctiſſimo viro: non dico C. Serenum ſubtiliſſimum hominem (fuit enim & animi ſatis magni & conſilij) ſed Cn. Manlium, non ſolùm ignobilem, verùm ſine virtute, ſine ingenio, vita etiam contempta & ſordida. Hactenus commutatio perſonæ, ſed fit reditus ad ipſam fictionem perfectam. Deſyderarunt te, inquit, oculi mei, cùm tu eſſes Cyrenis. me enim quàm ſocios tua frui virtute malebam: & quò plus intererat, eò plus aberas à me, certè non videbam. Deinde ſitientem me virtutis tuæ deſeruiſti ac dereliquiſti. Cœperas enim petere Tribunatum plebis temporibus iis, quæ iſtam virtutē & eloquentiam requirebant. quam petitionē, &c. ad quæ tu te ipſe ſeruaras. Sequitur ἀνάμνησις ipſáque Concluſio. Pete igitur iſtum Magiſtratum, in quo mihi magnæ vtilitati eſſe poſſis. ædiles quicumque erunt, idem mihi, quod oſtenderas: aut ſi, quod mea minus intereſt, id te magis forte delectat: reddam tibi iſtam ædilitatem, etiam negligenter petenti. Sed ampliſſimos honores, vt pro tua dignitate conſequare, condiſcas cenſeo, mihi paulò diligentius ſupplicare.

Orator fictionē concludit ſua oratione.

Et ſolent Oratores poſt προσωποποιίαν abſolutam, ſuam rurſus orationē ſubiungere, et ſuas rationes ad vlterius, quàm introduxerunt, diſtinguere: vt in *dem loco pro Plancio. Hæc populi oratio eſt: mea verò Laterenſis hæc. Quare victus ſis non debere iudicem quærere, modò ne largitione ſis victus, &c. Sed non opus eſt totum locum iſtum recitare, ſatis eſt hoc modo notatum habere. Illud verò animaduertendum, quòd hæc poſterior fictio à ſuperiore exemplo differat. Illud enim fictionem habet perpetuam, hoc interſectam διαλογισμῷ, id eſt perſona commutatam. In illo patria ſuum dolorem & patientiam indicat, & Catilinam accuſat grauiſſimè; in hoc populus ſui officij rationem reddit. & Laterenſi deſertum oſtendit ab eo officium; & illud enumerationem habuit ſcelerum, hoc argumentationem & exempla.*

SCHOLAE.

Perſonarum fictiones omnes Rhetores vocant προσωποποιίας, quaſi perſonarum loquentium fictiones. Solemus autem fictionibus vti plerumque in commonitionibus grauioribus, cũ homines ſunt commonendi ſui officij ad faciendũ officium bonorum virorũ: & plerumq; fictiones finem habẽt ἀνάμνησιν, id eſt, commonitionẽ melioris naturæ & induſtriæ. Primum igitur exemplum habuit fictionem rei, cui natura negauit rationem & ſenſum, patriã enim ipſam introduxit loquentem. Partes huius oſtendi quatuor. Primò ἐμψυχίαν, vt res muta illa loquatur, vno verbo tribuit ſenſum, & animum vel mẽtem tribuit patriæ. Nam odium & metus non eſt niſi in hominibus. Ipſa ἐμψυχία habet etiam ἀνάμνησιν cum indignatione. Quæ tecum.) Propoſitio προσωποποιίας, dixi illam propoſitionem habere παραμυθίαν. Nullum.) Pars tertia, quæ habet ἰσχλυ confectam enumeratione. Nunc.) Sequitur ἀνάμνησις & commonitio. ἀνάμνησις eſt in illo poſtremo verbo, non eſt faciendum. Quamobrem.) Sequitur pars quarta, Concluſio ἀναμνηστική. Dixi in omni προσωποποιίᾳ eſſe ἐνέργειαν euidentiam. Sunt autem tria genera ἐνεργείας, euidentiarũ. vnum fuſum & ſparſum per totam orationem, vel argumentationẽ, perſpicuitas euidens, quæ eſt ipſa σαφήνεια. Sic alius Orator eſt euidentior altero, ſic locus illuſtrior altero.

Alterum genus eſt extans, operoſum, amplificatum, amplificatione operoſum, factum καθ' ἔμφασιν, hoc eſt, Euidentia extans; quemadmodum corona tota pulchra eſt: tamen aliæ gemmæ alijs ſunt precioſiores. Tertium genus eſt mediocre, non ita remiſſum, vt primum, neque etiam ita extans, medium habens ſcilicet minutas diſtributiones, enumerationes, ratiocinationes, collectiones rerum etiam inſigniores. Ex hoc genere etiam iſtud eſt exemplum. Præter hanc partitionem Euidentiæ, eſt etiam hæc diuiſio notanda in hoc loco. Omnis προσωποποιία vel eſt ὁμοειδής, in qua vnus ſolus introducitur, vt patria locuta eſt ad Catilinam, abſque vlla ἀποτάσεως commutatione facta. Alterum genus eſt ἐναργείας μεταλλαγή, καλούμενον, interpunctum μεταχηματισμὸς in quo perſone mutantur. tale eſt exemplum, quod proxime dictaui ex Oratione pro Cn. Plancio, vbi etiam patria loquẽs introducitur. Προσωποποιίας dixi eſſe 4. partes. [illegible] χίαν, πρόθεσιν. Hæc eſt τεχνική diuiſio, Quemadmodum ſyllogiſmi partes dicimus tres: & tamen non ſemper ponuntur omnes. Sic partes orationis Orat. ſcilicet Exordium, narratio, propoſitiò, confirmatio, &c. & tamen non omnes ſemper ponuntur. Ita etiã in προσωποποιία Exemplum ſecundum differt à primo multum, quia primũ oſtendit calamitatem patriæ, & Catilinæ temeritatem, iſtud habet Enumerationem, illud habuit exemplum.

Exemplum fictionis perſonæ defunctæ.

1. Propoſitio.
2. αἵρεσις προβολική.
3. εἰκονοποίησις.
ὑπόδειγμα ſiue παραβολή, facta per μερισμόν.
Sin, ſin aũt. μὲν & δὲ: oppoſitione. n. cũ illi non reſpõdeat, vtrum velit, vtrumq; facit.

Videamus verò etiam cuiuſmodi ſunt illæ προσωποποιίαι, quibus Cicero vſus eſt in cauſa Cæliana. Sunt enim vno in loco tres continuatæ, quarum vna eſt Appij Claudij Cæci; altera fratris: tertia fabuloſæ perſonæ, id eſt mortui abſentis & ficti hominis. Primo quidem loco videamus cuiuſmodi Appij oratio habeat principium & aditum. Sed tamen ex ipſa quæram prius, vtrum me ſecum ſeuerè & grauiter, & priſcè agere malit, an remiſſè ac leuiter & vrbanè. Sin illo auſtero more ac modo, aliquis mihi ab inferis excitandus eſt ex barbatis illis, non hac barbula, qua iſta delectatur: ſed illa horrida, quam in ſtatuis antiquis & imaginibus videmus, qui obiurget

iurget mulierē, et pro me loquatur, ne iſta mihi fortè ſuccenſeat. Hactenus ἐμψυχία illa, de qua diximus, & ſimus perſonæ locuturæ expreſſa imago, quam εἰκωνισμὸν nominant: & cauſam ſermonis perſonaq́ mutatæ. Conſequitur propoſitio. Exiſtat igitur ex hac ipſa familia aliquis, ac potiſſimum Cæcus ille: minimum enim dolorem capiet, qui iſtam non videbit. qui profectò ſi extiterit, ſic aget, & ſic loquetur. Ponitur tertio loco προσωποποιΐα, quæ enumerationem habet inſignium rerum, quæ propriæ ſunt familiæ Claudiorum, habetq́ perpetuam ἀνάμνησιν & ἐπιλήμησιν, abſque vlla alia parte adiuncta, vt ipſe mortuus ſubitò quaſi euanuiſſe videatur. Mulier quid tibi cum Cælio? quid cum homine adoleſcentulo? quid cum alieno? quid, aut tam familiaris huic fuiſti, vt aurum commodares? aut tam inimica, vt venenum timeres? non patrem tuum videras? non patruum? non auum, proauum, atauum audieras conſules fuiſſe? non denique modo te Q. Metelli matrimonium tenuiſſe ſciebas, clariſſimi & fortiſſimi viri, patriaq́ amantiſſimi? qui ſimulac pedem limine extulerat, omnes propè ciues virtute, gloria, dignitate ſuperabat? Cui cùm ex ampliſſimo genere in familiam clariſſimam nupſiſſes: cur tibi Cælius tam coniunctus fuit? cognatus? affinis? viri tui familiaris? nihil horum. quid igitur fuit, niſi quædam temeritas ac libido? Nónne te, ſi noſtræ imagines viriles non commouebant, ne progenies quidem mea Q. illa Claudia æmulam domeſticæ laudis, in gloria muliebri eſſe admonebat? Non virgo illa Veſtalis Claudia, quæ patrem complexa triumphantem, ab inimico Tribuno plebis de curru detrahi paſſa non eſt? Cur te fraterna vitia potius quàm bona paterna & auita, & vſque à nobis cùm in

παραμυθία, quę corrigit τὸ ἀδύνατον, ne perſona ſit poëtica, aut διαλυτική: vt in ſomnio Scipionis.

viris tum in fœminis repetita mouerunt? Ideóne ego pacem cum Pyrrho diremi, vt tum amorum turpißimorum quotidie fœdera ferires? ideo aquam adduxi, vt ea tu inceſtè vterere? ideo viam muniui? vt eam tu alienis viris comitata celebrares?

SCHOLAE. In Oratione, quam Cicero habuit pro M. Cælio, habetis tres continuatas προσωποποιίας, quarum tria exempla bene conſiderata, poſſunt toti huic traditioni ſufficere, & earum fictionum prima eſt Appij Claudij ad ipſam Clodiam, contra quam Cicero defendit Cælium: altera fratris: tertia eſt comica, ſumpta à perſonis comicis. Ita vt prima ſit hominis mortui, altera abſentis, 3. Comica. Quomodo igitur iſta differant, ſtatui vobis indicare. Habet autem hæc προσωποποιΐα, quam iam dictaui, tres partes. primum ἐμψυχίαν, 2. πρόφασιν, 3. προσωποποιίαν. Ita cùm partes ſint tres, tertia tamen pars habet coniunctam commonitionem. Aditus ipſe & ἐμψυχία in hac oratione non eſt ſimplex, ſed Orator alterius petit principium huius rei. Sed tamen.) Vſus eſt dilemmate in principio. Aliquis.) Iam eſt cauſa προσωποποιίας, dicit vita mihi reſtituenda erit mortuo. Ex iſta.) Secunda pars προσωποποιίας. Exemplum hoc plenum grauitatis propter perſonam Claudij; primò ponitur ἐμψυχία, i. mortuo vitam & ſermonem tribuit. Eſt etiam in eodem propoſita optio duplicis ſermonis. Dat enim Orator Clodiæ optionem, vtrum grauiter an ſummiſſè ſecum agi velit. Illa ἔρωσις, interrogatio vim habet propoſitionis, & valde eſt artificioſa: vult enim duas προσωποποιίας facere, vnam priſcæ perſonæ, ſcilicet Claudij Cæci: alteram familiaris perſonę, idque remiſſè. Dat ergo optionem, vtrum velit. Eſt interrogatio, non expectata reſponſione.

Subitò prærupta iſta προσωποποιΐα eſt abſque concluſione, cuius cauſam Orator ipſemet ſubiungit admodum vrbanam atque feſtiuam. Sed quid ego iudices ita grauem perſonam induxi? vt & verear, ne ſe idem Appius repentè conuertat, & Cælium incipiat accuſare ille ſua gra-

grauitate cenſoriæ? Sed videro hoc poſterius: atque ita iudices, vt vel ſeueriſſimis diſceptatoribus M. Cælij vitam me probaturum eſſe confidam. Diximus poſt προσωποποιΐαν ſolere ſubijci Oratoris etiam orationem atque commonitionem, vel hortandi vel dehortandi cauſa factam. Idem Orator hîc quoque facit. Tu modò mulier (iam enim tecum ipſe, nulla perſona introducta loquar) ſi ea quæ facis, quæ inſimulas, quæ arguis, quæ moliris probare cogitas, rationem familiaritatis & tantæ conſuetudinis, tantæ coniunctionis reddas atque exponas neceſſe eſt. Accuſatores quidem libidines, amores, adulteria, Baijs acta conuiuia, commeſſationes, cantus, ſymphonias, nauigia iactant; ijdémque ſignificant, nihil ſe te inuita dicere, quæ tu, quoniam mente, neſcio qua, effrenata atque præcipiti in forum deferri iudiciúmque voluiſti, aut diluas oportet, & falſa eſſe doceas: aut nihil neque crimini tuo: neque teſtimonio credendum eſſe fateare.

Oratoris προσφώνησις.

Notãdum in cauſa Cęliana bipartitũ fuiſſe crimen .1. Clodia mutuũ repetebat. 2. vita Cęlij reprehẽditur: ꝙ ſcil. illã pecuniã luxu perdiderit.

SCHOLAE

Heſternum exemplum, quod dictaui, eſt plenum grauitatis. Introducitur enim perſona grauis Claudij Appij Cęci: cuiuſmodi aditus eſſet ad huiuſmodi προσωποποιΐαν etiam indicaui. Dixi primò poſitum eſſe ἐμψυχίαν, hoc eſt, mortuo dari vitam & ſermonem, & eſſe ſimul deſcriptionem formæ & imaginis introducendæ, eodem aditu dixi Oratorem interrogando propoſuiſſe & optionem dediſſe Clodiæ aduerſariæ & adultrici. Illa αἵρεσις electio ſeu optio eſt προβλητικὴ, propoſita eſt valde artificioſè. Orator enim vult facere duo genera προσωποποιΐας diuerſa inter ſe. Vnde perſonæ grauis & priſcæ, alteram partem ſermonis familiaris: vt fratris perſonæ. Dat igitur ei optionem eligendi, abſque reſponſione tamen, & cùm Orator det optionem eligendi, tradit ſermonem vtrumque. Sin illo.) Eſt σχῆμα, quod vocatur apud Hermogenem μεριſμὸς, & habet redditiuam in altera parte. Eſt περιβολὴ, oratio circumducta. Nam in illis particulis ſin, complectitur ipſum aditum, ipſam προσωποποιίαν, ip tiam ἐπανόρθωσιν. Barbatis illis.)Ibi eſt ἀκανισμόν. cenſent.)Hactenus προκατάστασις. Qui profectò ſi rit.)ſi extaret. Mulier quid.)Pars tertia, quæ habe ſtatem. Eſt ἰδέα, quæ vocatur ἀξίωμα, illa facta eſt ſen tijs aſperis & ſplendidis. Splendidam orationem voc quæ habet ſententias ſplendidas: in ſplendore eſt hor in aſperitate eſt ἀνάμνησις, commonitio. Mulier quid aſpera obiurgatio. Cum Cælio.)Nominat perſonam. terrogatio eſt duplex: primùm perſonæ: interrogat qui bi cum Cęlio; altera interrogatio conſumitur in facto, q re commodarit aurum. Non patruum tuum.) Iſta om ſunt magnifica. Nihil horum.)Eſt ἄρνησις negatio. N eorum.)Ibi eſt τραχύτης: mulier eſt temeraria & libidino temeritas & libido te impulerunt. Non te noſtræ.)Eſt com monitio aſpera & copioſa. Ideo nego.) Redit ad ſuum xemplum. Sunt ſententiæ ὀνειδιστικαί, de quibus habetur a pud ipſum Hermogen. Hactenus ipſe Claudius locu eſt. Cicero hoc loco prærumpit ipſam προσωποποιίαν, & corrigit ſeipſum; ipſa προδιόρθωσις facta eſt, vt veniat ad teram προσωποποιίαν. Tu modò.)ſequitur ſubiectio ſui monis; non amplius eſt προσφώνησις Appij, ſed ipſius Or toris. Si ea quæ.)Rurſus eſt ἐπιμονή, ſunt iſta diuerſa, ſed tamen eòdem pertinentia. Hac poſtulatione potuit vti Ap pius Pulcher. Aut diluas.)ſcilicet falſa eſſe ea quæ ab accu ſatoribus obijciuntur.

Hortatio ſplendore fit. Commonitio aſperitate.

Exemplũ fictionis perſonæ abſentis.

Conſequitur altera Proſopopœia, quæ in ipſa optio in principio fuit propoſita, hoc eſt alterum genus ſerm nis remiſſum, lene & vrbanum; atque hæc continua eſt cum ſuperioribus, quod ex ipſo intelligitur μ qui continentur duobus iſtis vinculis, Sin & Sin aut Sin autem vrbanius me agere mauis, ſic agam tec remouebo illum ſenem durum ac penè agreſtem, ex h tuis ſumam aliquem, ac potiſſimum minimum fra tuum, qui eſt in iſto genere vrbaniſſimus; qui te am pluri-

plurimum, qui propter, neſcio quam, credo, timiditatem, & nocturnos quoſdam inanes metus, tecum ſemper puſio cum maiore ſorore cubitauit; eum putato tecum loqui. Hactenus propoſitio abſque ἐμψυχία: quoniam adhuc in viuis erat frater, & videtur in ipſo aſtitiſſe iudicio. Habet autem iſta propoſitio magni criminis inſimulationem, ſed eam lepidam & comem abſque aperto conuitio. Sequitur προσωποποιΐα. *Quid tumultuaris ſoror? quid inſanis? quid clamore exorſa, verbis paruam rem magnam facis?* Interrogatione factum principium atque reprehenſione, vt etiam in ſuperioribus factum fuit, verborum ſcilicet ἐπιμονῇ & ἰσοδυναμία. Sequuntur facta. *Vicinum adoleſcentulum aſpexiſti; candor huius te & proceritas, vultus, oculiq; perpulerunt: ſæpius videre voluiſti: fuiſti nonnunquam in iiſdem hortis viſa nobilis mulier; illum filium familias patre parco ac tenaci habere tuis copiis deuinctum non potes: calcitrat, reſpuit, non putat tua dona eſſe tanti. confer te aliò. habes hortos ad Tyberim: ac diligenter eo loco præparaſti, quo omnis iuuentus natandi cauſa venit; hinc licet conditiones quotidie legas: cur huic, qui te ſpernit, moleſta es?* Duabus concluſit ſententiis: vna εἰρωνικῶς, priore ſcilicet, altera verè & ex animo, ſed vtraque iracundè.

In ſuſpicione latẽs turpitudo.

Sententiæ amatoriæ.

Nobilis, ambiguũ, vt & nobile ſcortum dicitur.

SCHOLAE

Hæc Proſopopœia habet mirabilem vim. ſunt valde periculoſæ ad tractandum. eſt monitio amantis. Cur igitur Orator introducit fratrem? Quia ſuſpecta erat Clodia de inceſtu fraterno. Prima προσωποποιΐα habuit ſententias λαμπρὰς, perſonas graues Appij Cęci. Altera habet ſententias ἐφολητάς, ſententias fratris turpes, qui ſuſpectus erat de inceſtu. Tertia habet ſententias ruſticas. Ita προσωποποιΐαι poſſunt inſtitui in omnibus rebus. & prima ipſa προσωποποιΐα habet honeſtum aditum, in quo fit Empſychiæ ἐμψυχισμὸς, & partitio ſequentiũ προσωποποιιῶν. Propoſitio pri-

N

ma fuit priſca & perfecta ex antiquo more, ex antiqua diſciplina. Cauſa autem quare vſus ſit Orator, eſt duplex. Primò authoritas perſonæ, vt iudices magis mouerentur memoria illius Appij Cæci: fuit enim illa memoria populo gratiſſima. Deinde quia Orator non potuiſſet vti his ſententijs, niſi facta προσωποποιία, quæ ſententiæ pertinent ad decus, laudem & honorem eius familiæ. Quo ergo maior eſſet authoritas, vſus eſt hac Proſopopœia. Dixi autem propoſitionem ſumptam eſſe abſque concluſione: Dixi tamen ſententias eſſe tripartitas: vnum genus eſt λαμπρὸν: ſententiæ maximæ & ſplendidæ, pertinentes ad decus illius familiæ. Alterum genus ſententiarum ſunt ſententiæ σφοδραὶ, & non λαμπραὶ, vt heri dixi (erraui): fuit autem ἀσυμπέραστος, quoniam ipſa ἀνάμνησις fuſa fuit per totam proſopœiam. Secunda προσωποποιία eſt fratris: hæc differt à ſuperiore non ſolùm perſonis: in ſuperiore fuit perſona magna: in iſta autem perſona infantis: ſed non differunt ſententijs. ſuperior habuit ſententias λαμπρὰς, hæc autem habet ſenteutias ἐρωτικὰς amatorias. Nam frater erat ſuſpectus de incæſtu. Senem.) Hoc dicit, quando vſus eſt primùm ſententijs ad virtutem pertinentibus, deinde vſus eſt ſententijs σφοδραῖς vehementibus. Igitur propter genus ſententiarum dicit remouebo illum ſenem, &c. Qui te amat.) Eſt ἀμφιβολία, amor eſt duplex, honeſtus & turpis, ſed iſta ἀμφιβολια eſt oratoria. Nocturnos quoſdam.) Et ſuſpicione latens turpitudo. Quid tumultuaris.) Illa eſt propoſitio huius ἀναμνήσεως commonitionis. Vicinum adoleſcentulum.) Iſtæ ſunt expoſtulatrices ſententiæ. Perpulerunt.) ſcilicet ad amorem. Habes hortos.) Iam deſunt in ipſa ἀναμνήσει.

Differunt. Σφοδρότης eſt, cùm in aduerſariũ inuehimur: Τραχύτης cùm in ipſum iudicem aliquid dicimus.

Breuiter etiam abſoluta eſt hæc προσωποποιία, ſed non vt in duabus ſuperioribus factum eſt. Orationi ſubiecta eſt alia oratio & appellatio aduerſaria mulieris: & continenter tranſitio fit ad tertiam proſopopœiam, in qua inducitur Comica perſona virilibus vitæ ſententijs. Redeo nunc ad te, Cœli, viciſſim, ac mihi authoritatem

Exemplum fictionis Comicæ perſonæ.

Κατάστασις, vt oratio fi-

patriam, ſeueritatémque ſuſcipio. Sed dubito quem patrem potiſſimum ſumam: Cæcilianum ne aliquem vehementem ac durum? Hactenus propoſitio, facta dubitatione, & tamen ſequitur ſermo Cæciliani ſenis. Nunc enim demum mihi animus ardet, nunc meum cor cumulatur ira. Et item alterius ſenis Oratio, quicumque is fuit, aut illum? O infœlix, ô ſceleſte. Ferrei ſunt iſti parentes. Egóne quid dicam? egóne quid velim? egóne? quæ tu omnia tuis fœdis factis facis, vt nequicquam velim. Et caſtigat Orator iſta tanquam nimis dura: & addit alia. Cur te in iſtam vicinitatem meretriciam contuliſti? cur illecebris cognitis non refugiſti? cur alienam vllam mulierem noſti? dede te, ac diſijce per me licebit. ſi egebis, tibi dolebit; mihi ſat eſt, qui ætatis quod reliquum eſt, oblectem meæ. Hactenus Comica triplex προσφώνησις & appellatio, vehementibus facta ſententijs, virilibus tamen & ruſticanis: loco verò Oratoris ſubiecta eſt Cælij reſponſio. Huic triſti ac decrepito ſeni reſponderet Cælius, ſe nulla cupiditate inductum de via deceſſiſſe. Quid ſigni? nulli ſumptus, nulla iactura, nulla verſura. Ex quo appatet quamobrem hac tertia ſit vſus conformatione. Quia enim rationem facti ſui reddere poterat Cælius: & crimen obiectum negare voluit, Orator à ſuo reo refutari maluit Comicos ſenes.

at, ἐπιεικὴς & æqua: ſuũ reum quoque examinat.

Tripartita reiectio & reprobatio.

Conformationem vocat author ad Herennium προσωποποιΐαν.

SCHOLAE.

Eſt hic προσωποποιΐα Comica, & à Comicis ſumpta. Cicero vtitur primo καταστάσει propoſitione & aditu ad rem. Nunc enim.) Sequuntur iam verba ipſius Cæcilij poëtæ. Ferrei ſunt.) Eſt oratio Ciceronis. Eſt enim tripartita reiectio & improbatio. Egóne quid.) Sequitur iam tertius ſenex. Cur te.) Sequitur tertia improbatio & reiectio.

Mex.) Videtur heic factus eſſe μεταπλασμὸς. Illa omnia) ſcilicet verba comica. Hactenus ergo triplex facta eſt προσωποποιΐα; ſequitur loco Oratorij ſermonis reſponſio Cælij. ponit tria ſigna tanquam neceſſaria.

Vt ſuperiori exemplo patria, ſic heic Sicilia Proſopopoeicè introducitur: quare conferri poſſũt.

Continuat etiam in Diuinatione προσωποποιΐαν Cicero, ſed eadem retenta perſona. Inducit enim Siciliam loquentem hoc pacto: Sicilia tota, ſi vna voce loqueretur, hoc diceret. Quod auri, quod argenti, quod ornamentorum in meis vrbibus, ſedibus, delubris fuit: quod in vnaquaque re beneficio Senatus populiq́ue Romani iuris habui: id tu mihi C. Verres eripuiſti atque abſtuliſti, quo nomine abs te HS. millies ex lege repeto. Hactenus proſopopœia facta accuſatione, & pœnæ æſtimatione atque poſtulatione. Sequitur Oratoris oratio. Si vniuerſa, vt dixi, prouincia loqui poſſet, hac voce vteretur. quoniam id non poterat, harum rerum actorem, quem idoneum eſſe arbitrata eſt, ipſa delegit. Habet hæc ſubiectio παραμύθειαν τοῦ ἀδυνάτου: καθ᾽ ὑπόθεσιν enim Siciliam loquentem facit. Sed tamen manet Orator in eadem perſona Siciliæ. Verùm vt in ſuperiore C. Verrem: ſic in hac Q. Cecilium alloquitur, facto tamen μετασχηματισμῷ, id eſt, commutatione: pro Sicilia enim Siculos introducit. Si tibi Q. Cæcili hoc Siculi dicerent, te non nouimus, neſcimus qui ſis, nunquam te antea vidimus, ſine nos per eum noſtras fortunas defendere, cuius fides eſt nobis cognita; nónne id dicerent, quod cuiuis probare deberent? Sequitur continuatio προσωποποιΐας, ſed mutato genere perſona. Nunc hoc dicunt, vtrumque ſe noſſe, alterum ſe cupere defenſorem eſſe fortunarum ſuarum, alterum planè nolle. cur nolint, etiamſi tacerent, ſatis dicunt. Habet hic locus aliquid ſimilitudinis cum illo Cæliano:

liano: ſed ille paulò eſt ſplendidior, & iſte plus habet altercationis.

De ΠΡΟΣΩΠΟΓΡΑΦΙΑ, ſiue Perſonæ notatione.

CAPVT XXXVIII.

HAEC *de προσωποποιΐα, quid ipſa ſit, & quot eius genara, & quæ partes, & quanta omnium varietas, ex his poteſt aliquo modo intelligi exemplis. Et quia in Proſopopœia perſonæ ſæpe fit notatio, eſt etiam de ea aliquid præcipiendum. Hanc προσωπογραφίαν vocant, neque corporis ſolùm eſt, verumetiam naturæ & animi. Sed tamen animi maximè. Vt ille Vergilianus Charon à Poëta depictus:*

Proſopographia duplex,
1. Corporis &
2. Animi, quæ ἠθοποιΐα.
Lib. vj. Aeneidos.
Charon.

Portitor has horrendus aquas, & flumina ſeruat:
Terribili ſquallore Charon, cui plurima mento
Canicies inculta iacet, ſtant lumina flamma,
Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.
Ipſe ratem conto ſubigit, veliſq; miniſtrat,
Et ferruginea ſubnectit corpora cymba,
Iam ſenior, ſed cruda Deo, viridiſq; ſenectus.

In huiuſmodi notationibus non opus eſt copioſam ſemper orationem eſſe: neque omnes notare partes. Sed ea deligere ſolùm, quæ ſenſus maximè moueant, & propriæ ſint notæ ingeniorum aut naturarum. Vt idem Poëta in notando Cerbero:

Cerberus.

Cerberus hæc ingens latratu regna triſauci
Perſonat, aduerſo recubans immanis in antro.
Cui vates horrere videns iam colla colubris,

Melle ſoporatam, & medicatis frugibus offam
Obijcit: ille fame rabida tria guttura pandens,
Corripit obiectum, & immania terga reſoluit,
Fuſus humi, totoq́; ingens extenditur antro.

Non enim corporis habitus, aut natura ingenium ſolum, quæ habet inſignia, ſunt annotanda, verùm etiam actiones, aut ſi qua vtrumque patitur, mala atque aduerſitates vt in illa Tityi gigantis.

Tityos.

Nec non & Tytium terræ omnipotentis alumnum
Cernere erat, per totam nouem cui iugera corpus
Porrigitur, roſtroq́; immanis vultur obunco
Immortale iecur tundens, fœcundaq́; pœnis
Viſcera, rimaturq́; epulis, habitatq́; ſub alto
Pectore, nec fibris requies datur vlla renatis.

Oartores breues proſopographijs.

Sed Poëtis licet hæc prolixiùs tractare quàm Oratoribus. Quanquam apud Plinium lib. 1. Epiſtolarũ non breuis eſt Euphratis Philoſophi προσωποςραφία. Quantum mihi tamen cernere datur, multa in Euphrate ſic eminent & elucent, vt mediocriter quoque doctes aduertant & afficiant; diſputat ſubtiliter, grauiter, ornatè; frequenter etiam Platonicam illam ſublimitatem & latitudinem effingit. Sermo eſt copioſus et varius, dulcis imprimis, & qui repugnantes quoq; ducat, & impellat. Ad hoc, proceritas corporis, decòra facies, demiſſus capillus, ingens, & cana barba; quæ licet fortuita & inania putantur, illi tamen plurimum venerationis acquirunt. nullus horror in vultu, nulla triſtitia, plurimum ſeueritatis. reuerearis occurſum, non reformides. vita ſanctitas ſumma, comitas par, inſectatur vitia, non homines, nec caſtigat mores, ſed emendat. Talis etiam eſt

Vis διαλεκτική.

Singulare in eo, quod omniũ hominũ commune.

Corpus.

1, καθαρτική.

2. ἀποφαντικὰ νουθέτος.

eſt deſcriptio Græculi philoſophi in oratione, in Piſonem habita Ciceronis, ſed non ita accurata, vt hæc Plinij; à quo ſubtilitas & ornatus maior conquiſitus videtur, quàm epiſtola requirit. Neque Oratores hæc tam multis perficiunt, neque tam deſcribunt perſonas, quàm notent, quæ in ipſis ſunt præcipua. Et Ariſtoteles in morato dicendi genere σύμβολα τῶν ἠθῶν ponenda præcipit; ea ſcilicet, quæ in aliquo eminent. Quam cauſam eſſe exiſtimo: quamobrem hanc figuram quidam Notationem nominarint, quaſi συμβόλων ἀποσημείωσιν. Cuiuſmodi verò Oratoria eſſe eiuſmodi notatio debeat, ex illa contra Piſonem poteſt intelligi. Meminiſti ne cœnum, cùm ad te quinta ferè hora, cùm C. Piſone veniſſem, neſcio quo è gurguſtio te prodire, inuoluto capite, ſoleatum, & cum iſto ore fœtido, teterrimam nobis popinam inhalaſſes excuſatione te vti valetudinis: quod diceres, vinolentis te quibuſdam medicaminibus ſolere curari? quam nos cauſam cùm accepiſſemus (quid enim facere poteramus?) ſtetimus pauliſper in illo ganearum tuarum nidore atque fumo. Vnde tu nos cum improbiſſimè reſpondendo, tum turpiſſimè eructando eieciſti. Et illa longè breuior eodem in loco. Reſpondes altero ad frontem ſublato, alterum ad mentum depreſſo ſupercilio; crudelitatem tibi non placere. Satis enim eſt vno ſæpe atque altero indicio & ſigno habitudine animi atque corporis notare.

σύμβολα immanis naturæ.
Veſtitus.

Crudelitatis ſigna.
Symbolum hominũ impudẽtium, crudelium, ebrioſorũ.

SCHOLAS.

Habetis apud Ciceronem in Commentario librorum de Rep. in ſomnio Scipionis, quomodo viderit Scipionem ea forma, qua fuit præditus in hac vita. Ibi mentionem facit perſonæ, ſed tamen eam non deſcribit. Huiuſmodi notationẽ corporis & animi & actionum atq; paſſionũ vocamus προσωπογραφικὸν. In προσωποποιίᾳ mores intelligũtur, nó vi dentur. προσωπογραφία autem corporis, habentur & animi & vtriuſque actiones & paſſiones, illa quaſi depinguntur penicillo pictoris. Vis autem huius προσωπογραφίας poſita eſt in delectu. Iſta vocantur ab Ariſtotele σύμβολα & σημεῖα, propriæ perſonarum notæ, quas complectitur locus Dialecticus, proprium τὸ πρὸς ἕτερον. Poetæ primùm fuerunt inuentores huius notationis. Oratores tamen ſunt ſecuti.

De ΗΘΟΠΟΙΙΑ, ſeu Effictione morum.

IN προσωποποιΐα, de qua ſuprà dictum eſt, oſtendimus etiam contineri προσωπογραφίαν, quæ eſt quaſi corporis εἰκονισμός. Atque idcirco quoniam notas corporis præcipuas & peculiares notaret, Notationem appellauimus, quam author Rhetoricæ Herennianæ effictionem vocauit. Sed non ſolùm corporis facienda eſt conformatio, verùm animi quoque, atque eò magis, quò animus corpore eſt præſtantior. Continetur etiam in effictione perſonæ ἠθοποιΐα, vt cuiuſmodi natura cuiuſque ſit, id ex oratione & ſermone appareat: vt viri boni & ſimplicis, mali atque verſuti, vt diuitis oſtentatoris & diuitis auari, vt hominis iracundi, & viri facilis ſeu lenis. Id & genere efficitur ſententiarum, & ipſa actione & corporis habitu. Sed nos de ſententiarum agimus ornamentis, idcirco de hac ἠθοποιΐα explicandum eſt. Ea inſtituitur vel in noſtra perſona, vel noſtri rei, vel aduerſarij. In noſtra perſona hoc pacto, vt pro P. Quintio M. Cicero ſecit. Illud quoque nobis accedit incommodi, quod M. Iunius, qui hanc cauſam Aquili aliquoties apud te egit, homo & in alijs cauſis exercitatus, & in hac multum & ſæpe verſatus, hoc tempore abeſt, noua

Diuiſio ἠθοποιΐας.

Exemplum perſonæ noſtræ, vel Oratoris.

legatione impeditus: & ad me ventum eſt, qui vt ſumma haberem cætera, temporis vix ſatis habui, vt rem tantam atq; totam controuerſijs agitatam poſſem cognoſcere. Ita, quod mihi in cæteris cauſis conſueuit eſſe adiumento, id quoq; in hac cauſa defuit. Nam quôminus ingenio poſſum, ſubſidio mihi diligentiam comparaui, quæ quanta ſit, niſi tempus & ſpatium datum ſit intelligi non poteſt. Hac oratione cum nihil ſe laudat Orator atq; oſtentat, ſignificationem tamen dat ingenij candidi, officioſi, diligentis de ſe, quod verum ſit, & in ſe imbecillem confitentis. Illud quoq; hic obſeruandum eſt, quod Ariſtoteles monet lib. 3. Rhetoricorum. In Eiuſmodi ἠθοποιΐᾳ vitari debere Enthymemata, ſed eam narrando perfici debere, non argumentando, neq; concludendo. excutitur enim motus atque eliditur argutis concluſionibus.

ὑπόθεσις loco negationis, quod fit in verecunda extenuatione.

Virtutes quædam ſunt, quæ nō poſſunt nobis niſi arroganter tribui, vt doctrina, eloquētia: quędā poſſunt, vt diligētia.

SCHOLAE.

Προσωποποιΐα in principio debet habere ἐμψυχίαν, id eſt, perſonæ mortuæ, aut non ſenſibili ſenſus tribuendus. Ideo ſæpe incidit προσωποποιΐα, perſonæ fictio ex corpore & animo conſtans. animus eſt indicandus & ſignificandus: vt ἦθος, mores, natura hominis intelligatur ex Oratione. Corpus eſt depingendum, animus exprimendus, voluntas, conſilium, mens, vitæ propoſitum, ex ipſo genere ſententiarū. ἠθοποιΐα frequētior eſt quàm προσωποποιΐα: maximè in Exordio debet adhiberi. Et Ariſtoteles tria genera dicendi tradit, ἀποδεικτικὸν, in quo argumentamur, vtimur concluſionibus dialecticis aut rhetoricis. Alterum ἠθικὸν eſt, quo conciliamus auditores leni motu. Tertium eſt παθητικὴ vehementiſſimum, quod flexum eſt ad motum animorum. ἠθοποιΐα eſt comparata genere dicendi remiſſo, leni, quod compoſitum eſt ad conciliandum animos, aut pro nobis, aut contra aduerſarios. Hæc figura proprium habet locum in Exordiis: vt παθοποιΐα in peroratione, cadit tamen etiam in alias partes, orationis. ἦθος comprehendit ſub ſe προαίρεσιν, βούλησιν: καὶ τὰ ἑπόμενα, τὰ πραχθέντα. Poetæ ſunt magni

ἠθοποιΐα in Exordio adhibenda.

παθοποιΐα in Peroratione cadit plerunq;.

artifices in hac re. Primum igitur incipiendum à diuiſione. Omnis ἠθοποιΐα inſtituitur, vel in noſtra, vel noſtrorum, quos tuemur, reorum, aduocatorum & teſtium, vel aduerſariorum perſona. Intelligo aduerſarium petitorem & accuſatorem, oratorem aduerſarium, eius aduocationem, eius teſtes: illorum mores diligenter exprimendi ſunt. Primum locum occupat perſona Oratoris: Ariſtoteles & Cicero inter ſe variant. Ariſtoteles æſtimat ſola perſona Oratoris orationem ἠθικὴν, cum ſuos mores deſcribit: Cicero dilatat ad perſonas aduerſariorum & noſtrorum. Vterq; benefacit: Ariſtoteles dignitate æſtimat. qui laudat virum bonum, & accuſat improbum eo ipſo videtur bonus: ideo æſtimauit ἦθος ſola perſona dicentis: ſed nos omnes perſonas tractabimus. Accedit aliud quoq;, dat ſignificationem ſollicitudinis, eſt enim ſignum boni Oratoris. Laudat Iunium, & ſibi præfert, quod eſt candidi animi. Noua legatione. Addit cauſam. Qui etiamſi haberem ἀντὶ τῆς ἀρνήσεως, negationis loco, poſita eſt, conditio extenuationis cauſa. ὑπόθεσις eſt ἠθικωτέρα quàm ipſa ἄρνησις.

perſona Rei vt effingenda.
Ab antecedentibus.
P. Seſtius ambitus erat reus, vt hoc crimen amoueat, patrem minimè ambitioſum oſtendit.
Sanctitas, autore Cicerone in religionis cognitione conſiſtit.

Eadem ratio eſt in effingenda natura eius, pro quo dicimus: vt pro P. Sextio. Parente, P. Seſtius natus eſt, Iudices, homine, vt plerique meminiſtis. & ſapiente, & ſancto, & ſeuero. Qui cum Tribunus plebis primus inter homines nobiliſſimos temporibus optimis factus eſſet, reliquis honoribus, non tàm vti voluit, quàm dignus videri: eo auctore duxit honeſtiſſimi & ſpectatiſſimi viri C. Albini filiam, ex qua hic eſt puer: & nupta iam filia: duobus grauiſſimis antiquitate viris ſic probatus fuit, vt vtrique eorum & charus maximè, & iucundus eſſet. ademit Albino ſoceri nomẽ mors filiæ: ſed charitatem illius neceſſitudinis & beneuolentiam non ademit. Hodie ſic hunc diligit, vt vos facillimè poteſtis ex hac vel aſſiduitate maximè eius, vel ſollicitudine & moleſtia iudicare. Duxit vxorem patre viri optimi, & calamitoſiſſimi viri filiam. L. Scipionis, &c.

Superius exemplum pertinet ad perſonã Oratoris: iſtud ad perſonam rei. Ariſtoteles lib. 3. Rhet. dicit fieri Orationem moratam τοῖς ἑπομένοις conſequentibus perſonarum: ſed fit etiam antecedẽtibus, & ſignis: vt hæc pars facta eſt: vt bene educari eſt ſignum bonæ naturæ. Incipit igitur ἀπὸ τῶν ἐγκωμίων, vt oſtẽderet ingeniũ Seſtij incipit à patre. Ariſtoteles dicit, in genere demõſtratiuo oportet ἐπεισοδοῦν, altè exordium ſumere. Ita & Gorgias facturum ſe dicit, ſi laudare Achillem vellet. Cicero etiam vſus eſt hac ratione Epidiotica. Incipit à parente, vt oſtendat cuiuſmodi ſit filius.

Epidiotica exordia.

Quid enim ſibi vult aliud hæc Oratio, quàm vt ſignificet, optimè Seſtium domi paterna diſciplina educatum, parenti obtemperantem, pium & frugi temperantemq; fuiſſe, ita vt in eiuſmodi naturam nõ videatur ambitus crimen congruere. In Aduerſarij vero perſona inſtituitur oratio morata, hoc pacto. Fuit C. Quintius P. huius Quintij frater, ſanè cæterarum rerum paterfamiliâs, & prudens, & attentus: Vna in re paulò minus cõſideratus, qui ſocietatem cũ Sex. Neuio fecerit: viro bono, Veruntamen nõ ita inſtituto, vt iura ſocietatis & officia certi patriſfamiliâs noſſe poſſet: non quòd ei deeſſet ingenium: Nam neq; parũ facetus ſcurra Sex Næuius, neque inhumanus præco eſt vnquam exiſtimatus. Quid ergo eſt, cum ei natura nihil melius quàm vocem dediſſet, pater nihil præter libertatem reliquiſſet? vocem in quæſtum contulit: libertate vſus eſt, quo impunius dicax eſſet. Hic ita ingenium & inſtitutum Næuij indicauit, vt hoc fundamento poſito, nihil in hac cauſa de ipſo Næuio ſperandũ eſſet boni videatur. Illud aũt genus ἠθοποιΐας vehemens eſt & artificioſum, cum imitationem, quam μίμησιν vocant Rhetores, aduerſarius inducit de ſe aliquid confitens, & ſua enuntians, etiam improba conſilia, vt in eadem cauſa: ſed in confirmatione pro P. Quintio contra Sex. Næuium. Quid ad hæc Næuius? ridet ſcilicet noſtram amen-

Effictio perſonæ aduerſarij.

Acerrimũ genus ἠθοποιΐας, quod conformatur μιμήσει. Sacræ literæ etiam vtuntur hac forma, vt: dixit inſipiẽs non eſt Deus, Item, diſrumpamus vincula eorum.

Propoſitio ἠθοποιΐας.

amentiam, qui in vita ſua rationem ſummi officij deſideremus: & inſtituta bonorum virorum requiramus.

διαλογισμὸς iſtius & ratiocinatio.

Quid mihi, inquit, cum iſta ſumma ſanctimonia, ac diligentia? viderint, inquit, iſta officia viri boni, de me autem ſic conſiderent, non quid habeam, ſed quibus rebus inuenerim, quærant: Et quemadmodum natus, & quo pacto educatus ſim, memini. Vetus eſt de ſcurra: multò facilius diuitem quam patremfamiliâs fieri poſſe. Hæc ſi ab Oratore pronunciata eſſent, minus fuiſſent grata, hoc vero modo tractata, & acumen habent, & vehementiam, quam Hermogenes σφοδρότητα nominat. Sed quoniam non probabile eſt, quenquam, niſi coactum, ſua confiteri facinora, ſuaq; conſilia enunciare: Itaq; προσδιορθωσις addi ſolet, vt in eodem loco. Hæc ille, ſi verbis non audet, re quidem vera palàm loquitur. Etenim ſi vult bonorum virorum inſtituto viuere: multa oportet diſcat atque dediſcat: quorum illi ætati vtrumq; difficile eſt.

SCHOLAE.

Ἠθοποιΐα, effictio formæ animi, eſt præſtantior προσωπογραφία, effictioni corporis. Etſi autem nulla præcepta extét apud Rhetores ἠθοποιΐας: tamen fuſa eſt ea per totam Orationem. debet enim oſtendere, qualis ipſe ſit, & reus ſuus, & aduerſarij. Ornata enim oratio debet προαιρέσεις oſtédere: vt Cicero connectit inſtituta. Eſt autem ἠθοποιΐα variarum perſonarum, id eſt, Oratoris. debet enim ſuæ ἐπιεικείας ſignificationem dare. ἐπιεικεῖς vocāt Græci à iuſtitia, quod meliorem partem deligunt: Latini virum bonum dicunt: vnde Quintilianus dicit, vir Bonus, peritus dicendi, non propter naturam dicitur bonus, ſed officium. cum laudat viros bonos, reprehendit improbos. Primum igitur & perpetuum officium, vt videatur bonus vir, quod non ſolum vita aſſequetur, quòd eſt omnium ciuium, ſed etiam oratione ſua. Ἠθοποιΐα eſt μέθοδος, hac methodo nullum vacat Exordium. Poſt nos debemus habere noſtri rei rationem. Bonitas enim Oratoris conſiſtit in duobus. Primum vt ſua facultate proſit Rêip. alterum vt defendat innocentes. Tertium vt improbos accuſet,& his reſiſtat.Idcirco noſtri rei ſunt laudandi,&illorum mores exprimendi:vt exemplum pro Sextio:aduerſarij,Exemplum ex Quintiana.

Conſimilis eſt etiam illa ingenij Næuiani effictio in eadem cauſa. Qui fateatur,ſe non pecuniam , ſed vitam & ſanguinem petere,is non hoc palàm dicit?mihi ſi quid deberetur peterem : atq; adeò iampridem abſtuliſſem: nihil hoc tanto negotio,nihil tàm inuidioſo iudicio, nihil tàm copioſa aduocatione vterer:ſi petendum eſſet,extorquendum eſt inuito atque ingratis : quod non debet, eripiendum atq; exprimendum eſt:de fortunis omnibus P.Quintius deturbandus eſt:potentes,diſerti, nobiles omnes aduocandi ſunt: adhibenda vis eſt veritati, minæ iactentur:pericula intendant,formidines opponantur : vt his rebus aliquando victus & perterritus ipſe cedat.Differt hoc exemplum à ſuperiore,quod in illo ingenium auarum & impudens notatum eſt,hic verò hominis crudelis propter auaritiam,effecta oratio eſt:& vt ne incredibilia Orator finxiſſe videatur,de exitu periculi loquitur.Quæ me hercule omnia,cum quo contra pugnent,video,& cum illum conſeſſum conſidero,adeſſe atq; impendere videntur:neque vitari vllo modo poſſe.

προσδιόρθωσις ἐνθυμηματκη.

SCHOLAE.

Dixi illud genus ἠθοποιίας, eſſe valde vehemens & acre in ipſum aduerſarium,quod conformatum eſt μιμήσει,quæ efficitur διαλογισμῷ,& perſonæ eius ſermone,contra quam inſtituitur oratio.Introducit ipſum aduerſarium loquentem:imitatur illius vocem & orationem, vt intelligatur cuiuſmodi illius ingenium & mens ſit. Sed quia incredibile eſt,vt quis de ſe mala fateatur, niſi conuictus teſtimonijs, ne videatur Orator ὑπερβολίζειν & καίνα dicere,ſolet ſubiungi προσδιόρθωσις καὶ παραμύθια.In altero exemplo non eſt προσδιόρθωσις, ſed confirmatio πίστις ἀντὶ τῆς ὁμολογίας : eſt προσδιόρθωσις ἐνθυμηματικὴ,altera eſt confeſſionis.

Quod

Neceſſitudo proſopopœiæ cum ethopœia.

Quod verò magna ſit inter Proſopopœiam: & hanc de qua diximus, moratam orationem neceſſitudo, vt à nobis ſupra propoſitum fuit: & quod pars eius ſit non parua: cernitur in illa Ciceronis conformatione, qua Milonem aſtantem ſibi in ſubſellio, & tacentem inducit loquentem. Sed vehementior eſt hæc effictio, & deflexa ad motum animorum: neque enim vetat motus remittere interdum atq; extinguere excitatos atq; inflāmatos, & conſopitos, & natura abſconditos dicendo commouere atq; incendere. Sæpe enim iſtud ἠθικὸν quod dicitur, cum παθητικῷ cōmiſcetūr, vt in hoc, de quo diximus, exemplo Miloniano. Me quidem, Iudices exanimāt & interimunt eæ voces Milonis, quas audio aſſiduè, & quibus interſum quotidie. Valeāt, inquit, valeant ciues mei, ſint incolumes: ſint florẽtes, ſint beati: ſtet hæc vrbs præclara, mihiq; patria chariſſima quoquo modo de me merita erit: tranquilla Rep. ciues mei, Quoniam mihi cum illis non licet, ſine meipſi, ſed tamen per me perfruantur ego cedam atq; abibo. Si mihi Rep: bona frui non licuerit, at carebo mala: & quamprimum tetigero benè moratam ac liberam ciuitatem, in ea conquieſcam. Hactenus ἦθος potius, quàm πάθος. habet enim ſignificationem viri fortis, & patienter & leniter ferentis iniurias. Ecce ſubito dolor. O fruſtra, inquit, ſuſcepti mei labores, ô ſpes fallaces, ô cogitationes inanes meæ, Ego cū Tribunus plebis oppreſſa Rep. me Senatui dediſſem, quē extinctum acceperam: equitibus Rom. quorū vires erāt debiles: bonis viris, qui omnē authoritatē Clodianis armis abiecerant, mihi vnquàm bonorū præſidiū defuturum putarē? Ego cum te (mecū enim ſæpiſſimè loquitur) patriæ reddidiſſem: mihi non futurū in patria putarem locum?

exemplum miſtum ex ἠθοποιία & προσωποποιία.

exordium παθητικόν.

Animus magnus etiam ingratitudine nō offenditur.

Horat.

Triſtia verba mœſtum decent. Iratum plena minarum.

νέμεσις: Indignatio nō hominibus ſed ſuis cogitationib. ἐνεργήματα.

Vbi nunc Senatus eſt, quem ſecuti ſumus? vbi equites Romani illi, illi, inquit, tui? vbi ſtudia municipiorum, vbi Italiæ voces? vbi deniq; tua M. Tulli, quæ plurimis fuit auxilio, vox & defenſio? mihi ne ea ſoli, qui pro te toties morti me obtuli, nihil poteſt opitulari? Et vt nõ moleſtus ſit prolixa conformatione, redit ad ἠθοποιΐαν *ſimplicem & ad notationem. Nec verò hæc, Iudices, vt ego nunc flẽs, ſed hoc eodem loquitur vultu, quo videtis.* Et μεταχηματισμῷ, *perſonæ transfiguratione, perſequitur media ſermonis Miloniani. Negat enim ſe, negat ingratis ciuibus feciſſe quæ fecerit: timidis & omnia circumſpicientibus pericula. non negat plebem, & infimam multitudinem, quæ P. Clodio duce fortunis veſtris imminebat, eam quò tutior eſſet vita noſtra, ſe feciſſe commemorat, vt non modo virtute flecteret, ſed etiam tribus ſuis patrimonijs deliniret. Nec tinnet, ne cum plebem muneribus placarit, vos non conciliarit meritis in Remp. ſingularibus. Poſteaquàm vero Cicero in hanc ſententiam plura locutus eſſet de Milonis oratione, vt illius ingenium, & naturã, & fortitudinem oſtenderet ac ſapientiam, redit rurſum ad proſopopæiam. De me, inquit, ſemper Pop. Rom. ſemper omnes gentes loquentur, nulla vnquam obmuteſcet vetuſtas, quin hoc tempore ipſo, cum omnes à ſuis inimicis faces inuidiæ meæ ſubijciantur, tamen omni in hominum cœtu gratijs agendis, & gratulationibus habendis, & omni ſermone celebramur. Omitto Etruriæ feſtos dies, & actos, & inſtitutos. Centeſima lux eſt hæc ab interitu P. Clodij, & opinor vltra, quàm fines imperij Pop. Rom. ſint, non ſolùm fama iam de illo, ſed etiam lætitia peragrauit. Quamobrẽ vbi corpus hoc ſit, non, inquit, laboro. quoniã omnibus in terris & iam verſatur, & ſemper habitabit*

nominis

declinatio ἀπὸ μιμήσεως.

Transfiguratio μιμήσεως.

διήγησις ἐν ξοτική.

duplex conformatio.
1. μιμητική.
2. διηγητική.

Lux] tragicum vocabulum.

nominis mei gloria. Poſtremò vt videatur verum di Orator, & ita locutus Milo: & vt finis & extremum videatur huius ſermonis, Milonem appellat ipſum. Hæc tu mecum his abſentibus, ſed iiſdem audientibus: hæc ego tecum Milo.

SCHOLAE. In Προσωποποιΐαν cadit ſæpenumero ἠθοποιΐα, cuius partitionem tractauimus, & horum omnium exempla. quæ autem ſit vis προσωποποιΐας hoc exemplum demonſtrat: hoc exemplum oſtendit quale ſit ingenium viri fortis.

De ΔΙΑΛΟΓΙΣΜΩ ſeu ſermocinatione.

CAP. XXXIX.

QVemadmodum in Conformationem cadit ἠθοποιΐα, ſic etiam in hanc ipſam ἠθοποιΐαν Sermocinatio incidit, quam διαλογισμὸν nominamus. Conuenienter igitur poſt hanc moratæ orationis figuram, de Sermocinatione dici poteſt: Poetis, Comicis & Satyricis familiari figura, cuiuſmodi illa eſt in 1. Perſij Satyra.

σχηματισμὸς δραματικὸς

O Curas hominum, ô quantum eſt in rebus inane?
Quis legit hæc? min' tu iſtud ais? nemo hercule, nemo
Vel duo, vel nemo turpe & miſerabile. Quare?
Ne mihi Polydamas, & Troiades Labionem
Prætulerint, nugæ. non ſi quid turbida Roma
Eleuet, accedas, examenue improbum in illa
Caſtiges trutina, nec te quæſiueris extra.
Nam Romæ quis non. ah ſi fas dicere, ſed fas,
Tunc, cũ ad caniciem, & noſtrum iſtud viuere triſte
Reſpexi, & nucibus facimus quæcunque relictis.

Vtimur hac figura, cum alicui perſonæ Sermonem attribui-

attribuimus, & is exponitur probabiliter, atque conuenienter moribus eorum, quos loquentes inducimus. Id duobus fit modis: Aut enim loquentem nobiſcum introducimus, aut duas pluréſve ſacimus alienas loquentes perſonas. Alienas hoc pacto, vt pro Quintio: Quintius porrò iſtum poſſe facere, videbat, debere intelligebat: mentiri, quia cauſa cur mentiretur, non erat, non putabat: quaſi domi nummos haberet, ita conſtituit Scapulis ſe daturū: Nęuium certiorem facit, rogat, vt curet, quod dixiſſet. tum verò iſte vir optimus (vereor ne ſe derideri putet, quod iterum iam dico optimus) qui hunc in ſummas anguſtias adductum putaret, vt eum ſuis conditionibus in ipſo articulo temporis aſtringeret: aſſem ſeſe negat daturū, niſi prius de rebus rationibusq; ſocietatis omnibus decidiſſet: & ſciſſet, ſibi cum Quintio controuerſiæ nihil futurum. Hactenus duo fecit Orator: primùm cauſam expoſuit erroris Quintij, quæ pars eſt ἠθική: deinde narrationem facti perſequitur, id quod διηγητικόν eſt: ſequitur διαλογισμός. Poſterius, inquit, videbimus iſta Quinti, nunc hoc velim cures (ſi tibi videtur) quod dixiſti. Negat ſe alia ratione facturum quod promiſiſſet, non plus ſua referre, quàm ſi, cùm auctionem venderet, domini iuſſu quicquam promiſiſſet. Talis etiam eſt illa ſermocinatio in eadem cauſa. Verùm non in alienis perſonis perfecta: ſed habitus inter Q. Roſcium, & ipſum Oratorem ſermo. Et primo loco aditum facit ἠθικόν, vt etiam in ſuperiori hoc proximo exemplo. Dicebam huic Q. Roſcio, cuius ſoror eſt cum P. Quintio, cùm a me peteret, & ſummè contenderet, vt propinquum ſuum defenderem, mihi perdifficile eſſe, contra tales Oratores, non modò cauſam perorare, ſed omnino verbum facere conari: cùm cu-

Sermocinatio μιμήσει facta.

Vt ſermocinatio autoritatem habeat, [illegible] perſonam. Sermocinatio διηγήσει facta.

Hoc exemplum triplicem habet μιξοσχηματισμὸν, διηγηματικὸν. διαλογικὸν. μικτὸν.

pidius inſtaret, homini pro amicitia familiarius di choata hactenus ſermocinatio, eique annexum il quod dixi ἠθικὸν: ſed tamen ad ipſam ſermocinatio pertinens: Mihi videri ore duriſſimo eſſe, qui præſente geſtum agere conaretur. Qui verò cum ipſo contenderent, eos etiam ſi quid antea recti, aut venuſti habere viſi ſunt, id amittere: ne quid mihi eiuſmodi acciderem, quum contra talem artificem dicturus eſſem, me vereri.

διαλογισμός.

Tum mihi Roſcius, & alia multa confirmandi mei cauſa dixit: & me hercule, ſi nihil diceret, tacito ipſo officio & ſtudio quod habebat erga propinquum amicum ſuum, quemuis commoueret. Etenim quum artifex eiuſmodi ſit, vt ſolus dignus videatur, qui in ſcena ſpectetur: tum vir eiuſmodi eſt, vt ſolus dignus videatur, qui eò non accedat. Hoc poſterius κατ᾽ ἀπόστασιν interpoſitum etiã eſt ἠθικῶς. Sequitur expeditio ſermocinationis διαλογισμός. Verumtamen, quid ſi, inquit, habes eiuſmodi cauſam, vt hoc tibi planum ſit faciendum, neminem eſſe, qui poſſit biduo, ad ſummum triduo ſeptingenta millia paſſuum ambulare: tamen vereris, vt poſſis hæc contra Hortenſium contendere: minimè, inquam. Sed quid id ad rem? minimum, inquit, in ea cauſa conſiſtit.

διαλογικὸν, vel δραματικὸν.

Quomodo docet me eiuſmodi rem, & factum ſimul Sex. Nouij, quod ſi ſolum proferretur, ſatis eſſe deberet.

SCHOLAE.

Προσωποποιία inſtituitur, vel cohortationis, & admonitionis cauſa, vel deſcriptionis, vt ἤθη bonorum virorum, & fortium perſpiciantur, vt illud in Milone exordium eſt παθητικὸν: Me quidem, Iudices, hæ voces Milonis. Valeant, valeant.) Incipit à geminatione, & iteratione: eſt enim virorum fortium aſſeuerare. Eſt tragica oratio, & actio. Sequitur iam νέμεσις indignatio: Spes meas falſas, &c. Eſt ἐκφώνησις non lachrymantis, nec dolentis, ſed cum contemptu, μετὰ καταφρονήσεως. Ego quum Tribunus.) Eſt

χαρι

γορεις: habet autem eam orationem ad Ciceronem: hactenus ipſum ἐνεργίτημα præſtitum eſt, καύχησις αὐτοῦ ὀνειδισμοῦ. Vbi nunc Senatus.) Eadem repetitio. Hactenus oratio Milonis ἠθική, in qua ſermo eſt animi fortis viri expreſſus. Μίμησις eſt dimidiatus διαλογισμὸς, non facit Ciceronem reſpondentem. Sequitur transformatio μιμήσεως, declinatio, & transformatio. Neque verò hæc vt ego.) Habuimus duplicem ἠθοποιίαν, primam μιμήσει factam, alteram διηγήσει, expoſitione Ciceronis. Sequitur ἐπάνοδος, redit ad ſe: De me verò, &c. & concluſa eſt μιμήσει.

Neque etiam diſsimile eſt, duobus his exemplis illud, quod in oratione, quam pro Aulo Cecinna habuit Cicero, in quo cum C. Aquilio habitus fuit Ciceroni ſermo: quo in loco primùm laudat Aquilium: deinde narratione breui ipſam ſermocinationem inſtituit. Vt, Ego ex iſto genere conſultorum non nominem, vt opinor, iſtum ipſum, quo vos authore rem iſtam agere, & defenſionem cauſæ inſtituere vos dicitis. Qui quum iſtam diſputationem mecum ingreſſus eſſet, non poſſe probare, quenquam eſſe deiectum, niſi ex eo loco quo fuiſſet: rem & ſententiam interdicti mecum facere fatebatur: verbo me excludi dicebat, à verbo autem poſſe recedi non arbitrabatur. Quum exemplis vterer multis, etiam illa meruerem æquitate à verbo, & à ſcripto, plurimis ſæpe in rebus ius, & æqui boniq; rationem eſſe ſeiunctam, ſemperque id valuiſſe plurimùm, quod in ſe auctoritatis habuiſſet, æquitatiſque plurimùm. Conſolatus eſt me, & oſtendit in hac ipſa cauſa nihil eſſe, quod laborarem. Nam verba ipſa ſponſionis facere mecum, ſi vellem diligenter attendere. Hactenus expoſitio ſermonis habiti. Sequitur ipſa ſermocinatio, mutatis verborum perſonis. Quónam, inquam, modo? quia certè, inquit, deiectus eſt

διηγητικὸν eſt δραματικὸν, καὶ μικτὸν iſtud exemplum.

σχηματισμὸς διηγηματικός.

δραματικός.

Cecinna vi, hominibus armatis, aliquo ex loco. ſi non ex eo loco, quem in locum venire voluit: at ex eo certè, vnde fugit. quid tum? Prætor, inquit, interdixit: vt, vnde deiectus eſſet, eò reſtitueretur: hoc eſt, quicunq; is locus eſſet, vnde deiectus eſſet. Ebutius autem, qui fatetur aliquo ex loco deiectum eſſe Cecinnam: is quomodo ſe reſtituiſſe dixit, neceſſe eſt malè ſecerit ſponſionem.

SCHOLAE. Magna eſt neceſſitudo inter has tres figuras, προσωποποιίαν, & ἠθοποιίαν, & διαλογισμόν. Quoniam oratione mores hominum exprimuntur, commodiſſimè poteſt fieri per ſermocinationem διαλογισμὸν, qui cùm in diſceptando, & argumentando, & contrariis ſententiis poſitus eſt, vocatur διάλεξις. Eſt enim duplex ſermocinatio: habemus enim aut perſonam aſſentientem, aut aduerſantem. Cùm perſona aſſentitur, non aduerſatur, vocatur διαλογισμὸς, vel διάλογος. Cùm contra pugnat & reſiſtit, vocatur διάλεξις, quo titulo Dialogus Luciani inſcriptus eſt διάλεξις ἢ Ζεὺς ἐλεγχόμενος: id eſt, diſceptatio, ſeu Iupiter redargutus. Sermocinatio eſt cùm duabus, aut pluribus perſonis ſermonẽ tribuimus, ſiue ſunt inter ſe conſentientes, ſiue diſſentientes. Inſtituitur autem aut inter abſentes, aut nobiſcum. Hoc poſtremum exemplum habet ſermonem habitum inter Ciceronem & Aquilium. Perſius adducit perſonam ſecum loquentem in aliena perſona: Quis legit hæc? &c. Aut ſumus igitur participes ſermonis, cùm nos loquimur, aut expertes, cùm introducimus alios. Eſt valde familiaris figura Poetis, Comicis, & Satyricis. Omnis ſermocinatio triplicem habet σχηματισμόν. Vnus eſt διηγηματικὸς, cùm ſermo ipſe habetur, & narratur ſua & tertia perſona. Alter eſt διαλογικὸς, cùm omittuntur illa duo verba, Inquam, & Inquit, δραματικὸς σχηματισμὸς Comicorum, & Tragicorũ. Tertius eſt mixtus ex vtroque, qui fit tam per illa duo verba, Inquam, & Inquit, quam διηγήσει narratione, & eſt σχηματισμὸς. renouatur & repetitur cum interpoſitione perſonarum: eſt δραματικὸς & διηγητικὸς propter Inquit, & Inquam. Sic ſermocinatio oratoria habet hæc omnia tria ſæpe. Hoc σχηματισμῷ non vtuntur purè & abſolutè, niſi in altercatione. Oratores medij ſunt inter Poetas, & Dialogicos ſcriptores. Autor ad

Herennium habet figuram, & ponit exemplum ſcholæ, factum non in foro vſitatum: omnia eius exempla ſunt luxuriantia. In Quintiana habemus exemplum ſermocinationis oratoriæ. Primò exponit λογισμοῦς Quintij, quaſi ab ipſo audiuerit. Eſt forma λογισμοῦ διηγητικη: ſermocinatio eſt expoſita ab ipſo Oratore. Poſterius inquit.) Ibi venit hoc mixtum genus, & deſiit in διηγήσει, quæ fit per tertiam perſonam. mixtus ſchematiſmus per verba ſecundæ & tertiæ perſonæ. Poſtremum exemplum ex Cecinna habet omnia iſta, eſt διηγητικὸν, δραματικὸν, μικτὸν. Oratores antequàm incipiant dialogum, vel ſermocinationem, ſolent laudare, aut vituperare perſonam, vt ſermo plus authoritatis habeat, vt in hoc exemplo facit: Videtur Aquilius cõſuluiſſe vtrique, noluit adeſſe in iudicio. Qui cùm mecum.) Hactenus laus perſonæ, ſequitur nunc expoſitio.

Argumentationum Rhetoricarum formæ.

CAPVT XL.

Argumentorum quot ſunt genera apud Ariſtotelem, totidem etiam in ſententiarum ornamẽtis videtur eſſe fines propoſiti. Omnis enim ſententiarũ plerunq; ornatus, aut ad docẽdum refertur, aut ad conciliandũ, aut ad commouendum animos eorum, qui audiunt. Ita vt tria ſint genera ornamentorum, ἀποδεικτικὸν, ἠθικὸν, παθητικὸν. *Hanc ego puto eſſe cauſam, quòd quædam genera argumentationum, vt ſunt dilemma,* διαίρεσις κατ' ἀφαίρεσιν, ἀνακεφαλαίωσις, παραβολὴ, παράδειγμα. *Partes etiam horum, vt propoſitio, digeſtio, digreſsio ſiue declinatio à re propoſita, & ad eandem rem reditus, aliaq; id genus inter figuras quidam Rhetores, atq; in his etiam Cicero numerarunt. Quamobrem etiam de his deinceps nobis exponendum.*

I. De dilemmate.

Διλημμα igitur, ſiue vt Hermogenes vocat, διλημμάτων, in præceptis Herennianis Diuiſio appellatur, & breuiter, atque ſubtiliter definitur: ita vt figura ſit, quæ rem à re remouens, vtramque abſoluit ratione ſubiecta: eiusq; id exemplum fecit. Cur nunc ergo quicquam tibi obijciam? Si probus es, non meruiſti, ſin improbus, non commoueris. Et quanquam plerunque hoc genus conficiatur particulis hypotheticis, tamen aliquando illæ etiam omittuntur. Non enim ornamentum eſt verborum, ſed ſententiarum, vt pro Flacco Cicero. Verum eſto, negotiari lubet: cur non Pergami? Smyrnæ? Trallibus? vbi & multi ciues Romani ſunt, & ius à noſtro magiſtratu dicitur? ocium te delectat? lites, turba. populus Romanus, odio eſt, libertate Græcorum gaudes. cur ergo vnus tu Apollonidenſes amantiſſimos populi Romani fideliſſimos ſocios, miſeriores habes, quàm aut Mithridates, aut pater tuus habuerit vnquam? Cur his per te frui libertate ſua, cur denique eſſe liberis non licet? Hic diuiſio facta eſt aduerſantium, otij ſcilicet, & negotij: in ſuperiori verò exemplo priuantium probitatis & improbitatis. Aliquando pars vtraque diuiſionis non ſeorſim ponitur in expeditione dilemmatis, ſed coniunctè in prima interrogatione: vt quaſi eius ſit concluſionis propoſitio, vt ad Cæcilium in Diuinatione: Tu Cæcili quid facies? vtrum hoc tantum crimen prætermittes? an obijcies? Si obijcies, id ne alteri crimini dabis, quod eodem tempore in eadem prouincia tu ipſe feciſti? aut debes ita accuſare alterum, vt quò minus tu te condemnare recuſare non poſſis? Si prætermittes, qualis erit iſta tua accuſatio,

Propoſitio αὐτὸ διαιρέσεως.

Expeditio.

Nulla hic eſt propoſitio.

Eſt δίλημμα κεκρυμμένον occultatum, & eſt ἐλεγκτικόν.

ἐρώτησις συμπλεκτική.

Primæ partis expeditio.

ἀναστροφή, nam à poſteriore incipit.

2. Pars.

cuſatio, quæ domeſtici periculi metu, certiſſimi, atq; maximi criminis non modò ſuſpitionem, ſed etiam mentionem ipſam pertimeſcat. Illud verò hoc in exemplo annotandum eſt, quòd poſterior pars diuiſionis tractata ſit breuius, quàm prior, quod tum faciendum eſt, quum illa pars opus habet confirmatione. Eſt enim dilemma inter concluſiones neceſſarias numeratum, quibus reſiſti non poteſt ab aduerſarijs: & tum demum dilemmata ſunt adhibenda, quum ſunt, vt Ariſtotelis verbo vtamur, ἄλυτα, quum neq; dilui, neq; reprehendi poſſunt.

SCHOLAE.

Habetis apud autorem Herennium inter figuras poſitas, ſimplices concluſiones, & dilemmata, quæ ipſe vocat Diuiſiones. Item ἀνακεφαλαιώσεις, quas ipſe vocat renouationes, & enumerationem κατ' ἀφαίρεσιν. Item παραβολὴν, & ſimilitudinem. Item exemplum: quæ omnia videntur potius referenda eſſe inter genera ἀποδείξεων, quàm inter ipſas figuras. Etiam apud Ciceronem in libro tertio de Oratore, Marc. Craſſus inter figuras numerat exemplum, ſimilitudinem, propoſitionem, diuiſionem, digeſtionẽ, quę ſunt partium vnius argumentationis. Ego etſi ſtatuerim de his ſeparatim tractare in Inuentione, tamen motus authoritate, ſiue Craſſi, ſiue Antonij, non putaui has figuras eſſe prætermittendas. Accedit etiam altera cauſa: diuiſio ſcilicet Ariſtotelis. Omnis argumentatio adhibetur, vel vt conciliemus auditorem, vel vt doceamus, vel commoueamus. Hi tres fines argumentationis videntur eſſe elocutionis. Faciamus igitur principium à dilemmate. δίλημμα dictum eſt, quòd quaſi habeat διάληψιν, dictum à δύο, quòd de vna re bis dicatur. Conſtituitur enim inter duas ſpecies ſubiectas in eodem genere: vt, natura hominis aut proba eſt, aut improba. De ipſa igitur hominis natura bis dico, de probitate ipſius, & de improbitate. Igitur dictũ ἀπὸ τοῦ δὶς, & λαμβάνειν: & ſæpe duæ cauſæ aliquando concurrunt, & tunc fit dilemma, quòd duæ res proponantur in propoſitione & concluſione ponitur res ſine cauſa aliqua. Autor ad Herennium vocat diuiſionẽ, quoniam nõ habuit proprium verbũ, ſecutus eſt vim ipſius figuræ, & ita definit:

Dilemma eſt, quod rem à re ſemouet: id eſt, quod res duas inter ſe contrarias diſtinguit, & diuidit. Vtramque rem abſoluit, ratione ſubiecta. Hoc exemplum differt à ſuperiore, quòd nullam habeat propoſitionem, eſt ἄνευ προτάσεως. Item non fit particulis hypotheticis. Διλήμματα δεικτικὰ, quibus noſtram cauſam probamus, non tam excellentia ſunt, quàm ἐλεγκτικὰ, quibus aduerſarios refutamus, vt δεικτικὰ quaſi nos arment: ἐλεγκτικὰ verò etiã aduerſarium iugulẽt.

In quarta actione eſt illud non diſsimile ſuperioribus: Reus eſt maximis plurimiſq; criminibus in iudicium vocatus: HS. CXX. millia ex hoc vno genere capta videmus. Si condemnatus eris, non opinor id ages, vt iſta pecunia conſumatur in ſtatuis, ſi abſolutus eris, quis erit tam amens, qui te ex tot tantiſque criminibus elapſum poſt quinquennium ſtatuarum nomine accerſat? In hac figura proprium & ferè perpetuum ornamentum interrogatio eſt. Sed aliquando cum vna in re plura, quàm duo interroganda ſunt, quæ reliqua ſunt ſeorſim, & poſt factum dilemma eadem interrogandi figura ſolent perfici: non enim omnia poſſunt eſſe διλήμματα: id eſt, duarum partium: multa res ſunt multiplices. Itaq; pro Roſcio Comœdo hoc pacto Cicero: Quid ſi tandem amplius triennium eſt? quomodo cùm omnes qui tabulas conficiunt, menſtruas penè rationes in tabulas transferãt, tu hoc nomen triennium amplius in aduerſarijs iacere pateris? Propoſitio hæc eſt. Sequitur διαίρεσις coniunctè facta. Vtrum cætera nomina in codicem accepti, & expenſi digeſta habes, an non? Si non, quomodo tabulas conficis? ſi etiam, quamobrem cùm cætera nomina in ordinem referebas, hoc nomẽ triennio amplius, quod erat in primis magnum in aduerſarijs relinquebas? Expeditio facta eſt hactenus κατ' ἀναστροφὴν. Sequuntur alteræ duæ interrogationes, etiam διλημματικαὶ, abſq; propoſitione tamen, & diuiſione coniun-

Seminatũ dilemma.

κατὰ περίφρασιν χρόνου.

coniuncta, & absq; pariculis huius figura proprijs occultandi gratia. Nolebas ſciri tibi debere Roſcium, cur ſcribebas? rogatus eras ne referres, cur in aduerſarijs ſcriptum habebas? Geminatum igitur hoc loco dilemma eſt pluribus interrogationibus confectum.

SCHOLAE.

Superiore exemplo, quæ poſtremis ſcholiis expoſui, illa habet dilemmata ſimplicia: ſingulæ res, quæ ſub eodem genere continentur, ſingulis dilemmatis eſt expedita, ſed aliquando fit vt vna res multiplicem habeat expoſitionem: igitur etiam opus habet multiplici interrogatione. Iſtud exemplum habet geminatum dilemma: & in hoc vno exemplo videtis duo genera dilemmatum, vnum σαφὲς apertum: alterum κεκρυμμένον abſconditũ. Dilemma apertum & ἀπαρακάλυπτον conficitur propriis particulis dilemmaticis: particulæ dilemmaticæ interrogationum ſunt, vtrum, an: & hypotheticæ, ſi & ſin. Eſt apertum dilemma, vbi ſtatim duo proponuntur, & duo exponuntur. Abſconditum dilemma eſt, quum omittuntur illæ particulæ, & etiam omittitur ipſa propoſitio. Pateris.) Oſtendit pecuniam non debere, & id probat ἐπιχείρημα ἐκ τοῦ χρόνου. Menſtruas.) Singulorum menſium. Aduerſariæ erant primi rationum libri, & primę ephemerides confuſanei libri. Hoc ἐπιχείρημα vrget ipſum aduerſarium. An non.) Eſt interrogatio ἀπαράληπτον, non abſconditum, ſed apertum. dat aduerſario optionem, vt deligat quid velit, vtrum velit. Sequitur iam ἀποτέλεσμα perfectio ipſius dilemmatis. Illud factum eſt interrogatione negatiua. Hactenus dilemma ἀπαρακάλυπτον: ſequitur dilemma κεκρυμμένον abſconditum. Volebas.) Eſt interrogatio alterius partis in diuiſione. Ne referres.) Scilicet à Roſcio. In vno igitur loco geminata ſunt dilemmata.

1. pars συγχωρητική.
ἀνάμνησις commonitio.

In quarta verò accuſatione, dilemma eſt factum prolixius, & primo loco optionem dat aduerſario eligendi vtrum velit ex duobus. Hîc tibi etiã multò magis, quam antè in aratoribus videndum: & conſiderandum eſt, quid velis. Magna res eſt. Commonitio, qua vti Oratores ſolent in argumentatione aliqua, & reprehenſione firma αἵρεσις.

ἀποτέλεσμα expeditio.

ἐπόμενοι territans.

Verùm tibi Siculos publicè priuatimq́; amicos, aut inimicos exiſtimari vis? Interrogatio hæc eſt διαιρετική, ſed optione data. Si inimicos, quid de te futurū eſt? quò confugies? vbi nitere? Modò aratorum honeſtiſsimorū hominū, & locupletiſsimorū maximum numerū abs te abalienaſti, nūc de Siculis ciuitatibus quid ages? Expeditio hæc primæ partis per conceſsionē facta. Sequitur alterius interrogatio, quod perficitur negando. Dices tibi Siculos eſſe amicos? qui poteris? quid, quod nullo alio in homine fecerūt, vt in eū publicè teſtimonium dicerent, cùm præſertim ex ea prouincia condemnati ſint complures, qui ibi Prætores fuerunt, duo ſoli abſoluti. Huc conueniunt cum literis, veniunt cum mandatis, veniunt cū teſtimonijs publicis, qui ſi te laudarent, tamen id more potius ſuo, q̃ merito tuo id facere viderentur. Sequitur enthymema, confirmans contrarium: Hi quum de tuis factis publicè conqueruntur, nónne hoc indicant, tantas eſſe iniurias, vt multò maluerint de ſuo more diſcedere, quàm de tuis moribus non dicere? Et ex hoc enthymemate πόρισμα confectum, quo dilemmatis pars priore loco expedita repetitur, & confirmatur. Confitendum tibi eſt igitur neceſſariò, Siculos inimicos eſſe, qui quidem & in te grauiſsima poſtulata Conſulibus ediderunt, & me, vt hāc cauſam, ſalutisq́; ſuæ defenſionē ſuſciperē, obſecrarunt. Differt hoc dilemma à ſuperioribus duobus. Nam cū duo genera ſint dilemmatū. Vnum ἐλεγκτικὸν, alterum δεικτικόν. Iſtud ex vtroq; compoſitum eſt. Superiora autē duo fuerunt ἐλεγκτικά: taceo quod iſtud ſuperioribus tractatū ſit prolixius. Non enim neceſſariū eſt dilemmata ſemper eſſe breuia, atq; arguta.

II. Pars ἐλεγκτική.

Conceſſio.

Conceſſio noſtri iuris eſt, cùm nobis vtile eſt.

ὁμολογία.

Confeſſio culpę eſt.

Concluſiones quę ἐνθυμήμασι ſequuntur, dicuntur πορίσματα.

SCHOLAE.

Cœpi vobis poſtrema lectione ſuperiore dicere, quemadmodum duo genera ſint enthymematum: ſic etiam duo eſſe genera dilemmatum. Omne enim dilemma aut eſt ἐλεγ κτικὸν, quòd refutat aduerſarij rationem, id quod nō fit concedendo, ſed negādo, vt in ſuperioribus exemplis. Alterum autem δεικτικὸν eſt, quod confirmat id quod nos volumus. Iſtud autem dilemma inſtituitur tanquam ἐλεγκτικὸν. Incipit in ἐλεγκτικῷ, & tamen deſinit eſſe δεικτικὸν. Principio igitur Cic. vſus eſt ἀναμνήσει cōmonitione: monet aduerſariū, vt caueat ſibi à ſuo telo: Sed ipſa optio data, vtrū, &c. Eſt interrogatio directa ad ἐλεγκτικὸν, ſed ἀποτέλεσμα, ipſa expeditio, quæ fit ςυγχωρήσει conceſſione. Eſt autem conceſſio noſtri iuris, cùm aduerſario aliquid concedimus. Sic in hoc loco eſt conceſſio, habens ἐπόμενον territans, Dices tibi.) Sequitur altera pars, quæ eſt ἐλεγκτικὴ, oſtendit non eſſe amicos, ſed inimicos. Qui quòd nulli.) Sequitur τεκμήριον ſignum. Hi quum.) Sequitur concluſio ſigni, primo loco ponit ἐπιχείρημα, poſtea exemplum neceſſarium. Concluſiones, quæ enthymemata ſequuntur, vocantur πορίσματα, in Scholis & Academiis corollaria, quando aliud ex alio ſequitur. Conſtituitur igitur hoc dilemma ἀναμνήσει, ἐρωτήσει, ἀποτελέσει expeditione, quæ facta fuit primo loco ςυγχωρήσει, in illa fuit reprehenſio. Pars altera eſt ἐλεγχώδης, refutās contrariū, qđ dicitur ab aduerſario. cōcluſio aūt eſt δεικτική.

In cauſa M. Cælij duo ſunt dilemmata cōtinuata, quorum primum propoſitionē non habet, diuiſionis autē partem vtramq; breuiter abſolutā: ita vt illud ſit duabus partibus perfectum, alterū verò poſteriore loco poſitū, συμπεραντὸν eſt, diuiſione tantū perfectum, nulla factum partium conſecutione. Eſt autē ille locus: Si quæ mulier eſt eiuſmodi, qualem ego paulò antè deſcripſi, tui diſsimilis, vita inſtitutoq; meretricio, cū hac aliquid adoleſcentem hominem habuiſſe rationis, non tibi perturpe, aut perflagitioſum eſſe videatur? Hactenus quædam propoſitio κατ' ὑπόθεσιν. Sed non illa propoſitio, quæ in dilemmate fit per diuiſionem. Sequitur diuiſionis, nō tamen vtriuſque partis abſolutio. Ea ſi tu non es, ſicut ego malo, quid eſt quod obijciant Cælio? Sin eam te volunt eſſe, quid eſt, cur nos crimen hoc, cùm tu contemnas, pertimeſcamus?

Aditus factus ὑποθέσει cōditione.

Expeditio.

Perfectum dilemma eſt duplici conſtitutione. Sequitur altera concluſio διλημματικὴ, quæ prioris dilemmatis συμπέρασμα, & conſequens concluſio. Quare nobis da viam, rationemq́; defenſionis. Nam aut pudor tuus defendet, nihil à M. Cælio petulantius eſſe factum: aut impudentia & huic & cæteris magnam ad ſe defendendum facultatem dabit. In Diuinatione etiam imperfectum eſt illud. Si tu poſtea cum illo in gratiam rediſti, ſi domi illius aliquoties fuiſti, ſi ille apud te poſtea cœnauit, vtrum te perfidioſum, an præuaricatorem exiſtimari mauis? video eſſe neceſſe alterutrum. Sed ego tecum in eo non pugnabo, quò minus vtrum velis eligas. Ex his conſtat, duo eſſe, dilemmatum genera. Vnum perfectum, ſuis omnibus conſtans partibus, propoſitione, diuiſione, concluſione. Alterum imperfectum, cùm aut propoſitio deeſt, aut ipſa expeditio. Sed expeditio tum demum deeſt, cùm ipſa diuiſio, aut per ſe aperta eſt, & probabilis, atq; neceſſaria, vt in hoc poſteriore exemplo, aut ex antecedente concluſione perfecta, vt in exemplo priore Cæliano.

Concluſio facta dilemmate altero.

Propoſitio διαιρετικὴ ſine expeditione & cóncluſione.

SCHOLAE.

Ex his quæ dictaui facilè intelligitur duplicem eſſe diuiſionem dilemmatum, aut enim ſingula dilemmata ponuntur ſeorſim, aut etiam quædam collocantur geminata ſingula, vt in ſuperioribus exemplis. Geminata vt in hoc exemplo Cæliano: prius autẽ eſt perfectius altero, eſt enim ſυμπεραστικὸν & ſυλλογιστικὸν, etiam ex antecedente factum conſequens. Alterum verò eſt demonſtratum ex priore, & quaſi ex antecedente concluſum. Illud exemplum ſumptum eſt ex oratione Cæliana, & habet ipſe Cicero pulchrũ aditum ad illud dilemma, aditus factus eſt ὑποθέσει, non ἀναμνήσει. Si qua.) κατάφασις & aditus ad ipſum dilemma, eſt aditus inchoatus ὑποθέσει. Huiuſmodi aditu debemus vti in defenſionibus vitiorum. cùm vitia volunt extenuare Oratores, vtuntur verbis ſignificantibus: ſæpe fit, vt cogamur confiteri eſſe peccatum, delictum, & crimen: ſed tamen quantitas criminis poteſt negari: non crimen eſſe nouum, & inauditum, vel eſſe tam magnum vt proponitur. Videatur.) Hactenus aditus. Ea ſi tu.) Deeſt diuiſio, propoſitio διαιρέσεως eſt omiſſa. Quare nobis.) Sequitur concluſio facta ex ipſo dilemmate. Eſt alterum dilemma, factum concluſione hypothetica, conſequitur ex altero dilemmate. In Diuinatione habetis breuius, & curtius dilemma. Domi.) ſcilicet Verris. Vtrum perfidioſum.) Eſt διαίρεσις. Expeditio nulla facta eſt, nulla etiam concluſio: ſed Orator tantum manet in propoſitione, & optione. Ergo duæ ſunt diuiſiones hoc loco, quod videlicet dilemmata ponãtur, aut ſingula, aut continuata, cùm alterum ex altero dilemmate conſequitur.

Enumeratio per remotionem.

Dilemmati eſt alterum genus διαιρέσεως *ſimile, quod* κατ᾽ ἀφαίρεσιν *conficitur, in quo ornamento, enumeratis omnibus rei partibus, ſingulæ negando remouentur, vt in 6. accuſatione. Quid igitur nobis faciendum? num argumentis vtendum in re eiuſmodi? Quærendum eſt credo, Heus iſte, num æs alienum habuerit, num auctionem fecerit? Si fecit, num tanta difficultas eum rei nummariæ tenuerit, tanta egeſtas, tanta vis oppreſſerit? vt ſacrarium ſuum ſpoliaret, vt deos patrios venderet. Propoſitio hæc eſt facta* διαιρέσει, *quam vocant Enumerationem. Sequitur* ἀφαίρεσις: *id eſt, ipſa remotio. At hominem video auctionẽ feciſſe nullam, vendidiſſe præter fructus ſuos nihil vnquam, non modò in ære alieno nullo, ſed in ſuis nummis multos eſſe, ac ſemper fuiſſe. Si hæc contrà, ac dico, eſſent omnia, tamen illum hæc, quæ tot annos in familia, ſacrarioq́; maiorum fuiſſent, venditurum non fuiße.* ἐκ περιουσίας *facta eſt conceſſio, id quod tum fieri ſolet, cùm res teſtimonijs non poteſt præſentibus*

Hoc ornamentũ Cicero inter argumentationes refert.

probari, & cùm ipſa conceßio nihil nocet, vel propter vi tutem, vel propter improbitatem perſonæ. In hoc genere, vt etiã in ſuperiore, vitioſa ſit concluſio, cùm pars aliqua omittitur. Sed ſæpe Oratores partẽ aliquã omiſſam ſenſim per occupationẽ refutant, vt in hoc ipſo loco. Quid ſi magnitudine pecuniæ perſuaſum eſt ei? Veriſimile non eſt, vt ille homo, tam locuples, tam honeſtus, religioni ſuæ monumentisq́; maiorum pecuniam anteponeret.

SCHOLAE. In omni dilemmate ineſt διαίρεσις, ſiue re ipſa, ſiue δυνάμει poteſtate. Re ipſa: id eſt, expreſſis verbis: poteſtate, vt apparuit in dilemmatis imperfectis: ſic in ἀφαιρέσει etiam eſt diuiſio. Sed differunt illæ duæ diuiſiones inter ſe quantitate & numero. In dilemmate bis dicitur aliquid. In enumeratione autem eſt diuiſio numeroſior: fit enim aliquando ſeptem membris. Sed hoc habet præceptum, vt omnes partes ponantur, vt nihil reliquum ſit, præter id quod poſitum eſt. Illud igitur ornamentum vocatur διαίρεσις κατ' ἀφαίρεσιν. Fit aliquando vt concluſio omittatur, quando per ſe intelligitur: fit aliquando, vt etiam ipſa enumeratio ſiue diuiſio omittatur: vt videbimus in exemplo Demoſthenis. Iſtud igitur ornamentum primum conſtat διαιρέσει, deinde ἀφαιρέσει, remotione. Habere æs alienum.) Eſſe debitorem, eſſe in ære alieno. Venderet.) Hactenus ipſa enumeratio, & διαίρεσις. At.) Sequitur ἀφαίρεσις, & incipit illa à ſecundo membro, itur ab auctione, poſtremò deſinit in primo membro. Hactenus igitur διαίρεσις, deinde ἀφαίρεσις facta κατ' ἀναστροφὴν, inuerſionem ordinis. Hoc loco poterat Cælius vti poſtulatione teſtimoniorum: ſed Orator vtitur συγχωρήσει. Quid ſi.) Eſt remotio occupationis aduerſarij, quoniam illud poſtremum poterat obiici, ipſe Cicero ſeiungit à ſuperioribus, & remouet. Concluſio eſt in ipſa occupatione. Igitur iſtud exemplum Ciceronis eſt perfectum enumerationis. Videamus iam aliud exemplum Demoſthenis.

Remotio abſq; διαιρέσει. *Aliquando abſq; enumeratione, quam διαίρεσιν nominamus, fit remotio partium, vt Demoſthenes in Mydiam,* cùm dixiſſet, nefas eſſe Mydiam tot conuictum criminibus abſolui. Τίνος γὰρ, inquit, ἕνεκα; τῶν στρατηγιῶν, ἀλλ' οὐδὲ ἑνὸς αὐτὸς στρατιώτης οὗτος οὐδενός ἐστιν ἄξιος, μήτιγε τῶν ἄλλων ἡγεμών, ἀλλὰ τῶν λόγων; ἐν οἷς κοινῇ μὲν οὐδὲν πώποτε λέγει ἀγαθόν, κακῶς δ' ἰδίᾳ πάντας ἀνθρώπους. γένους ἕνεκα νὴ Δία, καὶ τίς οὐκ οἶδεν ὑμῶν τὰς ἀπορρήτους, ὥσπερ ἐν τραγῳδίᾳ, τὰς τούτου γονάς; ᾧ δύο τὰ ἐναντιώτατα συμβέβηκεν εἶναι. ἡ μὲν γὰρ ὡς ἀληθῶς μήτηρ πλεῖστον ἁπάντων ἀνθρώπων εἶχε νοῦν. ἡ δὲ δοκοῦσα καὶ ὑποβαλλομένη πασῶν ἦν ἀνοητοτάτη γυναικῶν. *Similis ferè remotio eſt in 7. accuſat. Sed non omnia remouentur negando: verùm vnũ affirmando atq; aſſeuerando concluditur. Quò confugient ſocij? quem implorabunt? qua ſpe deniq;, vt viuere velint, tenebuntur? Si vos vos deſeritis, ad Senatum ne veniant, qui de Verre ſupplicium ſumant? non eſt vſitatũ, neq; Senatorium. Ad populúmne Rom. confugient? facilis eſt cauſa populi: legem enim ſociorũ cauſa iuſsiſſe, & eius legis cuſtodes, ac vindices propoſuiſſe dicit. Huc vſq; duæ partes remotæ ſunt, negando. Sequitur concluſio affirmans. Hic locus eſt igitur, Iudices, quò confugiãt, hic portus, hæc arx, hæc ara ſociorum: quo quidẽ nunc nõ ita confugiunt, nõ vt antè in ſuis repetendis rebus ſolebãt, non argentũ, non aurũ, nõ veſtes, non mancipia petũt: nõ ornamẽta, quæ ex vrbibus fanisq; erepta ſunt: hæc, vt ita dico, omnia iam ſocij veſtri relinquunt, & negligũt, Iudices, ne publicè à pop. Rom. ſpolientur: officijs & fide prouiderũt paucorũ cupiditati, tũ cùm obſiſtere nõ poterãt, tamen ſufficere aliquo modo poterãt. Nũc verò iam adepta eſt nõ modò reſiſtendi, verũ etiã ſuppeditãdi facultas. Ex his exẽplis facile eſt videre, has poſſe cõſtitui partitiones, quarũ prima eſt, vt in dilemmatum generibus quædã fuerũt perfecta partibus, quædã imper-*

Propoſitio conditione perfecta.

ἀφαίρεσις δι᾽ ὅλων. Συμπέρασμα καταφατικὸν κ͡τ θέσιν.

ſecta. Sic in remotionibus quoque. Altera partitio eſt, quod aut remouentur omnia negando, aut cæteris remotis vnum aliquod affirmatur, ita vt alterum ἐλεγκτικὸν ſit, alterum δεικτικόν. Illa verò tertia eſt, quòd aut argumentoſa eſt remotio ad docendum explicata, vt in primo exemplo. Aut ad mouendos animos deriuata, vt in duobus poſterioribus, quorum alterum Demoſthenes ad ſæuitiam direxit, alterũ Cicero ad amorem & clementiam. Argumentoſas voco in quibus finis eſt docere, eoq; breuiter ſæpe abſoluuntur, vt pro C. Rabirio perduellionis reo. Atqui videmus hæc in rerum natura tria fuiſſe, vt aut cum Saturnino eſſet, aut cum bonis, aut latere: latere mortis inſtar erat turpiſſimæ: cum Saturnino eſſe, furoris & ſceleris: virtus & honeſtas cum Conſulibus iſtis eſſe cogebat. Hoc tu igitur crimen vocas, quod cùm iis fuerit, quos amantiſſimus fuiſſet, ſi oppugnaſſet, turpiſſimus ſi reliquiſſet.

SCHOLAE. Dixi quomodo dilemma habeat διαίρεσιν partitionem. Sic etiam partitionem habere remotionem: hoc eſt, διαίρεσιν κατ᾽ ἀφαίρεσιν. Sunt enim enumerationum genera tria. Vnum eſt, quod fit amplificationis gratia, cùm totum diſtribuitur in ſuas partes, cuiuſmodi ſunt conglobationes, & congeries, & diſtributiones Rhetorum: de quibus dictum in figuris amplificantibus. Secundum genus eſt, quod vocatur κατ᾽ ἀφαίρεσιν, in quo partes aliquæ remouentur, negando: oportet igitur alterũ eſſe genus enumerationis quod fit per θέσιν, per affirmationẽ. Cuiuſmodi habemus exemplum in oratione pro Quintio. Etenim ſi veritate, amicitia, ſi fide, &c. Sunt in hoc exemplo tria. Eſt enumeratio trium in vno membro: ſunt duo membra etiam tria affirmantia: ſcilicet tres καταφάσεις, ſequitur concluſio etiam θετικῶς, Vanum ſe, &c. Tota illa enumeratio, & illud enthymema factum eſt κ͡τ διαίρεσιν, ſed non remotione: verùm καταφάσει affirmatione. Nos de illo genere amplificante egimus ſuperioribus temporibus. & illo καθ᾽ ἕξιν, καὶ θέσιν poſtea dicendum.

dum. Nunc de eo agimus, quòd fit ἀφαιρέσει, & illius attulimus exemplũ ex oratione Verris: vendidiſſe præter fructus &c. Ibi eſt διαίρεσις καὶ ἀφαίρεσιν, ſed tamẽ eſt ἀσυμπέραστος: enumeratio ipſa facta eſt tribus tantùm verbis. Cicero fecit partitionem tripartitã, I. fecit auctionem, II. æs alienum, III. quòd coactus. Quartum membrũ Cicero poſuit ſeorſim per occupationem: quòd ſi ex his tribus nullum, ſed magnitudine pecuniæ motus. Demoſthenes in oratione contra Mydiam ponit ſimile exemplum. ſed quemadmodum Cicero non habuit concluſionem: ſic Demoſthenis exemplum non habet διαίρεσιν partitionem, ſed tantum ἀφαίρεσιν. γένος.) Remouit imperium, remouit eloquentiam. Iam etiam remouet familiam. ἀπορρήτων) dicitur id quod eſt tectum & occultatum, etiam vocatur id quod ab Hermogene dicitur ἄῤῥητον: eſt igitur ambiguum. Iſta exempla facta ſunt remouendo in enumeratione, atque etiam in concluſione, quamuis concluſiones manſerint poſitæ. Cicero etiam in Actione VII. habet remotionem abſq; propoſitione, quemadmodum Demoſthenes. Quò confugient.) eſt propoſitio negatiua, pars affirmatiua eſt omiſſa. Niſi ad vos (Interrogatio eſt ἀτελὴς imperfecta: ſed tamen facit perfectam ὑποθέσει conditione. poſt illam propoſitionẽ debebat ſequi διαίρεσις. Hic locus fit remotis duobus: iam ſequitur concluſio affirmans. Hæc ſunt tria exempla, duo Ciceronis: vnum Demoſthenis. Ex his poſſunt deſumi partitiones enumerationis. Sic cum perfecta eſt διαίρεσις, eſt partita propoſitione, diuiſione, remotione, & concluſione. Secunda diuiſio eſt, quòd omnis remotio fit vel negando, eſt negatio per omnia, quemadmodũ ſyllogiſmus hypotheticus eſt, qui habet per omnia affirmationẽ. Alterum autẽ eſt enumeratio, quæ fit affirmatione, non fit ἀφαιρέσει, habet συμπερασματικὸν, non ἀφαιρετικόν. Tertiũ eſt quòd omnis ἀφαίρεσις, vel enumeratio, quæ fit per remotionem, vel eſt ἀποδεικτική, id eſt, dirigitur ſolùm ad docendum, aut eſt deflexum ad motum, fit mouendi cauſa. Ad docendum.) Illius exemplũ habetis apud Ciceronem in oratione pro C. Rabirio. Facere motus) Incipit à Poſtremo. Virtus & honeſtas.) Sequitur [illegible]. Hæc igitur.) Concluſio. Illud exemplũ addidi, primum vt oſtenderem quòd eſſet ἀφαίρεσις δεικτική. Deinde vt haberetis exemplum plenæ remotionis.

Remotionem διαίρεσιν καὶ ἀφαίρεσιν nominauimus propterea, quòd aliud eſt genus diuiſionis, quod non fit negando, aut remouendo, ſed affirmando atque attribuendo. Eſt enim καταφατικὸν non ſolum in Concluſione, verumetiam in propoſitionibus, & pulchrum efficit atque concinnum. Sæpe etiam acre & vehemens genus Enthymematum, vt pro P. Quintio. Etenim ſi veritate amicitia, fide ſocietas, pietate propinquitas colitur: neceſſe eſt qui amicum, ſocium, affinem, fama ac fortunis ſpoliare conatus eſt: vanum ſe, & perfidioſum & improbum eſſe fateatur. Hoc genus argumentationis breuiter debet contorqueri, hoc eſt, vt Ariſtoteles vocat συστρέφεσθαι: vno ſcilicet verborum ambitu, quem περίοδον vocat. Sed quoniam hoc genus ex contrarijs plerumque conficitur verbis, per negantia quoque poteſt commutari: vt non verum ſe, non fidelem, non pium confiteatur neceſſe eſt. Sed quia priuantia ſignificantiora ſunt quàm negantia, etiam apud Dialecticos ex priuantibus verbis propoſitiones affirmando ſiunt, ſi quando negantia eiuſmodi inueniantur apud Oratores, ea cum affirmantibus commutari poſſunt, vt in tertia accuſatione. Quod anno poſt M. Piſo Quæſtor, cùm L. Scipioni Conſuli obtigiſſet: non attigit pecuniam: non ad exercitum profectus eſt, quòd de Rep. ſenſit, ita ſenſit: vt nec fidem ſuam, nec morem maiorum, nec neceſſitudinem ſortis læderet. Etenim ſi hæc perturbari omnia & permiſceri volumus: totam vitam periculoſam, inuidioſam infeſtamque reddemus: ſi nullam religionem ſors habebit, nullam fidem & ſocietatem coniunctio ſecundæ dubiæque fortunæ, nullam authoritatem mores, atque inſtituta maiorum. Omnium eſt communis inimicus, qui hoſtis eſt ſuorum. In affirmatia

Propoſitio γνωμολογική.

Nullæ διαίρεσις ſine διακρίσει.

Diuiſio abſque Enthymemate.

1. membrũ vbi cauſæ coniunctæ ſunt cum ſubſtantijs.

Species ſignificatior eſt genere.

Nõ bonus, non pius leuius eſt.

Grauius eſt impietas, parricida, & impius.

Igitur ex negantibus priuantia debeat confici.

i iſta poſſunt conuerti hoc pacto: vt fidem ſuã ſeruaret, morem maiorum coleret, neceſſitudinem ſortis veneratus ſit: & alterum hoc pacto. Si Religio ſortis contemneretur, ſi fides in coniunctione ſecundæ dubiæq́; fortunæ violabitur, ſi infringentur mores & inſtituta auctoritaſq́; maiorum.

SCHOLAE. Diximus διαιρέσεων varia eſſe genera. Vnum ſcilicet ἀυξητικὸν, rem amplificans: cum totum diſtribuitur in ſuas partes, cum factum amplificatur conglobatione conſequentium, quo genere vti ſolemus in commouendis animis, in cohortando, dehortando, in conflanda inuidia, & in ſimilibus animorum motibus concitandis. Alterum genus διαιρέσεων eſt διαλεκτικὸν, duabus perficitur rebus: ex quo fit dilemma. & illud in vtraque parte plerumq; eſt ἐλεγκτικὸν, refutans ſcilicet aduerſarium. Reliquum etiam eſt δεικτικὸν, tertium genus διαιρετικὸν eſt, quod vocatur κατ' ἀφαίρεσιν, cum Interrogatio concluditur per remotionem: de quo proximè explicauimus. Quartum genus huic contrarium eſt, quod vocatur κατὰ κατάφασιν, quod non fit negando vel priuatione, ſed fit θέσει, quæſtione alicuius rei. Quoniã enim eſt vnum genus διαιρέσεως κατ' ἀφαίρεσιν, oportet etiam eſſe genus κατὰ θέσιν. Hoc genus eſt omnino Oratorium atque rhetoricum. Ex hoc enim conſiciuntur rotunda illa Enthymemata, vno ambitu verborum abſoluta, ex verbis pugnantibus. Cuius generis poſui duo exempla: Vnum ex oratione Quintiana: alterũ ex tertia accuſatione, propterea quòd differant & genere verborum & partium collocatione. Primum exemplum eſt vno ambitu verborum inchoatum & abſolutum, eſt ἀυτοτελὲς, τέλειον, eſt id etiam, quod ſeorſim per ſe collocatur, & ſeorſim ponitur, maior ſeorſim eſt & minor, & ſeorſim quoq; concluſio. Vocatur concluſio propterea, quòd omnes partes habet ſubſtantiales. ἀυτοτελὲς autem eſt, quod nouo verborum ambitu continuatur, vt in iſta περιόδῳ trimẽbri τρικώλῳ. Etenim ſi veritate amicitia &c. Et nulla diuiſio poteſt fieri abſque diſtinctione rerum differentium, vel cauſarum efficientium. Amicitia non poteſt cõſiſtere abſq; veritate. Veritas igitur ad conſtituendã atq; cõſeruandam amicitiam eſt neceſſaria. Cauſa efficiens & conſeruans ipſam amicitiam eſt ſocietas. Affinitas non poteſt conſiſtere abſque pia reuerentia: quidam enim parentes non ſunt parentes, ſi non in ipſis eſt charitas, ſic etiam liberi non ſunt liberi, ſi non ſunt pij. Cicero, qui omnes partes philoſophiæ diligenter cognouerat, ex ſuis præceptoribus, ex integra philoſophia ſumpſit hanc diuiſionem. Etenim ſi veritate) Propoſitio habet ſententiam, pertinentem ad mores & vitam, quam ſi quis ſeruet, poterit piè viuere: Ponit igitur primo loco ſententiam ἠθικὴν, ſequitur ſecundus verſus, vel ſecundum membrum, quod duo habet illa contraria coniuncta cum ipſis ſubſtantijs. ſequitur ſecundum mẽbrum, quod eſt ſolitariũ: neceſſe eſt vt qui, &c. Vt improbũ) Sequitur Concluſio ipſius Enthymematis & tertij membri, confectum ex contrarijs. Quod genus argumentationis eſt Enthymema, factum diuiſione rerum, quæ ſimilem habent diuiſionem. Omnia ſunt hoc in loco affirmantia. Prima ſententia eſt καταφατικὴ affirmans. Vanum ſe) eſt effectus iam poſitus. Dixi iſtud genus eſſe pulcherrimum, cum eſt inchoatum, & abſoluitur vna periodo. Sed aliquis poſſet dicere, Nonne iſta poſſunt eſſe negantia? Reſpódeo. Oportet eligere verba ſignificãtiora. ſpecies ſunt grauiores quàm ſunt priuantia. ſi dico non eſt bonus, dico aliquid graue, ſed grauius dico, eſt parricida. Hic vir eſt improbus, plus iam dico, quàm ſi dicerem, non eſt vir bonus. Fit aliquando vt diuiſio ſeorſim ponatur, vt fit in exemplo Ciceronis ex 3. Verrina. diuiſio eſt in minore propoſitione. Etenim ſi hoc) Sequitur Enthymema, quod incipit à concluſione: primum enthymema incipit à propoſitione. Etenim ſi amicitia, &c. concluſio etiã poſita poſteriore loco. In hoc autẽ Enthymemate συμπέρασμα poſitum eſt primo loco. Eſt Enthymema ex duobus membris, ex concluſione & propoſitione, quamuis ipſa propoſitio ſit trimembris. Iſta omnia ſunt negantia. ſunt tres ἀποφάσεις, propoſitiones negatiuæ in ipſo Enthymemate, ſed iſtę negationes ſunt poſitæ loco affirmantium, probatæ ἀναλύσει reſolutione. Sic etiam alterum, ſi religio ſortis contemneretur, eſt affirmatiua. Accipe contraria loco negantium, & habebis propoſitiones affirmatiuas.

De

De frequentatione.

Ἀνακεφαλαίωσις.

Hactenus de Dilemmate, & de Remotione, & ſimul de Enthymemate, quod ex contrarijs efficitur, atq; diuiſione affirmante, quam κατὰ φάσιν, aut κατὰ θέσιν nominamus, deinceps de frequentatione, quam Ἀνακεφαλαίωσιν Græci vocant, qua argumenta per totam cauſam ſiue ſeorſim ſingula, ſiue coniunctè plura collocata ſint memoriæ cauſa, vnum in locum cogimus, & ex omnibus efficimus concluſionem. Hoc genus aliquando ita numeroſum eſt, vt vna ſit ex duabus partibus perorationis. Quæ in enumerationem, hoc eſt ἀνακεφαλάιωσιν, & in exaggerationem atque grauitatem, quam δείνωσιν vocant, à Rhetoribus diuiditur. Hæc aliquando ita fit, vt ſeorſim ponatur ante concluſionem. Cuiuſmodi eſt illa prolixa in oratione pro P. Quintio, in qua non ſolum diuiſio repetitur generatim, ſed quæ in vnaquaque parte multiplicem argumentationem habebant proponuntur, & tandem omnibus enumeratis conſequitur concluſio. Ex quo, & ex cæteris dictis, factis, cogitatisq; S. Neuij, quiuis poteſt intelligere, iſtum nihil egiſſe, neque nunc agere, niſi vti per vim, per iniuriam, per iniquitatem iudicij totum agrum, qui communis eſt, ſuum facere poſſit. Sed hæc frequentatio minutè facta eſt, nulla omiſſa parte: Illa autem per genera cõcurrit in Diuinatione: Quamobrem hoc ſtatuere Iudices debetis, Q. Cæcilium, de quo nulla vnquàm opinio fuerit, nullaq; in hoc ipſo iudicio expectatio futura ſit, qui neq;, vt antè, collectam famam conſeruet, neq; vti reliqui temporis ſpem confirmet, laborat non minus hanc cauſam ſeuerè, non minus accu-

Frequentatio per minuta.

2. Frequentatio per genera.

ratè, non minus diligenter acturum. Habet enim nibil quod offenſione deperdat, vt turpißimè, flagitioſißimè decedat, nibil de ſuis veteribus ornamentis requirit. A nobis multos obſides habet pop. Rom. quos vt incolumes conſeruare, tueri, confirmare ac recuperare poßimus, omni ratione erit dimicandum. Habet honorem, quem petimus, habet ſpem quam propoſitam nobis habemus, habet exiſtimationem multo ſudore, labore, vigilijſq; collectam vt ſi in hac cauſa noſtrum officium & diligentiam probauerimus, hæc quæ dixi retinere per pop. Rom. incolumia ac ſalua poßimus. Si tantulum offenſum titubatumq; ſit, vt ea quæ ſingulatim ac diu collecta ſunt, vno tempore vniuerſa perdamus. In 7. verò accuſatione in ipſa peroratione & inuocatione Deorum non ſeptimæ orationis capita repetit, ſed ex ſexta ea ſolum reſumit, quæ ad illos Deos, quos inuocat, pertinebant. Et vnà cum frequentatione alteram partem perorationis quam vocant δείνωσιν coniunxit. Nunc te Iupiter Opt. Max. cuius iſtud donum Regale, & dignum tuo pulcherrimo templo, dignum Capitolio, atq; iſta arce omnium nationum, dignum regio munere, tibi factum à Regibus, tibi dicatum atq; promiſſum, quæ per nefarium ſcelus de regijs manibus extorſit: cæteraq; eius loci vſq; ad extremum.

SCHOLIA. Diximus ſuperioribus proximis ſcholijs, frequentationem poſſe coniungi cum diuiſionibus & enumerationibus. Frequentationem vocat orator ad Herennium, quod græci vocant ἀνακεφαλαίωσιν. Eſt autem Ἀνακεφαλαίωσις ἀνακαίνωσις τῶν κεφαλαίων, renouatio capitum. Eſt autem ἀνακεφαλαίωσις omnium rerum, quæ tractata ſunt, vel ſeorſim ſingulis, vel coniunctim, omniũ inquam eorum eſt renouatio & repetitio, ex illis facta concluſio. Hac frequenter vtuntur oratores in perorationibus, quamuis & vtuntur ea in parte aliqua confirmationis. Si exemplum requiratis copioſum ἀνακεφαλαιώσεως, habetis in fine orationis pro Quintio. Igitur

Diuiſio frequentationis.

ἀνακεφαλαίωσις eſt omniũ rerum, quæ paſſim tractata ſunt, renouatio omnium quæ ſunt ἐν διαμερίσει vel τῶν διηγημένων, illa fit multiplici methodo: aut enim eſt renoſtatio ipſius tātum partitionis generum, ſcilicet generalium capitum. Alterum genus eſt minutum, complectens ea quæ ſunt ἐν ὑποδιαιρέσει, repetit τὰ ὑποδιηγημένα vt pro P. Quintio. Tertium eſt præcipuorum, cum nec partitio repetitur, neq; etiam ipſa διηγημένα repetuntur, ſed tantùm ipſa præcipua, ἐνδοκημῶτα. Cuiuſmodi exemplum habetis in Diuinatione contra Cæcilium. Eſt quartum etiam, quod non præſentis orationis, ſed antecedentis, eſt τῶν ἀλλοτρίων vt in 7. accuſatione: atq; hæc quarta freqnentatio cõtraria eſt primæ: Illa enim eſt ἀποδεικτική, hæc παθητική: hæc propria eſt eius cauſę, hęc τῶν ἀλλοτρίων: ibi τὰ διηγημένα, hic præcipua tantùm repetuntur. Nam hoc quartũ genus fit δεινώσεως ἕνεκα propter amplificationem & exaggerationem rei, propter motum animorum, ad perturbandos animos eorum qui audiunt Sic Cic. in 7. accuſatione implorat opẽ omniũ Deorũ, Illa Methodus vocatur ἀνακεφαλαίωσις τῶν ἀλλοτρίων καὶ τῆς δεινώσεως,

De Similitudine & Exemplo.

CAP. XLI.

Παραβολή.

SVperioribus his figuris, quas diximus argumentoſas eſſe & ad probandum dirigi, Similitudo & Exemplum adÿci ſolent, vt enim Syllogiſmo Dialectico Enthymema Rhetoricum reſpondet. Ita ἐπαγωγῇ Dialecticorũ ſimilitudo, & Exemplum Oratorum æquale eſt. Quare prius de ſimilitudine, quam παραβολὴν & ὁμοιώσιν nominamus. Eſt autem ſimilitudo Orationis figura, quæ ex re diſpari atq; diſsimili aliquid ſimile efficit, qua natura rei propoſita intelligatur. Et quoniam crebrò hæc figura vſurpatur & tractatur variè, non ab Oratoribus ſolùm, verumetiam à Philoſophis. Ea Varietas aliquo modo nobis demonſtranda exemplis videtur. Partes ſimilitudinis ſunt, propoſitio, ſimile, accommodatio atque concluſio. Rarò autem ſimilitudo abſque propo-

Definitio ſimilitudinis.

Partes ὁμοιώσεως.

Propoſitio occupationis per remotionem.

λαμπρὰ παραβολὴ, & eſt ἠθικὴ, quia rationem officij L. Syllæ reddit.

Deſinit in comparatione.

Hermogenes ſimilitudines ponit inter expoſitioně Enthymematis.

ſitione eſt, ita vt vel neceſſariò ſit eam poni, vel intelligi ab ijs qui audiunt. In Oratione pro *Sex.* Roſcio *à propoſitione inchoatur. Placet igitur in his rebus aliquid imprudentia præteriri? non placet* Iudices, *ſed neceſſe eſt. Propoſitio hæc eſt* Α᾽νασκευαςικὴ, *Sequitur ſimile.* Etenim *ſi* Iupiter Opt. Max. *cuius nutu atq; arbitrio, cælum terra, mariaq; reguntur, ſæpè ventis vehementioribus aut immoderatis tempeſtatibus, aut nimio calore, aut intollerabili frigore hominibus nocuit, vrbes deleuit, fruges perdidit, quorum nihil pernicie cauſa diuino conſilio, ſed vi ipſa & magnitudine rerum facta putamus : at contrà commoda, quibus vtimur, lucemq; qua fruimur, ſpiritumq; quem ducimus, ab eo nobis dari atq; impertiri videmus: Quid miramur L. Syllam, cum ſolus* Remp. *gereret, orbemq; terrarum gubernaret,* I*mperijq; maieſtatẽ, quam armis receperat, legibus confirmarat, aliqua animaduertere non potuiſſe? niſi hoc mirum eſt, quod vis diuina aſſequi non poſſit, ſi id mens humana adepta nõ ſit. Illud inprimis obſeruandum in ſimili, vt res quæ inter ſe comparantur, & conferuntur, dignitate reſpondeant, quo ad eius poteſt fieri, vt in hoc exemplo,* Cicero *quem cum L. Sylla compararet, quoniam in hominibus parem non habuit,* Iouem *aſſumpſit.*

SCHOLAE.

Dixi has figuras, quas poſtremo loco tradidi, dirigi ad docendum, & eſſe argumentoſas, quamuis ſæpe etiã addatur ἦθος & πάθος, tamen præcipuus finis eſt docere. Docet ipſa διαίρεσις καὶ ἀφαίρεσιν, docet ἀνακεφαλαίωσις, ſic etiam ſimilitudines & exempla docent. παραβολαὶ vocantur ſimilitudines propriè, quòd res inter ſe παραβάλλονται. Vocantur ὁμοιώσεις, propterea quòd res inter ſe diſſimiles ſimulant, & ſimiles faciant. Similitudo hæc habet commoda: primum quia facile intelligere, eſt conueniens ad docendũ homines imperitos & plebeios, quemadmodũ etiã ipſa exempla : propterea Socrates ſæpè vtitur ſimilitudinibus,

cum

cùm diſputat contra ſuos ciues & plebeios: cùm autem diſputat cum Sophiſtis, vtitur ſyllogiſmis & argumentationibus. Deinde, quia ſimilitudo eſt facilis inuentu, facilè poteſt inueniri. Quando deſunt exempla, tum Orator confugit ad ſimilitudinem. Partes ſimilitudinis ſunt, propoſitio, ſimile, accommodatio, πρότασις, τὸ ὅμοιον, προσαπόδοσις. Propoſitionem voco non propoſitionem ſimilitudinis: ſed dicitur eſſe propoſitio rei de qua dubitatur. Debet igitur propoſitio vel eſſe ἀνασκευαστική, vel κατασκευαστική. Sic ſimilitudo Ciceronis incipit à propoſitione. Placet, &c. Probat poſteriorem partem propoſitionis ſimilitudine. Diximus inter argumentationes & figuras numerari ſimilitudinem. Cauſas oſtendi duas, quare illud poſſit fieri. Argumenta & ſententiæ & ad docendum diriguntur, & ad commouendum. Eodem modo figuræ diriguntur ad hunc duplicem finem. Inde Hermogenes ipſam ſimilitudinem & exemplum ponit inter ἐργασίαν ἐνθυμήματος. Ponit primo loco εἰσαγωγήν. num placet.) Eſt propoſitio εἰσαγωγικὴ τῆς κεφαλῆς. Neceſſe eſt.) Remouet cauſam ipſam in neceſſitatem. Adepta non ſit.) Eſt in ipſa ſimilitudine quoque comparatio.

Eſt hæc ſimilitudo ἠθική, *pertinens ad rationem officij, ſed ſplendor eſt in ipſa collatione. Illa in exordio orationis pro L. Murena eſt argumentoſior, pluribus rationibus coniunctis: hoc enim ſæpe fit, vt ſimilitudines, non ponantur ſolæ, quemadmodum in ſuperiore exemplo, ſed coniungantur cum alijs rationibus. In eo igitur loco principio poſita eſt occupatio, ipſiusq́ argumentationis* κατάστασις. *Et primùm M. Catoni vitam ad certam rationis normam dirigenti, & diligentiſſimè perpendenti momenta officiorum omnium, de officio meo reſpondebo. Negat fuiſſe rectum, me & conſulem, & ambitus legis latorem, & tam ſeuerè conſulatu geſto, cauſam L. Murenæ attingere. Cuius reprehenſio me vehementer monet, non ſolùm vt vobis iudices, quibus maximè debeo,*

Similitudo excuſatoria

Propoſitio generalis.

εἰσαγωγὴ τῆς παραβολῆς.

καθόρθωμα

Reſponſio quoque ἠθική.

ταπείνωσις.

Propoſitio occupationis per remotionem.

λαμπρὰ παραβολή, & eſt ἠθική, quia rationem officij L. Syllę reddit.

Deſinit in comparatione.

Hermogenes ſimilitudines poſuit inter expoſitioné Enthymematis.

ſitione eſt, ita vt vel neceſſariò ſit eam poni, vel intelligi ab ijs qui audiunt. In Oratione pro Sex. Roſcio *à propoſitione inchoatur. Placet igitur in his rebus aliquid imprudentia præteriri? non placet* Iudices, *ſed neceſſe eſt. Propoſitio hæc eſt* Ἀνασκευαστική, *Sequitur ſimile.* Etenim ſi Iupiter Opt. Max. *cuius nutu atq; arbitrio, cælum terra, mariaq́; reguntur, ſæpè ventis vehementioribus aut immoderatis tempeſtatibus, aut nimio calore, aut intollerabili frigore hominibus nocuit, vrbes deleuit, fruges perdidit, quorum nihil pernicie cauſa diuino conſilio, ſed vi ipſa & magnitudine rerum facta putamus : at contrà commoda, quibus vtimur, lucemq́; qua fruimur, ſpiritumq́; quem ducimus, ab eo nobis dari atq; impertiri videmus: Quid miramur L. Syllam, cum ſolus* Remp. *gereret, orbemq́; terrarum gubernaret,* Imperijq́; *maieſtatē, quam armis receperat, legibus confirmarat, aliqua animaduertere non potuiſſe? niſi hoc mirum eſt, quod vis diuina aſſequi non poſſit, ſi id mens humana adepta nō ſit. Illud inprimis obſeruandum in ſimili, vt res quæ inter ſe comparantur, & conferuntur, dignitate reſpondeant, quo ad eius poteſt fieri, vt in hoc exemplo,* Cicero *quem cum L. Sylla compararet, quoniam in hominibus parem non habuit, Iouem aſſumpſit.*

SCHOLAB.

Dixi has figuras, quas poſtremo loco tradidi, dirigi addocendum, & eſſe argumentoſas, quamuis ſæpe etiã addatur ἦθος & πάθος, tamen præcipuus finis eſt docere. Docet ipſa διαίρεσις καὶ ἀφαίρεσιν, docet ἀνακεφαλαίωσις, ſic etiam ſimilitudines & exempla docent. παραβολαὶ vocantur ſimilitudines propriè, quòd res inter ſe παραβάλλονται. Vocantur ὁμοιώσεις, propterea quòd res inter ſe diſſimiles ſimulant, & ſimiles faciant. Similitudo hæc habet commoda: primum quia facile intelligere, eſt conueniens ad docendũ homines imperitos & plebeios, quemadmodũ etiã ipſa exempla : propterea Socrates ſæpè vtitur ſimilitudinibus, cùm diſputat contra ſuos ciues & plebeios: cùm autem diſputat cum Sophiſtis, vtitur ſyllogiſmis & argumentationibus. Deinde, quia ſimilitudo eſt facilis inuentu, facilè poteſt inueniri. Quando deſunt exempla, tum Orator confugit ad ſimilitudinem. Partes ſimilitudinis ſunt, propoſitio, ſimile, accommodatio, πρότασις, τὸ ὅμοιον, προσαπόδοσις. Propoſitionem voco non propoſitionem ſimilitudinis: ſed dicitur eſſe propoſitio rei de qua dubitatur. Debet igitur propoſitio vel eſſe ἀνασκευαστική, vel κατασκευαστική. Sic ſimilitudo Ciceronis incipit à propoſitione. Placet, &c. Probat poſteriorem partem propoſitionis ſimilitudine. Diximus inter argumentationes & figuras numerari ſimilitudinem. Cauſas oſtendi duas, quare illud poſſit fieri. Argumenta & ſententiæ & ad docendum diriguntur, & ad commouendum. Eodem modo figuræ diriguntur ad hunc duplicem finem. Inde Hermogenes ipſam ſimilitudinem & exemplum ponit inter ἐργασίαν ἐνθυμήματος. Ponit primo loco εἰσαγωγήν. num placet.) Eſt propoſitio εἰσαγωγικὴ τῆς κεφαλῆς. Neceſſe eſt.) Remouet cauſam ipſam in neceſſitatem. Adepta non ſit.) Eſt in ipſa ſimilitudine quoque comparatio.

Eſt hæc ſimilitudo ἠθικὴ, *pertinens ad rationem officij, ſed ſplendor eſt in ipſa collatione. Illa in exordio orationis pro L. Murena eſt argumentoſior, pluribus rationibus coniunctis: hoc enim ſæpe fit, vt ſimilitudines, non ponantur ſolæ, quemadmodum in ſuperiore exemplo, ſed coniungantur cum aliјs rationibus. In eo igitur loco principio poſita eſt occupatio, ipſiusq́; argumentationis* κατάστασις. *Et primùm M. Catoni vitam ad certam rationis normam dirigenti, & diligentiſſimè perpendenti momenta officiorum omnium, de officio meo reſpondebo. Negat fuiſſe rectum, me & conſulem, & ambitus legis latorem, & tam ſeuerè conſulatu geſto, cauſam L. Murenæ attingere. Cuius reprehenſio me vehementer mouet, non ſolùm vt vobis iudices, quibus maximè debeo,*

Similitudo excuſatoria
Propoſitio generalis.
εἰσαγωγὴ τῆς παραβολῆς.
καθόρθωμα
Reſponſio quoque ἠθική.
ταπείνωσις.

Ἀπόδειξις videt̃ ſumpta ex coniugatis, ſed pertinet ad proprium.

2. Ratio ex loco cõparatorum.

3. Ratio ex more & conſuetudine.

τὸ νομικόν.

Concluſio.

verumetiam ipſi Catoni, ſanctiſsimo atque integerrimo viro, ratione facti mei probem. Hactenus κατάστασις. Sequitur prima ratio, refutans ex loco proprij & differentia Dialecticorum. A quo tandem M. Cato eſt aquius Conſulem defendi, quàm à Conſule? quis mihi in Repub. poteſt aut debet eſſe coniunctior? quàm is, cui Reſpub. à me vnà traditur ſuſtinenda, magnis meis laboribus atque periculis ſuſtentata? Poſita eſt etiam altera ratio, ex loco parium & comparata ſimilitudine. Quòd ſi in his rebus repetendis, quæ mancipij ſunt, is periculum iudicij præſtare debet, qui ſe nexu obligauit, profectò etiam rectius in iudicio Conſulis deſignati, is potiſsimum Conſul, qui Conſulem declarauit, autor beneficij pop. Romani, defenſorq́; periculi eſſe debebit. Addita eſt etiam ratio, cõſuetudine confirmata. Ac ſi, vt nonnullis ciuitatibus fieri ſolet, patronus huic cauſæ publicè cõſtitueretur, is potiſsimũ honore affecto denfenſor daretur, qui eodem honore præditus, non minus afferat ad dicendum authoritatis quàm facultatis. Ad extremum appoſita eſt ſimilitudo, paulò illuſtrius rem demonſtrans, & totam concludens argumentationem. Quòd ſi è portu ſoluentibus, ij qui iam in portum ex alto inuehuntur, præcipere ſummo ſtudio ſolent, & tempeſtatum rationem, & prædonum, & locorum; quòd natura affert, vt eis faueamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti ſumus, aggrediantur; quo tandem animo me eſſe oportet, propè iam ex magna iactatione terram videntem, in hunc, cui video maximas reipub. tempeſtates eſſe ſubeundas. Quam ſi eſt boni conſulis, non ſolum quid agatur, videre: verùm etiam prouidere, quid futurum ſit: oſtendam alio loco, quantum ſalutis communis interſit duos Coſſ. in Rep. Ca-

lend.

kend. Ianuarijs eſſe. Quod ſi ita eſt, nō tam me officium debuit ad hominis amici fortunas, quàm Reſp. conſulem ad ſalutem communem defendendam vocare. In ſuperiore exemplo defendit Syllam: hic ſui officij rationem reddit. Ibi eſt vna ſimilitudo & ratio vna, hic plures. Illud etiam videre eſt diſcrimen, quod cùm hæc figura conſtet ex ſimili & ex aſſumptione atque accommodatione, quam ἀπόδοσιν nominamus, ipſa accommodatio aliquando verbis conficitur natiuis & proprijs, vt in ſuperiore exemplo. Sæpius etiam tranſlatis, ſed ex eadem ſimilitudine ſumptis verbis, vt in poſteriore exemplo, quod genus Orationis eſt venuſtius, &c.

SCHOLAE.

Adhuc ſumus in ſimilitudinibus Ethicis: Orator autem non ſolùm ſuam rationem ſuumq́; officium & mores conſyderare debet, ſed etiam eorum, qui ſunt in eo iudicio. Cicero autem in Oratione pro Murena vtitur refutatione calumniæ Catonis, & cauſis vtitur tribus, tribus etiam rationibus. Iſte igitur locus conſtat his partibus. 1. eſt κατάστασις, confecta tribus periodis & tribus ſententijs, ſequitur ἀναγωγή τοῦ ἐναντίου κεφαλαίου, &c.

Similitudines accuſatoriæ.

Sed non ſolùm in excuſando officio, verumetiam in accuſando vtimur ſimilitudinibus, vt rurſum in Roſciana. Ad eám ne rem vos reſeruati eſtis, ad eâm ne rem delecti, vt eos condemnaretis, quos ſectores ac ſicarij non iugulare potuiſſent? Solent hoc boni Imperatores facere cùm præliū committunt, vt in eo loco, quo fugā hoſtium fore arbitrentur, milites collocent, in quos, ſi qui ex acie fugiunt, improuisò incidant: nimirum ſimiliter arbitrantur iſti bonorum emptores, vos hîc tales viros ſedere, qui excipiatis eos, qui de ſuis manibus effugerint. Dij prohibeant iudices, vt hoc quod maio-

res conſilium publicum vocari voluerunt, præſidium ſectorum exiſtimetur. Habet hæc ſimilitudo & τραχύτητα, ſed eam mollitam commonitione & optatione, & σφοδρότητα in ipſos aduerſarios, quæ eos inuiſos faciat, ita vt ſimilitudo in mota deſinat, & euadat παθητικά.

SCHOLAE. Hęc ſimilitudo eſt breuior quàm ſuperior fuit, ſed eſt accuſatoria: & propterea quòd non eſt confecta partibus omnibus, propoſitio eſt impedita, concluſio eſt commutata. Ad eam ne.) loco propoſitionis Orator poſuit μεταφοράν. Similitudo eſt facta ex contrarijs perſonis. Similiter.) in re mala concluſio eſt ἐσχηματισμένη, loco concluſionis eſt εὐχὴ optatio, &c.

1. genus beſtiarum. *Illa verò pro Sex. Roſcio etiam accuſatoria eſt, ſed*
2. genus. *tractata prolixius, & in vno ſimili multiplex collatio.*
Anſeribus cibaria publicè locantur, & canes aluntur in
Capitolio, vt ſignificent, ſi ſures venerint: at ſures inter-
noſcere non poſſunt, ſignificant tamen, ſi qui noctu in Ca-
pitoliũ venerint. Et quia id eſt ſuſpicioſum, tametſi beſtiæ
ſunt, tamen in eam partẽ potius peccant, quæ cautior eſt:
quòd ſi luce quoq; canes latrent, cùm Deos ſalutatũ aliqui
venerint: opinor, ijs crura ſuffringantur, quòd acres ſint
etiam tum, cùm ſuſpitio nulla ſit. Hactenus ſimile, in
quo duo genera ſunt beſtiarum, anſerum ſcilicet & ca-
num: & ipſi canes rurſum in duas diuiſit formas, eorum
3. genus. *ſcilicet qui noctu latrant, & eorum qui etiam interdiu.*
Redditio ſimilis partib. & verborũ genere, ſcil. tranſlatorũ: nam quæ in priore parte c- *Sequitur accommodatio, quam ἀπόδοσιν appellauimus*
totidem partium. Simillima eſt accuſatorum ratio, alij
veſtrûm anſeres ſunt, qui tantummodo clamant, nocere
non poſſunt: alij canes qui & latrare & mordere poſ-
ſunt. Cibaria vobis præberi videmus: vos autem maximè
debetis in eos impetum facere, qui merentur: hoc popu-

lo gratiſſimum eſt. Deinde ſi voletis, etiam tum, cùm veriſimile erit aliquem commiſiſſe, in ſuſpicione latratote, idquoque concedi poteſt. Sin autem ſic agetis, vt arguatis aliquem patrem occidiſſe, neque dicere poſſitis, aut quare, aut quomodo, ac tantummodo ſine ſuſpicione latrabitis: crura quidem vobis nemo ſuffringet: ſed ſi ego hos bene noui, literam illam, cui vos vſque eò inimici eſtis, vt etiam eas omnes oderitis, ita vehementer ad caput affigent, vt poſtea neminem alium niſi fortunas veſtras accuſare poſſitis.

rant p̄pria: hic fiunt τετραμμένα & tranſlata. Neq; meliꝰ propriorũ & tranſlatorum verborum natura videri poteſt, quàm in ſimilitudinibus.

SCHOLÆ.

Dixi ſimilitudinibus Oratores plerumque vti in defendendis vitijs, & in reddendis rationibus non ſolùm adhiberi in defendendis officijs, ſed etiam reprehendendis. Primum genus ſimilitudinis eſt ἠθικὸν: alterum autem eſt vehementius, quod adhibetur odij & iræ concitandæ gratia, vt oſtendimus in exemplo pro Roſcio. Illud exemplum poſui propter στοιχεῖον, quod poſui in principio. Item quòd ſimilitudines debeant reſpondere rei præpoſitæ. Anſeribus cibar.) Eſt vnum genus beſtiarum. Et canes.) alterum genus. Quòd ſi.) tertium genus, diuidit canes. Opinor.) hoc loco non habet ἐνδοιαστιν, dubitationem, ſed affirmationem. Opinor.) Vtimur hoc verbo primùm cùm dicimus probabiliter & dubitanter de aliqua re: vtimur ſecundò in εἰρωνία. 3. vtimur eo etiam in affirmatione, vt in hoc loco. Opinor, id eſt, certè. Quando vultis videre diſcrimen, quod eſt inter verba propria, verba tranſlata: tunc recurrite ad ſimilia. Latrare.) accuſare. Mordere.) bonis ſpoliare. Vos autem.) ſcilicet canes & accuſatores. Omnia iſta verba ſunt τετραμμένα. Significant.) Nunc relinquit author verba τετραμμένα, & redit vel deſinit in verbis proprijs, latrabitis, accuſabitis. Literam illam.) ſcilicet condemnationis. Differt hoc ſimile à ſuperiore, primò numero periodorum & verborum: deinde etiam partium, numero. Opinor, triplicem ſignificationem habet, ſicut apud Græcos οἶμαι, 1. ἐνδοιαστικὸν eſt, id eſt, dubitationem ſignificat, cùm ſcilicet ſuſpicionem arrogantię vitamus. 2. εἰρωνικὸν eſt, cùm pro ſcilicet vſurpatur. III. Aſſeuerandi vim habet, & pro certè ponitur, vt hic: Opinor illis crura ſuffringantur, id eſt, certè illis crura ſuffringi debent. Similima eſt.) Redditio ſimilis partibus & verborum genere, ſcilicet tranſlatorum: nam quæ in priore parte erant propria, hic fiunt τετραμμένα & tranſlata. Neque melius propriorum verborum & tranſlatorum natura videri poteſt, quàm in ſimilitudinibus. Anſeres.) imperiti accuſatores. Cibaria.) mercedes. Præberi.) perſolui. Literam.) ſcilicet θ & κ. θανάτῳ καταψηφίζομαι. C. litera condemnationem. A. abſolutionem. Ampliationem verò N. L. non liquet, ſignificabant. Omnes literas.) Omnia humanitatis & elegantiæ ſtudia. In lepore eſt homonymia.

Interrogatio loco negationis.

Pro Roſcio verò Comœdo in defenſione atque negatione criminis breuiſſimè facta eſt Similitudo. Nam poſtquam Cicero hac vſus eſſet propoſitione noua. Quæ cùm ita ſint, qui ſit, qui ſocium fraudarit & ſefellerit, conſyderemus. Dabit enim vobis iam tacitè vita acta, in alterutram partem firmum & graue teſtimonium Q. Roſcius, quid ais? nónne vt ignis in aquam coniectus continuò reſtinguitur & refrigeratur: ſic referuens falſum crimen in puriſſimam & caſtiſſimam vitam collatum ſtatim concidit & extinguitur? Illa verò & elegans eſt & grauis ad arguendum oratio, cùm locus vnus ſimilitudine inchoatus, idémque ſimilitudine concluditur, vt in II. Philipp. illa accuſatoria in Marcum Antonium ſimilitudo. Vt igitur in ſeminibus cauſa eſt arborum & ſtirpium: ſic huius luctuoſiſſimi belli ſemen tu fuiſti. doletis tres exercitus populi Romani interfectos? interfecit Antonius. deſyderatis clariſſimos ciues? eos quoque eripuit nobis Antonius. authoritas huius ordinis afflicta eſt? afflixit Antonius. Omnia denique quæ poſteà vidimus: quid autem mali non vidimus?

Tractatio ſimilitud.

ſi rectè ratiocinabimur, vni accepta referemus Antonio. vt Helena Troianis: ſic iſte Reipubl. cauſa belli, cauſa peſtis atque exitij fuit.

SCHOLIA.

Similitudines ſæpo pro generibus cauſarum tractationem ſortiuntur; vt in rebus grauibus ſunt plerumque ſimilitudines ornatiores. In mediocribus cauſis etiam ſunt mediocres ſimilitudines. In cauſis humilibus & minutis etiam ſunt ſimilitudines minutæ & decurtatæ. Iſtud exemplum eſt in negatione facti: factum etiam aliquando negatur ſimilitudine.

Demoſthenis eſt etiam illa elegans & apta ad docendum & cohortandum ſimilitudo: Ἕως ἂν σώζηται τὸ σκάφος, ἄν δὲ μεῖζον, ἄν δὲ ἔλαττον ᾖ, τότε χρὴ καὶ ναύτην, καὶ κυβερνήτην, καὶ πάντ᾽ ἄνδρα ἐφεξῆς πρόθυμον ᾖ. καὶ ὅπως μήτε ἑκὼν ἀνατρέψῃ, τοῦτο σκοπεῖσθαι. ἐπειδ᾽ ἂν θάλαττα ὑπερέχῃ, μάταιος ἡ σπουδὴ γίγνεται. *Huc vſque ipſum ſimile, accomodatio verò proprijs verbis deſinit & facta eſt breuior:* καὶ ὑμεῖς τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἕως ἂν σῶς ἐσμεν, πόλιν μεγίστην κατέχοντες, ἀφορμὰς πλείστας, ἀξίωμα κάλλιστον. *Sunt autem quædam ſimilitudines, quæ inter figuras numerari vix poſſunt, & ſolùm argumentationes eſſe videntur. Cuiuſmodi illa eſt pro C. Rabirio. Quòd ſi creditor in culpa ſit, non qui improbè credita pecunia vſus; damnetur is, qui fabricatus gladium eſt ac vendidit, non is qui eo gladio aliquem ciuem interemit. Etiam in permouendis animis talis eſt ſimilitudo & comparatio, vt nihil niſi argumentatio eſſe videatur, vt pro Milone. Etenim ſi in gladiatorijs pugnis, & in hominis conditione ac fortuna, timidos ac ſupplices, & vt viue-*

Ἀπόδοσις,
Redditio
breuiter facta.

re liceat obſecrantes, etiam odiſſe ſolemus: fortes & animoſos, & ſe acriter ipſi morti offerentes, ſeruari cupimus, eorúmque nos magis miſeret, qui noſtram miſericordiam non requirunt, quàm qui illam efflagitant; quantò hoc magis in fortiſſimis ciuibus facere debemus? Talis *non fuit illa ſimilitudo in* Roſcian.*cauſa de anſeribus & canibus:neq; illa* Demoſthenis *in* Midiam, *quæ æquè eſt multiplex;atque* Ciceroniana *de anſeribus:* Ἐγὼ νομίζω πάντας ἀνθρώποις ἐράνοις φέρειν παρὰ τὸν βίον αὐτοῖς. οὐχί τοὺς δὲ μόνους οὓς συλλέγουσί τινες, καὶ ὧν πληρωταὶ γίνονται, ἀλλὰ καὶ ἄλλους, οἷον ἐστὶ τὶς μέτριος, καὶ φιλάνθρωπος ἡμῶν, καὶ ἐλεῶν πολλοὺς, τούτῳ ταυτὸ δίκαιον παρὰ πάντων ὑπάρχειν, ἄν ποτε εἰς χρεῖαν καὶ ἀγῶνα ἀφίκηται, ἄλλον οὑτοσί τις ἀναιδὴς, καὶ πολλοὺς ὑβρίζων, καὶ τοὺς μὲν καθάρματα, τοὺς δὲ πτωχοὺς, τοὺς δὲ οὐδὲν ὑπολαμβάνων εἶναι, τούτῳ τὰς αὐτὰς δίκαιον φορὰς ὑπάρχειν, ὥσπερ αὐτὸς τοῖς ἄλλοις εἰσενήνοχε.. *Hactenus ſimile duarum partium :ſed ſequitur accommodatꝰ partis vim, quæ quadrabat in aduerſarium.* ἂν τοίνυν ὑμῖν ὀρθῶς, ὅπῃ σκοπεῖν, τούτου ἐράνου πληρωτὴν εὑρήσετε Μειδίαν ἐκείνου. *Atque hanc ego eſſe puto tertiam cauſam, quod cùm ſimilitudines & exempla inter argumentationes numerentur tamen etiam liceat. immò neceſſarium ſit inter figuras ſententiarum collocari, &c.*

Oratores non ita laſciuiunt. Sed tamen aliquando præponunt vnam, alteram poſtponunt, ita vt ſeiungãtur, vt Cicer. in Antonium

SCHOLAE.

Hactenus quantum attinet ad exemplorum varietatem ferè iſta poſſunt obſeruari. Primùm ſcilicet ſimilitudines, quibus vtimur in defendendis noſtris officijs. Item in officijs reprehendendis: cùm alios accuſamus deſerti officij, & quum id ſit non ſolùm in amicorum expoſtulationibus, verumetiam in pugnis inimicorum. In accuſando item: cuiuſmodi ſit illa ſimilitudo in Roſciana: vna de anſeribus, altera de bonis imperatoribus. Vtimur etiam ſimilitulitudine in refutationibus criminum, cuiuſmodi fuit heſterna ſimilitudo: quam poſtremò dictaui, vbi defendit Roſcium Comœdum. Varietas etiam ſpectatur materiæ. Aut enim ſimilia rebus reſpondent dignitate, & hoc faciendum eſt in magnis perſonis, quemadmodum Cicero excuſaturus L. Syllam, quòd illius victoria multis fuit pernicioſa. Et hoc modo etiam Poëtæ aliquando ex minoribus rebus faciunt ſimilitudines, vt Horatius, Vt nox longa, &c. ibi Horatius ſuam pulcherrimam poeſim rectè & ſapienter viuendi & docendi, & ſuum deſyderium, amorem, ſtudium & ſollicitudinem comparat partim rebus deformibus, partim etiam comparat cum ſuo maximo ſtudio. Et hæc de materia, quod aut par dignitate, aut ſuperior dignitate, aut quòd ex re contraria ſumantur ſimilitudines. Sumitur etiam ſimilitudo à brutis animalibus, & cum his coniungo ſimilitudines etiam à Dijs immortalibus. Quēadmodū vipera non parit abſq; interitu ſui ipſius, ita etiam inuidus nihil facit abſque pernicie alterius. Tertia ſimilitudo eſt tractationis, quòd in ſimilitudine ſingula ſingulis reſpondent, vt in ſimilitudine pro Roſcio Comœdo. quemadmodum ignis. &c. vel plura pluribus, vt fuit ſimilitudo de anſeribus & canibus. Talis etiam eſt illa ſimilitudo, quam dictaui ex Mydiana de Viatico. Eſt illa etiam diſſimilitudo in tractatione, quod ἀπόδοσις definit vel verbis proprijs, vel tranſlatis. Si tranſlatis debemus verba ſumere ipſius ſimilitudinis, quemadmodum vidimus ex illo primo exemplo de Oratione pro Roſcio Comœdo. Vel perficitur ἀπόδοσις verbis proprijs, vt fuit illa ſimilitudo, quam iam dictaui ex Demoſthene. Illud quoque obſeruandum eſt imitatione, quod vel vnum ponatur ſimile, vel ponuntur plura. Tertia differentia, quæ ſpectatur in tractatione, eſt iſta: quòd redditio aliquando par eſt ſimili ipſo, ſed plerumque ſimile eſt latius, quàm ipſa res: propterea quòd res ipſa melius poſſit intelligi, quàm explicari verbis.·.

Diſſimilitudo tractandę ἀποδόσεως.

DE EXEMPLO.

CAP. XLII.

Παράδειγμα.
Vſus exemplorum.
Partes exempli.
Sententiæ
Legis.
Conſilij.
Inſtituti.
Decreti.

EXempla ita ſimilitudinibus affinia & cognata ſunt, vt in Rhetoricis locis ſub eodẽ genere contineantur. Eſt autem Exemplum, quod Græci παράδειγμα vocant, facti aut dicti alicuius expoſitio, eáque facta vel fidei, vel perſpicuitatis, vel ornatus, vel illuſtrationis gratia. Partes etiam duas, vt ipſa ſimilitudo, habet. Expoſitionem ſcilicet dicti aut facti, & accommodationem, quam etiam hic ἀπόδοσιν nominamus. Quanquam ſæpe pluribus conficitur partibus, tum cùm ornandi & illuſtrandi gratia vſurpantur. Sumuntur autem duplici ratione. Vna generali & infinita abſque perſona complexu, vt in V. accuſatione. Quæſtores, legatos, præfectos ſuos, tribunos, multi miſſos fecerunt, & de prouincia decedere iuſſerunt, quod eorum culpa minus ſe commodè audire arbitrarentur, aut quod peccare eos in aliqua re iudicarent. Hactenus expoſitio breuis, quam ἀφήγησιν appellamus, addita eſt ἀπόδοσις. Tu Apronium hominem vix liberum, contaminatum, perditum, flagitioſum, qui non modò animum integrum ſed ne animam quidem puram conſeruare potuiſſet: cum in tanto tuo dedecore profectò, ne verbo quidem grauiore appellaſſes; neque apud te tam ſancta religi ſocietatis fuiſſet: vti tui capitis periculum negligeres: niſi rem tam notam eſſe omnibus, & tam manifeſta videres. στοχαστικὸν iſtud exemplum eſt, coniecturam faciens de conſilio Verris: & duarum eſt partium & perſonis, vt diximus, infinitum. Illud in Rosciana

ἀφήγησις.

ua cauſa etiam infinitum perſonis, ſed partibus pluribus
& ornatius perpolitum. In priuatis rebus, ſi qui rem I
mandatam, non modò malitioſius geſſiſſet, ſui quæſtus
aut commodi cauſa, verumetiam negligentius eum maiores
ſummum admiſiſſe dedecus exiſtimabant; ita mandati
conſtitutum eſt iudicium non minus turpe quàm
furti. Hæc eſt ea, quam vocamus Expoſitionem: addita II.
autem eſt ratio atque approbatio per locum communem.
Credo propterea, quòd quibus in rebus ipſi intereſſe Ἑρμήνεια τῆς
non poſſumus, in his operæ noſtræ vicaria fides amicorum δοξασίας αὐ-
ſupponitur. quã qui lædit, oppugnat omniũ commune ξήσει.
præſidium, & quantum in ipſo eſt, diſturbat vitæ ſocietatem.
Non enim poſſumus omnia per nos agere, alius
in alia eſt re magis vtilis; idcirco amicitiæ comparantur, Approbatio.
vt commune commodum mutuis officijs gubernetur.
Appoſita eſt & Altercatio ſiue Interrogatio pars tertia, III.
vt aliquid de ornatu remittat, &c. Quid recipis
mandatum? ſi aut neglecturus, aut ad tuum commodum
conuerſurus es? cur mihi te offers? ac meis commodis
officio ſimulato efficis & obſtas? recede de medio,
per alium tranſigam, ſuſcipis onus officij, quod te putas
ſuſtinere poſſe: quod minimè videtur graue ijs, qui minimè
ipſi leues ſunt. Pars etiam quarta adiuncta eſt ante IIII.
accommodationem, concluſio ſcilicet, ſed eadem ratione
quoque confirmata. Ergo idcirco turpis hæc culpa
eſt: quòd duas res ſanctiſsimas violat, amicitiam & fidem.
Nam neque mandat quiſquam ferè niſi amico, neque
credit niſi ei, quem fidelem putat. Perditiſsimi
eſt igitur hominis, ſimul & amicitiam diſſoluere, &
fallere eum, qui læſus non eſſet, niſi credidiſſet.
Quinto loco ſequitur aſſumptio ſiue accommodatio rei V

Σύγκρισις à minore.

propoſitæ. Itáne eſt? in minimis rebus qui mandatum neglexerit, turpiſsimo iudicio condemnetur neceſſe eſt, in re tanta, cùm is, cui ſama mortui, fortunæ viui commendatæ ſunt atque concreditæ: ignominia mortuum affecerit, is inter honeſtos homines atque adeò inter viuos numerabitur? Et in eadem re ſit ſexto loco commoratio, non verbis ſed ſententijs, quam ἐπιμονὴν vocant. *In minimis priuatisq́ rebus etiam negligentia in crimen mandati iudiciumq́ infamiæ reuocatur: propterea quòd ſi rectè ſiat, illum negligere oportet, qui cùm mandarit: non illum, qui mandatum receperit: in re tanta, quæ publicè geſta atque commiſſa ſit, qui non negligentia priuatum aliquod commodum læſerit: ſed perfidia, legationis ipſius ceremoniam polluerit, maculaq́ affecerit: qua is tandem pœna afficietur? aut quo iudicio damnabitur?* Et ſeptimo loco idem καθ' ὑπόθεσιν tractat. *Si hanc ei rem priuatim Sex. Roſcius mandauiſſet, vt cum Chryſogono tranſigeret atq́ decideret, inq́ eam fidem ſuam, ſi quid opus eſſe putaret, interponeret: ille qui ſeſe facturum recepiſſet, nónne ſi ex eo negocio tantulum in rem ſuam conuertiſſet; damnatus per arbitrum, & rem reſtitueret, & honeſtatem amitteret? nunc non hanc ei rem Sex. Roſcius mandauit, ſed id quod multò grauius eſt, ipſe Sex. Roſcius cum fama, vita, bonisq́ omnibus à decurionibus publicè Roſcio mandatus eſt: & ex eo T. Roſcius, non paulum neſcio quid in rem ſuam conuertit, ſed hunc funditùs euertit bonis; ipſe tria prædia ſibi depactus eſt, voluntatem decurionum ac municipum omnium tantidem, quanti fidem ſuam fecit, &c.*

Concluſio.

SCHOLAE.

Cicero in Topicis coniungit παραβολὰς, id eſt, ſimilitudines & παραδείγματα exempla, vt vnum conſtituant locum

&

& ſæpe exemplum tractatur per ſimilitudinem, vt in Roſciana. Illa duo inquam comprehendit ſub vno genere. Habet locum in Topicis ſimilitudinis, & illum locum diuidit in duo, in παραβολὴν, ſiue ὁμοίωσιν, & in παράδειγμα, exemplum: propterea in præceptis & ipſa tractatione coniungit. Hæc duo ornamenta debent coniungi, taceo quòd exempla etiam aliquando tranſeant in ipſas ſimilitudines, vt apparuit ex ſuperioribus exemplis. Poſt ſimilitudinis igitur præcepta, ſequitur ipſum exemplum. Quemadmodum ἀπόδειξις ratione fit & enthymemate: ſic παράδειγμα dicto vel facto alicuius. Atque vt illa doctis, ſic hoc imperitis accommodatius eſt. Nam & docet perſpicuè, & mouet vehementer, & breuiter perficitur. Nam breuitas imprimis laudatur in exemplo. Ariſtoteles exemplum vocat παράδειγμα, ſimulatque illud appoſitum eſt, res ſit demonſtrata, fit δίδειξιν. Homines enim & præſertim plebei & imperiti maximè exemplis docẽtur. Exempla melius intelligũtur ab imperitis, quàm ſyllogiſmi, & propterea vocatur παράδειγμα ἀπὸ τοῦ παραδεικνύειν. Author ad Herennium dicit, quòd exemplum ſit facti vel dicti expoſitio ſiue propoſitio. Illud exemplum adhibetur varijs de cauſis. 1. adhibetur fidei cauſa, ἕνεκα πίστεως, vt fidem faciamus, vel adhibetur refutandi cauſa: vt in oratione Miloniana. Negant intueri, &c. aut etiam exempla adhibentur perſpicuitatis gratia: ſæpe enim res crederetur, ſi intelligeretur. & hoc fit plerumque cùm exempla conglobantur & coaceruantur. fit etiam exemplum ornatus & illuſtrationis cauſa, vt aliquid magis ornetur & expoliatur. Ornatus.) hoc dicit propter enthymemata. Exemplum autem quod poſitum illuſtrationis cauſa, illud eſt ὑποτυπωτικόν. Exemplorum duo ſunt genera: Vnum eſt ἀόριστον, quod non habet complexum perſonæ finitæ & proprij nominis, vt Socratis, Scipionis, Metelli, &c. Alterum genus eſt ὡρισμένον, quod habet complexum perſonarum propriarum, eſt καθ' ἕκαστον: vt Cicero eſt quæſtor, M. Antonius Conſul, &c.

Solent autem exempla plura poni, duabus de cauſis: vna in re ſimplici & vnica, tum cùm copioſior requiritur probatio: altera in re multiplici, vt cùm in vno facto Exemplorũ coaceruatio *duo continentur crimina, quemadmodum in hoc eodem, quem adduximus loco. T. enim Roſcius Capito bis peccauit in vno loco: nam & mandatum violauit, de quo hactenus & ſocios fefellit, id eſt, collegas legationis. quæ res quoniam nondum amplificata fuit, idcirco ad illam etiam tranſit eadem ratione & via, exemplo ſcilicet infinito, id quod eſt officij Oratoris, nihil relinquere quod non ſit pertractatum.*

Tranſitio continens propoſitionē rei probandæ.

Videte iam porrò cætera iudices, vt intelligatis fingi maleficium nullum poſſe, quo iſte ſe non contaminauit. Tranſitio iſta facta eſt κατ᾽ ἀνάμνησιν, attentionis gratia, vt attentè audiretur. Sequitur Propoſitio exempli.

ἀφήγησις. τῆς διανοίας, explicatio.

In rebus minoribus ſocium fallere turpiſſimum eſt: æqueq; turpe, atque illud, de quo antè dixi; neque iniuria: propterea quòd auxilium ſibi ſe putat adiunxiſſe: qui cum altero rem communicauit; ad cuius igitur fidem confugiet, cùm per eius fidem læditur, cui ſe commiſerit? Atqui ea ſunt animaduertenda peccata maximè: quæ difficillimè præcauentur: tecti eſſe ad alienos poſſumus: intimi multa apertius videant neceſſe eſt: ſocium verò cauere quî poſſumus? quem etiam ſi metuimus, ius officij lædimus. Rectè igitur maiores, eum qui ſocium fefelliſſet, in virorum bonorum numero non putarunt haberi oportere. Συλλογιστικῶς hoc exemplum tractatum eſt: authoritate enim maiorum confirmauit, qui ſocium fallit, eum turpiſſimum virum eſſe.

Propoſitio παραδειγματική. per frequentationem.

Inſequitur igitur accommodatio exempli tanquam propoſitio minor, vt vocant Dialectici. At verò T. Roſcius non vnum rei pecuniariæ ſocium fefellit: quod tametſi graue eſt, tamen aliquo modo poſſe ferri videtur: verùm nouem homines honeſtiſſimos eiuſdem muneris, legationis, officij, mandatorumq; ſocios induxit, decepit, deſtituit, ad-

Propoſitio minor facta ἀνακεφαλαιώσει.

ἀπόδοσις κατὰ σύγκρισιν

uerſarijs tradidit, omni fraude & perfidia fefellit: qui de eius ſcelere ſuſpicari nihil potuerunt: ſocium officij metuere non debuerunt: eius malitiam non viderunt, orationi vni credidarunt. Itaque nunc illi homines honeſtiſſimi propter iſtius inſidias parum putantur cauti prouidiq́ fuiſſe. iſte qui initiò proditor fuit: deinde perfuga, qui primò ſociorum conſilia aduerſarijs enunciauit: deinde ſocietatem cum ipſis aduerſarijs coijt, terret etiam nos ac minatur, tribus prædijs, hoc eſt, præmijs ſceleris ornatus. Poſtremò poſita eſt concluſio. In eiuſmodi vita iudices, in his tot tantiſque flagitijs hoc quoque maleficium, de quo iudicium eſt, reperietis. πόρισμα. *Hæc concluſio tametſi ex propoſitionum verbis confecta non eſt, tamen eius concluſionis eſt conſequens. Hic enim eſſet ſyllogiſmus:*

Qui mandatum violat & ſocios fallit, is à maioribus turpiſſimus habitus fuit, Darij.

Roſcius Capito violauit mandatum Amerinorum, ſocios fefellit, & aduerſarijs tradidit,

Turpiſſimus igitur homo eſt, & vſque adeò turpis eſt, vt hoc quoque ſcelus in hoc homine hæreat. Sed quoniam illud additum eſt ſyllogiſmo, opus erat approbatione. Itaque Orator eam addidit. Etenim quærere ita debetis: vbi multa auarè, multa audacter, multa improbè, multa perfidioſè facta videbitis, ibi ſcelus quoque latere, inter illa tot flagitia putatote. Cicero duo genera argumentationum habet in Partitionibus. Vnum directum ad fidem: alterum deflexum ad motum: cuius exemplum hic locus continet, & exemplis generalibus atque infinitis in hoc genere concluſionum vti debemus.

SCHOLAE.

Superioribus proximis ſcholijs diximus, quæ eſſet affinitas inter ſimilitudinem & exemplum, & interpretati ſumus nomẽ παράδειγμα, diximus etiã de noſtra explicatione. Eſt etiam duplex vſus exemplorum. Exempla docent perſpicuè,& idonea ſunt plebeis hominibus. Syllogiſmus verò hominem doctum & eruditum requirit; & poſtea exempla non ſolùm docent, verumetiam mouent. Poſtremo loco cepi dicere de generibus exemplorum,& aggreſſi ſumus partitionem exemplorum. Diximus exempla eſſe vel γενικὰ & ἀόριστα,infinita,vel ὡρισμένα finita. Infinita quæ non habent perſonam propriam, ſed infinitam & collectiuam, vt cùm aliquid offero, quod conſtitutum eſt à maioribus, cuius author non vnus ſolùm eſt, ſed omnes & plurimi. Alterum genus eſt finitum cum probo aliquid exemplo M.Catonis, Themiſtoclis. Illa ſunt καθ' ἕκαστα. Quoniam igitur hæc eſt partitio duplex, oportet vnius authoris exempla proferre, quemadmodum fecimus. Figuræ dictæ ſunt, quòd orationẽ faciant εὔσχημον, formoſam & pulchrã: propterea nõ ſolùm figuræ ſunt ſpectãdæ, ſed etiã ipſa tota tractatio. Turpiſſimum eſt.) ſcilicet habitum à maioribus, eſt parua ἀφήγησις. Secunda pars etiam habet expoſitionem conſilij maiorum. Rectè igitur.) hic eſt propoſitio παραδειγματική. Illa ſententia eſt duplex. Oportet enim Syllogiſticum & Dialecticum ſemper adhibere ſuum inſtrumentum, ἀνάλυσιν ſcilicet. Oportere.) Hactenus Orator duo fecit: Oſtendit turpe eſſe eum qui mandatum fallit,& eum quoque qui fallit ſocium. Nouem.) ἀπόδειξις facta κατ' σύγκρισιν. Deſinit iſta narratio in odio & inuidia. Proditor fuit.) rurſus ἀνακεφαλαίωσις. In eiuſmodi.) Sequitur concluſio. Orator autem illam non ponit, vt Dialecticus facit aliam concluſionem. Igitur T.Roſcius Capito occidit Sext.Roſcium Amerinum. Is qui audet frangere mandata, & fallere ſocios, is etiam audet occidere hominem. Hoc igitur exemplum fuit primi generis.

Hoc igitur pacto infinita exempla tractanda ſunt: alterum autem eorum quæ ſunt finita, quæ aut ad amplificandum adhibentur, aut ad probandum aut ad faciendam collationem, aut ſimul ad omnia, quod genus præ-

Finis exemplorum finitorum.

præſtantiſſimum eſt, atq; eſt illiuſmodi, Vt in oratione pro Seſtio. Quod ſi apud Athenienſes, homines Græcos, longè à noſtrorum hominum grauitate diſiunctos, nõ deerant, qui Remp: contra populi temeritatem defenderẽt: cum omnes qui ita fecerant è Repub. eijcerentur. Si Themiſtoclem illum defenſorem patriæ, non deterruit à Rep. defendenda, neque Miltiadis calamitas, qui illam ciuitatem paulò ante ſeruarat: nec Ariſtidis fuga, qui vnus omnium iuſtiſſimus fuiſſe traditur. Si poſtea ſummi eius ciuitatis viri, quos nominatim nominare non eſt neceſſe, propoſitis tot exemplis iracundiæ leuitatiſq; popularis, tamen illam Rempub. defenderunt. Hactenus exempla plura, partim finita, partim infinita. Sequitur Ἀντιπαραβολικὴ ἀπόδοσις per comparationem. Quid nos tandem facere debemus? Primum in ea ciuitate nati, vnde tanta mihi grauitas & magnitudo animi videtur, tùm in tanta gloria inſiſtentes, vt omnia humana leuiora videri debeant. Deinde ad eam Remp. tuendam aggreſſi, quæ tanta dignitate eſt, vt eam defendentem, occidere non aliud ſit, quàm oppugnantem rerum potiri. Et ἐπιμονὴν Orator & ἐπεξεργασίαν eiuſdem comparationis facit. Homines Græci, quos antea nominaui, iniquè à ſuis ciuibus damnati atque expulſi, tamen quia benè ſunt de ſuis ciuitatibus meriti, tanta hodie gloria ſunt, non in Græcia ſolum: ſed etiam apud nos, atque in cæteris terris, vt eos, à quibus illi oppreſſi ſint, nemo nominet, horum calamitatem dominationi illorum omnes anteponant. Quis Carthaginenſium pluris fuit Hannibale conſilio, virtute, rebus geſtis? qui vnus cum tot Imperatoribus noſtris per tot annos de Imperio, de gloria decertauit? Hunc ſui ciues è ciuitate eiecerunt, nos etiam hoſtem literis no-

Habet iſtud exemplum ferè omnia quæ dicta ſunt τὸ ἀόριστον.

Pars I. ἀφήγησις hæc tripartita. ὁρισμένον. Reditus ad ἀόριστον.

II. ἀπόδοσις per comparationem minoris & maioris Reipublicæ.

III. Exemplorum ἐξεργασία.

IIII. παραθήκη alterius exempli.

ſtris & memoria videmus eſſe celebratum. Conſequitur pars tertia, Cōcluſio ſcilicet, eaq́; παραδειγματικὴ. Quare imitemur noſtros Brutos, Camillos, Halas, Decios, Curios, Fabritios, Maximos, Scipiones, Lentulos, Aemilios, innumerabiles alios, qui hanc Remp. ſtabilierunt, quos equidem in Deorum immortalium cætu ac numero repono. amemus patriam, pareamus Senatui, conſulamus bonis, præſentes fructus negligamus, poſteritati & gloriæ ſeruiamus: id eſſe optimum putemus, quod erit rectiſſimum. Speremus, quæ volumus, ſed quod acciderit, feramus. Cogitemus deniq; corpus virorum fortium, magnorumq́; hominum eſſe mortale: animi verò motus & virtutis gloriam ſempiternam. Et poſt hanc quoq; cohortationem, exemplo quoq; terminat, *Neq; hanc opinionem, ſi in illo ſanctiſſimo Hercule conſecratam videmus, cuius corpore ambuſto, vitam eius & virtutem immortalitas excepiſſe dicitur, minus exiſtimemus eos qui hanc tantā Remp. ſuis conſilijs, aut laborib. aut auxerint, aut defenderint, aut ſeruarint eſſe immortalē gloriā conſecuturos.*

v. Concluſio προτρεπτικὴ. quæ quoq; habet noua exempla.

SCHOLAE.

Diximus duo eſſe exemplorum genera. Vnum ἀόριστον in finitum, perſonis non contētum ſingularibus. Cuiuſmodi illa duo ſunt exempla tractata ex oratione Ciceronis pro b ex. Roſcio. Ibi oſtendit ſummum & turpiſſimum facinus eſſe amicitiam & fidem fallere. ibi nulla perſona finita continetur. Alterum genus eſt ὡρισμένον, quod ex finitis continetur perſonis, vt Themiſtoclis, Scipionis, quorum omniū Cicero facit mentionem in hoc loco. exempla illa finita habent multiplicem vſum: aut enim adhibentur docendi gratia, aut amplificandi cauſa, aut permouendorum animorum cauſa: aut adhibentur comparationis & conferendi gratia, h. e. quando ἀπόδοσις perficitur pro comparatione. Aut cum omnia iſta continentur in vno exemplo. Incæpi autem ab exemplo numeroſo. Nam proxima lectione feci 3. genera exemplorum. Vuum quando vnum vni reſpődet. Alterum eſt, quando in tractatione vnius exempla reperiuntur multa. Eſt exemplum numeroſum. Principium huius exempli eſt finitum, non enim vocat vnum Athenieńſem, ſed aliquos Athenienſes. Non deerant.) aliqui erant. Eſt τὸ ἀόριστον. Poſt illud γενικὸν & ἀόριστον, ſubiungit Orator ὡρισμένον. Fuga.) exilium, φυγή: Incipit ab ἀορίστῳ, tranſit ad ὡρισμένον, tandem redit ad ἀόριστον. Hæc eſt pars prima, πρόθεσις exempli, & tripartita ἀφήγησις. Quid.) Sequitur ἀπόδοσις, quæ habet occupationem rei maioris & minoris. Confert grauitatem pop. Romani cum leuitate Græcorum. Comparatio. Si Græci hoc faciunt apud populos leues, vt in parua Rep. tantò magis nos debemus facere in magna Rep. & apud graues homines. Quis Athe.) προσθήκη, additio alterius exempli, vt plus dicat, quàm iam dixiſſe videatur: Hæc pars quarta pertinet ad tertiam. Quare.) Sequitur concluſio προτρεπτική, adhortans, & ipſa concluſio etiam habet noua exempla. Iſta concluſio eſt concluſio probans, ἀποδεικτική. afferens noua & meliora exempla virorum, qui Remp. gubernant. Quemadmodum ipſa ἐπεξεργασία habuit προσθήκην, ſic etiam ipſa concluſio habet additamentum. Habetis igitur iam vnum locum plenum exemplis. Exemplis enim probant iniurias ciuium eſſe ferendas. Mouet illum motum, qui ab Ariſtotele vocatur ζῆλος, æmulatio. Deinde exempla iſta tractat, ſcilicet per amplificationem, comparationē maiorum & minorum.

Sed hic in vno loco plura ſunt exempla, & fines plures, vnus ſcilicet docendi, alter mouendi animos, idq; per comparationem. Aliquando res vna exemplo vno confirmatur. Verùm illud annotandum, aditu exemplorum etiam in exemplis ſingulis ſolere eſſe ornatos, atque magnificos, vt pro Sex. Roſcio. **Niſi** *multa & manifeſta ſunt, profectò res tàm ſceleſta, tàm atrox, tàm nefaria credi non poteſt. Magna eſt enim vis humanitatis, multùm valet communio ſanguinis: reclamitat iſtiuſmodi ſuſpitionibus ipſa natura, portentum*

ἀπαίτησις postulatio

Propoſitio παραδειγματική.

Definitio
patris loco
definiti.

portentum atq; monſtrum certiſſimum eſt, eſſe aliquem humana ſpecie atque figura, qui tanta immanitate beſtias vicerit, vt propter quos hanc ſuauiſſimam lucem aſpexerit, eos indigniſſimè luce priuarit: cum etiam feras inter ſe partus atq; educatio & natura ipſa conciliet. Confirmata pluribus verbis propoſitio eſt, ſequitur approbatio vno confecta exemplo. Non ita multis annis aiunt T. Cloelium quendam Terracinenſem, hominem nõ obſcurum, cum cænatus cubitum in idem conclaue cum duobus adoleſcentibus filijs iſſet, inuentum eſſe mane iugulatum, cum neque ſeruus quiſquam reperiretur neq; liber, ad quem ea ſuſpitio pertineret, id ætatis autem duo filij propter cubantes, ne ſenſiſſe quidem ſe dicerent: nomina filiorum de parricidio delata ſunt, quid poterat eſſe tam ſuſpitioſum? neutrum ne ſenſiſſe? auſum eſſe quenquam ſe in id conclaue committere? eo potiſſimum tempore, cum ibidem eſſent duo adoleſcentes filij, qui & ſentire & defendere facile poſſent? Erat porrò nemo in quẽ ſuſpitio ea conueniret: tamen cum planum iudicibus eſſet factum, aperto oſtio dormientes eos repertos eſſe, iudicio abſoluti adoleſcentes, & ſuſpiciõe omni liberati ſunt. Nemo enim putabat, quemquam eſſe, qui cum omnia diuina atq; humana iura ſcelere nefario polluiſſet, ſomnũ ſtatim capere potuiſſet, propterea quod qui tantum facinus commiſerunt, nõ modo ſine cura quieſcere, ſed ne ſpirare quidem ſine metu poſſunt. Hactenus orator vnã propoſitionẽ, ſed eam tractatã magnificè exemplo vnico confirmauit. Sed vt extremum non cedat initio dignitate, addidit exemplũ alterũ fabuloſum quidẽ: ſed ad monẽdos animos accommodatũ, vt cum maiore motu ad principiũ reuertatur, ipſamq; propoſitionem. Videtis ne, quos nobis

Poeta

Poetæ tradiderunt patris vlciſcendì cauſa ſupplicium de matre ſumpſiſſe: cum præſertim Deorum immortalium iuſſu atq; oraculis id feciſſe dicantur: tamen vt eos agitẽt furiæ, neq; conſiſtere vſquam patiantur? quod ne pij quidem ſine ſcelere eſſe potuerunt. Et huic exemplo addidit ſententiam loci communis. Sic ſe res habet Iudices, magnam vim, magnam neceſſitatem, magnam poſſidet religionem paternus maternuſq; ſanguis, ex quo, ſi qua macula concepta eſt, non modo elui non poteſt: verum uſq; eò permanat ad animum, vt ſummus furor atque amentia conſequatur.

Μυθολογία.

Et adijcit Orator μυθολογίαν, id eſt, fabularum explicationem. Nolite enim putare, quemadmodũ in fabulis ſæpenumero videtis, eos qui aliquid impiè ſceleratéq; commiſerunt, agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus. Sua quemque fraus & ſuus terror maximè vexat, ſuum quemque ſcelus agitat, amẽtiaq; afficit: ſuæ malæ cogitationes conſcientiæq; animi terrent. Hæ ſunt impijs aſſiduæ domeſticæq; furiæ, quæ dies noctesq; parentum pœnas à conſceleratiſſimis filijs repetant.

Concluſio.

Et exit ex his duobus exemplis concluſio non minus magnifica, quàm propoſitio fuit, Hæc magnitudo maleficij facit, vt niſi penè manifeſtum parricidium proferatur, credibile non ſit: niſi turpis adoleſcentia, niſi omnibus flagitijs vita inquinata, niſi ſumptus effuſi cum probro atque dedecore, niſi prorupta audacia, niſi tanta temeritas, vt non procul abborreat ab inſania. accedat huc oportet odium parentis: animaduerſionis paternæ metus: amici improbi, ſerui conſcij, tempus idoneum, locus opportunè captus ad eam rem, penè dicam reſperſas manus ſanguine paterno Iudices videant oportet: ſi tantum facinus, tàm immane, tam acerbum credituri ſunt. Quare hoc quô minus eſt

credibi-

le,niſi oſtẽditur,eò magis eſt,ſi conuincitur,vindicand

SCHOLAE. Diximus omnia exempla vel eſſe ἀόριστα,vel ὡρισμένα.Inter ὡρισμένα autem primo recitaui exemplum de T. Cælio. Dixi illa exempla ſumi probandi cauſa,vt in hoc ſit exemplo. Locus iſte eſt στοχαστικός,pertinet etiam ad illud caput quod ab Hermogene vocatur ἀπαίτησις τῶν ἐλέγχων. Cicero igitur vt vtatur iuſta & oratoria petitione ἐλέγχων, tractat ipſum locum ſpecioſe,& dicit.Non eſt facile credibile, filium patris eſſe parricidam,neq; Iudices debere eiuſmodi rebus adhibere fidem,niſi demonſtretur. Locus conſtat 4.partibus,propoſitione,exemplo ἀποδεικτικῷ. Alterum exemplum eſt amplum.Quoniam autem iſte locus ſpecioſe tractatur,habet ὄγκον,& Cicero proponit magnificis verbis. Simile aliquid habet propoſitio & concluſio. Item duo illa etiam exempla habent aliquid ſimile,differunt tamen tractatiõe. Propoſitio enim ὁριστικὴ explicat ipſum vocabulum parricidæ, vt omnino illa amplificetur.Habẽt igitur variam tractationem. Sic in oratione pro Sex.Roſcio ad hunc modum loquitur.Hunc igitur &c. Tamẽ non creditur.)Ibi eſt propoſitio Credi non poteſt.)hactenus ἀντίθεσις facta negatione.Magna.)ſequitur iam propoſitio παραδειγματικὴ poſita exemplorũ cauſa. Ex verbo facta eſt dilatata Oratio propoſitio eſt ἔνδοξος. Conciliet.) ſic iſta propoſitio facta eſt illatione.Non ita.)Sequitur exemplum conueniens.Liberati.)Breuiter rem expoſuit de parricidio & de Iudicio habito. Eſſe potuerunt.) Hactenus exemplum poeticum, quod expolit loco communi.Hæc magnitudo)concluſio.

Sed hic locus ornatius tractatus eſt,propoſitione, exemplis duobus,& concluſione. Ille verò diſceptationem magis habet minutiorem & ſubtiliorem,propterea quod ſolùm probandi cauſa fit argumentatio in Diuinatione.

Propoſitio. Exempla nuda.

Neq; fere vnquam venit in contentionem,qui quæſtor fuiſſet,quin repudiaretur.Itaq; neq; L.Philoni in C.Seruilium nominis deferendi poteſtas eſt data:neque M. Aurelio Scauro in L.Flaccum:neque Cn.Pompeio in T.Albutium:quorũ nemo propter indignitatẽ repudiatus eſt. Sed ne libido violandæ neceſſitudinis autoritate Iudicu

com-

diſprobaretur. Ex his exemplis apparet illa partitio, quod exempla aut vera ſint, aut ficta & fabuloſa. Verùm de C. Lælio: fictum de furijs, Vera etiam iſta tria de Cn. Pompeio, L. Philone M. Aurelio Scauro.

SCHOLAE.

Illud exemplum ſingulare de Cælio fuit tractatum magnificè, propoſitione ſcilicet, duobus exemplis, quorum alterum altero magnificentius, & concluſione numeroſa. Placuit autem etiam addere exemplum minutum & ſubtile, vt ſcilicet differentia appareat exemplorum tractatio. habet ferè vnam methodum tantum, quæ eſt συγκριτική. Exempla plærumq; tractantur per comparationem.

Exempla per σύγκρισιν tractata.

Incipit à renouatione odij veteris. ἐκ ψόγου ἀφηγήσεως initium.

Narratio ἐμπάθως.

ἐπικριτικόν.

Ac tametſi in omni Exemplo ineſt aliqua ſimilitudo, tamen eſt peculiaris quædam ratio tractandi exempla per comparationem, quam σύγκρισιν & ἀντιπαραβολήν nominamus. In hac vel ita contenditur, vt vtrinque videantur paria & ſimilia. vt illa pro Sex. Roſcio Amerino. Hominem longè audaciſſimum nuper habuimus in ciuitate C. Fimbriam, & quod inter omnes conſtat, niſi inter eos qui ipſi quoque inſaniunt, inſaniſſimum. Is enim cū curaſſet in funere Marij. vt Q. Scæuola vulneraretur, vir ſanctiſſimus & ornatiſſimus noſtræ Ciuitatis, de cuius laude neque hic locus eſt vt multa dicantur, neque plura tamen dici poſſunt, quàm Pop. Romanus memoria retinet. Dum Scæuolæ dixit, poſteaquam comperit eum poſſe viuere, cum ab eo quæreretur, quid tandem accuſaturus eſſet eum, quem pro dignitate ne laudare quidem quiſquam ſatis commodè poſſet, aiunt hominem, vt erat furioſus, reſpondiſſe, quod non totum telum corpore recepiſſet. Quo Pop. Romanus nihil vidit indignius, niſi eiuſdem viri mortem. quæ tantū potuit, vt omnes ciues ſuos perdiderit & afflixerit, quos quia ſeruare per compoſitionem volebat, ipſe ab ijs interemptus eſt. Mediocris eſt iſta expoſitio facti, & adiunctum habet mo-

tum animorũ propter memoriam et crudeliſſimi hominis Fimbriæ, & optimi viri Q. Scæuolæ, accommodatio breuior eſt. Eſt ne hoc illi dicto aut facto Fimbriæ non ſimillimum? Accuſatis Sex. Roſcium, quid ita? quia de veſtris manibus effugit, quia occidi ſe paſſus non eſt. Sed quia aliquid erat diſſimilitudinis in perſonis, addidit Orator προσδιόρθωσιν factam diſtinctione. Illud quia in Scæuola factum eſt, magis indignum videtur: hoc quia ſit à Chryſogono, non eſt ferendum.

SCHOLAE. Iſtud genus comparationis eſt pulcherimum, quod tractatum eſt illa methodo: quæ vocatur σύγκρισις. Et quoniã comparationum varia ſunt genera, neceſſe eſt etiam eſſe varia genera exemplorum. Comparationem voco quam alij vocant σύγκρισιν, alij vero ἀντιπαραβολήν. Comparantur autem res vel ſimiles vel pares, vel contrariæ. Similitudo dicitur earum rerum eſſe, quæ non ſunt idẽ. Nam res quæ ſunt ſimiles, non poſſunt dici eædem res. Igitur Similitudo eſt rerum diſſimilium comparatio. Ego autem & Rhetores vocant ſimilitudinem, quando in rebus diſſimilibus quæritur ſimilitudo. Iſtud genus exemplorum conſiſtit in rerum qualitate. Cũ qualitas alicuius rei oſtenditur, facti aut dicti genus, factum præclarum, factum obſcurum. Primũ igitur exemplum comparationis eſt de Caio Fimbria in oratione pro Sex. Roſcio. Cicero volens oſtendere aduerſariorũ crudelem impudentiam, confert cauſam aduerſariorum cũ facto C. Fimbriæ, quod factũ cum eſſet crudeliſſimũ, cõparat cũ hoc facto. Igitur primo loco Cicero ponit ἀφήγησιν, ſed illa eſt ἐμπαθῶς, habet odiũ propter crudelitatẽ, & habet motũ propter memoriã Scæuolæ. Hominem longè.) Incipit ψόγον. Illud odiũ refricat in animis Iudicum. Retinet,) Sic duæ laudes contrariæ, quemadmodũ & duo fuerunt motus. Poſſe viuere) ex vulnere. Quomodo populus.) Addit Orator ad perficiendum motum etiam ἐπίκρισιν, & orationẽ luctuoſam. Interemptus eſt) Hactenus narratio ἐμπαθῶς, ſequitur ἀπόδοσις. Sunt tria genera exemplorum, exempla dicti, exempla facti, & exempla vtriuſque: & illa vehementiſſima ſunt exempla παθητικά. Illa exempla ſunt plerumque idonea & accommodata ad commouendos animos. Paſſus non eſt.) Hoc loco ſolum eſt ſimile, ſed perſonæ ſunt diſſimiles. Eſt comparatio Chryſogoni, & Quinti Scæuolæ. Maior.) Scæuolæ, quàm Sex. Roſcij. Quoniam igitur ſimilitudo eſt rerum, Cicero lenit factum, in altero eſt dolor, in altero verò ſeueritas eſt.

Aliquando contrariorum & diſſimilium rerum eſt comparatio in eodem genere bonorum, aut malorum: vt in eadem oratione. Itaque cùm multis ex rebus intelligi poteſt, maiores noſtros non modò armis plus, quàm cæteras nationes, ſed etiam conſilio, ſapientiaq́ue potuiſſe, tamen ex hac re vel maximè, quòd in impios ſingulare ſupplicium inuenerunt, qua in re quantum prudentia præſtiterint ijs, qui apud cæteros ſapientiſſimi dicuntur fuiſſe, conſiderate. Prudentiſſima ciuitas Athenienſium, dum ea rerũ potita eſt, fuiſſe traditur, eius porrò ciuitatis ſapientiſſimum Solonem dicunt fuiſſe eum, qui leges, quibus hodie quoque vtuntur, ſcripſerit. Is cùm interrogaretur, cur nullum ſupplicium conſtituiſſet in eum, qui parentem necaſſet, reſpondit, ſe id neminem facturum putaſſe. Sapienter feciſſe dicitur, cùm de eo nihil ſanxerit, quod antea commiſſum non erat: ne non tam prohibere, quàm admonere videretur. Hactenus exemplum vnum: ſequitur alterum per comparationem ex contrario. Pugnant enim inter ſe, nullum ſupplicium conſtituere parricidis, & ſingulare ſupplicium in parricidas excogitare. Quantò maiores noſtri ſapientius, qui cùm intelligerent, nihil eſſe tam ſanctum, quod non aliquando violaret audacia: ſupplicium in parricidas ſingulare excogitarunt, vt quos natura ipſa in officio retinere non poſſet, magnitudine pœnæ maleficio ſummouerentur, inſui voluerunt in culeum viuos, atque ita in flumen deijci.

Laus Συγκριτική.

κατάστασις propoſitio cũ laude.

Narratio.

SCHOLIA.

Primo exemplo de Fimbria inter ſe ſunt comparata ſimilia: ſimillimum enim factum accuſatorum facto Fimbriæ. Ibi eſt comparatio rerum ſimilium. Aliquando autem eſt comparatio rerũ contrariarum. Res autem contrariæ comparãtur duplici ratione, vel in eodem genere rerum bonarum, vel malarum, vel in rebus contrariis. Aliquando etiam inter ſe comparata ſunt ἀντικείμενα, quemadmodum ſupplicium conſtituere in parricidas: Solon autem nullum conſtituit ſuppliciũ in parricidas. Aliquando exempla ſunt contraria in eodem genere rerum. Iſtud igitur exemplum eſt rerum bonarum, ita vt iſtud exemplum habeat tria, genus bonorum vnum, facta contraria, qualitatem facti differentem tractatione, vt in hoc exemplo: primò fit ἀντίθεσις, ſecundò σύγκρισις. Prudentiſſimæ.) Sequitur ἀξίωσις facti vtriuſque. Putaſſe.) Hactenus factum Solonis. Addidit etiam Cicero ipſam ἐπίκρισιν. Oſtendit factum Solonis rectum, & bonum fuiſſe. Sic eſt comparatio in eodem genere rerum, ſcilicet factorum bonorũ. Exempla aũt ſunt refutantia, vt pro Milone: Negant fas eſſe. Aut probantia, vt de filiis Cælij dormiẽtibus, occiſo patre. pro S. Roſcio Amerino. Aut perſpicuitatis gratia adhibentur: fit enim ſæpe, vt res crederetur, ſi intelligeretur: & hoc fit, quum exempla coacervantur.

6. accuſat.

παράληψις.

Propoſitio κατ' ἀντίθεσιν verborum.

Contraria verò in rebus contrariis, hoc modo: Vnius etiam vrbis pulcherrimæ, atq; ornatiſsimæ Syracuſarum direptionem commemorabo, & in medium proferam, Iudices, vt aliquando totam huius generis rationem concludam, atque definiam. Nemo ferè veſtrûm eſt, qui quemadmodum captæ ſunt à M. Marcello Syracuſæ ſæpe audierit, nonnunquam etiam in Annalibus legerit. Conferte hanc pacem cum illo bello, huius Prætoris aduentum cum illius Imperatoris victoria, huius cohortem impuram, cum illius exercitu inuicto: huius libidines cum illius continentia: ab illo qui cepit conditas: ab hoc, qui conſtitutas accepit, captas diceretis Syracuſas. Propoſitio hæc eſt συγκριτικὴ, conſtans ex contrariis verbis, propterea ipſa inter ſe conferẽda ſunt facta contraria: vt, Nunc *nia illa omitto, quæ disperse à me multis in locis dicentur, ac dicta sunt: forum Syracusanorum, quod introitu Marcelli à plurima cæde seruatum est, id aduentu Verris Siculorum innocentium sanguine redundasse. Portum Syracusanorum, qui tũ & nostris classibus, & Carthaginiensium clausus fuisset, eum isto Prætore Cylicum Myoparoni prædonibusq́; patuisse.*

Dixi comparari aut res bonas inter se, quasi contraria, quemadmodum in illo exemplo dictaui, aut fieri comparationem bonarum rerum, aut malarum. Audierit.) Hoc positum est, ne opus sit narrare, præterit expositionem captarum Syracusarum, sequitur propositio. Forum Syracusanorum.) Sequuntur factorum ἀντιθέσεις. Illa sunt inter se facta contraria. Tum.) Sub Marcello. Atque vt personæ duplices sunt: infinitæ, vt quæstor: & finitæ, vt Cicero quæstor. Sic exempla duplicia sunt ἀόριστα non habentia nomen proprium, vt Grammatici vocant. Ea & γενικὰ dici possunt, vt exempla maiorum Græcorum, Romanorum. 2. ὡρισμένα, ἢ καθ' ἕκαστα, vt exemplum Ciceronis, Themistoclis. SCHOLAR.

Similis tractatio est exempli in 7. accusatione, in quo affert P. Africanum Orator. Cùm mihi Tindaritani illius venit in mentem, cùm Segestani: tum iura simul ciuitatum, atque officia considero: quas vrbes P. Africanus etiam ornandas esse spolijs hostium arbitratus est: eas C. Verres non solùm illis ornamentis, sed etiam viris nobilissimis nefario scelere priuauit. En quod Tindaritani libenter prædicent. Nos in xvij. populis Siciliæ non eramus: nos semper in omnibus Punicis Siciliensibusq́; bellis, amicitiamq́; fidemq́; populi Romani secuti sumus: à nobis omnia populo Romano semper & belli adiumenta, & pacis ornamenta administrata sunt. Multum verò hæc ipsis iura profuerunt in istius imperio & potestate. Vestros μίμησις. Responsio.

quondam nautas contra Carthaginem Scipio duxit, at nunc naues contra prædones penè inanes Cleomenes duxit. Vobiſcum Africanus hoſtium ſpolia & præmia laudis communicauit: At nunc per me (Verrem) ſpoliati naue à prædonibus abducta, ipſi in hoſtium numero locoq́; ducemini. Quid verò illa Segeſtanorum non ſolùm literis tradita, neq; commemorata verbis, ſed multis eorum officijs vſurpata & comprobata cognatio, quos tandem fructus huiuſce neceſſitudinis in iſtius imperio tulit? nempe hoc fuit iure, Iudices, vt ex ſinu patris nobiliſſimus adoleſcẽs, & è complexu matris ereptus, innocens filius iſtius, Carnifici Sextio dederetur. Cui ciuitati maiores noſtri maximos agros, atq; optimos conceſſerunt, quam immunem eſſe voluerunt. Hæc autem apud te cognationis fidelitatis, vetuſtatis, authoritatis, ne hoc quidem iuris obtinuit, vt vnius honeſtiſſimi innocentiſſimiq́; ciuis mortem & ſanguinem deprecaretur.

SCHOLAE. Diximus exempla tractari methodo συγκριτικῇ, plerunque per comparationem. Comparari autem inter ſe, vel vt ſimilia, vt in exemplo de Fimbria: vel per differentiam, id eſt, diſſimilia, vel per contraria. Per ſimilia, vt in exemplo vidimus de Fimbria, per diſſimilia & cõtraria in eodem genere rerum bonarum, vt in exemplo ciuitatis Athenienſis, & Romanæ. In quo fuit demonſtratũ, Romanos longe prudentius conſtituiſſe ſupplicium in parricidas, quàm fecit ipſe Solon. Bene fecit Solon: ſed melius fecerunt Romani. Contrariorum autem tractatio qualis ſit, vidimus in exemplo ex 6. accuſatione. Simile eſt illud exemplum, quod tamen à ſuperiore differt: nam in hoc exemplo ſunt duæ perſonæ, & propterea etiam duplicia exempla: vnum tyrannorum, alterum Segeſtanorum. Ita iſtud exemplum eſt duplicatum, quoniam duplices ſunt perſonæ, & duo crimina. Cùm mihi.) Propoſitio. Quas vrbes.) Sequitur exemplum. Priuauit.) Eſt comparatio impar. Vni beneficio ſunt oppoſita duo crimina: longè eſſe crudeliorem ipſum

Verre

Verrem in ſceleribus admittendis, quàm fuerit Scipio Africanus in beneficiis diſtribuendis. En quod.) Introducit iam loquentes ipſos Tindaritanos, & hoc facit motus cauſa. Eſt enim illud exemplum adhibitum ad amplificandum ſcelus Verris: facit προσωποποιΐαν μαρτύρων. Adminiſtrata.) Hactenus ipſa προσωποποιΐα. Multum.) Iam è regione Orator illis reſpondet, & illa ἀπόκρισις habet aliud exemplum alterius facti. Per me.) Verrem. Habemus tractatum exemplum vnum: ſed quoniam in propoſitione duæ fuerunt propoſitæ perſonæ, iam venit ad alterũ exemplum, Segeſtanorum ſcilicet, quod exemplum eſt generale. Et hoc exemplum ponit poſtremo loco, quoniam habet maius ſcelus, quod magis mouet. Cui ciuitati.) Sequitur exemplum ἀόριστον. Apud te.) Facit ἀποστροφὴν ad ipſum Verrem. Hoc exemplum eſt tractatum, vt dixi, παθητικῶς.

In exemplis etiam ſimilibus amplificandi gratia demonſtratur aliquando diſsimilitudo, vt in 6. accuſatione. Eriphylam accepimus in fabulis ea cupiditate, vt cum vidiſſet monile, vt opinor, ex auro & gemmis, pulchritudinis eius accenſa, ſalutem viri proderet. Similis iſtius cupiditas: hoc etiam acrior, atq; inſanior, quòd illa cupiebat, id quod viderat: huius libidines nō ſolùm oculis, ſed etiam auribus excitabantur.

τὸ ἴσον.

Illud exemplum habet duo contraria, habet ſimile & diſſimile, & breuis eſt propoſitio exempli: ἀνταπόδοσις illius exempli etiam eſt breuis: quicquid eſt ſimile, hoc habet aliquid diſſimile: propterea ponitur iam ipſum diſſimile

SCHOLAE.

FINIS LIBRI PRIMI.

IOAN. STVRMII,
DE VNIVERSA RATIONE ELOCVTIONIS RHETORICAE,

Liber ſecundus.

De verborum generibus, eorumque figuris.

CAPVT I.

Superiori libro de ſententijs, earumq́ ornamentis, quæ alij σχήματα διανοίας vocant, Hermogenes μεθόδους ἐννοίας vocat, expoſuimus, deinceps de verborum generibus, eorumq́ figuris, atq; conuerſionibus dicendum eſt. Varietasq́ illorum, quanq; numerari nō poteſt omnis: indicabitur tamen à nobis, quoad eius fieri poterit. Verba appello ea omnia, quæ Græco λέξεως vocabulo continentur: omne genus ſcilicet dictionū, ſiue nomina ea ſint, ſiue verba, ſiue reliquarū partium, quas Grammatici orationis enumerant, particulæ, & voces. Verba verò omnia, aut proprietate æſtimantur, aut conuerſione, aut configuratione, ita vt alia aut natiua ſint, alia conuerſa, alia figurata, &, vt Græcè loquamur, ἰδίαι, τετραμμέναι, ἐσχηματισμέναι λέξεις. Natiuorum omnium, tametſi eadem propè ſit conditio, quòd cùm rebus ipſis aut nata ſint, aut nata eſſe videantur. Tamen quædam etiam translata, atq; conuerſa ita conſuetudine & more vſurpata ſunt, vt pro natiuis, & veris, atq; proprijs habeantur,

λέξεις.

Verborum tria genera.

beantur, vt videre pro intelligere, horrere pro animo commoueri. Sed non de hoc genere nos in hoc verborum natiuorum loco, & qualia fuerint tum cùm primùm vſurpari cœperunt pro talibus in hac doctrina à nobis habebuntur. Propriorum igitur nominum, ſiue verborum vis, aut vſu obſeruatur, vt iſthic, vbi tu es: hìc, vbi nos ſumus: illic, in aliquo loco tertio. Horum trium proprietatem, doctorum virorum conſuetudo, & vſus diſtinxit, aut compoſitione, vt inter timeo, & extimeſco, aliqua eſt diſtincta proprietas. ſic humanus, perhumanus. Nam proprium id etiam vocamus, quod eſt ſignificans. Quanquam hoc poſterius genus inter conuerſa numerari poteſt. Temporibus etiam verborum diſtincta natura eſt, vt Duellum primæ ætatis Reipubl. Romanæ, & hoſtis eiuſdem ſæculi nomina fuerunt: poſteri verò ſæculi bellum & hoſtes ſunt vocabula. Quamobrem antiquata multa apud Plautum, & quædam etiam apud Terentium & Catullum pro natiuis & proprijs habenda ſunt, tametſi hoc tempore obſoleta ſint, neq; noſtræ ſint conſuetudinis, ac ſermonis. Peregrina etiam, quibus aliquando vtimur in proprijs nominibus numerari debent, & aliquando vſurpari, ſi adhibeantur decenter, & conuenienter hominum moribus, atq; perſonis. Sed hæc fortaſsis non ad Oratorē: ſed Grammaticorum de his eſt profeſsio.

Obſeruatio propriorum verborum.

1. Vſu.

2. Compoſitione.

3. Διακρίσει temporũ,

4. Hominũ genere, ſcilicet gentiũ.

De proprietate verborum.

Veruntamen quicquid natiuum proprium ſignificans eſt, id totum verborum genus ad oratorium delectum & ſupellectilē pertinet. Præterea verborũ proprietas diſtinctione cernitur, cùm aut nomina verbis, aut verba nominibus diſtinguuntur. nomina verbis hoc pa-

5. Verborũ diſtinctiõe, quæ eſt triplex.

1.&ideo ordine. 6.

2.& ideò ordine. 7.

Horũ triũ distinctio animaduertitur ex oppoſitis nominibus.

cto: Summa gratia & eloquentia, quarum alteram C. Aquili, vereor. alteram metuo. Eloquentia Q. Hortenſi, ne me dicendo impediat, nonnihil commoueor. Gratia S. Nauij, ne P. Quintio noceat, id verò non mediocriter extimeſco. Verba autem nominibus hoc pacto: pro rege Deiotaro. Et venit, vel rogatus, vt amicus: vel accerſitus, vt ſocius: vel vocatus, vt is, qui Senatui parere didiciſſet: poſtremò venit, vt ad fugientem, non vt ad inſequentem: id eſt ad periculi, non ad victoriæ ſocietatem. Etiam rebus diſtinctè verba propria indicant, vt in Diuinatione Verrina. Quas res luxuries in flagitijs, auaritia in rapinis, ſuperbia in contumelijs efficere potuiſſet: eas omnes ſeſe, hoc vno Pratore per triennium pertuliſſe.

3.& ideò ordine. 8.

Origo eloquentię eſt verborũ delectus.

Diximus prius huius doctrinæ de Hermogenis *ἰδέαις*, & oſtendimus, ſecundùm Hermogenem, omnem Ideam æſtimari, & cenſeri, & iudicari, & diſtingui octo partibus. Ita octo in omni elocutione, ſecundùm Hermogenem, ſunt conſideranda. Primum ſcilicet, quod eſt ſpectandum, eſt genus ſententiarum, *ἡ ἔννοια*: tametſi origo eloquentiæ, vt apud Ciceronem eſt, ſit verborum delectus, tamen nullus delectus poteſt fieri abſque conſideratione ſententiarum. Omnis enim elocutio fallax & fucoſa eſt, niſi ſubſit res. Primus igitur labor ſuſcipiendus eſt in ſentẽtiis, in inuentione, ſcilicet verborũ & ſententiarum. Secundus eſt inſtituendus in tractatione ſententiarum, vt illas ſententias tractemus artificioſè. Huiuſmodi tractationem Hermogenes vocat Methodum, quòd ſententię eiuſmodi tractatione acquirunt quendam habitum. Illa duo percurrimus ſuperiori libro. Tertius labor ſuſcipiendus eſt in verborum delectu. Et tametſi primas partes teneant ſententiæ, & earum ornatus, tamen hæc præſens tanta eſt, vt ferè primum locum C. Iulius apud Ciceronem in Oratore tribuit verborum delectui, & dicit, Origo eloquentiæ eſt verborũ delectus. Quomodo ergo Oratori verba deligenda ſint, vt ſententiarum ornamentis oratio ſit bene figurata, vt ſit ſana, & integra, & bene collocata, iam nobis tradendũ eſt. Hæc igitur doctrina inuenta eſt propter verborũ delectũ, quã ἐκλογὴν λέξεων vocant. Verba autem hoc loco nominãtur λέξεις, id eſt, dictiones; quod vocabulum Ariſtoteli 3. Rhet. & Hermogeni de Idæis commune eſt. Ego verba voco omnia ea, quæ continentur octo partibus Grammaticorum, nomina, pronomina, &c. Nam his omnibus oratio rhetorices confirmatur, vt hic illius arma, hic currus fuit. Ibi eſt σχῆμα verborũ in aduerbio. Sic quicquid eſt partiũ orationis, voco verba, etiã ſi ſint nomina, aut participia, &c. Verborum tria ſunt genera: ſunt eñ verba natiua, verba cõuerſa: ſunt verba figurata. Natiua verba, quæ cuiuſmodi ſint, Grammatici indicãt, & oſtendũt multiplicẽ poteſtatẽ illorũ. Nã & quid ſpeciatim ſignificẽt, docẽt, & etiam in multas alias poteſtates vnum verbũ tranſfundunt, ſingularumque ſubiiciunt exempla. Sed illorũ eſt explicare, & inflectere: Oratorum autẽ eſt deligere, & modificare verba etiam propria. Quapropter ego hæc tria coniungo. Cicero autem in Partitionibus facit diuiſionem bipartitam. Verba eſſe aut natiua, aut reperta. Natiua vocat propria: reperta vocat conuerſa, τετραμμένα vocat Cicero, è Græco deducens genus orationis conuerſum, propterea quòd primum genus eſt à natura: natura enim eſt inuentrix, & largitrix. τετραμμένα enim ſunt ab ipſo Oratore modificata. Cicero vocat τετραμμένα dupliciter. Conuerſa à conuertendo. Modificata verò ἀπὸ τοῦ τρόπου, à modo. Ergo verba modificata dicuntur, quæ habent tropum, id eſt, modum. Et conuerſa, quæ habent tropum, conceſſionem aliquam, & cõmutationem ſui. ἐσχηματισμένα voco, quæ ſunt figurata, cuiuſmodi ſunt geminata, cõtraria, contrariis oppoſita, cuiuſmodi eſt circulus, oratio in eodem verbo ſæpe deſinens, & incipiens, rerum ſimilitudo, paria paribus comparata, verba paribus oppoſita. Quid igitur diſcriminis ſit inter figuram verbi & ſententiæ, poſtea dicemus. Ergo Oratori triplex debet eſſe cura. Prima de verbis non more Grammaticorum, ſed more Rhetorum. Secunda de modis verborum, de verbis conuerſis, modificatis, vt ſunt immutata, hypallage, vt ſunt dilatata, id eſt, periphraſes. Verba nouo more inuſitata, id eſt, catachreſes, vt vocabula partis, id eſt, ſynecdoche: vt ſunt duplicata, vt adiuncta, & appoſita, id eſt, epitheſis. Tertia figura περὶ σχήματος, de figuris verborum. Proprium igitur verbum eſt, quod cum rebus ipſis natum eſt, vt lapis quando ſignificat lapidem, tempeſtas tempeſta-

ἐκλογὴν λέξεων.

Differẽtia modificatorum, & conuerſorum.

tem, peſtis peſtem: hoc eſt, peſtem morbum, non aut calamitatem, aut damnũ. Tametſi in his ſunt etiam tranſlata, vt, audio, pro intelligo: horreo, pro timeo. Hæc ſunt quaſi propria facta. Et quicunque iſtis vtitur, ille videtur naturaliter loqui. Sed nos etiam vſitata volumus diſtinguere à propriis. Et oſtendemus, quòd ex propriis, aut natiuis ſint modificata verba facta. Quamuis nos hodie metaphoras non facimus, ſed tantùm ſumimus aliquando: tamen eſt facienda tranſlatio, quod poſſumus obſeruantia obſeruare. Primo igitur loco debemus propriorum verborum indicare obſeruationes, quomodo propria debemus obſeruare apud Oratores: tota enim eloquentia conſiſtit in obſeruatione: proprietas autem hæc obſeruatur vſu, quomodo docti obſeruarint. Cùm alicuius rei nos non poſſumus dare rationem, niſi quòd ita alij probatiores vſurparint, vt cùm Laurentius Valla docet: Hic eſt, cùm locum, in quo ego ſum, nominamus: Iſthic vbi tu, illic & ille tertius. Ergo illorũ trium verborum eſt certa quædam proprietas, quæ vſu ſeruatur. Sic homines iſtis vtũtur naturaliter, quia ita docti ſunt vſi. Prima igitur obſeruatio eſt vſu, ſecunda compoſitione: habemus timeo, habemus extimeſco, habemus pertimeſco. Quomodo illa inter ſe differunt, poſſumus obſeruare apud Scriptores: hic primus magiſter eſt vſus, ſecundus eſt ἡ διάκρισις, ſcilicet oratorum, quæ vocatur diſtinctio: fit autem non more dialecticorum, diuiſione, ſed aliter. Proprietas nominum diſtinguitur tripliciter: Primò verbis, ſecundò verborum nominibus, tertiò rebus ipſis. Sic tripartitam habemus varietatem. Illud etiam prætermiſeram, quòd ſecunda διάκρισις fit tempore. Tempus & ætas nos docent: ætas enim tradidit, quòd quædam verba ſunt vſitata, quędam inuſitata: prima ætate nonnullā verba valuerunt, poſtea non valuerunt. Homeri tempore omnia illa fuerunt vſitata: poſterior ætas eorum quædam retinuit, quædam autem reiecit. Sic tempora etiam diſtinguuntur verborum proprietate, veteres Romani vocauerũt duellium, ſed illud poſtea obſoletum eſt, & appellarunt bellum: nam eſt quaſi deprauatum immutatum. Sic hoſpitem aut peregrinum vocauerunt hoſtem, iam nobis non eſt proprium iſtud, ſed nos hoſtem appellamus inimicum. Quarta diſtinctio gentium, quemadmodum enim dij ſunt maiorũ gentiũ, & quidē gentiles, ſic etiā nos habemus verba quædā domeſtica, quod genus

Διάκρισις verborum tempore.

verborũ Græci vocant οἰκεῖον, quo nos domi vtimur. Alterũ eſt genus verborum exterarum gentium, quod opponitur priori, vt gaza, paraſanga: vt quædam Patauina vocabula, Hiſpanica. Hæc igitur eſt prima quadripartita diuiſio, quæ fit vſu, & compoſitione, tempore, hominum genere, gentibus, atque nationibus. Quinta autem eſt propriè obſeruata diſtinctione. Verba propria diſiuncta: quæ diſtinctio eſt trium partium. Aut enim nomina diſtinguuntur verbis, aut verba nominibus, aut res rebus, vt ſuprà dixi. Nomina verbis: vt ſumma genera, atque eloquentia, &c. Hic iam apparet, quid diſcriminis eſt inter vereri & metuere: vereri eſt pudoris & verecundiæ: timere autem eſt in rebus periculoſis, quæ ſunt pernicioſa, illa extimeſcimus.

Huius generis etiam illa ſunt pro Cælio: Quis tetrior hoſtis huic ciuitati? quis in voluptatibus inquinatior? quis in laboribus patientior? quis in rapacitate auarior? quis in largitione effuſior? Et pro Murena: *Et viro fortiſſimo parenti ſuo magno adiumento in periculis, ſolatio in laboribus, gratulatio in victoria fuit.* Et pro Publ. Quintio: *Veritate amicitia, fide ſocietas, pietate propinquitas colitur.* Locis etiam diſtinctio fit propriorum verborum, atq; natiuorum. *Si quantum in agro, locisq; deſertis audacia poteſt, tantum in foro, atq; in iudicijs impudentia valeret, non minus in cauſa caderet A. Cecinna Sexti Ebutij impudentiæ, quam tum in vi facienda ceſſit audaciæ.* Et pro Murena: *Nemo enim ferè ſaltat ſobrius, niſi forte inſanit, neq; in ſolitudine, neq; in conuiuio moderato, atq; modeſto: intempeſtiui conuiuij, amœni loci, multarum deliciarum comes, extrema eſt ſaltatio.* Perſonis quoq; diſtinguitur proprietas, vt de Finibus bonorum: *Actio hiſtrionis eſt, ſaltatio ſaltatoris.* Item ibidem in eodem loco: *Hiſtrioni actio, ſaltatori motus eſt certus datus.* Sæpe etiam ad perſonam qualitas adiungitur, vt pro Murena, in eodem, quem iam protulimus loco. Sal-

Amicitia vera beneuolentia amicorum.
Societas fida rerũ cõmunicatio.
Propinquitas pia neceſſitudo.

6. vel 9. locis fit.

7. vel 10. perſonis.

tatorem appellat Lucium Murenam. Cato. maledictum eſt. Si verè obijcitur, vehementis accuſatoris: ſin falſo, maledici conuiciatoris. Et in eadem cauſa: Valeant hæc ad ſalutem innocentum, ad opem impotentum, ad auxilium calamitoſorũ: in periculo verò & pernicie ciuium refugium.

9. Cauſis efficientibus.

Cauſis etiam efficientibus diſtinguuntur verba: Retinere Conſulem non cupis? Conſulem, quod maximè tempus poſtulat, fortuna conſtitutum ad amplexandum otium: ſcientia ad bellum gerendum, animo & vſu ad quod velis negotium.

12. Definitione.

ἀνασκευαστικὸν exemplum.

Vehementiora refutaur aliquãdo lenitione.

Illud 12. poſitum propter exempla amplificantia: nam niſi ſemper ſumens illa translata.

In remotione, & poſtremo ἀπο- [illegible]

Illa etiam ὁριστικὰ proprietatem indicant nominum, atq; verborum, vt pro Ligario: Scelus tu illud vocas, Tubero, iſto enim nomine illa adhuc cauſa caruit, alij errorem appellant, alij timorem: qui durius ſpem, cupiditatem, odium, pertinaciam: qui grauiſſimè temeritatem: ſcelus præter te adhuc nemo. Et in ſexta accuſatione: Venio nunc ad iſtius, quemadmodum ipſe appellat, ſtudium, vt amici eius morbum & inſaniã, vt Siculi latrocinium: ego quo nomine appellem neſcio: rem vobis proponam, vos eam ſuo nominis pondere penditote. Et in 2 Philippica: Quis interpretari poteſt, impudentiórne, qui in Senatum, an improbior, qui in Dolabellam, an impurior, qui patre audiente, an crudelior, qui in illam miſeram tam ſpurcè, tam impiè dixeris. Et pro P. Quintio: Si vadimonium omninò tibi cum P. Quintio nullum fuit, quo te nomine appellemus? improbum? etiamſi deſertum vadimonium eſſet, tamen in iſta poſtulatione, & proſcriptione bonorum improbiſſimum comprobare. num malitioſum? negas. fraudulentum? iam id quidem arrogas tibi, & præclarum putas, audacem, cupidum? perfidioſum? vulgaria & obſoleta ſunt: res autem noua, & inaudita eſt. Quid ergo eſt? vereor ne lo-

cle,

de,ne aut grauioribus vtar verbis,quàm natura fert,aut leuioribus,quàm cauſa poſtulat.

SCHOLAE.

Quemadmodum audiuiſtis proximè, volumen conficiētur nominibus,& generibus verborum. Verba autem vocari à nobis illa,quæ à Græcis appellantur λέξεις,rerum ſcilicet,& affectionum,& actionum,& paſſionum dictiones,voces,atque appellationes. Diximus verba eſſe vel propria, ſiue natiua,aut conuerſa, aut eſſe figurata. Ita vt hæc doctrina ſit tripartita. Prima pars de proprietate verborum. Secunda de verborum modificationibus, aut de verborũ conuerſionibus, cùm ſcilicet vſus verbi proprij conuertitur, & modificatur aliter. Tertia de figuris verborum,cùm tractatione verbi facimus genus orationis figuratum, ſuper vulgi conſuetudinem : id eſt, cùm verbum aliter figuratur. Ita vt proprietas ſit naturæ. Tropus artis,& ſingulorum verborũ: figura autem ſit habitus,atque tractationis totius orationis. Dixi propria obſeruari,primò vſu:quæ ſit vniuſcuiuſq; verbi proprietas,bonorũ ſcriptorum indicãt authoritates: hinc vſus obſeruauit,quod diſcrimen ſit inter hìc,illic,iſthic. ſecundò, proprietas etiam verbi conſideratur compoſitione. Hoc loco notandum, quòd proprium dicitur duobus modis.Primò proprium,quod cum rebus ipſis natũ eſt,etiamſi non ſignificat aliquid grauiter: vt cùm lapidem lapidem voco,ligonem ligonem. Secundò proprium etiam diximus id,quod in natiuis verbis magis ſignificans eſt, & hic delectus non eſt negligendus oratori : quoniam origo eloquentiæ eſt verborum delectus. Debemus deligere non ſolùm proprium naturæ, ſed etiã proprium ſignificatione. Vtrum autem magis ſignificet,compoſitio indicat:Humanus,perhumanus, vtrumque eſt proprium : ſed cùm alter altero eſt humanior, debemus vti magis proprio vocabulo. Tertiò, tempus etiam indicat proprietatem,& vſum verbi.fuit proprium priſcorum ætate duellum, quod ſignificat pugnam: hoſpes etiam ſignificabat hoſtem: poſteritas autem ex proprio fecit alterum proprium,hoſtem vocauit inimicum. Et propterea eſt altera generis verborum diuiſio, quod propria quædam ſunt noſtri ſeculi,alia antiqui, λαῶσιω,πλίω, & alia multa poetarum,quæ in certis temporibus,& modis vſitata non ſunt,ſunt antiquata. Sic etiam apud Terentium, Catullum, Plautum pleraque habentur antiqui ſeculi, ſed

Differentia proprietatis, tropi, & figuræ.

Duplex proprium naturæ, & ſignificatione.

tamen propria: Eſt etiam quarta diſtinctio propriorum verborum, & quarta notio, quòd quædam ſunt domeſtica, οἰκεῖα, noſtrarum ædium, vel propria ſunt illa, nõ natura, ſed familiæ & conſuetudinis noſtræ, noſtratum ciuitatũ. Et ſæpe fit, vt ſint aliqua propria illius familiæ vocabula, quæ tamen habentur pro natiuis: vt, Ego omni officio, ac potius pietate, &c. Omnia ibi ſunt domeſtica, ſunt vrbis Romanæ omnia, omnia propria. Alia nõ vocantur οἰκεῖα, ſed ἐθνικά: id eſt, peregrina: cuiuſmodi erat Perſarum illud, Gaza, cuiuſmodi in Commentariis Cæſaris Gallorum alanda, & alia Germanica. Sunt iſta omnia ethnica, cuiuſmodi ſunt vocabula plura noſtri ſeculi: quibus ſciat Orator vti: vtetur autem, vel neceſſitatis cauſa, vel decoris gratia. Preter has duas rationes non eſt alia cur illis vtatur. Quintò, eſt obſeruatio, quæ cernitur verborum diſtinctione, proprietas verborum intelligitur diſtinctione. Aut enim cognomina verbis diſtinguuntur, quum videmus, quid differant inter ſe verba ipſa: vt, Summa gratia & eloquentia, &c. Ibi videmus, quid ſit diſcriminis inter eloquentiam & gratiam. Eloquentia eſt bonum verendum, gratia eſt bonum metuendum. Hic Cicero diſcrimen duobus verbis indicat, vereor & metuo. Sed in illa diſtinctione non debent eſſe Oratores obſcuri, propterea quòd perpetua ſit virtus orationis perſpicuitas. Sextò, aliquando etiam verborum proprietas conſideratur ipſis nominibus, quomodo differant inter ſe, rogari, accuſari, euocari. Cicero ponit diſcrimen horum verborum, tribus appoſitis nominibus: Et venit vel rogatus, vt amicus (amicos enim debemus rogare, vt quod faciunt, faciant amicè) vel accerſitus, vt ſocius (ſocij enim debent venire propter commune periculum) vel euocatus, vt is, qui Senatui parére didiciſſet. Euocantur obtemperantes, qui in noſtro ſunt imperio, ſeu ſtipendio. Septimò, aliquando etiam nomina diſtinguuntur rebus, vt cauſæ efficientes materia: vt Cicero in principio Diuinationis: Quæ res, &c. Hìc nomina nominibus propriis ſunt explicata. Luxuries quam habet materiam? ſcelera. crudelitas vbi vim ſuam explicat? in innocentum ſuppliciis. auaritia vbi? in rapinis. vbi ſuperbia? in contumelia. Cicero ipſe ab initio Diuinationis à verbis propriis incipit, & natiuis. & ita omnes Oratores debent incipere. Ita illud: Quanquam te Marce fili, &c. Arma virumque cano, &c. vſque ad illud, Muſà mihi cauſas memora.

m. Hìc principia tota & alia habent verba propria, vix vnum atque alterum inuenies translatum. Octauò, diſtinctio, quæ fit locis, quamuis hæc, quæ ſequuntur, ſunt omnia circunſtantiarum: vt, Si quantum in agro, &c. quod ſit diſcrimen inter audaciam, & impudentiam. In audacia eſt animi efferueſcentia, in impudentia eſt animi intemperantia. Sed audacia vim ſuam explicat in ſolicitudine: Latronis audacia in ciuitate non videtur, ſed in ſolitudine. Homines quum ſoli ſunt, non ſunt impudentes, ſed quum ſunt in conſpectu aliorum hominum. Quid eſt igitur, quod diſtinguit audaciam ab impudentia? Locus ipſe. Sed nec ſolis locis, ſed etiam aliis circunſtantiis, vt perſonis: vt Cicero de Finibus: Actio hiſtrionis eſt, ſaltatio ſaltatoris, &c.

Operæprecium eſt ex ijs animaduertere, quanta ſit verborum natiuorum, atque propriorum vis in dicendo. Et in verbis deligendis à natiuis ſumi debere principium. Non enim in oratione aperta ſolùm, aut in re parua. Sed in grauitate quoque, atque ornatu. In amplificatione atque incrementis verborum hoc genere vtimur. Nam illud: Facinus eſt vincire ciuem Romanum ſcelus verberare, propè parricidium necare: quid dicam in crucem tollere? Tametſi ſuperlatum ſit verbum parricidium: tamen vt ſupra naturam non progrederetur, προδιορθώσει vſus eſt. Et in ipſa poſtrema dubitatione verbi proprij & ſignificantis, eſt inueſtigatio. Pro Sexto Roſcio verò quàm grauis ille locus eſt, & quanti in eo clamores? tamen totus eſt etiam verbis natiuis accumulatus, atque diſtinctus. Noluerunt feris corpus obijcere, ne beſtijs quoque, quæ tantum ſcelus attigiſſent, immanioribus vterentur: Non ſic nudos in flumen deijcere, ne quum delati eſſent in mare, ipſum polluerent, quo cætera, quæ violata ſunt, expiari putantur. Denique nihil tam vile, neque tam vulgare eſt, cuius partem vllam reli-

Propria ornatus cauſa.

Accuſ. 7

Deſinit in dubitatione.

Locus vehementiſſimus cōfictus ex verbis natiuis.

Reprehenſio affectatæ ſcriptionis.

Reperta dicũtur, quæ nõ ſunt natiua.

querint. Etenim quid tam eſt commune, quàm ſpiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus? &c. Vtimur igitur in omni dicendi figura hoc primo genere verborũ, ſiue ſubtiliter res exponenda ſit, ſiue dilatanda grauiter, ſiue explicanda mediocriter. Et grauitatis exempla in amplificationibus, mediocritatis in exordijs, ſubtilitatis in argumentationibus & narrationibus vbique obuia ſunt. Ex quo conſequitur, fugiendum eſſe eorum ſcriptorum errorem, qui putant orationem latinam, atq; ornatam, non niſi translatis, aut immutatis, aut aliqua ratione modificatis verbis confici poſſe. Vt autem delectus habeatur, conueniens ipſi dicendi figuris, ſequi debemus illam Ciceronis partitionem: Quod verba alia ſunt ſignificantia, quæ indicantur proprietate, alia ſonantia, quæ numero & ſpatijs ſyllabarum, alia plena, hoc eſt, & ſignificantia, & ſonantia, vt timeo, proprium eſt: pertimeo, ſignificans, & ſimul ſonans: plenum verò eſt pertimeſco. Formæ etiam generibus ſunt ſignificantiores, vt parricidium ſignificantius, quàm ſcelus. Sed in his retinenda veritas eſt, ne ex proprio & natiuo fiat repertum, vt Cicero vocat in Partitionibus, hoc eſt artificioſum, & modificatum, vt ſi quis percuſſorem ciuis, parricidam nominet, verbo vtitur non proprio, ſed ſuperlato. Itaq; Oratores, vt decorum retineant, vtuntur illis particulis propè, ſerè, quaſi, & ſimilibus, vt intra naturæ terminos maneant.

SCHOLAR.

Tradidimus vndecim modos diſtinguendorum verborum propriorum & natiuorum, & primus poſitus eſt in obſeruatione & vſu, eſt τ̃ χρήσεως, cùm ita vtimur verbis Latinis, aut Græcis, quemadmodum vſi ſunt probati authores apud Latinos Cicero, Catullus, Saluſtius. Secundum modum fieri diximus compoſitione: compoſita autem augent, aut minuũt, timeo pertimeſco: plus eſt taceo perticeo: ſubticere autem minus eſt. Tertium modum diximus fieri tem-

pore

[illegible] Quartus eſt nationis,quod verba quædam ſunt domeſtica,quædam aliena,quædam peregrina. Quintū diximus fieri verbis ipſis & nominibus,quādo nomina verbis diſcernuntur,vt,ſumma gratia & eloquentia,&c.Sextus huic contrarius,in quo verba diſtinguuntur nominibus.Septimū fieri diximus rebus,cū res rebus diſtinctę ſunt,cuiuſmodi tradidimus plurima exempla.Octauū fieri notatione loci diximus:impudētia nō apparet nisi inter homines,audacia vires ſuas explicat in locis:Nonū fieri perſonis. Vt in illo de finib.Actio hiſtrionis,ſaltatio ſaltatoris:ibi diſcrimē inter actionē & ſaltationē oſtēdit:inuenit perſonæ ἐτυμολογίαν. Decimus eſt,qui fit cauſis efficientib.Illud exemplū in perſonis nondū expoſuit:vt ſaltatorē appellat L.Murenā,Maledictū ſi verè obijcitur,vehementis accuſatoris,ſin falsò &c. oſtendit diſcrimen inter accuſatorē & conuiciatorē, Accuſator in maledictis eſt vehemens.Oſtēdit duo genera maledictorū,Maledictū & accuſatio,maledictū & cōuiciatio. Genus diuiſit in partes duas,proprietates verborū.In eadē cauſa valeant.)Ibi diſtinguit iſta inter ſe.Salus,auxiliū & opem quomodo differūt?Salutē innocentib. auxiliū calamitoſis, opē ferre impotētib.ops χρηστοφιλία æſtimatur & πολυφιλία id eſt,amicis bonis,& amicis multis.Cū deſtituti amicis debemus petere ei rei auxiliū aliorū. Decimus modus cauſis fit efficientib. Conſulē.)Ibi diſtinguit iſta tria,fortuna, ſcientia,experientia,id eſt,vſus.Fortuna valet ad cauſam tranquillam.Sciētia cauſa efficiēs rei glorioſæ,virtutis militaris ſciētia ad bellum gerendū, vſus in negotijs explicandis.Hi ſunt decē modi diſtinguēdi,internoſcendi,&cognoſcēdi,& deligēdi verba propria & verba natiua. Vndecimus modus ſpectatur in definitione, ὁριστικός. Definitiones enim ſunt, quæ cōtinent propria genera, ꝓprias itē differētias.Definitionū enim exempla apud oratores nobis demōſtrant, quæ verborū ſit proprietas.vt ſcelus tu illū &c.de vna re quatuor exempla.Eſt locus iſte ὁριστικὸς,contra verbū graue aduerſarij.Verba aduerſariorū ſuperlata,nimis grauia, ſignificātia, & vehementia aliquādo refutātur poſitione verborū minus vehementiū atq; leuiū.Scelus)Eſt tractatio ὁριστική,ſed diſſoluēs grauitatē & poteſtatē aduerſarij.In oratiōe pro Liga[illegible] in ſexta accuſatione habetis αὐξητικὸν exemplū,ſuperiori contrariū,inueſtigans verbū grauiſſimū,iſtud refutans verbū nimis graue.Venio.)Iſtud exemplū deſinit in ἀπορίᾳ.

Etymologia perſonæ

Diff.
Salus.
Auxilium.
Opitulatio

ὁριστικὸς modus deligendi.

dubitatione,cum non vult facere verbum ſuperlatum,ne loquatur contra naturam, relinquit rem æſtimandam iudicibus.Tertium exemplum ex 2.Philippica. Quis interpretari poteſt.)Eſt etiam dubitatio non reijciens:eſt dubitatio in omnibus,& tamen eſt inquiſitio verbi grauis,& grauitas ipſius verbi fit diſtinctione perſonarum,qui fuit antea nouus modus. Ita enim dicit: Quis interpretari poteſt.) Verecundia maximè præſtanda in confeſſione magnorum verborum,Improbitas enim quod in ſocium admittitur. Eſt gradatio,incrementum verborum,& fit dubitatione verborum incrementi. Dubitatio aliquādo fit in omnibus,vt hoc loco: in illo etiam,quod iam dictaui. Facinus eſt.) tria retinet,& tria affirmat,in tertio dubitat tantū. Si vadimonium &c.)Hoc quartum exemplum ex oratione pro Quintio fit remotione,& deinde dubitatione: Inueſtigat enim orator verbum proprium,ſignificans,nec poteſt inuenire. Quapropter orator,vt non vtatur verbo improprio,ipſe manet in dubitatiōe. Vereor ne &c.Iſtum XI locum poſui propterea, quòd exempla habet amplificantia. Omnis autem amplificatio habet grauitatem & ſpecioſitatem atq; ornatum,videmus:non metaphoras,non periphraſes,hyperbolas,antonomaſias &c.eſſe ſemper quærendas,cum volumus locum tractare ſpecioſum,ſed labor ſuſcipiendus eſt in verbis proprijs deligendis.Hoc monſtratum eſt in illo exemplo.Facinus eſt vincire ciuem Romanum &c.Si quis eſt breuis locus apud Ciceronem,qui grauiſſimam habeat amplificationem,eſt ille locus.Facinus eſt,propè parricidium: Quid dicam in crucem tollere?

De verbis modificatis: & Metaphora.

CAP. II.

Atq; hæc de verbis natiuis. Sequuntur ea quæ à Græcis appellantur τετραμμένα, à Cicerone *propter duplicem Græci verbi originem, aliquando conuerſa, quandoq; modificata dicta. Hoc genere non ita vt ſuperiore, quemadmodum dictum eſt, crebrò, aut quouis in loco, aut quauis in re vti debemus. Sed interdum vt cibis deli-*

catio-

tatioribus nonnunquam vt medicina neceſſaria, aut neceſſario corporis alimento. Peperit enim hoc genus primũ neceßitas, einde hominum voluntas & conſuetudo: poſtremò ars, vt poetarum & oratorum, ſcriptorumq́; ingenioſa & exercitata induſtria, quorum ſermo quam cæterorum omnium artificioſior eſt. Neceßitatis igitur ſit, durum appellare hominem. Voluntatis & conſuetudinis, videre pro intelligere vſurpare. Artis, Curſum honorum dicere: & cauſarum vocare veſtibula. In his tribus cauſis verborum modificatorum, crebriora ſunt ea quæ conſuetudo peperit: magis laudata, quæ ars: neceßaria vſu ſunt rariora, non delectu, tum ſolum vſurpata cum de ijs reb. quæ aut vocabulo carent diſſeritur. Inter verba modificata principem locum tenet translatio, quam omnes Metaphoram vocant: non Rhetores ſolum, verumetiam Grammatici, Poetarum interpretes. Ea eſt verbi natiui ad rem aliam accommodatio, cum qua verbi natiui res aliquid habet ſimilitudinis. Omnis enim translatio in rebus differentibus aliquam habet ſimilitudinis cognationem, quã Ariſtoteles Mathematicorum verbo ἀναλογίαν appellat: quæ eſt quatuor inter ſe rerum verborumq́; comparatio, in qua bina binis reſpondeant: vt quod in herba flos eſt, id in ætate hominis adoleſcentia: Hinc adoleſcentiam ætatis florẽ nominamus. Itẽ quod in homine cor, hoc in ciuitate Iureconſultus, aut ſenator: hinc ille Corculum Reipub. nominatus eſt. Et quod in materia arida ignis eſt, hoc in homine amor. Hinc illa poetica. Vritur infelix Dido. Et, Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexin. Neq; illud malè noſtro ſeculo factum imitatione: ſed quibus ingemui curis, quib. ignibus arſi. Sed hæc de ἀναλογίᾳ translationis. Sequitur vt dicamus vnde eadem ſumi debeat.

Efficientes cauſæ tres, quando vtendum metaphoris.
1. Neceßitatis.
2. Volũtatis
3. Artis.

Tranſlatio μεταφορα.

In metaphora ſpectanda ἀναλογία.

In omni tranſlatiõe duæ res & duo verba ſunt.

SCHOLAE. Quantũ attinet ad dicẽdi rationem, diximus vtilem eſſe verborũ diuiſionẽ. Omnia enim verba aut natiua ſunt, aut cõuerſa, aut figurata. Natiua ſunt illa quæ ꝓpria rerũ ſunt, vt lapidẽ vocamus lapidẽ, arborem arborẽ &c. Quæ omnia ita ſunt vſurpata, vt idẽ videatur fuiſſe principiũ, & ortus, & appellationũ talib. etiam verbis, & Deus Adamũ vti voluit, & Adamus vnicuiq; animali nomẽ impoſuit. Iſtud genus verborũ non eſt negligendũ oratori, imò crebrius eſt vſurpandũ quàm aliud, vt videmus Cicer. feciſſe, & in alijs locis & in illa oratione, Etſi vereor Iudices &c. Omnia ibi ſunt natiua: etiãſi perturbatã habet tranſlationẽ: verũ illa tranſlatio ita eſt vſurpata, vt habeat ꝓprietatẽ, propter frequentẽ authorũ vſum. Ita etiã illud exordiũ. Quanquam te Marce fili &c. totũ eſt conſutũ ex verbis proprijs. Cum igitur optimus author dixit, Originẽ eloquentiæ eſſe verborũ delectũ, ille delectus eſt adhibẽdus in verbis ꝓprijs: nec temerè debẽmus tranſcurerre ad verba trãſlata, niſi quãdo neceſſitate vrgemur, aut opus eſſe videmus aliqua voluptate, vel propter iterandi & audiendi faſtidiũ. Ita trãſlatione nõ eſt frequenter vtendũ, niſi neceſſitatis cauſa. Neceſſitas aũt illa fit, vel deſtitutione, cũ ſ. proprijs verbis deſtituimur, vt plerũq; accidit, vel propter faſtidiũ, aliquo neceſſe eſt vti nouo verbo, tãquã aliena veſte. Quod autẽ verba natiua fundamentũ ſint omnis eloquẽtiæ, apparet etiã in libris autorũ grauiſſimis. Nihil enim eſt, quod amplificet magis quàm verba natiua. vt in illo exemplo Cicer. Facinus eſt vincire ciuem Romanũ. Hic eſt affirmatio. Scelus eſt verberare, καλαχξησις: propè parricidiũ &c. ibi eſt correctio. Quoniã vidit orator abuſionẽ, adhibet καλαχξησιν, propè. Et alia erant dicta à nobis exempla. Ille tamen locus pro S. Roſcio pulcherrimus eſt: Si quis eſt alius apud Cicer. vehemẽs: eſt ſanè ille confectus ex verbis natiuis, de rebus enim naturalib. loquitur naturaliter, volens oſtẽdere magnitudinẽ parricidij: quantũ ſ. ſcelus ſit, oſtẽdit deſcriptione & amplificatione ſupplicij, quaſi res amplificari per ſe ipſam nõ poſſit, niſi illã per maiorẽ amplificaret. Et hoc eſt artis oratoris, per minorem rẽ amplificatã, & dilatatã oſtẽdere rei alterius maioris magnitudinem. Valdè peccamus noſtris tẽporib. cũ in ſcribendo ſequimur & venamur floſculos quoſdam, & non deligimus verba propria. Qui benè ſcribunt, illi ſua ſcripta conficiunt hoc delectu verborũ. Sed tamen aliquando opus eſt trãſire ad verba modificata, verba τετραμμένα, λέξεις τετραμμένας. Ariſtoteles eas omnes λέξεις vocat metaphoras, vt ſunt ὑπαλλαγαὶ, καταχρήσεις, & alia. hæc Ariſtoteli ſunt vno vocabulo Metaphoræ. Sed docendi cauſa volumus iſtud vocabulum generale facere. Verba τετραμμένα, Cicero vocat verba conuerſa, à vertendo. Aliquando etiam ea nominat verba modificata. Et non reſpicit illud verbum τρέπειν, ſed ſolũ tropũ. Sunt autẽ verba modificata in quib. eſt aliquis modus loquẽdi, formula loquendi noua, facta vi & vſurpatione ipſius verbi. Retineamus igitur illud verborũ genus τετραμμένον. At verba modificata Quintilianus vocat tropos, id eſt modos verborum. Hoc aũt genere verborũ non nimis ſæpè vtendum eſt: ſed velut cibis delicatis, vel etiã neceſſitatis cauſa, cum ſ. alijs verbis deſtituimur: Sed vtrũq; debet eſſe neceſſariũ. Quidquid enim fit in verbis neceſſariũ, vel eſt neceſſariũ propter neceſſitudinem, vt vocamus durũ hominẽ, qui eſt moribus agreſtibus, qui mores nõ ſentiũtur tactu tangendi. Hinc dicunt Grãmatici, nõ eſſe hic tranſlationẽ, ſed eſſe κατάχρησιν id eſt, abuſionem, vt Simonẽ illud dicentem audis, Vos iſthæc intrò auferte &c. Intelligis hominẽ eſſe durũ, non ſenſu tangẽdi, ſed ratione. Durũ igitur vocare hominẽ, peperit ipſa neceſſitas: quoniã non eſt propriũ. Sic vocamus piſcinã locum in quo piſces nõ ſunt: Palatiũ ædes magiſtratus, & alia neceſſitate cogente. Sed iſta neceſſitas etiã æſtimatur faſtidio. Sic Poëtis neceſſarium eſt vti μεταφράσει ad vitandum faſtidiũ. At regina graui iam dudũ ſaucia cura &c. Illa eſt neceſſitas poëtica. Et prodeſſe volunt & delectare poëtæ. Orator aũt etiã neceſſariò vtitur Metaphoris: non ſolũ propter defectũ, ſed etiã propter ſuum officiũ, ad vitandũ faſtidium vt non ſit eadem ſæpè oratio, vt vitetur repetitio verbi. Verba conuerſa ſiue ſint trãſlata, ſiue hyperbolæ, ſiue Catachreſes, ſiue hypallagæ, inuenta ſunt tribus de cauſis. Prima eſt neceſſitas, cum proprijs verbis deſtituimur: hinc dicimus Auguſtale prætoriũ, cũ alia non habemus verba. Secũda voluntas hominũ: tametſi enim homines habuerũt verba propria, nõ contenti illis, fecerũt etiã tranſlata, vt video pro intelligo &c. omnia iſta erant tranſlata, nũc aũt iam pro proprijs vſurpata. Tertia cauſa efficiens eſt ars ipſa, iudicium doctorum virorum. Hæ autẽ Metaphoræ doctorum virorum ſunt bipartitæ. Primò, quædam ab ipſis inuentæ & delectæ, ab alijs nunquam antea vſurpatæ, vt Cicero famam ignom.

Metaphoræ.

nioſam vocat flamma,ſine dubio ipſa Metaphora ab ipſo oratore eſt inuenta.Secundò etiã vtuntur aliorũ Metaphoris ab alijs videlicet inuẽtis,quæ ita delectãt,ac ſi eſſent ꝓpriæ. Cuiuſmodi ſunt multorũ Metaphoræ, qui tenẽt linguam Græcã:illi enim vtuntur translatis,quæ verba nõ ſunt in Latinis,& illæ ſunt Græcorũ Metaphoræ. Aliquãdo etiam vtimur Poëtarũ Metaphoris maiorib.& illę etiã ſunt inſignes. Illis nõ poteſt vti vulgus hominũ, nõ enim poteſt propter ignorantiã in ſuum vſum transferre. Sic autem neceſſitas parit Metaphoras,aut conſuetudo,aut induſtria oratorũ & Poëtarũ.Inueniunt aũt vel ſuas,vel ex aliquib. linguis trãsferendo,vel ex aliorũ authorũ lectione.Inter conuerſa verba primũ locũ occupãt Metaphoræ.Hanc vocant ἀπὸ τῦ μεταφέρειν.Eſt aũt Metaphora verbi natiui ad rẽ aliquam accommodatio:cũ vnum natiuũ aufers à re natiua,&accommodas ad aliam rẽ,quæ res habeat aliquid ſimilitudinis. Oportet enim iſtas res eſſe differentes & ſimiles,vt hominẽ non ingenioſum vocamus lapidẽ.Lapis enim iners eſt, nõ ſcribit, non mouetur. Sic etiam homo ignauus,hebes,habet ſimilẽ naturã.Ariſtoteles ipſe optimè monuit in inueniẽdis trãſlationib.faciendam eſſe ἀναλογίαν,ſeu vt Geometræ vocant ꝓportionem. Analagia eſt inter ſe verborũ rerũq; collocatio.oportet aũt in illa cõſiderare duas res,& duo verba, vt in comparatione bina binis reſpõdeant:bina,id eſt, nomen & res:binis,id eſt,nomini & rei.Exemplũ.Herba dicitur florere,in herba habemus florẽ,in ætate hominis habes adoleſcentiã:Nunc igitur adoleſcentiam ætatis vocamus florem, propter pulchritudinẽ.Igitur quatuor res,ſi volumus conſiderare originẽ ipſius analogiæ oportet videre. In corpore hominis ſunt duæ res. Homo & cor.in ciuitate Senatus & homo,Reſpublica & Iureconſultus.transfert igitur illã vim corporis ad ipſam ciuitatem:ad ſenatũ:Et dico virum ſapientem eſſe cor ciuitatis.Quod in lignis aridis eſt ignis, hoc in animo amantis eſt amor:vocamus igitur amorẽ ignem, comparatiõe facta quadruplici.Hinc poëta dixit,Vritur infelix Dido,Et formoſum paſtor &c. Græci μεταφορὰς pronunciant verbis medijs,propria verò actiuis.

Proportio tranſlationum.

De Metaphora ſeu Translatione.

Primus igitur modus ſumendi tranſlationes,in homine conſumitur ipſo:cuius proprius eſt ſermo atq; oratio:

1 Genus μεταφορᾶς.

Cum in corporis humani partibus verbi ſit commutatio, & ſenſuum vocabula, cum animi & mentis conuertuntur. Hinc ſentire pro cogitare, & opinari: vt vera de dijs immortalibus ſentire oportet, non falſa. Item, pro, eiuſdẽ ſententia eſſe: fateor inſaniiſſe, qui cum illis ſenſerint, tametſi inermis ſenſerit. Sed hoc commune eſt omnium ſenſuum vocabulum. Singulorum verò ſenſuum ſunt, videre pro conſiderare, vt quam id rectè faciant viderint ſapientes. Caue ne capiaris, ne fallaris vide. hinc oculis cernere, hoc eſt manifeſtè & clarè intelligere Huius etiam generis ſunt, cum perſpicuam rei vocamus cognitionem, & doctrinam claram, & lumen ingenij. Ad olfaciendi ſenſum illa pertinent. Soles hac tu feſtiuè odorari. Item odorare diligentius, quid futurum ſit. hoc pulchrum eſt, cum duorum ſenſuum concurrunt vocabula. Tu verò Fabium ſi quem habes aditum odorere, vt iſtum conuiuam tuum deguſtes. Alterum enim narium eſt & olfactus, alterum linguæ & deguſtatus. Tale: nullam partem Reipub. guſtare potuiſti: Pompeius non guſtarat iſtam tuam Philoſophiam. Sic guſtum vocamus veræ laudis & gloriæ, ſapientiæ atq; doctrinæ. Audiendi verò ſenſus ſunt: Dij immortales preces meas audiuerunt, id eſt, approbauerunt. Nunquam laberis ſi te audies, id eſt, tuis obtemperes conſilijs. Nemo illorum iudicum clariſſ. viris accuſantibus audiendum ſibi de ambitu putauit, id eſt, cognoſcendum & iudicandum. Tangendi ſenſus ſunt, Extremis digitis literas non attigerunt, id eſt, didicerunt: quæ Rhetores iſti ne primoribus quidem labris attigerunt. Iſocr. præſtat omnib. qui vnquam orationes attigerunt, id eſt, ſcripſerunt. Hæc ita conſuetudine omnium ſeculorum atq; linguarum vſurpata ſunt, vt loco natiuorum habeantur. Sed tamen in his ipſis, & delectu, & obſeruatione, & imitatione eſt

Senſus ſcilicet generis exempla.

Viſus.

Olfactus.

Auditus.

Tactus.

opus, vt ne quid ſit aut durum, aut inſolens. Alter modus cum ab inanimantibus brutis ad hominem transferuntur verba, vt Cic. Latrant iam quidam oratores, non loquuntur. Frater meus à Philippo interrogatus, quid latraret, furem ſe videre oſtendit. Sed in iſto venuſta homonymia eſt, in altera enim parte translatū eſt, in altera natiuum. Et Terent. in Adelph. Quid illi iam? quid vult? quid agis bone vir? Poſt translatum duo poſita ſunt natiua verba: vt vulpium eſt gannire, ſic auium garrire. Cum coram ſumus garrimus quicquid in buccam venerit. Item, cupiebā etiam nunc plura garrire, ſed lucet, vrget turba. Huius generis etiam ſunt cum monedulam furem nominamus, vt: Noluerunt enim monedulæ aurum committere. Et Horatius. Quid immerentes hoſpites vexas canes? Et Cicer. Quid ego hoſpitij iura in hac tam immani bellua commemoro? Et, Iam ne vides bellua? Sed hoc genus ſæpè moliendum eſt, verbis & particulis ſimilitudinum, nihil aliud ſtudet, niſi vt lutulentus ſus quouis cœno volutari. Et in Verrem, Agebant in laborem Herculis non minus hūc immaniſſimum Verrem, quàm illum aprum Erymanthiū referri oportere. Sic repentè te tanquam ſerpens è latibulis operis imminentibus, inflato collo, tumidis ceruicibus intuliſti. Illud etiam venenatarum eſt beſtiarum: tamen is pati non poſſit, vt non acquirat aliquē, apud quem euomat virus acerbitatis ſuæ. Illa verò abſq; molitione verborum, Quoniā populum authorē habuerunt, in Piſonem appellatus eſt hic vulturinus illius prouinciæ, ſi dijs placet, imperator. Et poſt in eadem oratione: Exierunt malis ominibus atque execrationibus, duo vulturij paludati, quibus vtinam eueniſſent, ea, quæ tum homines precabantur pro Piſone & de Gabinio. Hæc Cicero.

II. Genus metaphoræ.

pro Sestio

Hei

SCHOLAE.

Heri cœpimus genus verborum explicare, eorum quæ [illegible] vocantur. Diximus verba iſta eſſe inuenta, 1. cauſa neceſſitatis. Plures enim res ſunt, quàm rerum vocabula. Aut enim generantur res in dies magis ac magis, aut artificioſè artifices multas res inueniunt, quæ tamen carent ſuo nomine. Multa ſunt in rebus publicis, quorum res extant, nomina autem non extant. Hinc neccesſitas cogit, vt improprijs vtamur loco propriorum. Nec ſolùm neceſſitas comparat hoc genus verborum, verumetiam voluntas omnium hominum & conſuetudo: ferè omnes homines dicunt video pro intelligo. Cùm etiam ſit aliud proprium intelligo, conſidero. Tertia cauſa eſt doctrina, iudicium doctorum hominum. Homines enim docti artificioſius loquuntur, quàm aliud hominum genus. Sic artes & diſciplinæ ſua habent propria vocabula, & ea vocantur ab ipſis ſcriptoribus modificata. Inter omnes has formas troporum principem locum tenet Metaphora, quam Tranſlationem Latini vocant. Eſt autem tranſlatio verbi natiui ad rem alienam accommodatio, inter quas res aliqua ſit ſimilitudo neceſſe eſt, & etiam differant oportet. Eſt repugnantia inter belluam & hominem, ſed tamen aliquando vocamus belluam hominem propter ſimilitudinem vitiorum. Et quoniam eſt ſimilitudo, neceſſe eſt etiam eſſe analogiam ſeu cognationem, vel proportionem. ex analogijs poſſumus videre quæ coniungenda ſint. Ariſtoteles hoc vtitur in hac re exemplo. Cùm Mars pingitur, pingitur cum haſta ſeu lancea, Minerua etiam haſtata pingitur, Bachus cum phiala, id igitur quod Marti haſta eſt, id eſt ipſi Baccho Phiala. Iam fac commutationem, & vocas Martis haſtam Bacchi phialam. Ibi eſt quarta rerum comparatio, Bacchi, Martis, lanceæ & phialæ, & dico in laudando, Hæc Martis præclara haſta eſt; in vituperando, Hæc Martis præclara phiala eſt. Fiunt autem Metaphoræ multis modis: igitur iam de ratione inueniendi eas dicamus, à quibus videlicet rebus debeant ſumi. Proprium hominis eſt, in quo ſeparatur à reliquis brutis animantibus, ipſe ſermo. Propterea primus modus conſumitur metaphoris in ipſo homine. Homo enim diuiſus eſt in duas partes, corpus & animum. Corporis proprius eſt ſenſus, animi autem propria eſt intelligentia, ratio, conſideratio: corporis eſt ſentire, animi autem deligere, vt quæ bona ſunt curet atque perſequatur.

Primum igitur eſt genus metaphoræ, cùm ſenſuum verba applicantur ipſi menti, aut actionibus, aut partibus animi: aut etiam animi verba & actiones & partes ad ipſos ſenſus applicantur. Exempla tradidi omnium ſenſuum. Apud Græcos facilis eſt ratio videndi metaphoras: pronunciant enim eas verbis medijs. cùm verbum eſt proprium, vtuntur actiuo. ἐπαγγέλλειν ſignificat nunciare, ſi hoc dicas pro promittere, tum dicēdum eſt ἐπαγγέλλεσθαι. Latini vtuntur verbis in eodem genere, & eadem formatione, & dicunt ſentire pro intelligere, vt: At vera de ijs immortalibus ſentire oportet. Item ſentio ponitur apud Latinos pro approbo: cuius etiam exemplum poſitum eſt. Sed illa ſunt exempla generum. Sequuntur iam ſpecierum. Videre ponitur pro conſiderare, vt: Quàm id rectè faciant viderint ſapientes. Item videre ponitur pro eo, quod eſt ſapienter cauere, caue ne capiaris, vide ne fallaris, id eſt, etiam atque etiam conſidera. Oratores in his Metaphoris aliquando etiam modum vſurpant poëticum. Poëtæ dicunt, his auribus hauſi. Oratores autem oculis cernere, cùm oſtendere volunt rem manifeſtam.

III. Modus metaphoræ

Tertius modus deligendi verba tranſlata, eſt quò animantium vocabula ad res ſenſu deſtitutas transferuntur, aut contra, vt in illo exemplo Craſſi apud Ciceronem. Omnes vndique venti irrumpunt, ſæui exiſtunt turbines. Et quid faciat lætas ſegetes. Et apud Horatium: Improbe iracūdiora Adria, Et inhoſpitalis Caucaſus. Et, ipſæ te Tityre pinus, ipſi te fontes, ipſa hæc arbuſta vocabant. Hoc genus verborum tum adhibetur cum rebus inanimis quaſi ſenſum tribuimus: id quod fit in illo genere dicendi, quod Græci ἐντακλον *&* ἔμψυχον *vocant.* προσωποποιΐαι *etiam multarum plena ſunt hoc genere verborum, neque ab Oratoribus ſpernitur etiam in mediocri dicendi figura. Sed tamen tum mediocriter debent tractari, vt Demoſthenes in prima Olynthiaca.* ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μονονουχὶ λέγει φωνὴ

ἀφιἀρχῆς. Et de Philippo idem Orator, & de diſciplina diſſoluta Reipubl. ἐγὼ δὲ δέδοικα, εἰ φίλιππος τῆ ἤ τέθνηκεν, ἀλλ' εἰ τῆς πόλεως τέθνηκε τὸ τοὺς ἀδικοῦντας, &c. Cicero in Roſciana, Noluerunt ſic nudos in flumen deijcere, ne cùm delati eſſent in mare, ipſum pollucrent, quò cæteraexpiari putantur. Tranſlatio eſt modi huius in verbo polluere: non enim mare vt homines pollui dicitur. Et pro Flacco: Nomen fortiſsimum, vel generis, vel vetuſtatis conſeruare. non enim nomen familiæ fortiſsimum dicebatur, ſed omnes eius familiæ Flacci fortiſsimi. Et pro Sylla, præcipitantem vocat Rempub. & propulſationem periculorum. & in peroratione eius orationis: ô miſerum & infelicem diem, ô volucrem fortunam, ô cæcam cupiditatem. Item, lucis ne hanc vſuram eripueris, plenam lachrymarum & memoriæ? Et eodem in loco: Vrget eadem fortuna, quæ cœpit, repetet nouum mœrorem. Et pro Milone: Religiones me herclè ipſæ, araque, cùm illam belluam cadere viderunt, commouiſſe ſe videntur, & ius in illo ſuum retinuiſſe. Vos enim Albani tumuli, atque vos Albanorum obrutæ aræ, ſacrorum populi Romani ſocij & æquales. In his exemplis rebus inanimis animalium tributa ſunt verba & nomina. In illis contrà. Miles incredibili quodam animi robore ſeptus, & in officijs animus robuſtus. Et in Piſonem, ô cœlum. Sic, ô monſtrum, ô portentum. Tale etiam illud, Lumen Reipublicæ, decus & ornamentum curiæ, Falcula. Non enim obſtat quò minus in tranſlatione poſsit eſſe Ironia. Talis etiam illa, vorago bonorum, ſcopulus patrimonij: & quæ longè petita viſa Craſſo ſunt, bonorum carybdis, patrimonij Syrtis. Huius generis etiam Orator dulcis, Orator in quo

Hominum mens dicitur pollui ſcil. mala conſcientia

ἐναλλάθεσις

ἀνθρωποπάθεια.

Nota.

magnus vrbanitatis odor. Venuſtum eſt cùm vtrinque genus ad eandem accerſitur ſententiam. Illi robur & æs triplex circum pectus erat, qui fragilem truci commiſit pelago ratem.

IIII. Modus

Quartus modus eſt, cùm à brutis animantibus ſumuntur verba, & ad animalia alia transferuntur: id quod ſit vel in eadem ſpecie, vt hominum: cùm de agitatore ille dixit. Gubernator magna contorſit æquum vi. cùm furem latronem. cùm prudentem Philoſophum. Vel in illis quæ indiuidua vocantur, vt cùm furem Verrem, tùm Verrem Hannibalem, cùm ſenem prudentem Neſtorem. Hinc illa Horatiana imitatio, quoties ſtudiorum patronum Mecænatem. Et ille verſus:

Cùm nomina propria ponũtur loco ſpecierũ

Sint Mecænates, non deſint Flacce Marones.

In cæteris animantibus, in formis etiam diuerſis, vt cùm paſcentes apes vocamus: quod quadrupedum propriè eſt vocabulum: cùm greges auium aut piſcium.

v. Modus.

Poſtremus modus eſt in rebus vtrinq; inanimis, vt, procella comitiorum, tempeſtas belli, calamitas temporum: peſtis Reipub. odij ſuppululatio, cùm famam & opinionem inuidioſam flammam nominamus. Ex his modis primus eſt omnium vſitatiſſimus. Secundus vehementiſſimus in perſequendis vitijs. Tertius grauiſſimus, in quo inanimis animum tribuimus. Quartus & quintus rarius vſurpantur, ſed tamen vſurpantur, cùm aut ſignificantia ſunt verba, aut aliquam adferunt ſuauitatem.

Diſtinctio horum quatuor modorum.

Delectus Metaphorarum.

Genera v. alia tranſlationum.

I.

Quæ aut vulgare, aut illuſtriores

Sequitur deinceps, vt de tranſlationum delectu dicamus; in quo genera rurſus alia tranſlatorum verborum ſunt recenſenda, quorum vnum eſt earum tranſlationum, quæ vſu & conſuetudine, tum ſcribentium, tum loquentium, quaſi propria effecta ſunt, vt video, teneo, ſen-

tio præ intelligo, & in his quædam ſunt ſignificantiora, atque ornatiora, vt lumen Reipub. peſtis ciuitatis. Hæc æſtimanda ſunt non conſuetudine: ſæpe enim ſunt vſurpata, ſed poteſtate, ſono, plenitudine, atque his tribus à primo genere ſeparanda. Primo genere in ſubmiſſa dicendi figura vtimur, altera in grauitate, σαφὲς & καθαρὸν appellamus, propterea quòd apertum orationis genus efficiat, atque etiam illuſtre. Sed præter hoc ſecundum genus in dignitate atque grauitate quatuor ſunt alij quaſi gradus tranſlationum; quorum primus eſt earum, quas Hermogenes vocat μετρίως ἐχούσας. hoc eſt, tranſlationes moderatas, in quo tamen aliquid eſt noui aut inauditi; vt in illo Demoſthenis, τὴν ἀγαθὴν προβαλλομένους ἐλπίδα. Et Cicero: Spes me quædam obtentabat fore, vt aliquid conuenirem. Hoc genus non quotidianum eſt. Sed quotidianis proximum. In rebus magnis adhiberi debet, & ipſum eſſe rerum magnarum, vt illud προβάλλεσθαι, militare vocabulum eſt. Milites enim fortes in defendenda Repub. in prælio & acie ἀσπίδα προβάλλειν dicuntur, clypeum telo obijcere. Huic in dignitate proximus eſt gradus, eorum quæ hanc mediocritatem excedunt, & τραχεῖαι appellantur: propterea quòd ſuauiter animum offendant, vt illud Demoſthenis contra Aeſchinem, αἱ δὲ πόλεις ἐνόσουν, id eſt, ciuitates ægrotabant: vt ſi quis ægrotam etiam vocet Rempublicam latinè & languentem. Sed quoniam in his ſolet eſſe aliquid obſcuritatis aut offenſionis, ἐξήγησις adijci ſolet, vt vocat Hermogenes, quæ id quod obſcurum eſt, explicet; vt in eodem αἱ δὲ πόλεις, &c. id eſt, ciuitates ægrotabant, cùm aliqui in adminiſtranda Republ. & in actionibus ciuilibus corrumperentur. Hoc genere decenter vti poſ-

II.
αἱ μετρίως ἔχουσαι.

III.
τραχεῖαι.
Aſperum. Quod hominũ maiorũ animos nõnihil offendit.

ἐξήγησις.

ſumus, cùm nobis aduerſarij occaſionem præbent, vt pro Seſtio: Et cohortari auſus eſt vos accuſator in hac cauſa, vt aliquando eſſetis ſeueri, vt aliquando medicinam adhiberetis Reipublicæ. Non ea eſt medicina, cùm ſanè corporis parti ſcalpellum adhibetur, atque integræ carnificina eſt iſta & crudelitas. Hi medentur Reipublicæ, qui exſecant peſtem aliquam tanquam ſtrumam ciuitatis. Duriores fuiſſent in hoc loco tranſlationes, niſi cauſam dediſſet aduerſarius, & niſi ipſe Orator alijs verbis molliuiſſet. Videntur etiam huius generis eſſe in Vatinium illa tranſlata verba. Sed quæro, ſi ad cætera vulnera, quibus putas Rempublicam deleri, hanc quoque mortiferam plagam inflixiſſes auguratus tui. Propriè etiam verba præpoſita efficiunt, vt tranſlatio minus dura videatur, vt pro Seſtio: Neque putaui cum omnibus machinis ac tormentis, vi, exercitu, copijs oppugnarer: de vno ſagittario me quæri oportere. In hoc genere etiam aliquando noua verba fiunt, vt Demoſthenes Aeſchinem vocat ἰαμβοφάγον & γραμματοκύφωνα.

Omne vùlnus cõprehẽditur ſub genere morbi.

SCHOLAR.

Oſtendimus à quibus rebus debeant ſumi tranſlationes: reliquum igitur eſt, vt ea dicamus, quomodo in eis delectus adhibeatur. Oportet igitur alia genera tranſlationum ponere, quæ æſtimantur non rebus, ſed qualitate. Igitur enumeratio eſt facienda tranſlationum huiuſmodi, vt illorum extent veſtigia apud ſcriptores. In Metaphoricis igitur primum locum damus ijs, quæ ſunt quaſi quotidiana, quæ ita vſu & conſuetudine vſurpata ſunt, vt pro proprijs habeantur. & hæc ſunt bipartita. Aut enim ſunt vulgatæ, vt teneo, ſentio, audio pro intelligo. Alterum eſt genus illuſtrium, quæ maiorem faciunt ornatum: vt, ô & præſidium & dulce decus meum. Virum bonum vocamus Reipublicæ lumen, ornamentum patriæ, decus. Illa ſunt vſurpata, & habeantur pro proprijs, verum eſt, ſed vſurpata à doctis, ſunt ſignificantia, plena, grauia. Primo genere vti debemus in genere dicendi humili: altero in graui, aut etiam mediocri.

IIII. genus
Σκληραί.

Poſtremus gradus omnium peſſimus eſt, earum tranſlationum, quæ vocantur παχεῖαι, ὀντελοῖς, vt Gorgias Leontinus vocauit vultures, non vultures, ſed τάφους ἐμψύχοις animata: quorum nullum eſt apud bonos authores exemplum, & fortaſſis huius generis ſunt illa Quintiliani ſcutalitia verba, & verba de cruce delapſa. Hermogenes Sophiſtas ſui temporis, qui hoc genere delectabantur ὑποξύλοις nominabat. Quanquam Satyrici ſcriptores & Tragici poëtæ hoc aliquando genere vtuntur, hos, vt Hermogenes putat, Sophiſtæ ineptè imitati, poſteaquam ad loca eiuſmodi prærupta venerunt, miſerè ſeſe hoc genere verborum vexant. Sed Satyrici & Tragici his decenter vti poſſunt; neque ineptum eſt apud Perſium:

Quando vtimur teſtimonijs aliorum ſcriptorũ, tum poſſumus vti hiſce metaphoris.

— Calidum ſcis ponere ſumem.

& cætera eius generis. Oratores verò minimè his vti decet. Ex his igitur quinque gradibus, primus perſpicuitati conuenit. Secundus grauitati. Tertius aſperitati, hoc eſt, illiberalitati dicendi, quæ adhibetur ad maiorum perſonarum vitia corrigenda. Quartus vehementiæ, in vitijs aduerſariorum inſectandis, vt Iambophagus, γραμματοκύφων περίτριμμα ἀγορᾶς, σπερμόλογος in verbis coniunctis & duplicatis: quemadmodum in appoſitis etiam ſpectantur tranſlationes.

SCHOLAE.

Prima diuiſio tranſlationum iam à nobis eſt explicata, ſ. illa quinque partita. Quinque ſ. modi deligendi ipſas metaphoras. Sequitur iam altera, quæ eſt generis & qualitatis. **1. Apertæ.** Genera enim ſiue qualitates tranſlationum ſunt quinque, ſcil. ποιότητες, εἴδη, id eſt formæ τῶν διαφορῶν ε. Et primus ordo eſt earum, quæ vocantur σαφεῖς, metaphoræ apertæ. Sunt autem primùm illæ, quæ ſunt in quotidiano vſu, quæ ſermone quotidiano, & loquendi conſuetudine ita vſurpatæ ſunt, vt pro proprijs & natiuis habeantur, vt videre, cernere pro intelligere. Hoc genus Metaphoræ non ſolùm propter vſum eſt σαφὴς: verumetiam propter rerum notitiam, quum res, id eſt, quibus verba mutuantur, ſunt ipſæ notiſſimæ, ſunt quotidianæ conſuetudinis, & iſtud genus eſt in rebus minutis & paruis. Eſt etiam alterum, quod comprehenditur ſub iſto primo genere Metaphoræ. Itaque aut ſunt rerum quotidianarum, aut rerum magnarum, pulchrarum; quemadmodum flumen dicendi vocamus, ornamentum ſenatus, cor & animum ipſius populi. Hæ omnes ſunt notæ, facilè intelliguntur. **2. Moderatæ.** Secundum genus ſunt Metaphoræ moderatæ, & iſtud eſt eruditorum virorum non conſuetudinis quotidianæ. Aut enim ab ipſo Oratore res inueniuntur & vſurpantur, aut mutuantur ab aliquo ſcripto Græco: Aut oriuntur ex aliquo abdito loco ſcriptoris, qui fortaſſis non dicitur vulgò, vt cùm dico telam retexere, eſt tranſlatio vſurpata à doctis, vulgus hominum iſtud non intelligit. Sic Cicero dicit obtentare ſpem, Metaphora ſumpta à militibus; tentare eſt propriè in illis rebus, quæ difficulter poſſunt moueri, vt in radicibus euellendis: ſic etiam hominem innocentem, incorruptum dicimus propriè attentare. Cùm autem id fit maximis præmijs dicimus obtentare. Hoc genus Metaphoræ non eſt quotidianæ conſuetudinis, ſed mediocriter vſurpatur. **3. Asperæ.** Tertium genus, quod dignitate huic proximum eſt, τραχεῖαι, aſperæ. Aſperum dicitur, quod eſt acre ad audiendum maioribus ordinibus, quod animos hominum grauium nonnihil oſtendit. Et non ſolùm vi & poteſtate ſunt aſperæ, ſed etiam vſu & conſuetudine, quoniam ſunt rariores, quàm illæ Metaphoræ ſecundæ qualitatis, vt Demoſthenes ciuitates dicit ægrotare, Rempub. ægrotam. Hoc erat durum audire populo Athenienſium, accuſare Græcos corruptelæ & auaritiæ, ſignificatione & poteſtate eſt aſpera, ſed etiam conſuetudine. Cùm in ipſa conſuetudine eſt aſperitas, & ipſa res videtur non intelligi, tunc oportet adiunge-

re

ἐξήγησιν, id eſt, explicationem, vt id quod obſcurum eſt intelligatur, vt eodem in loco ciuitates ægrotabant, &c. oſtendit morbos: propterea quòd aliqui in adminiſtranda Republica pecuniam accipiebant, alij malos imperatores defendebant. Quartum eſt earum, quæ ſunt paulò duriores. Et inter duras vocat Hermogenes iſtas, Eneruatæ ciuitates, qui ciuitates eneruauit, qui ſeſe vendidit, hominem corruptum vocat ſui corruptorem. Duræ ſunt vehementes in aduerſarium, cùm aliquem vocamus portentum, monſtrum, ò cœlum. Habent iſta aciem acutam & duram. Et duræ etiam ſunt vſu, quòd fortaſſis nouæ erant temporibus Demoſthenis. Quintum genus Metaphorarum eſt, quæ ſunt παχεῖαι, id eſt, metaphoræ ineptorum ſcriptorum, cuiuſmodi aliquas enumerat Ariſtoteles 3. Rhetor. Et Hermogenes vocat eas viles, quòd ingenij non habent laudem. Sic Quintilianus vocat eas verba ſcutalitia, &c. de cruce delapſa, id eſt, aſpera. Fuit ante nos ſeculum, quo libenter iſto genere vtebantur: imò adhuc eiuſmodi in Epithaphijs Monachorum inueniuntur & multæ. Iſtud etiam genus eſt vſurpatum à Sophiſtis, & reddebat genus orationis pingue, non acutum. Et Hermogenes vocat eiuſmodi Oratores ὑποξύλους, id eſt, ligneos: propter quod non debemus vti iſto genere, niſi in teſtimonijs: vt, Flexamina orationum, quemadmodum Iunius vocat, item ſuauemendula oratio. Hæc ſunt quinque genera tranſlationum. Oportet vt iam dicamus remedium, quomodo poſſemus vti duris, vt animi audientium non offendantur.

ἐξήγησις, explicatio adhibenda, ſi ſit obſcurum.

IIII. Duræ.

5. παχεῖαι.

Sed ſæpe in tranſlationibus aut aſperitas, aut durities, aut obſcuritas emendanda eſt: quam rationem diximus appellari ab Hermogene παραμυθίαν. Hac quomodo fiat, & quibus modis, indicandum eſt breuiter. Primus igitur modus eſt ille vſitatiſſimus, qui fit particulis ſimilitudinum: vt in hac forma, fama tanquam flamma. Ex hoc conuiuio tanquam ex prælio ſemiuiui exportabantur. Et vſque eò orba fuit ab optimatibus illa concio, vt princeps principum eſſet Meantinus, cu-

Modi octo, quibus leniunt aſperitas & durities.

1
Fit particulis ſimilitudinũ, quaſi tanq̃, ceu, veluti. Dicitur modus εἰκὼν ab Ariſtotele.

ius lingua quaſi flabello ſeditionis, illatum eſt gen
II. Modus.
concio ventilata. Secundus modus, cùm tranſlatis pr
pria verba anteponuntur, vt in illo exemplo, quod ſupr
poſuimus pro Seſtio: Neque putaui cum omnibus m
chinis & tormentis, vi, exercitu, copijs oppugnarer, d
Referẽdus hic modus ad prouerbium, vt dicitur; vt eſt prouerbium.
vno ſagittario me quæri oportere. Item, quoties tu m
deſignatum, quoties Conſulem interficere voluiſti, qu
petitiones tuas coniectas ita, vt vitari poſſe non vide-
rentur parua quadam declinatione, & vt aiunt, corp
re effugi. Tertius modus eſt, cùm poſt verbum tranſl
III. Modus con s eſt ſecũdo.
tum ſequitur natiuum. vt, non ſuis manibus in turri co
locat Anthomedontem illum, ſui ſceleris acerbiſſimi n
fariaeque victoriæ nuntium. Quartus modus eſt, cù
IIII. Modus Narratione præpoſita.
narratio aliqua præceſſit de rebus & perſonis inſtitu
Et pòſt ſequuntur tranſlata: id fit vel abſque interua
lo, vt in 6. Verrina de Cybaritbis fratribus, quos Ca
vocat, id eſt, inueſtigatores vaſorum argenteorum Ve
ris: vel facto interuallo, pro Sex. Roſcio, poſt ſimilitu
nem illam de canibus & anſeribus, longo interuallo i
la ſequitur tranſlatio. Nihil mali eſt canes ibi eſſe q
plurimos, vbi permulti obſeruandi, multáque obſerua
da ſunt: canes accuſatores nominans. Sic in eadem
ratione cum iudicibus indicaſſet, Capitonem plurim
rum palmarum veterem & nobilem gladiatorem h
beri, facto interuallo illis vtitur tranſlationibus. a
dio non hanc ſuſpicionem nunc primùm in eum conſ
ri, multas eſſe infames palmas, hanc primam eſſe t
men Lemniſcatam, quæ Romæ deferatur. palmas
cædes vocat. Quintus modus eſt, cùm poſt ſimilitu
V. Modus expoſitione ſequẽte.
nem aut tranſlationem ſequitur ἐξήγησις, vt, intell
me ante tempus iudices hæc ſcrutari, & propemod

itrare, qui cùm capiti S. Roſcij mederi debeam, rediuiam curem. Hactenus tranſlata obſcuriora, & eò duriora. Sequitur expoſitio & declaratio. non enim laborat de pecunia, non illius rationem ſui commodi ducit, facilè egeſtatem ſuam ſe laturum putat, ſi hac indigna ſuſpicione & ficto crimine liberatus ſit. Sextus modus eſt, cùm propria cum tranſlatis abſque interuallo coniunguntur: vt in quinta accuſatione. Commiſſa eſt pecunia tanta prætori? non reperietis hominem timidè nec leniter hæc improbiſsima lucra ligurientem: deuorare omnem pecuniam publicam non dubitauit. Sic in ſeptima accuſatione, Videtis ciues Romanos gregatim coniectos in Latonias, videtis indigniſsimo in loco coaceruatam multitudinem veſtrorum ciuium; quærite nunc veſtigia, quibus exitus illorum ex illo loco appareat. Et quia hoc poſtremum obſcurius, addit verbum Siculo, & oſtendit veſtigia & exitum ἐδικότισαν. Septimus modus fit verbis idem ſignificantibus, id eſt, tranſlatis, eodem pertinentibus, vt: Hoc nomine vidiſtis tritici modium tria millia de capite eſſe dempta: quæ cùm de populi Romani victu, de vectigalium neruis, de ſanguine detraxiſſet, ærarij tertiæ minæ condonauit. Octauus modus cum verbis idem ſignificantibus ſingulis additur ἐξηγησις, vt in Vatinium. Sed quæro, ſi ad cætera vulnera, quibus putaſti Rempublicam deleri,

hanc quoque mortiferam plagam
inflixiſſes auguratus
tui?

Expoſitio.

vj. Modus.

μεταφορὰ κατάχρησιν.

vij. Modus ἰσοδυναμοῦνται.

viij. Modus ἐξηγήσει, ſpeciali.

DE ALLEGORIA

CAP. . III.

ἀπὸ τοῦ ἄλλως καὶ ἀγορεύεσθαι.

SED quoniam in ſuperioribus exemplis quadā tranſlationes ita continuatæ ſunt, vt in ſpeciem alterius ornamenti tranſlatæ ſint, quæ ἀλληγορία à Græcis dicitur; in qua quia aliud verbis dicitur, aliud re ipſa intelligitur, hoc eſt, adepta nomen. Quintilianus eam Inuerſionem nominat: in Herennianis præceptis Immutatio dicitur. Eſt autem Allegoria tranſlationum continuatio vno ſenſu perpetuata: ea duplex eſt, vna Poëtarum, altera Oratorum. Poëtarum verò aut in perpetuo latent poëmate, cuiuſmodi ſunt Bucolica, aut in parte aliqua cognoſcitur poëmatis; cuiuſmodi illa eſt:

Allegoria duplex.

1. Poëtica.

Sicelides Muſæ paulò maiora canamus.
Non omnes arbuſta iuuant humilesq; myricæ.
Sic canimus ſyluas, ſyluæ ſunt conſule digna.

Horatius hoc modo delectatus fuit: vt, ô naues referent in mare te noui fluctus. ô quid agis. fortiter occupa portum. Et illa apud eundem, tota Ode ſparſa. Rectius viues Lycini, neq; altum Semper vrgendo, neque dum procellas Cantus horreſcis, nimium premendo Littus iniquum. Nullum verbum proprium quatuor in verſibus poſitum: niſi quis velit in duobus primis eſſe ſignificationem natiuam, id quod non improbo. Sed tamen etiam nauta rectius viuet, ſi ita nauigabit. vt ſuadet Horatius. Altera congeries magis mixta eſt. Auream quiſquis mediocritatem Diligit, tutus caret obſoleti Sordibus tecti: caret inuidenda Sobrius aula. Tertia verò omnia habet ſimilia & tranſlata. Sæpius ventis agitatur ingens Pinus: &

celſæ

celſa grauiore caſu Decidunt turres, feriuntq́ ſummos fulmina montes. Quarta rurſus mixta eſt. Sed quinta tota Allegorica. Sperat infeſtis, metuit ſecundis, Alteram ſortem bene præparatum Pectus: Informes hyemes reducit Iupiter: idem Submouet; non, ſi malè nunc & olim. Sic erit, quondam cithara tacentem Excitat muſam, neque ſemper arcum Tendit Apollo. Horatiana hæc idea eſt & forma, quæ non conſiſtit in vno genere rerum, ſed in varijs ſimilitudinibus. Nautarum, Regum, ventorum, fulminum, temporum, tempeſtatum, Iouis & Apollinis. Aliquando etiam poëtæ breuiores habent huiuſmodi alluſiones, quibus tamen Oratoribus vtendum non eſt, vt

Claudite iam riuos pueri, ſat prata biberunt.

Et apud Lucretium, Ama pieridum perago loca. Sed hæc poëtarum ſunt: Oratorum verò & delectu, & tractatione alia ſunt genera. Aut enim vſu & loquendi conſuetudine notas deligunt, & iucundas Allegorias: vt capiti mederi, rediuiuã curare, iugulũ petere, corpore declinare; neq; his vtendũ temerè, ſed vtendũ parcè, nec niſi cùm poteſt fieri laudabiliter. Sed hoc genus vſu æſtimatur. Alterum eſt, quod ab Oratore conficitur, id quod multis fit modis; vel enim hoc pacto, vt vera inuerſis, propria tranſlatis interponantur, vt pro Cælio. Tum quæram denique ea, ex quo iſte fonte Senator emanat? nam ſi ipſe orietur & naſcetur ex ſeſe, fortaßis vt ſoleo, commouebor. Si autem vt riuulus accerſitus & ductus ab ipſo capite accuſationis veſtræ lætabor. Illa etiam eiuſdem generis eſt, ſed finẽ habet omnino Allegoricum, pro Sylla, Vidi ego iudices niſi recenti memoria Senatus authoritatem huius indicij monumentis publicis teſtatus eſſem, fore vt

2. Oratoriæ.

Interpoſitione natiuorum.

aliquando non Torquatus, neque Torquati quiſpiam ſimilis. Sed vt aliquis patrimonio naufragus, inimicus otij, bonorum hoſtis, aliter iudicata hæc eſſe diceret: quò facilius vento aliquo, in optimum quenque excitato, poſſet in malis Reipublicæ portum ſuorum malorum aliquem inuenire. Vel illo altero modo, cùm ex vno verbo dilatatur ſimilitudo, id quod commodè fit atque feſtiuè, cùm ab ipſo aduerſario verbum allatum eſt. *Et cohortari auſus eſt accuſator in hac cauſa vos iudices, vt aliquando eſſetis ſeueri, vt aliquando medicinam adhiberetis Reipub. Non ea eſt medicina, cùm ſanæ parti corporis adhibetur atque integræ; carnificina eſt iſta & crudelitas. Hi medentur Reipublicæ, qui execant peſtem aliquam tanquam ſtrumam ciuitatis.* Hi igitur duo ſunt modi, qui ab Oratore vſurpantur. Tertius eſt, cùm poſt ſimilitudinem ſequitur Allegoria, vt in illa ſimilitudine pro S. Roſcio de anſeribus & canibus, quod exemplum ſuprà poſuimus, ſed apertior fit oratio, cùm à ſimilitudine ſumpto exordio, & facto tranſitu ad allegoriam tandem oratio deſinit in veris atque natiuis, vt pro P. Seſtio: *Etenim ſi mihi in aliqua naue cum meis amicis naviganti, hoc iudices, accidiſſet, vt multi ex multis locis prædones claſſibus eam nauem ſe oppreſſuros minitarentur, niſi vnum ſibi dedidiſſent; ſi id vectores negarent, ac mecum ſimul interire, quàm me tradere hoſtibus mallent, iecissem me potius ipſe in profundum, vt cæteros conſeruarem, quàm illos mei tam cupidos, non modo ad certam mortem, ſed in magnum vitæ diſcrimen adducerem.* Hactenus ſimile. Sequitur res propoſita, quæ verſatur in quæſtione, eo in loco ἀλληγορικῶς, continuis tranſlationibus, explicata. Cùm verò in hanc Reip

Cùm ex vno verbo cõficitur allegoria tanquã ex puncto ducta linea.

pro Sestio

III. Modus inſeruit amplitudini.

Quando ἀπόδοσις eſt allegoria.

Pulcherrima forma iſta eſt allegorias, habet perſpicuitatem & amplitudinem.

ἀλληγορία

conuerſam, erectis Senatui gubernaculis, fluctuantem in alto tempeſtatibus ſeditionum ac diſcordiarum armatae tot claſſes, niſi ego vnus deditus eſſem, incurſurae viderentur. Huc vſque allegoria. Sed vt apertior ſit, definit orationem proprijs atque natiuis. Cùm proſcriptio, caedes, direptio denunciarentur; cùm alij me ſuſpicione periculi ſui non defenderent: alij vetere odio bonorum incitarentur: alij inuiderent; alij obſtare me ſibi arbitrarentur; alij vlciſci dolorem aliquem ſuum vellent; alij rem ipſam publicam, atque hunc bonorum ſtatum otiumq́; odiſſent, & ob haſce cauſas tot tamq́; varias me vnum depoſcerent; depugnare potius cum ſummo, non dicam exitio, ſed periculo certè veſtro, liberorumq́; veſtrorum, quàm non id, quod etiam omnibus impendebat, vnus pro omnibus ſuſciperem atque ſubirem?

Proprium.

Quartus modus eſt, quando poſt rem propoſitam atq́; explicatam ſequitur ſimilitudo, allegoriam efficiens claram atque perſpicuam; quo etiam Cicero in principijs vtitur cauſarum, vt pro P. Quintio: Nam quid hoc iniquius aut indignius C. Aquili dici aut commemorari poteſt? quàm me, qui caput alterius famam, fortunasq́; defendam, priore loco cauſam dicere? cùm praeſertim Q. Hortenſius, qui hoc iudicio partes accuſatoris obtinet, contra me ſit dicturus: cui ſummã copiam facultatemq́; dicendi natura largita eſt. Hactenus expoſitio ſua querela, verbis confecta proprijs excepta vna tranſlatione; ſi tamen tranſlatum eſt, capite defendere: qui modus loquendi in foro & iudicio fuit vſitatiſsimus. Ergo illa quae addita ſunt, tametſi allegorica ſint, tamen obſcura non erant. [illegible] vt ego, qui tela depellere, & vulneribus mederi ſolebam; tum id facere cogar, cùm etiam telum aduerſarius

IIII. Modus
Quando
poſt expoſi
tionē ſubij-
citur à An-
logia.

uerſarijs nullum iecerit: illis autem id tempus impugnan-di detur; cùm & vitandi illorum impetus poteſtas adem-pta nobis erat. Et ſi qua in re, id quod parati ſunt facere, falſum crimen, quaſi venenatum aliquod telum iecerint: medicinæ faciendæ locus non erit.

v. Modus mixtus.

Quintus modus eſt, in quo omnia concurrunt qua-tuor, ſimilia, tranſlata, propria, inuerſa. quod ornamen-tum Quintilianus ſpecioſiſſimum nominat, vt pro Mu-rena: Quod fretum, quem Euripum, tot motus, tantas & tam varias habere creditis agitationes, commutationes, fluctus: quantas perturbationes & æſtus habet ratio co-mitiorum; dies intermiſſus vnus, aut nox interpoſita ſæ-pe, & perturbat omnia, & totam opinionem parua non-nunquam commutat aura rumoris.

Simile factũ propriis verbis.
Tranſlatas.

DE ÆNIGMATE

Allegoria cùm obſcurior eſt, in naturam transferun-tur ænigmatis: vt enim ex tranſlatione allegoria, ſic ex allegoria ænigma exiſtit, ac talia quidem:

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo.

Et hoc nihil ad Oratorem. Neq; enim ad Oratorem, quic-quid non intelligitur: in cuius oratione perpetua debet eſſe perſpicuitas. Sed eſt aliqua aliquando grata obſcuri-tas, ſi ab eruditis & magnis viris intelligitur, etiamſi à plebeis ignoretur. Itaq; quicquid tale eſt, ferendum eſt in Oratore, modò aptè poſitum, & modicè vſurpatũ. Cuiuſ-modi eſt illud pro S. Roſcio: Te pugna Cannenſis Orato-rem ſat bonum facit: multos caſos non ad Thraſime-num lacum, ſed ad Seruilium vidimus. Quis ibi non eſt vulneratus ferro Phrigio, non neceſſe eſt omnes com-

memorare

commemorare Curtios, Marios, deniq́; Mamericos, quos iam ætas à prælijs auocabat. Poſtremò Priamum ipſum, ſenem Antiſtium, quem non modo ætas, ſed etiam leges pugnare probibebant. Obſcura hæc, non dubito, etiam illo ſeculo plebi fuiſſe, intellecta tamen à prudentioribus. Sed poſt hanc obſcuritatem, deſinit orator in veris & proprijs. Iam quos nemo propter ignobilitatem nominat, ſexcenti ſunt, qui inter ſicarios de veneficijs accuſabant. Quos omnes, quod ad me attinet, vellem viuerent: nihil enim mali eſt, canes ibi eſſe quam plurimos, vbi permulti obſeruandi, multaq́; ſeruanda ſunt. In epiſtolis hoc genere vti licebit, in ijs, quas ab alijs intelligi nolimus, propter periculũ, aut incommodum aliquod vitandum, vt ad Atticum aliquando facit Cicero. In orationibus non ita crebrò vtendum eſt. Et cum vtemur, adhibenda erit apoſtrophe ſæpè vt idonea perſona quæſita videatur, quam eiuſmodi ſermo deceat.

De Hypallage.

CAP. IIII.

Q*Vi denominationem vocarunt, quartam verborũ modificationem, Græcum verbum μετωνυμίαν ſecuti ſunt. Eã alij* Rhetores *ὑπαλλαγὴν nominarunt. quod verbum* Cicero *eſt imitatus, & verbi vocat immutationem. Eſt autem ὑπαλλαγὴ verbi proprij proprie facta cõmutatio. Eius ſunt modi varij, quorum vnus eſt frequentiſſimus, ſed tamen inſignis in dicendo, quo virtutes & vitia, animorumq́; habitudines loco perſonarum ponũtur. Vt, ſi, quantum in agro locisq́; deſertis audacia poteſt, tantum in foro ac iudicio impudentia valeret. Sermonis*

Metonymia.

Verbi immutatio.

I. Modus.

fuiſſet quotidiani, Si quantum audaces in agro, tantum in foro ac iudicio impudentes valerent. Hic modus non ſolum ornat orationem, ſed res inter ſe differentes, quadā verborum proprietate, diſcernit atq; diſtinguit, vt ornatum pariat, non ſolum venuſtum, ſed etiam ſubtilem, vt in diuinatione. Quas res luxuries in flagitijs, crudelitas in ſupplitijs, auaritia in rapinis, ſuperbia in contumelijs efficere potuiſſet. Translationes etiam hoc modo commutantur, cum peſtem ciuem peſtiferum, cum monſtrum monſtroſum, cum cœnum impurum nominamus. Et verbis fit hic modus, non ſolum nominibus, quadā imitatione Gręcorum, aut quadam ſocietate latinę linguę, cum illo ſermone: vt in prima Philippica: charum eſſe ciuibus, bene mereri de Repub. laudari, coli, diligi, glorioſum eſt: metui verò, & in odio eſſe, inuidioſum, deteſtabile, imbecillum, caducum. Immutata hoc pacto ſubmiſſior erit ſermo, qui cari ſunt & benè de Repub. merentur, & laudantur, & coluntur, & diliguntur, hi conſequūtur gloriam: qui metuunt & in odio ſunt, hi inuidioſi, deteſtabiles, imbecilli, caduci. Quanquam in hoc poſteriore, vehementior oratio eſt, quàm in priore, non tamen ornatior. Poetica verò, & quę propria Gręcorum ſunt, hiſq; finitima, rarò & parcè vſurpanda, vt: Scire tuum nihil eſt, &c. Hoc videre meum nullaq; reuendam Iliade. Sed tamen illa non illaudanda, & inter vtrumque iſtud genus intermedia. Dij boni, quanti eſt ſapere, pro ſapientia.

Principibus placuiſſe viris non vltima laus eſt.

Magis enim quotidiani ſermonis eſt.. laudabiles qui principibus placent viris.

Explicauimus quoad potuimus omnem veritatem Metaphorarum atq; Allegoriarum. Diximus autem allegorias eſſe Metaphoras continuatas: vt Metaphoræ ſunt ſingulorum verborum, allegoriæ coniunctorum. Et quemadmodũ ex translatione fit allegoria, ſic ex Allegoria Aenigma, id eſt, oratio obſcura. Quod apud bonum oratorem nullũ eſſe debet, propterea quòd obſtat fini orationis. Finis enim eſt orationis, vt animorum noſtrorũ cogitationes explicemus, & vt ab altero intelligatur. Propterea perpetua oratiõis idea eſt pura & diſtincta perſpicuitas. Nã hæc laus eſt, & hoc propriũ officium orationis, vt ſit perſpicua puritate & diſtinctione. Aenigma aũt contra adfert obſcuritatem. Sunt autem duo genera Aenigmatum. Vnum verum in quo nihil eſt ꝓprium, & non facile intelligitur, vt illud apud Virgiliũ, Dic quibus in terris &c. Illud enim tametſi intelligatur ab ipſis Grammaticis, tamen eſt obſcura oratio. Hoc genus Allegoriæ non pertinet ad orationem. Conuenit enim Bucolicis perſonis, & aliquando Comicis. Plautus aliquando in obſcænis rebus vtitur hoc genere. Oratores verò habent ænigmata quædam peculiaria & propria, quæ ſunt tanquam vmbræ in ſole. Quemadmodum enim vmbra in ſole excitata grata atq; iucunda eſt, ſic etiam in perſpicuitate grata aliquando obſcuritas. Sed iſta obſcuritas debet habere indicationem, & ſignificationem ingenij ſui. Vt ille locus de pugna Cannenſi, ibi non Cannenſem pugnam, quæ nunquã erat, ſed bellum ciuile intelligit. Cicero vſus eſt ænigmate, vt non offenderet Syllanos. Hoc genus ænigmatis eſt laudabile, quia eſt hiſtoricum, & accipit lucem ex hiſtorijs: eruditis autem eiuſmodi oratio gratior eſt. Talia habetis multis in exemplis ad Atticum. Vtimur autem ænigmate in rebus odioſis, vt ingratis, & periculoſis, quod non eſt vtile ab omnibus intelligi.

Poetica Aenigmata.

Oratoria.

Quartus modus ſequitur μετωνυμία, à Grammaticis dicta denominatio, & quaſi tranſnominatio. Cicero in oratore vocat eam ὑπαλλαγήν, & in partitionibus verba immutata. Definitur autem ſic: verbi proprij proprio facta commutatio, quod fit duobus modis, vel eiſdem verbis vel diuerſis. Modus qui fit eiſdem verbis vulgatiſſimus eſt. Diuerſis, vt Terentius in Eunucho, Sine Cerere & Baccho friget Venus, id eſt, ſine pane & potu friget libido.

Μετωνυμία, Denominatio.

Hic eſt facta verbis diuerſis,aliud eſt potus,aliud eſt Ceres, aliud libido.aliud venus.Quædam autem fit commutatio in illis quæ ſunt eiuſdem generis,vt crudelitatem voco crudelem,peſtem peſtiferum.Primus igitur modus eſt cum habitus,hoc eſt nomina habitudinum commutantur cum nominibus perſonarum:vel cum vitia ponuntur loco hominum,& virtutes loco perſonarum,vt non voco audacem,ſed audaciam.Hic modus eſt admodũ laudabilis,ita vt etiam eo vtantur oratores in principio cauſarum ſuarum, vt Cicero. Quæ res in ciuitate plurimum poſſunt,hæ contra nos ambæ faciunt ſumma gratia & eloquentia.non poſuit eloquentes & gratioſi,ſed ipſa nomina virtutum. Hunc modũ pono primum,quoniam eſt frequentiſſimus. Oratores enim cum vitent verba tranſlata in exordijs, hoc tamen genus verborum non vitant.Etiam hac figura diſtinguimus res inter ſe,& rerum vocabula: vt Cicero contra Verrem. Quas res luxuries &c.pro,quas res luxurioſi,auari,ſuperbi &c. Quæ commutatio facit orationem ſubtiliorem. Sed quoque hic modus adhibetur in Metaphoris.Mirum eſt autem,quòd vna figura tractatur aliquando per alteram, tropus per tropum.Sic vocamus clariſſimum virum aliquando lumen:eſt hypallage,id eſt,commutatio inter lumen & claritatem.Sed etiam commutatio fit in verbis, vt in prima Philippica.carũ eſſe ciuibus,benemereri &c. qui cari ſunt, laudati,id eſt,qui laudantur Caducum caduci.)Si vocas hominem caducum,minus eſt proprium,ſed tamen eſt oratio grauior.Sunt & commutationes poëtarum, habentes ἑλληνισμὸν, Græciſmum quendam, ſiue peregrinationem aliquam Græcorum.vt ſcire tuum nihil eſt &c:verùm hæc habent idiotiſmum.

II. Modus.
τὸ συνέχον ἀντὶ τοῦ συνεχομένου.

Alter modus eſt,cum continens pro eo quod continetur ponitur,vt locus,hominum loco,qui primo modo aliquando finitimus eſt,vt ô fortunatam natam me Consule Romam,id eſt,Romanos.Africa terribili tremit horrida terra tumultu,pro Afris.Celerius mihi ad Siciliacam cauſam veniendum eſt,hoc eſt,Siculorum.omnium nationũ exterarum princeps Sicilia,ſe ad amicitiam fidemq́; populi Rom.applicuit.Sicilia prima docuit maiores noſtros, quàm præclarum eſſet exteris nationibus imperare. Totum illud initium de laudibus Siciliæ, hoc modo figuratum eſt. Ergo eſt iſte modus, non ſolum poetarum, verum etiam oratorum, & peræquè oratoribus atq; Poetis familiaris. In hoc modo etiam continetur, cum tempus aut ætas pro hominibus id ætatis ponitur, vt, Secli incommoda mali Poeta, id eſt, hominum noſtræ ætatis. O miſera Reipub. tempora. Et nos miſeros homines huius temporis. Sic inſtrumenta loco illorum quæ illis continentur, vt 12. tabulæ, hoc eſt legis duodecim tabularum. Rem tibi Socratica poterunt oſtendere chartæ, id eſt Philoſophi Socratici. Tertius modus eſt, cum aut inuentor, aut præſes alicuius rei, aut loci, pro ipſa re aut loco ponitur. Hinc illud vulgatum: ſine cerere & Baccho friget Venus. Abſtinuit Venere & Baccho, qui Pythia cãtat. Sic Mars pro bello. Neptunus pro mari, Pallas pro ſapientia, Camœna pro poemate, Vulcanus pro igni vſurpatur: in quibus videndum eſt, quid vſus emolliuerit, & quid receperit, atq; probarit conſuetudo. Non enim ita crebro his modus vſurpandus eſt, vt duo ſuperiores. Quartus frequentior, ſed poetis magis quàm oratoribus familiaris. Pallida mors, æquo pulſat pede pauperum tabernas, regumq́; turres: duæ Hypallage in vna ſententia. Nam pallidam mortem vocat, quod cadauera faciat pallida, & pauperum tabernas pauperes, & regum turres, reges ipſos vocat. Ex his duabus Hypallagis, appoſitæ translationes, æquo pulſat pede. Huius generis ſunt illa infinita, pigrum frigus, mæſtus timor, dubitans doctrina Academicorum, ſeuera familia Stoicorum. Segetes verò lætas vocare, in altera parte translatio eſt: in altera verò Hypallage, ſi ad agricolas referes, quaſi lætifica ſegetes. Quintus modus eſt, Cum ſignum pro re ſignata

III. Modus.
Inuentor pro re inuẽta aut præſes pro perſona inferiore.

IIII. Modus

V. Modus.

ſignata vſurpatur, vt, Cedant arma togæ, concedant lau-
rea linguæ. Signa parant, aquilas, & pila minantia
— id eſt, hoſtes iiſdem vtentes ſignis. Inter ſicas cau-
ſam dicere, id eſt, inter ſicarios; quorum iudices ſicæ
VI. *ſunt. Sunt duo præterea modi, omninò vulgares & ſimi-*
les propriorum. Scriptus eſt in tergo, nec dum finitus O-
reſtes. Vergilium legere, Platonem explicare, in quibus
VII. *autor, aut nomen loco voluminis nominatur. Sic cum*
dux loco militum ponitur, qui ſeptimus eſt modus, vt
Hanibal ſexaginta millia ad Cannas occidit. Scipio Car-
thaginem deleuit: qui modus non videtur ornatus cauſa,
ſed æquitatis, & veritatis adhiberi. Eſt enim æquum au-
tori rei magnæ, honorem tribuere debitum. In hac mo-
dificatione verborum videndum eſt, quænam nomina &
verba in his modis ſint ἀντίστροφα. *Nam in primo & ſecun-*
do modo vtrinque commeant, vt, Roma victrix, & Roma-
ni victores. Cœlo gratiſſimus odor, & cœleſtibus gratiſ-
ſimus: vexata Sicilia, & vexati Siculi: Luxuries in flagi-
tijs luxurioſi in flagitijs, auaritia in rapinis, auari in ra-
pinis: eamus domum meam, eamus ad me. In tertio mo-
do propria æquè vſitata ſunt, vt ſine Cerere & Baccho,
abſque pane & vino: ſed alterum ornatius. Deinde ſi
ex proprijs facias modificata ineptum eſt: dicere enim,
Oremus panem, precemur vinum, neq; Ceres neque Bac-
chus ferre queat hanc loquendi conſuetudinem. Quar-
tus non habet, cum quibus commutet, niſi adiuncta effi-
ciant: vt lætæ ſegetes, lætificæ ſegetes, lætus Bacchus. ad-
ſit lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno. In reliquis mo-
dis commutatio nouitatis fit cum conſuetudine vel potius
ipſa nouitas conſuetudini æquiparatur, & æquè eſt vſur-
pata. Hannibal vicit, Pœni vicerunt: Scipio deleuit

Cartha-

Charthaginem, Romani deleuerunt: Virgilium explicare, poeſim Virgilij explicare.

¶ SCHOLAE

Ferè omnes veteres tradiderunt quinque modos hypallagæ, ſiue Metonymiæ. Sed inter illos quinque duo ſunt omnino vulgares, quos ego pono ſextum & ſeptimum. Hic autem addidi ad conſuetudinem reliquorum veterum alios duos. Videntur enim mihi modi Hypallages eſſe ſeptem. Quid autem ſit Hypallage, ſupra diximus: oſtendimus etiam, quomodo vocetur ab oratoribus vel Grammaticis. Sed Rhetores ante, & ipſius Ciceronis tempore nominarunt Hypallage. Autor ad Herennium interpretatur Metonymiam, quaſi transnominationem, nomen pro nomine poſitum. Eius modos dico eſſe ſeptem. Et primum ex lib. 3. de Oratore pono, cum vitia ponuntur loco hominum vitioſorum. Et cum virtutes loco hominum virtute præditorum. Et hunc modum dixi eſſe ita vulgarem, vt etiam oratores eo vtantur in principijs cauſarum. Cum alioqui oratio præcipua conſtet ex proprijs & natiuis. Et ſi vereor, ne turpe ſit &c. omnia propria ſunt. Tamen Cicero non formidat hoc primum genus hypallages: Quæ res in ciuitate ſunt &c. Ibi poſuit ſummam gratiam, id eſt, homines maximopere gratioſi, eloquentiſſimi, poſuit res loco perſonarū. Eſt enim verborum apud oratores duplex delectus, primus eſt in verbis ipſis proprijs: cum deligo id quod mihi videtur eſſe ſignificentius, vt non volo dicere ſuperare, ſed vincere. Alter eſt in verbis modificatis cum modificata proprijs anteponimus, vt Cicero. Quæ duæ in ciuitate multum poſſunt &c: Ornatior eſt oratio, quàm ſi diceret, gratioſi & eloquentes. Etenim longè vehementius hominem vocare peſtem, quàm peſtiferum, lumen quàm clarum, cœnum quam cœnoſum. Sed hic modus adhibetur non ſolum ad verba propria, ſed etiam ad Metaphoras. Et eſt elegantius vocare lumen quàm luminoſum. Secundus modus quando continens ponitur loco rei contentæ. Cuius exemplum habetis in illo. ô fortunatam, natam me conſule Romam, id eſt, Romanos natos ſe conſule. Iam propter ὁμοιοτέλευτον. videtur eſſe verſus inſuauis, ſed tamen ipſa modificatio eſt egregia, Eſt quoque in iſto exemplo μετάληψις: nam per natam Romam intelligit totos liberos 3. de Orat. Aphrica terribili &c. In Aphrica est Hypallage, intremit eſt Metaphora. Et pulchrum genus eſt verborum, quando cum ipſis Hypallagis coeunt Metaphoræ, & contrà, cum Metaphoris Hypallagæ. Sic in laude Siciliæ, manet in eadem Hypallage, non vocat Siculos, ſed Siciliam. Tertius modus eſt, Cum inuentor ponitur pro re inuenta. Non ſolum eſt iſte modus inuentionis, ſed etiam excellentiæ & dignitatis. Inuentionis, vt, Sine Cerere & Baccho friget Venus. Ceres enim panem, Bacchum vinum inuenit. Cætera in ſequenti lectione.

De ΚΑΤΑΧΡΗΣΕΙ ſeu abuſione.

CAP. V.

Translatione vtimur non neceſſariò, Abuſione, neceſſariò.

Quid κατάχρησις, & quomodo animaduertenda.

1. Ex origine verbi.

II. Poteſtate & definitione verbi.

QVam Græci κατάχρησιν, eam Latini appellant abuſionem, quam à Translatione *ſic diſtinguunt, vt Abuſio ſit vbi nomen defuit,* Translatio *vbi aliud fuit: neſcio an verum: ſæpe enim abutimur verbis, etiamſi propria extent, nec ſcio an ſatis eſt hoc modo diſtinguere. Oportet enim vt ipſe etiam appareat abuſus, & non propria verbi poteſtas.* Ea *videtur aut ipſo ſymbolo, & notatione verbi, vt,* I*nſtar montis equum, diuina Palladis arte, Aedificant: Aedes enim, non equi ædificari dicuntur. Sic ſi percuſſorem patris, aut matris, aut Senatoris, parricidam nomines: apparet deflexum à ſua origine vocabulum. Aut poteſtate verbi & proprietate, id quod improprium eſt, ſentitur,* Durum *de corporibus dicitur, & tangendi ſenſu iudicatur, at hominē vocamus durum. Sic animum altum & magnum, aut contra paruum, quæ ſunt magnitudinum, & videndi ſenſu æſtiman-*

æſtimantur. At illa Hippocratis fortaßis non ἄχρηστα, vita breuis, ars longa: ſed illud quod ſequitur huius eſt loci, ὁ καιρὸς ὀξύς. Impiger, iracundus, inexorabilis, propria ſunt apud Horatium. At illud quartum, acer, alienum eſt. Acre enim guſtatu, non mente iudicatur. Aut natura iudicat id quod non proprium eſt, in illis quæ ſunt παράδοξα & ἀδύνατα, ſimilia in verbis collatis: exigua amicorum copia, inſepulta ſepultura, pernitioſa vtilitas: ſalubris morbus, deſidioſum ſtudium. Neq; in proprijs ſolùm apparet abuſio, verùm etiam in translatis. Quis enim illud Catonis proprium dicat? Omninò canorum illud in voce, ſplendeſcit: etiam, neſcio quo pacto, in ſenectute. In translationibus enim neceſſarijs, & longè petitis, conſuetudo ſermonis quotidiani, non videtur retineri. Et illud Tironis, quod à Cicerone reprehenſum eſt, valetudini fideliter inſeruire. Lingua non fuit ἄκυρον, ſed moribus & officio ſapientis: nō enim corpori inſeruire, ſed mentis imperio vti decet ſapientem. Verba autem quibus abutimur, & quæ huius ſunt loci, quemadmodum in translationibus etiam, alia conſuetudo ab Oratoribus vſurpata ſunt, quibus vti ſine vituperatione poſſumus. At Poetarum multa ſunt, quibus aut non vti licet, aut licet parcè & moderatè. Noua arripere atque abſumere ad res noſtras periculoſum eſt, & expoſitum iudicijs vituperantium. Verumtamen ſi prætorium & palatium, cuius vis magiſtratus eſt, & auguſtale cuiuſuis principis & Imperatoris: Nō auſim quidē hortari alios, vt in hac imitatione ſint audaces, experiri tamē licebit prudenter: an ferre poſſint eruditi homines ſecures, & fundas, & baliſtas, & arietes noſtri ſeculi armis, & machinis accommodari poſſint: an noua barbarè verba facere: quorum alterum ne-

3. In verbis collocatis natura ſcilicet.

4. Cic. ſolet ęſtimare ἄχρηστον moribus hominum, & conſuetudine:

ceſſarium ſæpe eſt, in egeſtate tamen & neceſsitate. Licebit autem definitionibus vti, aut generum vocabulis, aut vti vetuſtis in formis diuerſis, & poſtremò audere aliquid, atque nouum facere, & cauſam verbi, atque originem breuiter indicare. Sit etiam abuſio, cùm verbum vnum duobus reſpondet, in quorum altero proprium eſt, in altero alienum, vt in ſecunda Philippica: Vnde diadema? non enim abiectum ſuſtuleras, ſed domo cogitatum & meditatum ſcelus attuleras. Proprium enim eſt diadema tollere, at ſcelus adferre domo meditatũ alienum: tranſlatum quidem eſt ſcelus adferre, ſed tamẽ in tranſlatione animaduertitur abuſio.

SCHOLAS. Differũt εὔχρηστον, ἄχρηστον & κατάχρηστον.

Græci vocant κατάχρησιν abuſionem, ab abutendo. Differunt autem inter ſe plurimùm εὔχρηστον, & ἄχρηστον, & κατάχρηστον. Εὔχρηστον eſt, quod in vſu eſt omnium, tam Poetarum, quàm Oratorum, vt ὑάλῳ vſitatum fuit, ὑάλῳ autem antiquatum eſt, & eſt ἄχρηστον: hoc eſt, ſunt inter ſe contraria. Ἄχρηστα vocantur, quæ remota ſunt à conſuetudine: cuiuſmodi multa ſunt antiquata apud Plautum. κατάχρησις autem eſt verbi vſitati deprauatio, ſiue abuſio. Sic durum eſt verbum εὔχρηστον, vocas enim durum lapidem, durum adamantem, poſtea vocas durum ingenium, durum hominem. Ita hebes dicitur in rebus acuminatis: vt culter, gladius: tamen etiam vocas hebes ingenium. Quoniam verbum non habes aliud vſitatum, ſed ex vſitato facis non vſitatum, facis contra inſtitutionem naturæ. Et hoc dicitur propriè ἄχρηστον. Differunt autem hæc iuxta ſententiam Ciceronis, & Quintiliuni à metaphora. Nam metaphora eſt, vbi verbum proprium extat, vt filios & filias propria eſt: vocamus tamen μεταφορικῶς pignora noſtra: κατάχρησις autem vbi verbum proprium deſit. Oportet tamen meminiſſe, quòd Cicero dicit, quòd neceſſitas inuenit tranſlationem. Mihi autem videtur, verbum illud eſſe κατάχρηστον, cuius abuſus & improprietas extat, & apparet, aperta poteſt animaduerti ab omnibus. Igitur hìc dicemus quomodo poſſit animaduerti κατάχρησις, vt habeamus methodum, qua diſtinguamus metaphoras ab καταχρήσεσι. Ego hęc nuſquã legi, ſed vſu ſolummodo obſeruaui. Abuſionẽ primùm video in ipſa etymologia, ex origine ipſius verbi, nos dicimus ædificare nauem. Virgilius autem, Inſtar montis equum, &c. ædificant. Ibi ipſa etymologia oſtendit mihi improprietatem: nam ædificare nihil eſt aliud, quàm ædes facere. Sic vocamus parricidam, quaſi patris occiſorem, propterea quòd patrem occidit, cùm tamen voco Brutum, q Cæſarem occidit, apparet ipſa catachreſis. Quintil. dicit in pixide eſſe κατάχρηστον, quod vtamur perinde in omni materia. Dicta autem pyxis ἀπὸ τοῦ πυξοῦ, ab arbore buxi. Eſt autẽ theca facta ex buxo arbore, ære, metallo, auro thecam factam vocamus Pyxidem: eſt ἄχρηστον, quia pyxis dicitur à πύξου, ab ipſa arbore. Deinde κατάχρησις animaduertitur ex verbi proprietate: id eſt, expoſitione dialectica, definitione. Sæpe enim nomen non indicat verbi poteſtatem, ſed definitio. Durum vocamus illud, quod ſenſui tangendi nõ cedit, aut difficulter cedit, vt adamas difficulter, vt arbor. Acre propriè eſt in aceto & potu, quod ſcilicet ſenſu guſtatus intelligitur. Magnum vocamus in quantitate, cuius qualitas apparet, vt magnum equum, magnam domũ, locũ magnum. Vtimur ipſo vocabulo magnum in illis, quæ oculis metiuntur. Attamen etiam vocamus hominem durum, difficilem. Sic apud Horatium de Achille, Impiger, iracundus, &c. illa ſunt ἄχρηστα. Impiger erat corpore, animo iracundus, & eodem motu erat inexorabilis. Poſtea tamen dicitur acer, vehemens. Eſt ibi τὸ ἀκαιρὸν, τὸ καταχρηστὸν, ὁ βίος βραχὺς, dicit Hippocrates: vita breuis eſt, catachreſis Græca Latinis inuſitata. Tertium iudicium eſt in verbis collocatis, quoniam rerum impoſſibilium ſit compoſitio. Eſt impoſſibile quod copioſum eſt, vt illud ſit exiguum: ſi copioſæ ſunt diuitiæ, nõ ſunt exiguę. Sic quod ſepultum ſit, illud non ſit ſepultum. Eſt hoc contra naturam, vt quod ſit ſtudioſum, illud ſit deſidioſum: tamen Oratores hic abutuntur, & natura, & vocabulis naturæ. Cicero vocat exiguas amicorum copias. Sic in Philipp. vocat inſepultam ſepulturam, quòd Cæſar non fuit legitimè ſepultus. Contra naturam eſt, vt quod ſit vtile, ſit pernicioſum: dicimus tamen pernicioſa vtilitas. Oratores enim coniungunt hæc, & loquuntur hoc modo. Eſt enim in ipſa verborum collocatione catachreſis. Ex his videmus, quòd catachreſis aliquando ſumitur ex

Pyxis κατάχρηστον.

V 2

proprio verbo, cùm parricidam vocas, qui ſororem occidit. Item quod etiam catachreſis apparet in epithetis, in verbis (vt Cicero appellat) adiunctis: vt exiguæ copiæ, cùm dico ſalubrem ægritudinem. Item in tranſlationibus apparet abuſio, vocat Cato vocem ſplendeſcentem: id eſt, clariorem. Splendor eſt luminis, non autem vocis, oculis percipitur, non autem auribus. Cicero æſtimat etiam catachreſin, moribus, officio, vt ille locus 10. lib. Epiſt. valetudini ſeruire fideliter. eſt hoc latinum εὔχρηστον, eſt barbaries, hoc eſt, catachreſis in opinione, in diſciplina, in officio ſapientis. Barbari enim corpori inſeruiunt. Debemus vti corpore tanquam ſeruo, animi autem imperio obtemperare. Itaque vbi reprehendit opinionem in Tirone, non locutionem, non vitium erat lingua, ſed vitium erat in dogmate. Sic eſt catachreſis in verbo, ſi viro temperanti dicas, Deuora capum illum: ſed dicendum eſt, Guſta de capo illo. Talia multa ſunt in moribus. Item ſæpe in vna ſententia concurrit proprium & improprium: vt cùm dicimus, Literas dedi, & Perniciem dedi. dare literas proprium eſt, dare perniciem, improprium. Proxima lectione cùm diximus de abuſione, diximus eā vocari κατάχρησιν: oſtendimus etiam diſcrimen inter verba ἄχρηστα, εὔχρηστα & κατάχρηστα. εὔχρηστα diximus, quæ ſunt ſermonis quotidiani, quæ ſunt oratoria. ἄχρηστα, quæ remota ſunt à conſuetudine, vt ſunt multa verba Latina & Græca, iam antiquata. κατάχρηστα ſunt, quæ laudabiliter fiunt, aliter vſurpata, quàm ferat conſuetudo. Sic κατάχρησις eſt contra conſuetudinem, ſed eſt iſta grata nouitas, grata rei abuſio: cùm enim ingrata eſt, iam non habet laudem. Et dixi eam catachreſim diffrrre à tranſlatione, non ſolùm eo diſcrimine, quòd ab omnibus ponitur, quod tranſlatio eſt, tum cùm habemus propria: catachreſis cùm illis deſtituimur: at ſcilicet differūt illa inter ſe copia & inopia. Hoc non ſatis eſt: ſed oportet etiam illum abuſum captare, oportet vt intelligatur, videatur, & tamen ſit gratus. Tradidimus autem modos quinque, quibus verbum intelligere poſſumus eſſe κατάχρηστον. Primus modus eſt notationis: ſecundus proprij: tertius autem naturæ, in collocatione poſſibilium, & impoſſibilium: quartus morum: quintus eſt iſte paulò ſuprà dictus collocationis duorum verborum.

Seruire fideliter valetudini καταχρηστικὸν opinione, nō locutione.

De Synecdoche, Antonomaſia, Periphraſei, Metalepſei, & Epitheſei.

Synecdoche in Herennianis præceptis intellectio nomi
natur: cuius verbi cauſam dedit Craſſus lib. 3. de O-
ratore. definit eam hunc in modum: Eſt cùm aliquid in-
telligi volumus, aut ex parte totum, aut ex toto partem,
aut ex pluribus vnum, aut quocunque modo, non vt di-
ctum eſt in eo genere intelligitur, ſed vt ſenſum eſt. Ex 1.
parte igitur totum intelligitur, cùm parietes aut tecta
pro ædificijs, aut domo, muros pro ciuitate nominamus:
cùm tædas nuptiales pro nuptijs: & lectum genialem pro
connubio dicimus: cùm mucronem gladium vocamus. Ex 2.
toto verò pars: vt ſi de turma equitum loquamur vna ali-
qua, dicamus ab equitatu exercitum Regium fuſum eſſe:
cùm veſtem aut partem ſuppellectilis diuitias & locuple
tes copias nominamus. Vtrumque genus apud Oratores, 3.
ſæpe in vno loco concurritur, vt & grauior, & clarior
ſit oratio, ita vt cum parte totum coniungitur: vt in M.
Antonium: Me quidem miſeret parietum ipſorum, atque
tectorum: quid enim vnquam domus illa viderat: niſi pu-
dicum? niſi ex optimo more, & ſanctiſsima diſciplina? Et 4.
ſit grauior oratio. cùm in eodem verbo, eodemq́; ſenſu, a- Synecdoche translata.
lijmodi conueniunt: vel translatio, vt in hoc exemplo. in
quo parietibus, & tectis, & domui, quaſi ſenſus tribui-
tur: hoc eſt, oculi & ſenſus rei ſtolida: vt etiam in illo,
Quid ille tuus Tubero, diſtrictus in acie Pharſalica gla-
dius volebat? cuius latus ille mucro petebat? Hic enim &
totum eſt, & pars, & translatio, vel hypallage: vt cùm
equitatum dicimus, non equites: turmam, non equites

turma. In his conſiderandum eſt, quòd permiſſum eſt Poetis, id ſæpe Oratoribus non concedi. Illi enim pronaui puppim ponunt in verſu, & proram & abietem pro tabulis. Sunt igitur hi primi duo modi apud Ciceronem 3. Serm. de Oratore. Tertius eſt cùm ex pluribus vnum intelligitur, qui μεταχηματισμὸς numeri eſt, vt populo impoſuimus, Oratores viſi ſumus. Nos ſumus Romani, qui fuimus Rutuli: hoc eſt, Romanus ſum, qui Rutulus fui. Huius generis ſunt, cùm pectora non pectus, pulmones non pulmone dicimus: quod genus non ſolùm artis eſt aliquando, ſed etiam conſuetudinis. Huic contrarius eſt quartus modus, cùm ex vno plures: vt, At Romanus tamen. & ſi res bene geſta eſt, corde ſuo trepidat. Romanus prælio victor. Huic vicinus modus eſt, cùm ſpecies loco generis, aut definitum & ſingulare pro vniuerſo ponitur: vt, Achilogia pocula, pro cuiuſuis aquæ, aut fluminis. Iracundior Adria, pro quouis mari. Pollidamas, pro Romanis. Sino, pro Græcis. Labeo, pro quouis poeta inepto.

5 Synecdoche μεταχηματισμὸν,

6.

7. Quintil. etiam illum modum ponit, cùm ex antecedente conſequens intelligitur, aut contra, vt ſunt illa poetica:

Virgineam ſoluit zonam, vrſit calcaribus equum.

8. Quibus illa etiam ſimilia ſunt: Nos vbi deuenimus, &c. Puluis & vmbra ſumus. Et in eadem Ode: Nec lethæa valet Theſeus abrumpere caro, vinculo vincula perituro hoc eſt, periturum in vitam reducere non poteſt. Et illa vulgata Rhetoribus, Viximus, fuimus Troes, fuit Ilium. Et, Nos laudemque decuſque geſſimus: id eſt, aliqua etiam noſtra eſt rerum geſtarum gloria.

SCHOLIA. Συνεκδοχὴ dicitur ἀπὸ τοῦ σὺν, & δέχεσθαι, quoniam ſimul poſitione vnius verbi aliud dicatur. Intellectionem vocat magiſter Herennianus, ſed puto eum ſecutum fuiſſe

ſuo

ſiue Craſſum, ſiue Ciceronem, tertio Sermonum de Oratore. Ibi enim definit quid ſit, vt ſuprà definiuimus. Differunt ſynecdoche & translatio: ſynecdoche manet in ipſa re, translatio autem transfertur ad alia: ſed ſynecdoche mollitur aliquando additione, quum dura eſt. Si enim durum fuiſſet dicere parietes domum, potes dicere parietes ædium mearum. Si durum eſt vocare tædas, voca tædas nuptiales. Et hoc eſt valde vſitatum, vt quum durum aliquando videtur, addamus aliquod proprium. Sic ſynecdoche, vel ponuntur ſingulæ, vel cum ſuis propriis coniunctæ.

De Antonomaſia.

ANtonomaſiam magiſter Herennianus Pronominationem vocat, cùm loco nominis proprij aliud ponitur, idem nomen indicans. In his verbis primùm locum occupant ea, quæ vocantur Patronymica: vt, Inter Peliden feſtinat, & inter Athridem, pro Achille & Agamemnonem. Sic Romulidæ Romani vocantur: ſic Saturnius dicitur Iupiter: ſic Cytherea Venus. Item illa κατ' ἐξοχὴν, Vrbs pro Roma: Ius ciuile, pro legibus Romanorum: Pœnus pro Hannibale. Item ſenex pro Simone, & herilis filius, pro Pamphilo. Item Herennianus magiſter, pro eo qui illa Rhetorica ſcripſit: Platonis diſcipulus, pro Ariſtotele. Item illa, quorum mentio fit in immutatis verbis, Verrem non furem nominare, Catonem non hominem ſeuerum, Therſiten non deformem, Thaidem aut Laudem non meretricem.

1. Patronymica ſunt.

2. κατ' ἐξοχὴν.

3. In re vnica & ſingulari.

SCHOLAE.

Antonomaſia eſt figura non verborum, ſed nominum, & deinde eſt figura propria perſonarum: cùm ſcilicet nomen proprium perſonę loco alterius ponitur: inde enim dicta eſt antonomaſia. In hac figura continentur ea, quæ à Græcis vocantur πατρωνυμικὰ, quæ notant patriam, & familiam, vt voco Atriden ipſum Agamemnonē propter Atreum. Hęc nomina à Græcis ſunt inuēta. Græci enim in his, & præſertim Poetæ maximè regnant, Oratoribus non ſunt adeò familiaria. Romani poſtea imitati poetas Græcos, fecerunt ſimilia, & vocarunt Romulidas, non à Roma, ſed Romuli nepotes, imitatione Græcorum. Sed etiam aliquando alia terminatione Poetæ vocant, Saturnium, non autem Iouem: ſic vocamus Martem Gradium. Eiuſmodi nominibus nos debemus vti parcius. Sed apud Oratores valet etiam antonomaſia in illis quæ dicuntur κατ' ἐξοχὴν, vt Cicero, Ad vrbem poſtquam veni: id eſt, Romam. Sic cùm dicunt Græci ποιητής, intelligunt Homerum. Primum igitur genus eſt in patronymicis, & illa ſunt vel in inuentione Græcorum, vel illorum imitatione. Secundum eſt in illis, quæ dicũtur, κατ' ἐξοχὴν. Tertium eſt notationis rei ſingularis, cùm nomen generale ponitur loco proprij, in vna perſona ſingulari. Sic apud Terentium ſenex dicitur Simon: ſic in Eunucho non vocat Laidem, ſed dicit, Noſtri fundi calamitas. Illud genus eſt κατ' ἐξοχὴν, cùm dico Platonis diſcipulus. & hæc excellentia vel eſt in rebus, vt Ius ciuile, pro Romano: vel eſt in perſonis, vt Platonis diſcipulus, ſcilicet Ariſtoteles: Socratis diſcipulus, ſcilicet Plato. Poſtremũ eſt in nominibus propriis, cùm proprium ponitur loco generis, cùm nomen ſubſtantiæ ponitur loco qualitatis, & qualitas perſonæ loco proprij nominis: vt cùm vocas hominem deformem Terſiten, quòd eſt nomen proprium apud Homerum: cùm hominem ſapientem ſeuerum, auſterum, vocas Catonem. Horum generum primum eſt poeticum, reliqua vſurpantur ab Oratoribus.

De Periphraſi.

CVM ex verbo dilatatur oratio περίφρασιν vocant, circuitionem à nonnullis appellatam. Ea fit multis modis. nam & etymologia fit, quæ nominis eſt interpretatio, vt cùm non parricida dicitur, ſed patris percuſſor: nec parricidium, ſed paterna cædes: non ſophiſta, ſed mercenarius Rhetor, aut venditator ſapientiæ. Et ipſa ſophiſtice ars mercenaria, aut ſapientia nugatoria. Huic modo vicina eſt definitio, nominis loco poſita, vt non homo, ſed

1. Modus fit etymologia.

2. Modus fit definitione.

ſed animans particeps rationis rediuiuum: non animus, ſed pars hominis, eaq; immortalis & ſempiterna: non Euangelium, ſed ſalutifera Chriſti vox, aut doctrina. Et huic modo proxima eſt notatio, non ſolùm illa minuta, vt illud Terentij in Phormione: Si quis me quæret rufus. aut illa de figulo: Edere non poteſt, quin manum lauet. Sed etiam amplæ illæ, & copioſæ deſcriptiones:

3. Modus notatio, vel deſcriptio.

Arma virumq; cano, Troiæ qui primus ab oris,
Italiam fato profugus Lauinaq; venit,
Littora.——

& reliqui verſus eius loci, quibus Aeneas deſcribitur, nec nominatur tamen. Homerus in Iliade vtrumq; ponit, & nomen proprium, & perſonæ notationem:

μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω Ἀχιλῆος,
οὐλομένην ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε.
πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν ἡρώων,
αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσιν,
οἰωνοῖσί τε πᾶσι. Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή.

In Odyſſea omittit proprium:

ἄνδρά μοι ἔννεπε, μοῦσα, πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ
πλάγχθη, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε.
πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω.

SCHOLAE.

Antonomaſia eſt propinqua περίφρασις, quę fit verbis pluribus. Nam antonomaſia fit ſingulis verbis, vt vrbs, vrbs Romulus, ius ciuile Romanum. Differunt autem: nam antonomaſia ſingulis dicitur verbis, periphraſis autẽ pluribus. Cicero vocat periphraſim ex verbo dilatatam orationem. Et quoniam in Partitionibus nõ nominat Cicero eam quam vocamus etymologiam, nec etiam definitionem, nec etiam notationem, aut deſcriptionem. Ego ex hac figura facio nomen generale, & periphraſeos facio multos modos. Et primo loco complector etymologiam notationẽ verbi. Cùm non pono nomen, ſed nominis interpretationem, non voco parricidam,ſed dico patris percuſſorem : non voco homicidam, ſed collorum ſectorem, vt pulchrè facit Cicero pro S. Roſcio, etymologiam ponens loco nominis. In interpretatione nominis non opus eſt ſeruiliter manere in verbo, ſed poſſumus alia verba liberius accipere, idem tamen ſignificantia, vt non opus eſt ſic ad verbum dicere parricidam, id eſt, patris occiſoré, ſed etiam eleganter licet appellare patris necé,&c. Secundus eſt ὁρισμὸς, ponitur loco nominis, cùm dico non hominem, ſed homo animal rationis particeps, non dico hominem, ſed dico eſſe aliquem humana ſpecie, atque figura. vt fecit Cicero pro S.Roſcio, ibi eſt definitio poſita nominis loco: ſic non voco Euangelium,ſed ſalutiferam Chriſti vocem. Tertius eſt notatio, ſiue deſcriptio: omnis autem notatio,vel fit breuibus verbis,vt Terentius:Si quis me quæret, homo rufus,&c. volebat deſcribere colorem hominis,relinquit illam notationē imperfectam, principio tantùm ab ea ſumpto. Vel etiam conficitur verbis pluribus. Et hac notatione non ſolùm Poetæ vtuntur, verùm etiam Oratores. Cùm pluribus verbis in vna re morantur, commemorantes antecedentia,conſequentia,repugnantia, geſta,&c. denotant vnam perſonam aliquam,vt in illo principio: Arma virumque cano,&c. Eſt dilatatio verborum, vt bene intelligatur perſona certa. Tum autem oratio fit clarior,cùm nomen ipſum ponitur. Hi ſunt itaque modi periphraſis: primus etymologiæ, ſecundus definitionis, tertius deſcriptionis ſcilicet perſonæ;quæ fit verbis dilatatis.

De Metalepſi.

INter modificationes verborum, etiam μετάληψιν *nominant tranſſumptionem à Quintiliano appellatam, eam Cicero omiſit, vel quia exiguus eius ſit apud Latinos vſus, & Græcis ſæpe familiarior, & magis Poetarum, quàm Oratorum: vel quia ex alijs generibus verborum, cùm natiuorum, tum etiam conuerſorum ſumitur. Apud Græcos enim naues celeres & veloces* ὀξείας *vocant, hoc eſt* ταχείας, *&* κύνας *canes,* ἀργοὺς, *id eſt, candidos, & nitidos. Latinos ſcriptores pauca eiuſmodi exempla tradiderunt.*

runt. quibus vnum illud eſt 1. Aeneid. Speluncis abdidit atris: hoc eſt obſcuris, & propterea maximè profundis. Nā hunc modum Quintilianus definiens, dicit ex alio in aliud veluti viam præſtare, & in canto volunt tranſſumptionem eſſe, vt cantare ſit multum canere, & canere ſuauiſſimè dicere, atq; pronunciare: nam & nominum hic modus eſt, & verborum. Ego poſſe exiſtimo etiam illa ad hunc locum referri, in quibus ex re parua magna, aut ex magna maior, aut maxima intelligitur ratiocinando: vt in hoc modo ſit quaſi συλλογισμὸς *amplificans, vt cùm Iouem vocant Altitonantem: hoc eſt, cœleſtia inhabitantem domicilia, & propterea dominum omnium mortalium: cùm flumen ſaxifragum, hoc eſt rapidum, & propterea ad nauigandum periculoſum: cùm Iouem hoſpitalem, & propterea non ſolùm humanum, verùm clementem, & miſericordem.*

Quintiliani definitio μεταλήψεως

Sententia Sturmij de hac figura, & tamen eius aliquis eſt vſus.

SCHOLAE.

Numerant Rhetores & Grammatici inter tropos metalepſim, hoc eſt, tranſſumptionem, quæ putatur eſſe familiarior Græcis, quàm Latinis. Apud Græcos enim Poetæ vocant naues celeres, quibus celeriter nauigant, ὀξείας, acutas, verbo non proprio, ſed tranſſumpto. Per acutum intelligunt acutum, per argutum celeriter mobile, & propterea quaſi velox. Sic Heſiodus κῦνα ὀξεῖαν, canem velocem, intelligit bene paſtos, & præ pinguedine candidos, & propterea robuſtos. Virgil. 1. Eclog.

Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas.

Ariſtas, hoc eſt, æſtates, vel poſt annos. Nam ex ariſtis æſtates, ex æſtatibus intelligimus annos. Quamuis eam Cicero omiſerit, ego tamen puto μετάληψιν eſſe figuram ſyllogiſticam, ita vt metalepſis ſit ex vno verbo facta ratiocinatio. Cùm aliud dicitur, aliud verò intelligitur: hoc eſt, cùm res parua dicitur, & magna intelligitur. vt cùm ipſe Homerus vocat ipſum Iouem habitantem Olympum, Diuûm atque hominum regem. Sic etiam cùm dicit ille Poeta antiquus, Saxiferas vndas: partem poſuit pro toto, vndas pro flumine.

ne. Sed poſtea poteſtas verbi minuti fit ſignificantior metalepſi, per ſaxiferas vndas, intelligit flumen rapidum, per rapidum difficile nauigantibus.

De Epitheſi, & Epithetis.

Ἐπίθετα, quæ appoſita & addita ad nomina nominantur, Quintilianus etiam in Tropis ponit. Quod ſi ſit rectè, cur etiam non ἰσοδυναμοῦντα, verba idem ſignificantia, aut eodem pertinentia, qui modus etiam in apponendo, atq; addendo verſatur. itaq; nos de vtroq; genere, atq; vt in cæteris omnibus, ſic etiam in appoſitis à Poetis Oratores ſunt ſecernendi. Poetæ enim non peccant, modò natura verbi, cui appoſitum eſt, congruat, vt nix alba, cæra mollis, lucidus ſol, neq; idem ſemper vſurpare apud illos turpe eſt, vt δῖος Ἀχιλλεύς, καρηκομόωντες Ἀχαιοί, κρονίδης Ζεύς. Sed tamen etiam apud hos apparet delectum haberi, vel propter neceſſitatem: vt,

ἐπίθεσις eſt poſitionis. ἐπίθετον eſt verbi.

Quando ego non timui grauiora pericula veris.

Et in altero verſu,

Res eſt ſolliciti plena timoris amor.

alterum oratorium eſt, Res plena timoris: alterum poeticum, Solliciti timoris. Et in illo primo quædam apparet neceſſaria vtilitas in appoſitione verborum:

1. Neceſſitatis cauſa Poetæ & oratores vtũtur.

Hanc tua Penelope lento tibi mittit Vlyſſes.

vehementer enim angebatur tardo & ſero illius reditu. Vel amplificandi cauſa: vt, Monſtrum horrendum, ingens. & Quam forti pectore, & armis. &,

2. Amplificatiõis cauſa Poetæ & Oratores

Crudelis mater magis, an puer improbus ille,
Improbus ille puer, crudelis tu quoq; mater.

Ergo & neceſſaria Poetæ etiam, & ſignificantia debent. Sæpe tamen ſuauitatem etiam in non neceſſariis captant: vt,

3. Suauitatis cauſa Poetæ, Oratores rarò.

Non ego deſerto iacuiſſem frigida lecto,
Nec quererer tardos ire relicta dies:
Nec mihi quærenti ſpatioſam fallere noctem,
Laſſaret viduas pendula tela manus.

In ſingulis enim verſibus bina binis appoſita ſunt. Sed hoc Poetis licitum eſt: Oratores autem non mouebuntur, niſi neceſſitate, vel poteſtate nominis: vt, Pub. Quintius cui tenues opes, exiguæ amicorum copiæ, nullæ facultates: Neceſſaria hæc, & ſignificantia: Sic multis iactatus iniurijs, non turpis ad te, ſed miſer confugit, ſic ſceleſtum facinus, &c. Sic totum illud: Dico te maximũ pondus auri, plurimam veſtem Melitenſem, plurimam ſtragulam, multam Deliacam ſuppellectilem, plurima vaſa Corinthia, magnum numerum frumenti, vini, mellis, maximam Syracuſis exportaſſe. Quidquid verò tale eſt, id aut natiuũ eſt: vt triſtis ſenex, doctus orator: aut tranſlatum, ſordidiſſimus Euclio, impurus nebulo: aut immutatum, pallida mors: aut tranſſumptum atræ ſpeluncæ, ſaxifragæ vndæ.

In altera parte, ſi triſtis, addenda ἐπίθεσις. Oratores vtrumq; ponũt ſimul, neceſſitatẽ, & amplificationem. Pulchrũ eſt cùm quãtitas coniungitur cum qualitate.

SCHOLAE.

Cùm ad nomẽ ſubſtantiuũ apponitur adiectiuum, Græci vocant ἐπίθεσιν, & ipſum appoſitum nomen vocatur ἐπίθετον. Ita epitheſis eſt delectus poſitionis: epitheton autem ipſius verbi. Quintilianus verba epitheta vocat appoſita, Cicero addita ad nomen, cùm aliud nomen nomini adiicitur. Et quamuis nos in verbis propriis fecimus mentionem horum, tamẽ quoniam Quintilianus ipſe ponit inter tropos, non putaui eſſe prætereundum. Quanquam verbum adiectiuum non facit per ſe tropum, non ſeipſum colorat, ſed aliud cui apponitur. Ita vt epitheſis in hoc loco non ſit παθητική, ſed ſit ἐνεργητική: id eſt, aliud efficit. Cùm enim voco timorem, intelligo rem vnam: ſi autem voco timorem pallidum, intelligo duas. Et ſic epitheſis ex verbi vna ſignificatione, facit verbi duas ſignificationes: ſic mare voco ſignificans rem vnam, Oceanum rem vnam, patrem ſcilicet omnium fluminum. Cùm autem dico mare ſaxiferum, intel-

ἐπίθεσις eſt ἐνεργητική, non παθητική.

ligores duas. Ita rectè puto epitheſin poſſe numerari inter tropos : propterea quòd ipſam ſimplicem poteſtatem verbi conuertit in duplicem. Si igitur epitheſis numeratur inter figuras, etiam iſodynamia : euaſit, erupit, exceſſit. Nam illa quæ adduntur, augent ſignificationem primi verbi, Moleſtus es mihi, enecas me, vexas me: epitheta ſunt tripartita. Quædam ſunt neceſſaria, quæ præteriri non poſſunt, quædam ſunt ſignificantia, & propterea ſunt vtiliſſima: quędam poſita voluptatis & ſuauitatis cauſa. Omnibus iſtis Poetæ vtuntur, vt Ouid. cùm dicit,

Hanc tua Penelope lento tibi mittit Vlyſſes.

ibi lento eſt neceſſarium: id eſt, tardò, diu abſenti. Amplificationis cauſa, cùm ex re parua facio magnã : vt, Monſtrum horrendum, ingens, &c. Sic etiam fiunt ſuauitatis cauſa epitheta, quæ orationem ſuauem & iucundam faciunt. Et hæc ſunt tria genera epithetorum. Sed hoc poſteriore genere rariſſimè vtuntur Oratores. Primis duobus vtuntur, quæ vel amplificant, vel ſunt neceſſaria : vt pro P. Quintio: Cui tenuæ opes, exiguæ copiæ, nullæ facultates: non ludit ibi verbis, ſed ponit rem neceſſariam. Sed epitheta nõ ſolùm ſunt propriorum, ſed etiam τετραμμένων conuerſorum.

De idem ſignificantibus verbis.

CAPVT VII.

Verba eodem pertinentia Hermogenes *ἰσοδυναμοῦσαι λέξεις vocat, quaſi idem ſignificantia, eiuſdemq́; poteſtatis: non quòd eiuſdem ſint, aut quòd nullum in illis ſit interuallum, ſed quòd ad eandem pertineant ſententiam. Horum quadripartita eſt in tractando varietas: Aut enim ſimplex eſt & ſolitarius ordo, euaſit, erupit, exceſſit. Monui, conſilium dedi, hortatus ſum. Sic, Placuit mihi indoles, amaui, dilexi. Aut eſt ordo duplicatus, vt in quinta accuſatione: Suſtinere iam populus Romanus, omnium nationum, non vim, non arma, non bellum, ſed*

a … Cabil: 2

1. Modus tractandi. Simplex ordo.

2. Ordo duplicatus, & tum par eſt numerus.

ſed luctũ, lachrymas, querimonias nõ poteſt. Quis enim neget hæc omnia inter ſe differre, vim, arma, bellũ, & luctum, lachrymas, querelas: ſed eódem tamen omnia referuntur. Hoc genus tum optimum eſt, cùm habent ipſa verba quaſi gradatim factum incrementum, vt luctus occultus eſt, lachrymæ apparent, querelæ cauſas malorum explicant. Hæc ἰσοδυναμία propterea inter tropos numerari poteſt, quòd primum verbum, tametſi ſignificans fuit, tamẽ in ſequentibus comparatum, minorem poteſtatem quàm antea habere videtur. Hæ igitur duæ ſunt rationes eiuſmodi verborum. Tertia eſt, cùm eadem verborum circuitione, aut coniunctis pluribus verba idem ſignificantia interuallis ſentẽtiarum diſperſa ſunt, variatis eorum modis, atque perſonis, vt in tertia accuſatione. Nego eſſe quicquam à teſtibus dictum. quod aut veſtrûm cuipiam eſſet obſcurum, aut cuiuſquã oratoris eloquentiam quæreret. Etenim ſi me egiſſe memoria tenetis, vt in teſtibus interrogandis omnia crimina proponerem, & explicarem: Vt cùm rem totam in medio propoſuiſſem, tum denique teſtem interrogarem. Itaq; non modò vos, quibus eſt iudicandum, noſtra crimina tenetis: ſed etiam populus Romanus totam accuſationem, cauſamq́; cognouit. In tribus periodis ſeptem eódem pertinent. vt, Non obſcurum eſſe, oratores eloquentiam non quærere, memoria tenere, omnia crimina propoſuiſſe, & explicaſſe, rem totam in medio propoſuiſſe, crimina tenere, totam accuſationem cauſamq́; cognoſcere. Hæc ratio in ipſis latet periodis, & plurimùm confert ad ſermonem Latinum, varium & copioſum. Quarta ratio eſt, cùm eodem pertinentia verba aliqua proprietate diſtinguuntur: vt, paruæ opes, exiguæ copia, nullæ facultates. Tertio modo contra-

Verbi poteſtas debet increſcere.

Minima aliquãdo plus ſignificant.

3. Habet occultatas diuitias.

4. Fit diſtinctione.

rius eſt, in quo idem verbum repetitur abſq; faſtidio, ſe
addita aliqua figura verborum, quæ lenit faſtidium: e-
iuſmodi eſt Hermogenis κύκλος, *circulus: Reſpondi ma-*
ximis criminibus, nunc etiam reliquis reſpondendum eſt.
Et traductio Herenniana: Qui in vita nihil habet præ-
ſtantius vita, hic vitam cum virtute non poteſt amitte-
re. Illud mixtum ex vtroque modo eſt, tertio & quarto.
Antequam de Republica dicam, ea, quæ dicenda hoc tem-
pore arbitror, exponam vobis breuiter conſilium & pro-
fectionis, & reuerſionis meæ. Ad quartum modum etiam
illa vehementiora pertinent, & amplificantia. Facinus
eſt vincire ciuem Romanum, ſcelus verberare, propè pa-
ricidium necare, quid dicam in crucem tollere? Poteſt e-
nim eodem verbo fieri gradatio. Facinoroſum eſt vinci-
re, facinoroſius verberare, facinoroſiſſimum necare: quid
dicam in crucem tollere? Quanquam cum vno verbo ſit
incrementum, rarò ad tertium gradum peruenitur. Sed
illa ſunt frequentiora: miſerum eſt exturbari fortunis o-
nibus, miſerius iniuria, indignius ab inferiore, atq; hu-
miliore. Illa fortaſſis partitio etiam non prætereunda,
quòd eiuſmodi ἰσοδυναμία, *aut ſingulis ſit verbis, pla-*
cuit, amaui, dilexi: aut verbis coniunctis & ſenten
magna eſt vis humanitatis, multum valet com
ſanguinis, reclamitat iſtiuſmodi ſuſpitionibus ipſa
ra: portentum atq; monſtrum certiſſimum eſt: & in
modi congerie verborum, atq; commoratione rarò
ra, quàm terna, aut quaterna ponuntur.

κύκλος, ſeu circulus verborum.

SCHOLAE:

Hermogenes facit mentionem ἰσοδυναμοῦντος, verbor
æquipollentiæ. Non intelligimus autem hoc loco illam
lecticam ἀντίφρασιν, quæ eſt conuerſio propoſitionum
Omnis homo eſt mortalis, Nullus homo non eſt mor
hæc ſunt ἰσοδυναμοῦντα. Sed hic ἰσοδυναμία ſignificat ve

eadem quaſi poteſtas. Hanc ego numero inter tropos,
propterea quòd quemadmodum ipſa Epitheſis eſt tropus
non παθητικῶς ſed ἐνεργητικῶς, agendo mutat poteſtatem ver
bi poſiti, vt cum dico mors ſignificat vnum, cũ addo pallida,
ibi Epitheton affert aliam poteſtatem. Sic Iſodynamia ac-
ceſſione aliorum verborum primi verbi poteſtas fit minor,
fit cum quadam elegantia. Sunt autem ἰσοδυναμούντων quatu-
or quidam modi tradendi, quam varietatem ego diligenter
apud ſcriptores obſeruaui. Aut enim ſimplex eſt collocatio,
quaſi ligula quædam, vt euaſit, erupit, exceſſit. Tria ſunt po-
ſita ſolitaria, euaſit ſ. ex manibus, erupit ſ. vi, exceſſit, ſ. ex ter
minis. Ordo iſte eſt ſimplex. Aut ordo eſt coniunctus, vt in
illo Ciceronis in quinta Accuſatione, Suſtinere iam popu-
lus Romanus &c. non vim, non arma, non bellum. Eſt Iſo-
dynamia in his tribus, Sed luctum, lachrymas &c. In ordi-
ne iſto duplicato oratores ſemper ſeruant parem nume-
rũ. Vt ſi tria ſunt ꝓpoſita, tria etiã ſequantur, ſi quatuor, qua-
tuor. Et iſta obſeruatio paris numeri facit rem elegantio-
rem & orationem numeroſiorem, vt vidimus in ſuperiori
exemplo. Illud igitur in eo ordine ſeruandum eſt, vt ſem
per ſeruetur numerus par. Primò propterea quòd oratio ſit
elegantior. deinde quia iuuat memoriam Oratoris. In his
duobus gradibus debent poni verba idem ſignificantia, ſed
debet eſſe incrementum rerum. Poteſtas verbi debet in-
creſcere, quemadmodum fecit Cicero, Luctus, lachrymæ,
monia. Luctus poteſt eſſe tacitus, poteſt non ani-
uerti, Lachrymæ autem eſt luctus fletu indicatus: quæ-
niæ ſunt cauſa lachrymarum. hæ non ſolum audiun-
ſed etiam videntur. Ita, placet, amaui, dilexi. Placet e-
m aliquid abſque affectione amandi, vt placent vel di-
calcei, amaui & dilexi, id eſt, præ cæteris eum dele-
Oportet igitur vt ſignificatio creſcat in amplificando. In
do autem oportet inuertere, à maioribus deſcen-
ad inferiora, Nullæ lachrymæ, ne querelæ quidem. Ter
modus eſt pulcher, habet occultatas diuitias, ita vt val-
placeat. Cum ſ. vna ſententia eſt ponenda, & ita poni-
non animaduertatur eſſe poſita, verbis idem ſignifi-
bus, vt fecit Cicero in tertia Actione. Hoc fit non in v-
membro, ſed in tota periodo, aut etiam coniunctis plu-
hoc eſt cum in duabus aut pluribus periodis, verba i-
ſignificantia ponuntur. Cicero in ſuperiori exemplo

in eodem pertinentia poſuit,idq; ſatis occultè. Cuiuſmodi occultatio,vt magis occultetur oportet variare modos, perſonas,tempora,& ita minus apparebit, quæ tamen nihilominus afficiet aures audientium. Quartus modus eſt diſtinctione verborum. Parum enim diſcriminis videtur eſſe in his tribus,opes,copiæ facultates, videtur eſſe *ἰσοδυναμοῦσαι λέξεις*. Cicero tamen vocat modicas opes,exiguas copias nullas facultates. Hæc Iſodynamia oſtendit ingenium oratoris acutum,exercitatum,rerum ac verborum peritum.

De Hyperbole.

CAP. VIII.

Hyperbole in Herennianis, Superlatio dicitur. Eſt autem cum aliquid incredibiliter ponitur. Sic enim eam definit Cicero in partitionibus, & rectè præcipit, qui in duas partes eam diuidit, vt vel ſeparatim ponatur, vel per comparationem. Separatim hoc pacto pro Publio Seſtio, vt tecta vrbis & templa lugerent, omnes gentes atque nationes, omnes orbis partes, atque etiam angulos perturbarunt. Per comparationem duobus modis. Aut enim ſimilitudine & collatione: pari vultu Deo ſimilis, diuinus bonos, corpus æquè atque nix candidum. Aut per comparationem imparem, in altera parte ſuperantem vt, Iracundior Adria, Leuior cortice, ſummo melle dulcior. Sed vt in omni vita, ſic in hoc ornamento cauendum, vt ne quid nimis: atque etiam in amplificationibus maximarum rerum, adhibenda eſt moderatio, quæ cuiuſmodi eſſe debeat, apparet ex illo in Piſonem loco, de reditu Ciceronis. Primo enim locus amplificatio rebus & ſententiis facta. At meus quidem is fuit, vt à Brunduſio vſque Romam agmen perpe-

ὑπερβολῆς duo genera
I. Separatim factæ.

II. Per comparationé parem, imparem.

X

unu-

cum totius Italiæ videret: neque enim regio fuit vlla, neque municipium, neque præfectura, aut colonia, ex qua non publicè ad me venerint gratulatum. Hactenus ex loco facta amplificatio, cætera quæ conſequuntur ὑπερβολὴν habent. Quid dicam aduentus meos? quid effuſiones hominum ex oppidis? quid concurſum ex agris patrumfamiliás cum coniugibus & liberis? Quid eos dies, qui quaſi Deorum immortalium feſti atque ſolennes ſunt aduentu meo redituqúe celebrati? Vnus ille dies mihi quidem immortalitatis inſtar fuit, quo in patriam veni: Cum Senatum egreſſum vidi, populumq́ue Romanum vniuerſum, cum mihi ipſa Roma propè conuulſa ſedibus ſuis ad complectendum conſeruatorem ſuum, procedere viſa eſt. Quem ita accepit, vt non modo omnium generum, ætatum, ordinum, omnes viri ac mulieres, omnes fortunæ ac loci, ſed etiam mœnia ipſa viderentur, & tecta vrbis ac templa lætari. In his quædam ſuperlata ſunt abſque moderatione, vt agmen perpetuum, effuſiones hominum, populus Romanus vniuerſus, ipſa Roma. Quædam autem ſunt lenita, vt dies quaſi Deorum immortalium, feſti dies, immortalitatis inſtar, Roma propè conuulſa ſedibus, vt ipſa mœnia viderentur lætari. Apparet etiam ex his, hyperbolas non ſolum natiuis fieri verbis, verumetiam tranſlatis & immutatis.

SCHOLAR.

Author ad Herennium ſequutus Græcorum compoſitionem hyperbolen vocat ſuperlationem, à ſuper & tollendo, quemadmodum Græci eam deducunt ab ὑπὲρ & βάλλειν. Cicero autem in Partitionibus hyperbolen vocat, Verba incredibiliter tollere. Hyperbole qui immodicè vtuntur, illi euadunt aut pueriles, aut inflati. Eſt quidem iſtud ornamentum vnum ex inſignibus, ſed valdè periculoſum ad vtendum. Nam qui illo non moderatè vtuntur, incurrunt aut in vitium puerile aut anile. Pueri enim & mulieres ſolent res tollere plerunq; ſupra veritatem. Aut arguunt ſubtilitatem ſuam, cum ſ. exagitant aliquid quod non eſt exagitandum, & eo loco vbi non opus eſt. Ideo diligenter videndum eſt quomodo eo vtẽdum ſit. Debemus autem eo vti in rebus quæ poſſunt amplificari, in rebus ſ. magnis, arduis, glorioſis, magnificis, raris, inauditis. Vbicunq; amplificationi locus datur, ibi & ὑπερβολή. Sed in ipſa amplificatione videndum eſt quomodo vtamur. Hyperbolæ quidem ſunt ſeparatæ ab alijs rebus abſq; comparatione, vt cum dico, Animam debet, omnes orbis partes, & nullibi eſt facta ſimilitudo. Aut fit per comparationem, idq; vel parem vel imparem. Parem, cum dico, vultu Deo ſimilis. Non humanus iſte homo, ſed diuinus, id eſt, qualis Deo tribuitur. Corpus hominis æquè ac ni candidum, ibi eſt comparatio. Aut eſt impar cũ res præſen rei magnæ præfertur, cum dico, melle dulcior. Homero Poëta melior, Demoſthene eloquentior. In omnibus tribus iſtis, ſiue ſeorſim ponamus, ſiue comparatione vtamur, videndum eſt ne quid fiat nimis. Primò igitur quantum ad vſum attinet, debemus conſiderare rem ipſam. Si eſt magna poſſumus vti Hyperbolis, vt Cicero in oratione quam habuit contrà Piſonem, vbi diſſerit de ſuo reditu glorioſo. Nam in illo loco oſtendit, quomodo poſſumus vti crebris ſuperlationibus, ita tamen vt illa crebritas careat reprehenſione, vt ſi nos vindicemus ex mendacio, & retineamus veritatem. Dicit igitur: At meus quidem reditus is fuit &c. Ibi Cicero vſus eſt ὑπερβολῇ, abſq; aliqua moderatione, non tamen in vitium incurrit. Et ex iſto loco diſcere poſſumus vti crebritate ὑπερβολῆς, abſq; aliqua audientium animi commotio

Immodicè vtentes Hyperbole fiunt vel pueri, vel anus vel inflati, vel ſtulti.

De Ironia.

CAP. IX.

HErmogenes de ironia dubitat, vtrum inter fig ſententiarum numerari debeat, an verborũ. Quintilia-

tilianus Ironiæ inter modificationes meminit. Idem facit Herennij præceptor, propterea quòd cum in tres partes Allegoria, quam immutationem vocat, diſtributa ſit, in ſimilitudinem, Argumentum, contrarium: pars poſtrema Ironiæ, quam Illuſionem vocat Quintilianus, vt ſi quis impium in parentes Aeneam appellat, aut adulterum, Hippolitum. Sed hoc pacto Allegoria pars eſt propter obſcuritatem, quæ eſt in contraria ſententia, ſed obſcuritas ea eſt erudita. Eſt autem duplex genus Ironiæ. Vnum planè verborum, vt, ibi tum vir optimus Sextus Næuius hominem multis verbis deterret, ne auctionetur: hominem peſſimum optimum vocauit. Vtimur hac modificatione etiam in ἀντισαγωγῇ, figura quæ fit confeſſione per illuſionem, & reſponſionem contrariam, in qua verba rebus ſint conſentanea, vt in eadem oratione pro P. Quintio, in principio narrationis. Vna in re paulo minus conſideratus, qui ſocietatem cum Sexto Næuio fecerit, viro bono, verum non ita inſtituto, vt iura ſocietatis & officia certi patrisfamiliâs noſſe poſſit. Aliquando etiam per occupationem fit προσδιόρθωσις, correctio etiam cum illuſione, vt Ironia ſit geminata, vt in eadem narratione. Tum iſte vir optimus: vereor ne ſe derideri putet, quòd iterum iam dico optimus. hoc vnum igitur genus Ironia eſt verborum ſcilicet. Alterum eſt ſententiarum, vt pro S. Roſcio. Ita credo, literis eorum Chryſogonus & vrbanitate ducitur, vt inter ſuos omnium delitiarum atque artium puerulos, ex tot elegantiſſimis familijs lectos, velit hos verſari homines penè operarios, ex Amerina diſciplina patrisfamilia ruſticani. Illud genus tum fit perſpicuum, cum contraria ſubijcitur ſententia, vt in eodem exemplo. Non eſt i-

Ironia duplex.
I. Tractatũ ſimpliciter, vno verbo tantùm.
II. Tractatũ καθ' ἀντισαγωγὴν quæ conſtat ex confeſſione & contradictione.

III. Ironia ſententiarum.

ta profecto iudices, non eſt veriſimile. Quanquam in hoc genere ſententiarum etiam verborum ineſt modificatio, vt, id credo pro non credo, ducitur pro non ducitur, velit verſari pro nolit verſari, Tale illud in Verrem ironicum quidem, ſed iracundum, Retinete hominem in ciuitate Iudices, parcite & conſeruate, vt ſit qui vobiſcum res iudicet, qui in ſenatu ſine vlla cupiditate, de bello & pace ſententiam dicat. Vtimur hoc genere in dicacitate etiam, & in riſu longiore, in lepore & in ſalibus, in quo vera falſis immiſcentur, vt cum veritate iocus ſit commixtus, vt in Nauium Cicero. Huic tu moleſtus eſſe videlicet non voluiſti, quem nunc reſpirare liberè non ſinis? quem nunc interficere nefariè cupis, cum tum prudentem appellas? ita credo, hominem propinquum, tui obſeruantem, virum bonum, prudentem, maiorem natu nolebas, aut non audebas appellare: ſæpè, vt fit. cum ipſe te confirmaſſes, de pecunia mentionem facere: cum paratus meditatuſq; veniſſes, homo timidus, virginali verecundia, ſubito ipſe te retinebat, extiterat repentè oratio. cum cuperes appellare, non audebas, ne inuitus audiret, id erat profecto, Credamus &c.

SCHOLAE.
Ironiæ III. partes.
I. Similitudo, id eſt, parabola.
II. Argumẽtum, id eſt, Hiſtorica alluſio.
III. Contrarium, id eſt, verbi Ironia.

Ironia ab alijs inter ſententiarum, ab alijs inter ornamenta verborũ ponitur. Quint. etiam meminit Ironiæ in allegoria. itidem author ad Herennium facit, vocat eam permutationem, quoniam ſ. verborum permutatur ſenſus. Et diuidit eam in tres partes, in ſimilitudinem, argumentum, & contrarium. Similitudinem, hoc eſt parabolam. in argumentum, hoc eſt hiſtoricam alluſionem. in contrarium, hoc eſt, quando contraria res ſignificatur. Et per contrarium hoc loco intelligit verbi ſcilicet Ironiam. Ita vt allegoria ſit vel habens parabalum, vel ἱστορικὴ, habens alluſionem hiſtoriæ, vel εἰρωνικὴ, verbo irridens. Similitudin ponit exemplum: Nam cum canes fungantur officio luporum, Canes vocat ibi magiſtratus, lupos verò Tyrannos, Reipub. hoſtes: præſidia pecuaria, ſ. ipſam plebem. Eſt ibi allegoria facta per ſimilitudinem. Eſt enim ſimilitudo ſumpta à paſtoribus & ciuibus. Argumenti exemplum hoc modo: vt ſi quis Gracchum vocet Numitorem abſolutum, propter genus ſcilicet dicendi. Eſt alluſio hiſtorica, alludens ad tempus Numitoris. Contrarium autem eſt, quando ſimilitudo eſt conſideratio contrarij: vt ſi quis eum, qui impius eſt in patrem, occiderit etiam parentes, vocet Aeneam, quem Virgilius vocat ſemper pium. Aut ſi quis adulterum vocet Hyppolytum, qui fuit caſtiſſimus. Propter hanc partem allegoriæ, poteſt ipſa Ironia inter tropos numerari. Ironia ſ. quæ conſtat in verbis. Et illi, qui ipſam numerant inter ſententias, non faciunt malè, qui etiam inter tropos, non faciunt malè. Nam ſæpe Ironia conſtat ex vno verbo, vt cum virum indoctum vocamus doctum, quæ conſiſtit in contrarijs verbis. Igitur nos hic facimus duo genera Ironiæ. Primum verborum quod in ſolis conſiſtit verbis, vt ſunt multa exempla apud Ciceronem pro P. Quintio: ibi verbi eſt contraria ſignificatio. At quoniam vſus Ironiæ eſt varius, ſunt duo præcipua genera. Vnum genus eſt ſimplex, in ſolo poſitum verbo, vt cum dico vir optimus, id eſt, peſſimus. Aliquando tractatur ἀντισαγωγῇ, quæ conſtat ex conceſſione, & deinde ex contradictione, ſententia, ſ. refutans alterum & ſuum confirmans, vt in eadem pro P. Quintio in principio, ibi eſt εἰρωνικὴ; cum concedit ſcilicet id quod eſt in opinione aliquorum. Tertium eſt genus Ironiæ in ipſis verbis, in quo eſt Ironia effœminata, vbi eſt correctio verbi. & eadem etiam Ironia, vt ipſa dicacitas ſit iterata. Tum iſte vir optimus, vocat optimum peſſimum, & dicit ſe vereri quod non veretur. Hoc genus eſt omnino poſitum in ſolis verbis, ſed alterum eſt poſitum in ſententijs, cum ſententiæ ſunt Ironicæ, vt pro S. Roſcio. Dictum vobis aliud genus εἰρωνείας in quo eſt iteratio verbi. Retinete, retinete hominem in ciuitate, ibi non eſt iniſio: nam loquitur ſeriò, id eſt, eijcite ex vrbe. Non ſolùm in verbis poſitum eſt illud genus, verum etiam in ſententijs: quãquam nullum poteſt eſſe ſententiæ genus Ironicum, in quo etiam non ſint verba Ironica. Ironia aliquando eſt mixta, id eſt, compoſita (nam illa fuit perpetua, Retinete) ex falſis & veris, ex contrarijs & ex vero cogitato. Et illa vtuntur ſæpè in dicacitate, in lepore, in iocis: Cum mores bonos tribuimus viro improbo: Cum timorem audaciæ: cum miſcemus iocum cum iracundia, vt Cicero fecit in oratione pro Quintio. Huic tu moleſtus eſſe, &c. Eſt Ironia in verbo videlicet. In ſententia etiam. Eſt Ironia inθυμηματικῶς, cum inuerſione partium. Huic tu.) quem tu reſpirare non ſinis. Illa ſententia mixta eſt ex veris & falſis: falſum eſt, ita credo.

De Onomatopœia.

CAP. X.

Etiam de ὀνοματοποιΐα traditur in modificationibus verborum, quam fictionem nominum appellat Quintilianus. Et quanquam hac figura non ſolum finguntur nomina, verùm etiam conficiuntur, & ſunt, tamen ea Rhetoribus propriè Onomatopœia dicitur: quæ ad ſenſuum imitationem, & præcipuè audiendi, attingit nomina & verba. Id *demonſtrat Demetrius Phalereus hac definitione:* τὰ δὲ πεποιημένα ὀνόματα ὁρίζονται μὲν τὰ κατὰ μίμησιν ἐκφερόμενα πάθους ἢ πράγματος. *Imitationibus enim, rerum ſenſibus & præ cæteris auribus, & rerum ſono inſeruit. Laudata hæc figura fuit atque vſurpata, non ſolum apud veteres Græcos authores & amplificatores eius linguæ, verùm etiam ab hominibus poſteriorum ſeculorum. Romani ſolum initio ſermonis Latini, eiuſmodi nomina & verba fecerunt: pòſt parcius iſtis vſi ſunt, & vix auſi attingere. Duplicia ſunt huius generis verba: aut enim nihil ſignificant, & ſolum in immutatio-*

Definitio Demetrij.

Græci fuerunt vberiores in nominib. faciendis quã Latini.

Facta verba aut muta ſunt, ſonũ tãtum mutantia.

imitatiõe vocis ſunt poſitæ, cuiuſmodi ſunt eæ particulæ, quæ à Latinis Interiectiones vocantur, fortaſsis à Græcis Grammaticis ἐπενθυλικὰ μόρια appellata. Tale etiam illud Ennij:

Et tuba terribili ſonitu taratantara dicit.

Et apud Demoſthenem pro Cteſiphonte in Aeſchinem: βοῶν εὐοῖ σαβοῖ, καὶ ἐπορχούμενος ὕης ἄττης, Euoe, heu hoe. Et apud Ariſtophanem τετραναλῶ, & totum illud carmen in ranis, βρεκεκεκὲξ κοὰξ, κοὰξ. Hoc vnum eſt genus nihil ſignificans, ſonum tantum vocis imitans. Alterum autem notas habet rerum & ſignificationes, vt illa primorum Latinorum & primæ linguæ, continuata per omnia ſecula, murmur, ſibilus, mugitus. Et in verbis illa, ſtridere pipire glocire. & apud Poëtas πολύφλοισβος θάλασσα, aliaq; innumera multa. In his nos libertatem amiſimus, & propè ſerui facti ſumus, neque conceditur Bombardam aut Trummam nominare. Et cùm Romanis licitum fuerit, medius fidius dicere, nobis, me Chriſtus, non licet, niſi approbetur conſuetudine. Et quod ille de libris dixit: victurus genium debet habere liber. Sic etiam hæc verba, Genium neceſſe eſt habeant, vt viuant & approbentur. Ariſtoteles non in his duobus generibus factorum nominum manet: ſed quicquid aut coniunctione aut nouitate aliqua factum aut innouatum eſt, id inter facta nominat, hoc eſt πεποιημένα: hoc enim eius eſt vocabulum artis. Coniunctione autem facta verba ſunt, vt perhonorificus, dolorificus, & quicquid eſt ſimile: vt etiam illa audaciora, expectorare, verſutiloquus; vt in proprijs nominibus, Pyrgo, Polynices, Plautinum. Nouitate verò, vt viduare pro ſpoliare: quod non ſolùm tranſlatione, ſed etiam conformatione nouum

aut Aliquid ſignificant.

I. Compoſitione.

II. Nouitate, conformatione.

Sic Ariſtoteles cóformata vocat πεποιημένα

Conformatio fit I. Similitudine.

eſt verbum, ſcilicet ex nomine factum. Conformationem Quintilianus παραγωγὴν vocat, nominum & verborum: Græci alij Rhetores μετασχηματισμὸν, qui fit varijs modis. Aut enim ſimilitudine aliorum verborum, vt qui ex beato primus fecit beatitatem. Et qui ex perpetuo perpetuitatem, quemadmodum ex vaſto vaſtitas dicitur, & ex raro raritas. Sic Homerus primo Iliados non ἱερέα vocat Phœbi Apollinis ſacerdotem, ſed ἀρητῆρα à verbo ἀρᾶν, quemadmodum πλωτῆρα vocabant & πρακτῆρα. Huius generis ſunt etiam illa, ſed magis nouata, ſylaturire, id eſt, Syllam imitari crudelitate, proſcripturire, id eſt, proſcriptiones bonorum virorum meditari, vt fecit Sylla. Et apud Demoſthenem Sybilla dicebatur φιλιππίζειν, hoc eſt, ſtudioſa eſſe partium Philippi. In μετασχηματισμένοις etiam ἐπέκτασις ponitur, cùm ex breui fit longa, vt apud Virgilium, vpilio pro opilio: aut cùm fit interpoſitione ſyllabæ, quam vocant ἐπένθεσιν, verbum fit productius, vt Induperator pro Imperator, ἐτήτυμον pro ἔτυμον, aut appoſitione ad finem, quæ παραγωγὴ nominatur: vt,

II. ἐπέκτασις.

III. ἐπένθεσις.

IIII. παραγωγή.

At pulchrum eſt digito monſtrari, & dicier hic eſt.

Talia ſunt illa Græcorum ὥσπερ pro ὥς, τουτονὶ pro τοῦτον, οὑτωσὶ pro οὕτως, οἱονὶ pro οἷον. Talia illa Latinorum: Egomet, tumet. Præterea eius generis, & Synæreſis in confirmationibus eſt, vt apud Ciceronem, exiſti, rediſti, non exijſti aut redijſti, imò nec exiuiſti. Et Ἐξαλλαγὴ, id eſt, commutatio, vt caueυre pro cauere, lauaυre pro lauare, toruum pro toruè, aut gradu in comparando, meliuſculè pro melius, dexterior pro dexter.

H

Hæc figura Onomatopœia magis eſt ſuauis obſeruatione quàm vſu, ſed vſu eſt periculoſa. Non enim licet quoduis verbum fingere, nec cuiuſuis etiam eſt verba fingere & facere: requirit enim hæc res magiſtrum, & doctrinam, & ſenſum aurium acutum & certum, vt aliquis fingat, quòd ſit ſuaue, eruditum, & quod placeat. Sed quoniam hæc figura eſt ſuauitate grata, non eſt prætereunda propter explicationes ſcriptorum. Plurimum enim iuuat, videre quod verbum apud antiquos ſit vſitatum, quod factum noſtris temporibus. Quidam per Onomatopœiam intelligunt ſolùm nomina & verba ea, quibus exponitur rei ſonus, illa vocant ὀνοματοπεποιημένα, id eſt facta, quæ habent imitationem ſoni. Nam Demetrius ita definit: τὰ δὲ πεποιημένα &c. verba quæ ad imitationem paſſionis aut rei vſurpantur. Igitur iſta Onomatopœia poſita eſt ſolùm in imitatione iudicio Rhetorum. Quantum attinet ad vſum, Græci erant audaciores in nominibus faciendis, quàm Romani. apud Romanos habetis quidem multa nomina facta, ſed ſunt antiqua, ſunt approbata vetuſtate, vt murmur, ſibilus. Sunt autem duo genera factorum verborum, in quibus apparet imitatio. Aut enim ſunt muta, nihil ſignificantia, ſed ſolùm rei imitationem habentia, vt apud Virgilium: Et tuba terribili, &c. Apud Demoſthenem habetis antiqua. Nam in ipſis ludis Bachanalibus clamabant illi perſonati hiſtriones, celebrantes deas ſuas patrias, εὐοῖ σαβοῖ, βάκχαι, Euoë eſt vox imitantis ſibilum alterius ſaltantis atque canentis, eſt ſaltatio confecta binis paſſibus εὐοῖ σαβοῖ: ſunt duo paſſus τῆς ἄτης. Sic ille ruſticus aqud Ariſtophanem faciebat in ſuo tripudio quatuor ſaltus τετραβαλίνα. Et eſt imitatio ſolùm ſaltantium nihil ſignificans. Alij autem ſunt ſignificantes ſcilicet res ipſas, quemadmodum ſunt murmur, mugitus, ſibilus, ſibilus ſerpentum, mugitus boum, murmur hominum. Nam & homines huiuſmodi voces edunt. Sic rudere aſinorum, &c. omnino ſunt ὀνοματοπεποιημένα, ſed ſunt antiqua, ſunt iam recepta. Græci in hac figura, vt dixi, ſunt audaciores, Latini amiſerunt poteſtatem in hac re, nec eſt vtendum iſtis, niſi modicè. Quidam vocarunt Bombardam, quod vocabulum multis non placet, quidam Trumbam ab ipſo ſono. Sed nemo doctorum vult imitari. Hæc approbantur tum demum, cùm vſurpantur. Itali vocant

Sclopetas à ſono, ſed quemadmodum ille dixit. Eiuſmodi vocabula debent habere genium, id eſt, debent placere doctis. Ariſtoteles dilatauit hanc doctrinam, nec illam voluit contineri in iſta paucitate. Et quicquid nouum eſſet, vel noſtro ſeculo vel ſuperioribus, illud appellauit *πεποιημένα*. Et ſic nomina vocantur facta, vel ex compoſitione, vt ex honore honorificus. Ad hunc modum pertinet illa diuiſio Donati, verba compoſita vel ex duabus integris, vel ex integro & corrupto, &c. Aut inuentione: ſic Horatius vocat viduare pro ſpoliare. Aut conformatione, vt Cicero de Finibus vocat Beatitatem, vt ſicut vaſtitas ex vaſto, è pauco paucitas, è beato beatitas, factum eſt verbum nouum illius tempore. Quomodo? conformatione. Sic fauor verbum nouum à fauendo. Sic Homerus Apollinis ſacerdotem non vocat *ἱερέα*, ſed vt metum Dei incutiat Græcis vocauit eum *ἀρητῆρα* ab imprecando, *ἄρα* ſignificat precari & imprecari. Nam preces ſacerdotum adferunt hominibus commodum & perniciem. In hoc numero reponuntur illa Catoniſare, id eſt imitari Catonem, Rhetoricari, Philippiſare, id eſt, fauere Philippo. Illæ figuræ Grammaticorum. Solœciſmi ſunt etiam huius generis, Epentheſis, Epectaſis, Paragoge, Synereſis. Epectaſis facit etiam verbum nouum, vt Virgilius per Epectaſin ex vocabulo breui facit longum: vpilio pro opilio. Epentheſis, quæ ſyllaba interponitur in medium, facit verbum nouum, dicere induperator pro Imperator. Paragoge idem facit, vt dicier pro dici. Synereſis etiam & Craſis, non dicere exiuiſti, ſed exiſti, ibi imitatur celeritatem prolationis. Et ipſa transformatione verbi oſtendit ſignificationem verbi nouam.

Solœciſmꝰ.
Ἐπέκτασις.
Ἐπένθεσις.
Παραγωγή.
Συναίρεσις.
Κρᾶσις.

De Figuris verbórum, & primò de Ορθώσει & Πλαγιασμῷ.

CAPVT XI.

SEquitur de Verborum figuris, vt dicamus, quæ ab Hermogene σχήματα λέξεως dicuntur. Hoc autem inter figuras ſententiarum & verborum modificationes intereſt, quòd modificatio conſiſtit in verborum poteſtate. Sententiæ autem figura, etiamſi verba immutes, tamen figura manet; id quod in verborum figuris non fit. Verbis enim commutatis aut ſublatis, mutatur etiam & tollitur ipſa figura. Atque vt in ſententijs, eamq; figuram Hermogenem ſecuti ſumus: ſic etiam in hac doctrina eiuſdem authoris ſequemur veſtigia: ita tamen vt ſi quid deuium videamus, quod vtile ſit, id quoque nobis capere liceat. Ac primùm ὀρθότητα accipiamus. Quæ eſt verborum conformatio, caſibus verbisq; facta rectis atque primis, quæ in perſpicuitate & in periodis breuibus, & in membris atque inciſis vtimur: vt C. Hægius eſt Mamertinus, omnibus rebus in illa ciuitate ornatiſsimus: huius domus vel optima Meſſanæ, notiſsima quidem certè & noſtris hominibus apertiſsima. Huius figuræ etiam illud eſt: Tu à M. Cælio, quæ voluiſti vaſa argentea Lilibæi abſtuliſti. Tu Publij Cacurgij promptiſsimi hominis ſupellectilem omnem auferre non dubitaſti. Et illud: Melitenſis Diodorus eſt, qui apud vos antea teſtimonium dixit. Et pro Cluentio: Erat illo tempore infirma valetudine habitus: vtebatur autem medico

ὀρθότης, Rectitudo, caſus & modi recti. Prima hæc eſt figura propter ꝑpetuā virtutem orationis, ſc. perſpicuitaté.

ignobili, ſed ſpectato homine, Cleophante: cuius ſeruum Diogenem Fabricius precio ſolicitare cœpit, ſeruus non incallidus ſermonem non eſt aſpernatus. Et pro Archia Poëta: Erat illis temporibus iucundus Q. Metello Numidico, & eius pio filio: audiebatur à M. Aemilio: viuebat cum Q. Catullo, & patre & filio: à L. Craſſo colebatur. Imperandi etiam modi, rectam verborum conformationem faciunt: vt, Vos iſthæc intrò auferte, abite, Soſia adeſdum, &c. Et Demoſthenes ὁ μὴ πάντως, οὐ γὰρ ἄξιον.

SCHOLAE. Dixi in principio huius doctrinæ, in hac parte Rhetorices, quæ eſt de Elocutione, nos perſequi velle octo illas partes, ex quibus omne genus dicendi conſtituitur. Tradit enim Hermogenes octo partes, quibus genus dicendi Demoſthenis conſtat: de quibus ſuprà. In omni enim figura primo loco ſpectanda eſt ſententia. Sapere enim eſt fons ipſius eloquentiæ, abſque rerum cognitione eſt vana omnis dicendi ratio. Primus labor ſuſcipiendus eſt in ſententijs, hoc eſt, argumentis inueniendis. Genera ſententiarum ferè omnia perſecuti ſumus, ſaltem ea quæ habet Hermogenes. Secundo loco de ſententiarũ figuris, quæ ab Hermogene vocantur Methodi, diximus. Sententia enim inuenta oportet cogitare, quo genere elocutionis illam ſententiam confirmare velis, & quem quaſi habitum illi ſententiæ addere. Eiuſmodi Hermogenes vocat Methodos, alij vocant σχήματα figuras ſententiarum. Ille autem habitus ſententiarum conficitur etiam quodam genere verborum: quemadmodum enim nõ poteſt eſſe veſtis abſq; panno, ſic veſtitus orationis abſq; verbis. Tertia itaq; pars eſt, quibus verbis vti velis. Verba autem aut ſunt natiua aut conuerſa: hæc tria perſecuti ſumus. Sed verborum collocatio efficit quendam ipſius orationis habitum, qui dicitur σχῆμα λέξεως, de quibus verborum figuris dicendum eſt. Sed antequam ad illa perueniamus, oportet ſcire quomodo differunt σχήματα διανοίας, Tropi, & σχῆμα λέξεως. Tropi modi ſpectantur verborum poteſtate, id eſt, ſignificatione: Pamphilus amat Glycerium:

vſitum : eſt modus verbi natiuus, eſt verbum natiuum atq; conſuetudinis, Stomachus imbecillus non amat ſalſa, id eſt, faſtidit: ibi amare eſt τετραμμένον, habet aliam ſignificationem: non enim amplius amoris eſt ſignificatio, ſed faſtidij. Sic tropus conſiſtit ſolùm in poteſtate verbi: cùm dicis, remoue gladios, id eſt, remoue arma, ibi conſpicitur modus in verbi poteſtate: nam gladius non ſolùm gladium ſignificat, ſed etiam omne genus armorum. Figura autem ſententiarum eſt, quæ verbis etiam mutatis manet: ſi tropum mutes in tropum, iam perit. In ſententijs autẽ, ſi verbum mutes, tamen manet ipſa figura. Accipe μερισμὸν diſtributionem, & muta verba illius, tamen dicitur figura ipſa eſſe μερισμὸς, vt ſi dicas: Qui Grammaticam ſcit, Dialecticam nouit, Rhetoricam tenet, ille eſt doctus. Muta hæc & dic: Artem loquendi nouit, diſſerendi artem callet, artis dicendi peritus eſt, &c. mutata ſunt omnia, manet tamen ipſa diſtributio. Hoc non fit in figura verborum. Si enim tollas verbum, iam deſinit eſſe figura verbi.

Multa ſuper Priamo, rogitans ſuper Hectore multa.

Eſt Epanaphora repetitio, tolle verbum vnum & dic: ſuper Hectore non pauca ſiue aliqua; vt verſum mutaſti, iam & ipſum tropum mutaſti. Inuaſit Rempub. inuaſit: tolle verbum, & dic ſimpliciter, inuaſit Rempublicam, iam ſublata eſt ipſa figura. Ita tropus modificatio eſt poſita in ſignificatione. Σχήματα διανοίας non mutantur mutatis verbis ipſis. Figura verborum mutatur verbis mutatis aut ſublatis. Hanc differentiam obſeruantes Rhetores, ſeparauerunt ſchemata λέξεως à διανοίας. Hermogenes σχήματα διανοίας vocat μεθόδους, quòd in tractando poſita eſſent. Nihil enim aliud eſt Methodus, quàm artificioſa tractatio. Et verborum ornamenta vocat σχήματα λέξεως. Inter σχήματα λέξεως ponimus primo loco ὀρθότητα, id eſt, caſus recti, caſus directi. Trapezuntius, qui etiam ſequitur Hermogenem, vocat ὀρθότητα rectitudinem. Poteſtis illud nomen retinere, aut vocare caſus & modos rectos, caſus propter nomina, modi propter verba. Nam ὄρθωσις eſt figura nominum & verborum. Hoc ornamentum delectatur verbis indicatiui modi: modi cuiuſcunq; temporis, item caſibus rectis, id eſt, nominatiuis, eſt ὀνομαστικὸν σχῆμα. Primum autem locũ tribuimus hunc figuræ propter perpetuam virtutem orationis. Perpetua autẽ virtus eſt, vt habet Ariſtot. 3. Rhet. orationis

Ορθότης,
Modi recti.

eſt perſpicuitas, vt ſit aperta atque perſpicua. Nam tametſi ipſæ Allegoriæ videantur eſſe obſcuriores, tamen habent ſignificationem magnam, ſi ſubſequatur ipſa perſpicuitas. Et vbicunque incipit oratio eſſe obſcurior, ſi accedit ὀρθότης fit iam clarior, vt ſit & cauſa efficiens & conſeruans ipſam perſpicuitatem. Et qui primò ſuſcipiunt ſtyli exercitium, debent primùm vti hoc ornamento, & cauere à figura, quæ vocatur Plagiaſmus. caſuum & modorum inflexio. ὀρθότης eſt conformatio, id eſt, χῆμα, caſibus verbiſque facta rectis, vt Caius Hægius. Iſta ὀρθότης eſt perpetua Dialecticorũ figura, conuenit Dialecticis pronuntiatis, vt Socrates diſputat, &c. Hæc figura eſt propria narrationis, eſt figura διηγητικὴ, in narrationibus ea vtũtur Oratores. Nam inter virtutes orationis eſt illa poſita, vt oratio ſit aperta & illuſtris. Aperta eſt quæ intelligitur. Illuſtris dicitur propter ornatum, in qua lumen orationis eſt ſplendidum atque venuſtum. Poëtæ libenter vtuntur in omnibus carminibus huiuſmodi oratione. Tityro tu patulæ, &c. omnia ibi ſunt ὀρθότητα. Modus imperandi eſt æqualis poteſtatis, faciens orationem apertam: vt, Soſia adeſdum, paucis te volo. optatiui autem faciunt orationem circunductam, id eſt, obſcuriorem, vt, ô vtinam tunc cùm Lacedæmona, &c. Non potuit vno verſu abſoluere orationem, abſoluit duobus, ὀρθότης autem vna periodo breui abſoluit. Ergo qui vult breuiter abſoluere, maneat in caſibus rectis. Eſt ergo hæc figura propriè διηγήσεως, id eſt, narrationis, & παραγγελματικὴ ad mandata pertinens. Et quantum attinet ad ipſos Oratores: Demoſthenes aliquando ὀρθότητι vtitur: huic enim figuræ contrarius eſt Plagiaſmus.

ὀρθότης propria narrationis: & Dialecticorum.

Optatiui circumducunt orationem.

DE PLAGIASMO.

Contraria rectitudini

Conformationi directæ, quam ὀρθότητα *nominauimus, contrarium eſt* πλαγιασμὸς, *hoc eſt, caſuum & modorum inflexio, quò in oratione circunducta & coagmentata vtuntur Oratores. Hunc Hermogenes id ponit exemplum ex oratione pro Cteſiphonte habita:* τοῦ γὰρ φωκικοῦ συστάντος πολέμου, οὐ δι

quid

ἐμὲ οὐ γὰρ δὴ ἔγωγε ἐπολιτευόμην πώποτε, πρῶτον μὲν ὑμεῖς οὕτω διέκεισθ' ὥστε φωκέας μὲν βούλεσθαι σωθῆναι καίπερ οὐ δίκαια ποιοῦντας ὁρῶντες. Θηβαίοις δ' ὁτιοῦν ἂν ἐφησθῆναι, οὐκ ἀλόγως οὐδ' ἀδίκως αὐτοῖς ὀργιζόμενοι. οἷς γὰρ ηὐτυχήκεσαν ἐν Λεύκτροις οὐ μετρίως ἐκέχρηντο. *& cætera, quæ in eo ambitu comprehenſa ſunt. Tale eſt illud Ciceronis in principio primi Sermonis de Oratore: Cogitanti mihi ſæpenumero, & memoria vetera repetenti, perbeati fuiſſe Q. frater, illi videri ſolent, qui in optima Republica, cùm & honoribus, & rerum geſtarum gloria florerent, eum vitæ curſum tenere potuerunt, vt vel in negotio ſine periculo, vel in otio cum dignitate eſſe poßint. Et in ipſo veſtibulo tertij Sermonis ad Quintum fratrem præfatus, eadem figura vſus eſt: Inſtituenti mihi, Quint. frater eum ſermonem referre & mandare huic tertio libro, quem poſt Antonij diſputationem Craſſus habuiſſet acerbam, ſanè recordatio veterem animi moleſtiam renouauit. Ergò duæ hæ figura, & ipſa forma inter ſe pugnant, & dicendi generibus inter ſe contrariæ ſunt. Altera enim ſermonem facit rectum, altera orationem inflexam, & circunductam: altera in humilitate vſurpatur, altera in grauitate & dignitate.*

SCHOLAE.

Heri oſtendimus diſcrimen inter figuras ſententiarum, figuras verborum, & tropos. Inter figuras ſententiarum, dedimus primum locum ὀρθότητα. ὄρθωσις autem eſt verborum σχηματισμός, verborum confirmatio, confecta caſibus rectis, & modis primis: vt, Nos tabellarios veſtros expectamus: vtimur hoc primo ornamento in narratione aperta & dilucida. At ſi quis natura habet ſtylum obſcurum, vt ſunt quidam obſcuri & implicati: quemadmodum etiam, aliquot gentes laborant hoc vitio, tum plagiaſmus locum ſolet inuenire. Et in Principum Cancellariis multis verſibus circunducunt ipſam narrationem. Si quis igitur hoc gene-

Cãcellariæ mos in producẽdis periodis.

re mali laborat, dat ei hanc figuram: hoc eſt, vtatur his modis & caſibus, quemadmodum iſtud ornamentum præcipit. Sed ipſi vtuntur infinitiuis multis, continuant ablatiuos, item Gręcos illos genitiuos, qui orationem ſæpenumero circunducunt. Et ſupra hanc figurã addidi aliam plagiaſmoſis. Figura facta modis non primis, ſed ſecundis, vt ſunt Optatiui, Subiunctiui, Infinitiui, qui non poſſunt abſolute vnam ſententiam verbis paucis, ſed ſecum adferũt duas, aut plures. Cuiuſmodi narratio eſt Demoſthenis de Corona. Vtitur autem hac figura Demoſthenes libenter. Nam hæc figura non eſt vitanda, ſed eſt qua debemus vti decorè, quæ requirit genus dicendi aptum. Vtimur enim illa in oratione circunducta, coagmentata, ſpecioſa. Sic Cicero ſcripturus illos Sermones de Oratore in præfando vtitur eiuſmodi plagiaſmo: Cogitanti mihi, &c. Eſt πτῶσις: id eſt, datiuus caſus, qui ſecum attraxit multas ſententias, nec eſt abſoluta ſententia, qua peruenit ad eum locũ. Perbeati illi.) Sic in aliis locis vtitur. Iſtæ figuræ duæ ſunt contrariæ, ſed pugnant non vt vitium & virtus. Sed vt vir bonus, pauper, & vir bonus diues, vir bonus pauper virtute præditus, vir bonus diues etiam virtute præditus. Sic ὀρθότητι vtimur in ſubtilitate, & humili dicendi genere, in Epiſtolis, in Dialogis. Dic mihi Damæta, cuium pecus, an Melibœi? Dixi imperatiuos etiam facere orthotita, non ſunt quidem veræ Orthotites: ſed eandem poteſtatem habet imperatiuus, quam indicatiuus. Sunt igitur inter ſe contrariæ, non virtute, ſed generibus, qualitatibus dicendi. In perſpicuitate ὀρθότης: in grauitate, coagmentatione vtimur πλαγιασμῷ illuſtri, aperto, in quo etiam ſunt σχήματα puritatis & orationis diſtinctæ.

In perſpicuitate ὀρθότης.

In grauitate & coagmentatione πλαγιασμός.

De Enumeratione finita & infinita.

CAPVT XII.

EST apud Hermogenem figura, quæ τὸ κατ' ἀρ ὡρισμένον nominatur, quam nos docendi cauſa, enumerationem finitam numero, vocemus. Ea eſt, cum pro-

poſi

poſita diuiſione, partes eius abſoluimus breuiter. Figura dicendi genere perſpicuo idonea: vt, Quæ res in ciuitate duæ plurimum poſſunt, hæ contra nós ambæ faciunt in hoc tempore, ſumma gratia, & eloquentia: quarum alteram C. Aquili vereor, alteram metuo. Et pro Aulo Cluentio: Animaduerti, Iudices, omnem accuſatoris orationem in duas eſſe diuiſam partes: quarum altera mihi niti, & maximopere confidere videbatur: inuidia iam inueterata Iudicij Iuniani: altera tantummodo conſuetudinis cauſa timidè & diffidenter attingere rationem veneficij criminum, qua de re lege eſt hæc quæſtio conſtituta. Et pro Roſcio Amerino: Ergo idcirco turpis eſt hæc culpa, quòd duas res ſanctiſſimas violat, amicitiam & fidem. nam neque mandat ferè quiſquam niſi amico, neque credit, niſi ei, quem fidelem putat: perditiſſimi eſt igitur hominis, ſimul & amicitiam diſſoluere, & fallere eum, qui læſus non eſſet, niſi credidiſſet. Neque intra duas partes conſiſtit eiuſmodi figura: ſed quatuor etiam complectitur, vt pro lege Manilia: Ego enim ſic exiſtimo, in ſummo Imperatore quatuor has res ineſſe oportere, ſcientiam rei militaris, virtutem, authoritatem, fœlicitatem. Sunt igitur ornamenti duæ partes perpetuæ. Numerus ſcilicet & ipſa enumeratio. Sed fit ornatus, quum accedit ἔκθεσις: id eſt, explicatio rationum, quas ipſæ partes requirunt, vt in Quintiano, & in Roſciano exemplo apparet.

Huius figuræ duæ partes prrpetuæ.

SCHOLAE.

Tertia figura eſt ἄθροισις, id eſt, enumeratio. Hanc Hermogenes vocat τὸ σχῆμα ὡρισμένων κατ’ ἄθροισιν, figura finita enumeratione breuius nos vocamus: Enumeratio finita ea eſt, in qua numerus exprimitur: vt, Quæ res in ciuitate duæ.) non dicit tres, aut quatuor, ſed duæ. Hermo-

ἀριθμὸς.
ἀρίθμησις.

genes vocat eam figuram λίξεως, propter numerorum particulas, propter illam particulam Duæ.) Nam illud verbum facit, vt aures duo expectent, & nihil præterea. Iam eſt auditor factus docilis & certus, officium eius eſt docilitas, quia inſeruit docilitati, deinde quia parit æſtimationem prudentiæ Oratoris: oſtendit enim oratoris eruditionem, & cogitationẽ: vt, Quæ res in ciuitate? &c. Item oſtendit ingenii acutum: vt, Animaduerti Iudices.) Numerus autem intrat binarium, aut ternarium, raró quaternarium: id eſt, raró intra quatuor membra continetur. Hæc figura habet duas partes perpetuas, ἀρηθμὸν numerum, & ἀρίθμησιν ipſam enumerationem. Numerum: vt, Quæ res in ciuitate, duæ. Numerationem: vt, Hæ contra nos ſunt ambæ, ſumma gratia & eloquentia. Sed aliquando non eſt contenta his duabus partibus, quoniam eſt ornatio ἐκθέσει: id eſt, expoſitione addita. Illa echtheſis fit διαιρέσεσι: id eſt, diſtributione quoniam ipſa enumeratio habet diuerſas ſpecies, quæ requirunt diſtinctionem, vt videamus quomodo inter ſe differant: ſolet propterea addi ipſa ἔκθεσις, vt in illo Quintiano. Quæ res.) ἀριθμὸς, duæ. Summa gratia.) arithmeſis: quarum alterum vereor: ectheſis: ſed vt ipſa ſit diſtinctio, oratio addit διαίρεσιν. Gratia Sexti Næuij ne obſit, &c. ibi ad ſecundam partem acceſſit ectheſeos. Pro Roſcio Amerino totam argumentationem rhetoricam abſoluit iſtis tribus partibus: vt, ergo, idcircò, &c.

De Enumeratione infinita.

HVIC *ornamento cognata eſt ἀπαρίθμησις enumeratio abſq; partitione, aut numero, vt pro Cluentio. Primum, Iudices, Senatores, Equitesq; Romani, in compluribus iam reis, quos contra leges pecunias accepiſſe conſcriptum eſt, ſua potius religioni, quàm Cenſorum opinioni paruerunt: deinde Prætores vrbani, qui iurati debent optimum quemq; in ſelectos iudices referre. Nunquam ad rem cenſoriam ignominiam impedimento eſſe duxerunt. Et Demoſthenis principium contra Aeſchinem:*

nem: πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, θεοῖς εὔχομαι πᾶσι, καὶ πάσαις ὅσην εὔνοιαν ἔχων ἐγὼ διατελῶ, τῇ τε πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν, &c. hac figura comprehenſum eſt. Aliquando autem ex vno verbo apparet ipſa ἀπαρίθμησις, vt in prima Philippica: Antequam dè Republica, Patres Conſcripti dicam, ea quæ dicenda hoc tempore arbitror, exponam vobis breuiter conſilium & profectionis, & reuerſionis meæ. Aliquando vtrunq; genus in eodem loco coniungitur, vt pro Publ. Quintio: Profectò ſi rectè veſtram prudentiam cognoui, non multum me fallit: ſi conſulamini, quid ſitis reſponſuri: primum expectare: deinde, ſi latitare, ac diutius ludificare videatur, amicos conuenire: quærere quis procurator ſit: domum denunciare, dici vix poteſt, quàm multa ſint, quæ reſpondeatis, antè fieri oportere: quàm ad hanc rationem extremam neceſſariam deuenire.

Fit aliquando particulis ἰσοδυναμοῦσιν.

ἄθροισις, eſt numeri. ἀπαρίθμησις eſt numerationis

SCHOLAE.

Iſtud quartum ornamentum vocatur ἀπαρίθμησις: id eſt, enumeratio, numero non finito, non indicato, ſed re finita digeſta, rei finitæ digeſtio. In hac enim figura non ponitur illud vebum vnum, duo, tria, &c. non eſt diæreſis, ſed ſunt verba ſignificantia ordinem, dico Primùm, dico deinde, Tertiò etiam dico. Eſt etiam hæc figura perſpicuitatis: nam animus auditoris videt, quod poſt primum ſequitur alterum, nec me poteſt fallere ipſe Orator, nec meæ aures acquieſcent, donec dicto primùm, adiiciat etiam alterũ, aut quidpiam ſimile. Sic Cicero pro Cluentio: Primum, Iudices.) quoniam dixit primum, neceſſe eſt vt ſequatur alterum: proinde etiam dicit, Deinde. Simili modo Demoſthenes, poſitis talibus particulis, fecit principiũ ſuæ orationis contra Aeſchinem. Hæc igitur figura ſit per illas particulas, Primum, Secundum, Deinde, Poſtremò, & propterea eſt verborum figura. Differt autem iſtud ornamentum à ſuperiore. Nam ſuperius habet ὁρισμὸν, & ἀρίθμησιν: iſtud autem ſolùm habet enumerationem, abſque numero finito. Et fit per ipſas particulas, Primùm, Deinde, Poſtremò. Hoc igitur primum eſt diſcrimen. In ſuperiori figura eſt expectatio auditoris certa & finita: vt, Quæ res, duæ. Itaque ego iam ſcio in duabus tantùm mihi eſſe perſiſtendum. Iſta autem figura mouet expectationem, cogit ipſum auditorem auſcultare diligentius. Prior facit auditorem certiorem, hæc incertum & magis ſolicitum, vt ſi videas quot rationibus probare velit Orator, quod inſtituit. Sed fit etiam aliquando aliis verbis, aliis particulis, non idem ſignificantibus, ſed Iſodinamuntis, idem ſignificantibus, quòd particulæ ordinis, vt Cicero. Antequam de Republica dicam ea.) Sententia huius loci eſt: Primùm ego dicam de profectione mea, deinde de Republica. Cicero non vtitur iſtis particulis, ſed accipit alias æquiualentes: Antequam, &c. In vna periodo vtitur diæreſi: Primùm dicam de profectione, deinde de Republica, poſtremò de reditu. Et hæc cauſa eſt, quæ fefellit Interpretes, quòd non inuenerunt partitionem in prima Philippica: Nam tota cauſa eſt diuiſa in iſtas tres partes. Sic hæc figura fit illis particulis, Primùm, Deinde, &c. quam alijs. Cicero pro P. Quintio ponit vtrunque.

De Diſiunctione.

CAPVT XIII.

Definitio μερισμοῦ.

Diſiunctiuæ μὲν, δ.

Vocemus diſiunctionem id ornamentum, quod Rhetores Græci μερισμὸν vocant. Eſt enim duarum pluriúmve ſententiarum in vna aut pluribus verborum circunductionibus particulis facta ſeparatio: ita vt μερισμὸς hoc in loco non diæreſis dicatur, ſed χωρισμὸς: id eſt, ſeparatio, διὰ μορίων, per particulas. Illæ particulæ apud Græcos ſunt μὲν & δὲ, apud Latinos, Quidem & Vero, aut At, aut Tamen, & ſi quæ ſunt ſimiles. Harum particularum rationem, quia veluti vincula ſermonis ſunt, Græci & Ariſtoteles Heleniſmum vocant, libro 3. Rhetoricorum in duabus ſententijs, & in vno ambitu illa eſt diſtinctio in tertia Olynthiaca: τὰ μὲν δὴ τότε

τη,

ἐπειδὰν ἄλλος ἔχοι: νῦν δὲ ἑτέρου πολέμου καιρὸς ἥκει, Et illud Ciceronis in Catilinam: Eſſent illi quidem deſperandi, ſed tamen eſſent ſerendi. Tamen etiam illud: Minus illa ſeuerè quidem quàm decuit, non tamen omnino diſſolutè, vt etiam illud: Optimis quidem illis viris, ſed in Republica rudibus non probatur. In pluribus verò membris, vt de χεῤῥονήσῳ Demoſthenes: Ἔδει μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τοὺς λέγοντας ἅπαντας ἐν ὑμῖν μήτε πρὸς ἔχθραν ποιεῖσθαι λόγον μηδένα, μήτε πρὸς χάριν. ἀλλ' ὃ βέλτιστον ἕκαστος ἡγεῖτο. τοῦτ' ἀποφαίνεσθαι. ἄλλως τε, καὶ περὶ κοινῶν πραγμάτων, καὶ μεγάλων ὑμῶν βουλευομένων. ἐπειδὴ δ' ἔνιοι τὰ μὲν φιλονεικίᾳ, τὰ δ' ἥτινι δή ποτ' αἰτίᾳ προάγονται λέγειν, ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς πολλούς, δεῖ πάντα τἄλλ' ἀφέντας. ἃ τῇ πόλει νομίζετε συμφέρειν, ταῦτα καὶ ψηφίζεσθαι καὶ πράττειν. Sed his vinculis duobus Græci ferè vbiq; vtuntur, Latini non item: aut enim omninò ſæpe omittunt: vt, Ego omni officio, vel potius pietate cæteris ſatisfacio omnibus, mihi ipſe nõ ſatisfacio. Græci verò hoc pacto, πᾶσι μὲν τοῖς ἄλλοις, ἐγὼ ἐμοὶ δὲ μή. Aliquãdo etiam poſteriore loco apud Latinos quidẽ ponitur, pro Quintio: Qui vt ſumma haberẽ cætera, temporis quidem vix certè ſatis habui. Aliquando priore loco abſq; inſequenti particula: Non equidẽ inuideo, miror magis. Sed Latinis illa familiariora, q̃ Græcis vincula. Quanquam abundas præceptis inſtitutisq́; Philoſophorũ, tamẽ noſtra legens orationem efficies Latinam meliorem. Etſi vereor ne turpe ſit, tamen hic locus territat oculos meos. &, Tametſi contrà vim collocata ſint, tamen Oratori nihil adferunt. Et quàm illa ὑπόθεσιν habeant, de quo ornamento poſt dicetur, tamen etiam huius loci ſunt. Si de tua fide dubitarem, pluribus verbis peterem: ſed planè nõ dubito:

ſi minus referenda gratia ſatisfacere potuero, ad prædicanda, & habenda certè ſatis eſſe facturum. Sed redeundum nobis ad linguam Græcam eſt. Et Hermogenis doctrina de hac diſtinctione explicanda, qui oſtendit, aut breuiter cōſici hanc rationem, qua in celeritate vtimur vt, ἑσπέρα μὲν ἦν, ἧκε δ' ἄγγελον τοὺς πρυτάνεις: *id eſt, Etſi nox appropinquabat. tamen nuntius in Senatum venit. Item* κατηγορῶμεν ἐμοῦ. *Tametſi hunc in iudicium vocauit, me tamen accuſat.*

5.Genus fit breuiter.

SCHOLAE.

In σχήματι λέξεως primum locum dedimus ὀρθότητι, ſecundum πλαγιασμῷ, tertium ἀθροίσει ὡρισμένῃ congeries finitæ, quartum ἀπαριθμήσει enumerationi. Quomodo autem iſta inter ſe differant, etiam indicauimus. Iſta quatuor, quòd ſint σχήματι λέξεως, facilè apparet. ὀρθότης enim eſt conformatio caſuum in nominibus modorum, in verbis. πλαγιασμὸς autem eſt eorum modorũ declinatio, & quaſi obliquitas contraria huic figuræ, ſed vtraq; virtus eſt. ἄθροισις autem eſt partitio finita verbis, vt cùm dico: Quæ res in ciuitate duæ.) Aut, Exiſtimo in Imperatore quatuor eſſe neceſſaria, facta eſt congeries. Quomodo? verbo ſcilicet diæretico vno, Duæ.) His quatuor adiunximus quinto loco μερισμὸν, quam hoc loco voco Diſiunctionem. Nolui hoc loco μερισμὸν vertere partitionem, aut diuiſionem, ſed verbi diſiunctionem. Eſt enim μερισμὸς relatiuum, & habet fundamentum ἐννοίας ſententias, & eſt μερισμὸς ſententiarum, μερισμὸς, diſtinctio, diductio, ſeparatio: ita fundamentum eſt ſententiæ, terminus autem diſiunctio & ſeparatio. Nos vtimur hoc μερισμῷ plerunque apud Græcos per illas particulas duas, μὲν, & δὲ. Quibus Græci ita aſſueti erant, vt vix abſque his poterant ſententiam abſoluere, frequentius tamen Oratores, quàm Poetæ. Dicimus igitur eſſe μερισμὸν duarum pluriúmue ſentẽtiarum, (oportet hoc ponere propter duo genera μερισμῶν. breue ſcilicet, & productum) in vna vel duabus periodis. Demoſthenes plerunque duas periodos continuat per illas particulas μὲν & δὲ, Dicit enim Cicero apparere in ſcriptis Demoſthenis, quod vno ſpiritu continuo duas verborum conuerſiones abſolueret, Quomodo autem potuit hoc animaduertere ex ſcriptis? per illas particulas

Diſiunctio fit vel vna, vel duabus periodis.

culas μὲν & δὲ, vt eſt de Corona, πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι. Poſſet aliquis dicere, iſtud præceptū eſſe leue: Paruum non eſt. pertinet enim maximè ad ipſam compoſitionem. Ars enim ex illis apparet oratoris. Eiuſmodi particulis docent, quomodo pronuntiatio ſit inſtituenda in recitandis Oratorum ſcriptis. Sed quoniā dixi μερισμὸν eſſe diſiunctionem ſententiarum: ſententiæ iſtæ ſunt plerunque contrariæ, aut inter ſe differentes. Et cùm ita ſunt differentes, oportet nos ſæpe recurrere ad hāc figuram. In omni μερισμῷ ſunt duo, θεσις propoſitio, vt μὲν, redditio vt δὲ. Sed quartum attinet ad differentiam, quæ eſt inter Græcos & Latinos: Græci ſunt frequentiores quàm Latini Oratores, præſertim & hiſtorici nulla eſt ſacietas, nullū faſtidium ferè in omnibus periodis. Latent hæ particulæ μὲν & δὲ, Latini aūt illis vtunt̄: ſed non ita crebrò, vt apparet in illo. Minus quidem illa ſeuerè.) Et tametſi rarius vtuntur Latini, quàm Græci, tamen hanc raritatem compenſant copia, & varietate: vtuntur loco harū particularum aliis, videlicet, Primum, Quanquam: vt, Quanquam te Marce fili, &c. Quo ſchemate verborum facta eſt illa periodus? μερισμῷ. Quòd hoc ſit verū, poſſumus illud monſtrare interpretando: vt, Annum te quidem audientem Cratippum, oportuit præceptis Philoſophiæ abundare: Sed tamen.) Ita, Etſi vereor Iudices.) fac aliter. Turpe quidem eſt, Iudices. Igitur ipſi Latini in hac parte ſunt copioſiores, compenſantes raritatem copia. Compenſant etiam tractatione aliquando, cùm omninò omittunt illas: vt, Ego omni officio, &c. fac μερισμὸν. Ego quidem omni officio, &c. mihi autem ipſe non ſatisfacio, vitauit illud faſtidium Græcorum Cicero omiſſione. Non enim illis opus erat in illa priori periodo, quoniam dicit, cæteris ſatisfacio. Et cū hæc dicit: Ego ſatisfacio, quia ſequuntur alij. Aliquando etiam collocatione variant, & quidem ex ἀσυμπλεκτῷ faciunt ἀποδοτικὸν redditiuum, vt apud Cic. Qui vt ſumma haberem cætera, temporis quidem: id eſt, temporis tamen. Sic apud Græcos eſt μὲν & δὲ. Apud Latinos Quanquam, Tamen, Tametſi, Etſi tamen, Licet tamen.

Aut fit pluribus ſententijs, quemadmodum in primo exemplo fuit animaduertere. Aut fit κατὰ συζυγίαν, connexione membrorum: vt, ἐν τῷ πρὸς λεπτίνην λόγῳ μὲν

2. Fit pluribus verbis.
3. κατ' συζυγίαν.

γὰρ τὰς ἐπὶ τῶν χορηγιῶν δαπάνας: μικρὸν ἡμέρας μέρος ἡ χάρις τοῖς θεωμένοις γίνεται: περὶ δὲ τὰς τῶν εἰς τὸν πόλεμον παρασκευῶν ἀφθονίας, πάντα τὸν χρόνον ἡ σωτηρία τῇ πόλει. Bina enim membra in vno ambitu coniuncta, quaſi Lyricorum στροφὴν, & ἀντιστροφὴν, vt vult Hermog. efficiunt. Tales etiam ſunt periodi bimembres Ciceronis in oratione pro Rabirio habita: Si fuiſſet in rege fides, nihil ſapientius Poſthumo: quia feſellit Rex, nihil imprudentius. Nam tametſi particulæ hîc deſint, vi tamen & re ipſa intelliguntur.

4. κατ' ἐπεμβολήν.

Fit etiam diſiunctio κατ' ἐπεμβολὴν, cùm antequam reditus fiat ad primum membrum, in quo eſt particula altera, diſiunctio tota interponitur, qualis eſt prima periodus apud Demoſthenem, & illi annexa altera in prima Philippica. Et pro Aulo Cluentio in exordio eius cauſæ: Sed cùm conſidero, quomodo mihi in vtraq; re ſit elaborandum. altera pars eſt ea, quæ eſt propria huius iudicij: & legitima veneficij quæſtionis, per mihi breuis, & non magna in dicendo contentionis fore videtur. Altera autem, quæ procul à iudicijs remota eſſe videtur, quæ concionibus ſeditioſè concitatis accommodatior eſt, q̃ tranquillis moderatiſq; iudicijs. Hactenus ἐπεμβολὴ, facta inter primum & poſtremum membrum, diſiunctione bipartita. Sequitur reditus ad primum membrum. Perſpicio quantum in agendo difficultatis, & quantum laboris ſit habitura.

5. κατ' ἐξάρτησιν diſiunctio continuata.

Eſt & alia forma huius figuræ κατ' ἐξάρτησιν, per continuationem, cùm antequam ſententia abſoluitur, duæ diſiunctiones continuantur perfectæ, abſque interpoſitione, quam ἐπεμβολὴν vocauimus. Cuius Hermogenes ponit id exemplum Demoſthenis: τοῦτο τοίνυν τὸ ψήφισμα τῷ μὲν ἡγουμένῳ τῆς χερσοβλέπτου ἀσφάλειαν δίδωσι; τοῖς δὲ τῶν ἑτέρων βασιλέων στρατηγοῖς ξιν καὶ λόγος, μή τινα αἰτίαν ἔχωσι παριστᾶν εἶτα περὶ ἀπολῦσαι τὴν διάνοιαν ἐπισυνῆψεν ἐξαρτήσας τοῦ προτέρου ἄλλον μερισμόν. *Hactenus vnus* μερισμὸς *abſolutus, factum illis particulis* τοῖς μὲν, τοῖς δὲ. *Sequitur alter, ipſaque* ἐξάρτησις, τοὺς μὲν ἀσθενεῖς, τὸν δ' ἕνα ὄντα ἀγχηρὸν καθῖσαι. *Sed* ἐξάρτησις *non fit ſolùm* μερισμῷ *iſtarum duarum particularum, ſed etiam* καθ' ὑπόστασιν *in alijs particulis, vt pro Aulo Cecinna: Si quantum in agro locisque deſertis audacia poteſt, tantùm in foro, atque iudicijs impudentia valeret: non minus in cauſa cederet Aulus Cecinna Sexti Ebutij impudentia, quantum in vi facienda ceſſit audacia.*

Heri oſtendimus, quid Hermogenes vocet μερισμὸν, & diximus eſſe figuram verborũ. Fit enim illis particulis apud Græcos μὲν & δὲ. μὲν apud Latinos reſpondet, quidem, δὲ verò reſpondet autem. Oſtendimus item quid interſit inter vſum Latinorum & Græcorum, quomodo Latini habent dictiones idem ſignificantes, & etiam omittunt iſtas particulas μὲν & δὲ, id quod indicaui exemplo Ciceronis: Ego omni officio, &c. Nam ſi μερισμὸς poterat poni. Ego quidem ſatisfacio aliis, mihi autem non ſatisfacio. Sed Romani ſermonis conſuetudo paratur præteritione harum particularum. Deinde etiam differunt varietate. Nam μὲν aliquando priore, aliquando poſteriore loco ponitur. Vtuntur etiam Latini aliis particulis, Quanquam, Tametſi, &c. Diximus omnis meriſmi duo eſſe genera. Primum eſt quod breuiter abſoluitur, vt in illo exemplo poſitum videmus, ἑσπέρα μὲν ἦν: ἧκε δὲ ἄγγελος: id eſt, Erat quidem veſpera, ſed nuntius venit. Dixi ſi retineamus helleniſmos, ſententiam eſſe obſcuram. Tametſi fax noctis eſſet, venit tamen nuntius. Sic etiam contra Aeſchinem: Tametſi me accuſet, tamen hunc in iudicium vocat. Sed hoc breui μερισμῷ vtimur in σαφηνείᾳ: i. in perſpicuitate: etiã vtimur in γοργότητι. celeritate, vt quum dico: Optimus quidẽ illis viris, ſed nudibus in Republ. Minus ille ſeuerè quidem, non tamen omninò diſſolutè. Alterum genus eſt prolixum. Nam omnis μερισμὸς habet πρότασιν, vt μὲν, & ἀπόδοσιν, vt δὲ.

Huius longioris eſt exemplum in Demoſthene in Cherſoneſo: ibi incipit ſtatim à principio ἔδει μὲν. Duæ periodi ſunt coniunctæ duabus particulis μὲν & δὲ: de his heri diximus. Tertium genus μερισμὸν fit κατὰ συζυγίαν: id eſt, membris paribus: cùm ſingula ſingulis membris reſpondent. Huius exemplum Hermogenes ponit illud παρὰ μὲν γὰρ ὑμῖν τῶν χορηγιῶν, &c. Συζυγία fit in periodis tetracolis. Cùm ipſa propoſitio habet bina membra, & redditio habet tantũ: cùm propoſitio habet μὲν, redditio habet δὲ. Iſta paritas membrorum vocatur συζυγία. Et hoc genus periodi eſt venuſtiſſimum, facit orationẽ rotundam, & eſt reuera periodus vbiq; ſcilicet par. Hermogenes laudat hoc genus figuræ, & dicit parẽ eſſe στροφὴν & ἀντιστροφήν. apud Lyricos quot verſus habet ſtrophe, tot & antiſtrophe. Quartũ genus eſt, quod fit ἐπεμβολῇ, cũ anteq̃ prior μερισμὸς abſoluitur, alter μερισμὸς totius interponitur: apud Hermog. illud vocatur ἐπεμβολὴ, & habet duplicem poteſtatem: primo cuiuſuis ſentẽtiæ interpoſitione: quod Grammatici Parentheſin, hoc Hermog. vocat aliquando ἐπεμβολήν: vt, Cùm ad Brutum veni (veni autem ſæpe) vidi Brutum. ſecundo loco ἐπεμβολή, & tũ fundamentum eius eſt ſententiæ ἐννοίας ἐπεμβολή. Hoc in loco habet fundamẽtum μερισμός. Et ſic ἐπεμβολὴ vel eſt ἐννοίας, vel μερισμοῦ. Eius exemplum eſt apud Demoſth. apud Cic. pro A. Cluentio habetis ſimilem concluſionem. Sed cùm conſidero.) Ibi incipit μερισμὸς. Græci dicunt ὅτε μὲν. Cicero omiſit particulam μὲν. Cùm conſidero.) Ibi factus eſt duplex μερισμὸς: primus, cũ eſt in illis duobus, ſcilicet cùm conſidero: ſecundus in illis, altera quidem pars, altera autem pars. Hoc vocat Hermog. κατ' ἐπεμβολὴν, cùm noua partitio interponitur anteq̃ prima abſoluatur. Ab hoc quarto genere differt quintum κατ' ἐξάρτησιν. Ἐπεμβολὴ eſt interpoſitio, ἐξάρτησις autem eſt cõtinuatio, cùm ipſi μερισμοὶ continuantur, vt in illo exemplo: τοῦτο τοίνυν τὸ ψήφισμα, &c. Ibi primus μερισμὸς abſoluitur, deinde alter, τὸ μὲν, &c. Sed ἐξάρτησις non fit ſolùm in iſtis duobus μὲν & δὲ: ſed fit in illis particulis καθ' ὑπόστασιν. Apud Hermog. ὑπόστασις nihil aliud eſt, niſi relatiuum, redditio: vt, Quę res in ciuitate, &c. Hæ contra nos, &c. hoc eſt σχῆμα huius periodi. Sic habetis continuationem in principio pro A. Cecinna: Si quantum in agro, &c. eſt periodus, quod eſt σχῆμα verborum καθ' ὑπόστασιν. In quo autem eſt σχῆμα? in Tantum & Quantum.

De

De figuris modorum in verbis.

CAPVT XIIII.

Verborum modi etiam figuras conficiunt apud Græcos Rhetores, & præcipuè apud Hermogenem. Hinc προστακτικὰ appellantur σχήματα. cuius hoc profert Hermogenes exemplum: τ̃ ἀριστογίτονας χρίσιος ἀναμνησθέντες ἐγκαλύψασθαι: hoc eſt, Memores iudicij Ariſtogitonis, occultate hanc rem. Sic Cicero in Verrem: Vnum, inquam da mihi ex illis aratoribus, qui vel ad ſtatuam dederit. Aliud enim genus orationis eſt, cùm interrogatur, aut rogatur, ſiue iudex, ſiue is qui audit, aliud cùm iubetur, aliud cùm optatur. Sed imperandi modus variam vim habet. Nam & in vrgendo vtimur, vt in illo exemplo in Verrem: vel in poſtulanda venia: detur aliquid ætati, ſit adoleſcentia liberior, non omnia voluptatibus denegentur, qua forma in ſtatu συγγνωμονικῷ: id eſt, veniali vti poſſumus: vel in hortando, vt σχῆμα fiat περιστρε[illegible] διανοίας, vt pro Seſtio: Quare imitemur noſtros Brutos, Camillos, Hallas, Decios, innumerabiles alios, qui hanc Rempublicam ſtabiliuerunt, amemus patriam, pareamus Senatui, conſulamus bonis, præſentes fructus negligamus, poſteritati & gloriæ ſeruiamus: id eſſe optimum putemus, quod erit rectiſſimum, ſperemus quæ volumus: ſed quod accidit feramus: cogitemus denique corpora virorum fortium, magnorúmque hominum eſſe mortalia: animi verò motus, & virtutis gloriam ſempiternam. Simile illud eſt pro Fonteio: A quo periculo defenditis Iudices, ciuem fortem, atq; innocentem: curate vt noſtris teſtibus potius, quàm alienigenis credidiſſe videamini. Poſtremò proſpicite, Iudices, vt plus apud vos preces

1. Vis huius modi in vrgendo.
2. In poſtulando.
3. In hortando.

virginis Veſtalis, quàm mina Gallorum valuiſſe videantur. Quum hoc ſchema nullis ſententijs continuatur, conſiderandum eſt, vt varietas adhibeatur in verbis collocandis, vt ὁμοιαρχὰ, ſimiliter incipientia, cùm ὁμοιοτελεύτοις ſimiliter deſinentibus commutentur. Varietas etiam modorum, qui χήματα efficiunt, orationẽ & ſuauiorem facit, & ornatiorem, præſertim apud Poetas: vt, Hanc tua Penelope lento tibi mittit Vlyſſi, modus indicandi figuram effecit. Hunc excipit τὸ προςακτικὸν: id eſt, modus imperandi. Nihil mihi reſcribas, attamen ipſe veni. Deinde reditus fit ad primum modum:

ὁμοιαρχὰ cũ ὁμοιοτελεύτης commutanda.

Troia iacet certè, Danais inuiſa puellis:
Vix Priamus tanti, totaq; Troia fuit.

Deinde illa optatio quàm blanda:

O' vtinam tunc, cùm Lacedæmona claſſe petebat
Obrutus inſanis eſſet adulter aquis.

Hæc quidem in carmine ſæpenumero adhibentur, ſed tamen etiam Oratores: in animis permouendis, & in altercationibus, in rebus minutis hæc præceptio instituta eſt, tamen nequaquam negligenda Oratori.

SCHOLAE.

Quemadmodum caſus faciunt figuras verborum; ſic etiam modi: propter nominatiuũ enim caſum vocatur figura ὀρθότης, propter reliquos obliquos, præcipuè genitiuum & datiuum, nominata eſt altera πλαγιασμὸς. Sic etiã verba habent ſuas figuras, vt quædam ſint προςακτικὰ, figuræ quæ conformãtur modo imperatiuo. Quædam εὐκτικὰ, quæ conformantur modo optatiuo. Hermog. ponit illud vnũ exemplum: Memores iudicij Ariſtogitonis occultate hanc rem. Sic Cic. vrgens ipſum Verrem, poſtulat teſtem à Verre: nam vtuntur etiam hac figura in poſtulãdis teſtibus. Hoc modo προςακτικῷ vtimur, cùm aduerſarium volumus vrgere, cùm aliquid ab eo poſtulamus. Et poſtremò nõ rogando ſolùm, ſed imperando: vt, Da teſtes, profer, inquam, ſi quid habes. & cùm ſit iteratio verbi, eſt iſte modus vehementior: vt, Da-

re huic

huic veniam, Iudices, date accuſatoribus: ſed variè tractatur: fit commemoratio in hac figura variis modis: nam vel ingeminus verbis idem ſignificantibus, vel narramus imperando, ſed diuerſis verbis, Detur aliquid ætati, ſit adoleſcentia liberior. Tertio loco vtimur hac figura in cohortatione, quæ habet diſtributiones ad res varias, ad diuerſa officia. ea quæ multiplicia ſunt, imperamus multis verbis, vt pro Seſtio. Quare imitemur noſtros.) Dixi hanc figuram fieri ſuauem verborũ collocatione commutata, quod videre poteſtis in iſta commutatione: Amemus patriam, pareamus Senatui, &c. Ibi principia ſunt ſimilia verbis. Oratio enim incipit à verbis, & deſinit in caſibus. Poſtea Orator facit ἀ[illegible], præſentes fructus negligamus, gloriæ ſeruiamus. Redit rurſus ad illa ſimilia principia. Speremus quę volumus.) Sed non ſolùm collocatione fit grauior oratio, verùm etiam modorum commutatione: ſicut apud Ouid. Ibi ſtatim incipit à caſu recto, & verbo indicatiui modi. Hanc tua Penelope.) Sic habetis iſta tria σχήματα indicatiui modi, imperatiui, & ſchema optatiui. Iſta præceptio videtur eſſe Grammaticorum, ſed non eſt negligenda Oratori, non oportet Oratorem obliuiſci regulas Grammaticorum: niſi cum iſta minuta obſeruẽtur, oratio nõ poterit eſſe ſuauis.

Neceſſitas Grammatices.

De Apoſtrophe.

CASVS etiam vocandi, figuram facit, quam ἀποστροφὴν vocant: quanquam hoc verbum propterea ditum eſt huic figuræ, quòd oratio à Iudice, ad quem pertinet cauſæ cognitio, quaſi auertitur ad aduerſarium, & propterea aliqui eam Auerſionem vocauerunt: vt, σοι κατέλυον αἰσχίνη καὶ σὺ προυξένεις αὐτῶν. *Sed hæc figura interrogando fit vehementior: vt in illo exemplo, quod ab Hermogene productum eſt:* ἀλλά τι ἐχρῆν αἰσχίνη ποιεῖν τὴν πόλιν. ἀρχὴν καὶ τυραννίδα τῶν ἑλλήνων ὁρῶσαν αὐτῷ κατασκευαζόμενον φίλιππον πότερον ἐχρῆν αὐτὴν αἰσχίνη τὸ φρόνημα ἀφεῖσαν, καὶ τὴν ἀξίαν τῆς ἑαυτῆς ἐν τῇ θετταλῶν καὶ δολόπων τάξει καὶ τὰ ἑξῆς.

Auerſio.

Et indignatione vtimur, vt in Verrem: Hæc tu omnium mortalium profligatiſsime, ac perditiſsime, cùm ſcires, cùm audires quotidie, cùm videres ſi ſine tuo maximo quæſtu fieret, cum tanto periculo fieri paterêre, atque concederes.

SCHOLAR. Nota eſt vobis figura illa, quæ vocatur Apoſtrophe: quæ à nonnullis numeratur inter figuras ſententiarum, propterea quòd ſimiliter dictio auertitur à iudice ad aduerſarium, Et in hac opinione videntur eſſe primi Rhetores, qui huic figuræ nomen indiderunt. Dicta eſt enim ἀποστροφὴ ab auertendo: ſed quoniam illa auerſio fit in vocandi caſu, nec poteſt fieri abſque iſto caſu, Hermogenes eam figuram numerat inter figuras λέξεως. Dedit igitur Hermogenes principium locum vocandi caſui, & non figuræ, & numerat eam inter figuras verborum, & non ſententiarum. Quare autem hæc figura inuẽta eſt, prima cauſa eſt neceſſitas. Nam quædam dicuntur minus odioſè aduerſariis, quàm iudicibus dici poſſint: ad vitandum igitur odium iudicis inuẽta eſt. Altera eſt cauſa, quòd oratio ſit vehementior in ipſum aduerſarium. Poſſumus vti rebus acrioribus, quemadmodum Hermogenes ponit exemplum: Ad te diuertebant, tu illos hoſpitio excipiebas. Sed fit grauior hæc figura, cùm accedit interrogatio. exemplum ponit Hermogenes ex Demoſthene contra Aeſchinem: Sed quid oportebat fouere ipſam ciuitatem, cùm videres Philippum regnum occupare? Dixi vobis multa eſſe odioſa, ſi dicantur iudicibus, quæ non ſunt adeò odioſa aduerſario. Sic Cicero in Verrem vtitur maledicendo, vtitur etiam apoſtrophe figurata interrogatione. Hæc tu omnium mortalium profligatiſſime.) Hæ ſunt duæ figuræ, quæ erant ſuperioribus addendæ, ſequitur tertia.

Quare hæc figura inuẽta.

De Schemate, quod vocatur δεικτικόν.

Eſt σχῆμα actionis ſit protéia manu.

PRonomina etiam Rhetoribus Græcis σχήματα faci... ea vocantur δεικτικά, à quibus ipſum ſchema nomen ſuum accipit, vt ὁ βάσκανος οὗτος ἰαμβοφάγος. Sed ſi vehementior iſta figura perſonæ notatione, vt in

Vide

Videtis illum ſub criſpo capillo nigrum, qui eo vultu nos intuetur, vt ſibi ipſe peracutus eſſe videatur, qui tabulam tenet, qui ſcribit; qui proximus eſt, is eſt Caius Clodius, &c.

SCHOLAE.

Eſt σχῆμα quod vocatur δεικτικὸν, proptereaq́; fit per Pronomina demonſtratiua. Eſt σχῆμα actionis, pertinet ad motum corporis: ſed tamen non poteſt adhiberi niſi per iudicem. Et hoc efficit, vt ipſe aduerſarius cogatur erubeſcere. Et fit longè vehementius, ſi diutius moretur in iudicatione: id quod fit notatione perſonæ, vt Cicero fecit in quarta Acuſatione.

De Remotione & Aeſtimatione oratoria.

CAPVT XV.

Ἀναίρεσις.

REmotionem vocamus, quam Hermogenes ἀναίρεσιν nominat. Cuius tale eſt apud Græcos vſurpatum exemplum ex oratione Demoſthenis contra Aeſchinem habita de Corona: οὐ λίθοις ἐτείχισα τὴν πόλιν, οὐδὲ πλίνθοις ἐγὼ, οὐδὲ ἐπὶ τούτοις, καὶ τὰ ἑξῆς καὶ πάλιν ἀντιστάσεις, μέγιστον τῶν ἐμαυτοῦ φρόνη: ἀλλὰ ἐὰν τὸν ἐμὸν τειχισμὸν βουλῇ δικαίως σκοπεῖν εὑρήσεις ὅπλα καὶ πόλεις, καὶ τόπους, καὶ λιμένας, καὶ νοὺς, καὶ πολλοὺς ἵπποις, καὶ τοὺς ὑπὲρ τούτων ἐπιμεινόμενος. *Grauis eſt hæc & illuſtris figura, cùm in rebus magnis & multis ea, & commemoratione rerum geſtarum vtimur. Quanquam etiam in paucis adhibemus, veruntamen magnis, nec humilibus, vt non cogere vi ac minis, ſed perſuadere. Item phani, ſed duelli inſtrumenta, æs & ferrum. Et pro Seſtio: Non eſt ea medicina, cùm ſanæ parti corporis*

Duplex collocatio eſt ἀναιρέσεως.

Singulorũ membrorũ ἀναίρεσις.

ſcalpellum adhibetur, ſed integra carnificina eſt iſta atque crudelitas. Sed numeroſa ſplendidiora ſunt, in quibus remotio duplici fit ratione. Aut enim poſt continentem enumerationem, aut in ſingulis membris & partibus. Ac continentis quidem enumerationis exemplum à nobis primo loco poſitum eſt: ſingulorum verò illud proferatur in Verrem. Non enim furem, ſed ereptorem: non adulterum, ſed expugnatorem pudicitiæ: non ſacrilegum, ſed hoſtem ſacrorum religionumq́;: non ſicarium, ſed crudeliſſimum carnificem ciuium ſociorumq́; in veſtrum iudicium adduximus. Vtimur igitur hac figura non in laude ſolùm, verumetiam in vituperatione, nec in defenſione tantùm, ſed in accuſatione quoque, neque modò in rebus bonis, verumetiam in malis.

SCHOLIA.

σχῆμα κατ' ἀπόστασιν, Abnegatio

Constat ἀναιρέσει καὶ θέσει: negatione & affirmatione.

Inter σχημάτων verborum Hermogenes mentionem facit ἀναιρέσεως; in figura λαμπρότητος in dicendi genere ſplendido & illuſtri. Hæc figura eſt verbi propterea: quia ſit particula negandi, ſit vna ſolùm dictiuncula, vna dictione oratio fit grauiſſima, ſcilicet negandi particulis Non, Neque, Nec. vocatur etiam alio nomine τὸ κατ' ἀπόστασιν σχῆμα, id eſt, remotio ſiue negatio. Trapezuntius eam vocat Abnegationem. Et Demetrius Phalereus, & reliqui Græci adferunt illud exemplum Demoſthenis in oratione περὶ στεφάνου: in quo loco confert ſuum factum cum facto Themiſtoclis, & vtitur hoc facto in gloriatione, loquens de ſe magnificè & glorioſè οὐ λίθοις, &c. Non ego lapidibus muniui vrbem, &c. Hactenus ἀναίρεσις, id eſt, negatio. Sequitur θέσις, id eſt, gloriatio. Sed ſi meam muri munitionem vis rectè conſiderare, inuenies arma bellica: Meo ſumptu ego ſuppeditaui ciuibus apparatum bellicum & ſocietates ciuitatũ, &c. Hac igitur figura vtimur in genere dicendi ſplendido: verũ nõ tantũ in ſplẽdido: vtimur enim etiã in alijs figuris, vt in mouẽdo. Nõ vi & minis cogere ciues debemus, ſed verbis perſuadere. Itẽ in ſectãdis vitijs aduerſariorũ, vt eſt exemplũ apud Ciceronẽ. Nõ eſt ea medicina.) Sic in illa accuſatione contra Verrem: Non enim furem, ſed ereptorem.) vehemens eſt ibi καληγορία. vti etiam poſſumus in commemorandis noſtris beneficijs. Conſtat autem hæc figura duabus ex partibus ἄρσει & θέσει, remotione & affirmatione. Incipit a negatione & deſinit in affirmatione, hoc eſt, in θέσει, vt cùm dico, non furem, ibi eſt aphereſis. Sed ereptorem, ibi theſis. Iſta remotio fit duplici collocatione, duplici via & ratione collocandi. Aut fit poſt enumerationē cùm multa antè enumerantur remouendo: vt in illo primo exemplo Demoſthenis: ibi ſunt tres præpoſitæ negationes: ἄλλα ἰού.) Sic ſeorſim ponitur Aphæreſis & ſeorſim Theſis. Aut ipſa theſis fit poſt ſingulas particulas, quod genus eſt etiam vehemens, ſed alterum videtur magis appoſitum in inſectando: vt illud exemplum, non adulterum, ſed oppugnatorem pudicitiæ; &c. non facrilegum ſed hoſtem.) Poſt ſingula facta eſt θέσις: non autem enumeratione ſeorſim diſtributa. Et ſi rectè volumus conſiderare, iſta figura vtimur in cauſis efficientibus: cum meliores cauſas anteponimus deterioribus. Non ignauia ſed induſtria, non temeritate, ſed cura & ſolicitudine. Induſtria eſt cauſa efficiens magnarum rerum. Vtimur etiam in euentis, in factis magnarum rerum: vt non conſulem, ſed patriam conſeruaui. Vtimur & in ſtatu definitionis. Cum verbis res diſtinguuntur, voco non Sicarium ſed carnificem, ibi & ſeparatio ἀφαίρεσις & θέσις eſt ὁριστική. Et non eſt negligenda hæc figura, & tamen fit vno verbo Non: vt, Non furem, ſed ereptorem, &c.

De Aeſtimatione oratoria.

Hermogenes προτίμησιν vocat in illo de Leptina lege exemplo: μάλιστα μὲν εἵνεκα τοῦ νομίζειν συμφέρειν τῇ πόλει, λελύσθαι τὸν νόμον ἔπειτα καὶ τοῦ παιδὸς ἕνεκα τοῦ χαβρίου: Promiſi me his ſi potero, aduocatum fore. Hac figura vtimur cum verbis vtrum ex duobus magnis pluris ſit æſtimandum, placet indicare. Itaq; æſtiamationem nominare poſſumus. Tale etiam illud eſt Ciceronis in M. Antonium octaua Philipp. Huius indu-

Προτίμησις Fit particulis μάλιστα, maximè: potius, magis, cū, tum. Cū adiungitur minorib. rebus: Tum maioribus.

ſtriam maximè equidem vellem vt imitarentur ij, quos oportebat: ſecundo autem loco ne alterius labori inuiderent. Sed eſt etiam προτίμησις in illiuſmodi particulis. Lentulum noſtrum cùm cæteris artibus, tum in primis imitatione tui fac erudias. Item, niſi mihi dolor meus cum omnes partes mentis, tum maximè huius generis facultatem ademiſſet. Atque etiam illis, vt pro Cornelio Balbo. atque ego ſic ſtatuo iudices, in hac cauſa, atque exercitatione dicendi, à me locū pietatis potius quàm defenſionis, querelæ potius quàm eloquentiæ, doloris potius quàm ingenij partes ſuſcepiſſe. Hæc figura minuta quidem videtur, ſed tamen non eſt negligenda. Eſt enim eius vſus frequens, cùm in omni ſermone, tum in primis Latinorum & Græcorum.

SCHOLAE. Vtimur hac figura quoties res ſunt diſtinguendæ. Et differt à ſuperiori. Superior habet remotionem & negationem & ϑιοτι affirmationem. Hæc autem conſtat ex duabus affirmationibus. Conſtat iſta προτίμησις ex duplici καλυφατει, vtrumque iubet & mandat: ſed alterum magis præfert, & à præferendo dicta eſt προτίμησις. Et eſt figura diſcernens rerum dignitatem, habens ſignificationem prudentiæ & vſus rerum Oratoris. Non poſſumus melius inuenire nomen, quàm vt illam vocem Rhetoricam æ-

Electio oratoria. ſtimationem, aut electionem oratoriam ex duobus. Et ponitur illud exemplum Demoſthenis contra legem Leptinæ. Cicero vtitur eadem particula maxime in octaua Philippica: ſed non ſolùm fit in illa particula Maximè, ſed etiam in illis Cùm & Tum: vt, Lentulum noſtrum.) Vtimur etiam in alijs particulis, Potius, Magis: vt Cicero, Locum potius pietatis, quàm defenſionis.) Hìc eſt in vtroque theſis. Iſta tamen particula poſtrema eſt ferè media, vtrumque facit, & remouet & retinet.∴

DE HY-

De Hypotheſi, Συμπλοκῇ, Συστροφῇ.

CAPVT XVI.

TO καθ' ὑπόθεσιν σχῆμα eſt, quod ſit per particulas eiuſmodi, Si, Quodſi, Quia & Quoniam. Id autem breuiter conſicitur geminatim, & quidem concinnè, ſi verbis contrarijs: vt, ſi extitiſſet in rege fides, nihil ſapientius Poſthumo, quia ſefellit Rex, nihil hoc amentius dicitur. Quòd hîc geminata ſit conditio, videtur in μετασχηματισμῷ temporis: vt, ſi extabit in rege fides, nihil ſapientius Poſthumo: quia fallet rex, nihil hoc dementius dicetur. Aut per inuerſionem ἀντιμεταβολὴν dictam: vt in quarta Philippica: Si conſul Antonius, Brutus hoſtis, ſi conſeruator Reipublicæ Brutus, hoſtis Antonius. Hæc geminatio locum habet in Dilemmatis: ſed ſit etiam ſimplex ὑπόθεσις, & tamen mediocriter longa: vt, ſi quantum in agro lociſq; deſertis. Et vt illud Demoſthenis, quod etiam ab Hermogene in hac præceptione producitur: εἰ γὰρ πρὸ κωλῦσαι τὴν πόλιν μετὰ τὸν κοινοῦ συνεδρίου τῶν ἑλλήνων ποιεῖσθαι τὴν εἰρήνην διεπράχθην ἐγὼ φιλίππῳ σοι μὴ τὸ συνηγῆσαι λοιπὸν αὖ ἦν. Aut geminatur diſiunctione particularū, quam μερισμὸν antea nominauimus prolixius: εἰ μὲν γὰρ ἐν ταῦτα ἦν ἤδη τὰ πράγματα αἰσχύνη ὥστε μηδὲ αἰσθανομένοις τοῖς Θηβαίοις πλέον εἶναι μηδὲν τι οὐ γέγονεν εἰ δὲ παρὰ τὸ ἀρίστῳ κικορετὶ τοῖς ὁ ἐκκλαυσας οὐκ ἔστι. Geminatur etiam κατ' ἐπεμβολὴν aliarum ſententiarum, vt pro Cælio: Quod etiamſi eſt factum, certè à Cælio non eſt factum: quid enim attinebat. Eſt enim ab aliquo a-

Hoc σχῆμα vtile eſt, 1. ad varietatem orationis. 2. ad genera argumentationū.

a.

pro Rabirio

adoleſcente fortaſſe non tam inſulſo quàm verecundo factum: ſin autem eſt fictũ, non illud quidem moleſtũ: ſed tamen non eſt infacetũ mendaciũ. Iteratur etiam eleganter & concinnè ſæpius, vt pro eodẽ Cælio: Quare ſi cui nimium efferbuiſſe videtur huius vel in ſuſcipiendis, vel in gerendis inimicitijs, vis, ferocitas, pertinacia: ſi quem etiam inimicorum horum aliquid offendit, ſi purpuragenus, ſi amicorum caterue. ſi ſplendor, ſi nitor iam iſta deferbuerit, iam omnia ætas, iam res, iam dies mitigarit. Idoneum iſtud σχῆμα eſt Enthymematum & concluſionum & argumentationum Rhetoricarum.

[illegible]

SCHOLAE.

Hermogenes inter σχήματα quæ efficiuntur verbis & nominibus, hoc eſt, partibus orationis ponit etiam τὸ καθ' ὑπόθεσιν. Hypotheſis autem nihil aliud eſt, niſi propoſita oratoris conditio. Quoniam ſermo Latinus non patitur, vt vocemus eam propoſitionem conditionalem. Nam omnes iſtæ figuræ hactenus ſunt σχήματα λέξεως, ſunt dictionum, id eſt, partium orationis, hoc eſt, Nominum, Pronominum, Verborum & Coniunctionum. Et tametſi multa ornamenta potuiſſent comprehendi vno nomine generali quemadmodum μερισμὸς fit per μὲν & δὲ, Hypotheſis fit per Tantum & Quantum: ſic Syſtrophe, &c. tamen Rhetores vtiliter iſta diſtinxerunt. Nam iſta nomina adferunt nobis varietatem, cùm aliud voco μερισμὸν, aliud ἄθροισιν, aliud nomino hypoſtaſin, aliud ſyſtrophé, &c. Illa nomina afferũt mihi varietatem in ſcribendo, vt non opus ſit eadem figura loquendi vti. Iſtud σχῆμα eſt Hypotheticum, Enthymematicum & Syllogiſticum. Vtimur eo in ſyllogiſmis hypotheticis, vtimur in Dilemmatis Rhetoricis, in Enthymematis. Enthymemata iſta ratione conficiuntur. Si Enthymema volo facere, poſſum illud formare ſchemate hypothetico. Illa figura quæ habet formam hypotheticam: exemplum eſt in Textu. Totum illud Enthymema pro Cluentio eſt factum καθ' ὑπόθεσιν. Igitur iſta ſubtilis diſtinctio figurarum eſt vtilis. Primò ad varietatem & copiam. Secundò ad conficiendas argumentationum formas vel figuras:

Propoſita oratoris conditio.

Propoſitio cõditionalis.

Συστροφή.

Hoc ſchema eſt ſyllogiſticum.

guris: vt non eodem vtar ſæpe genere Enthymematis, ſed aliquando καθ' ὑπόθεσιν; καὶ ἀντιστροφὴν, &c. vt illa varietas appareat in oratione & delectet auditorem. Tertia vtilitas harum figurarum eſt; quòd cùm volumus periodos facere, eiuſmodi figuræ eam conficiunt, etiamſi non captetur ſtudioſè, non tam arte, quàm ſuapte natura. Et quemadmodum contraria contrarijs oppoſita, paria paribus relata, ſimiliter deſinentia, ſimiliter cadentia faciunt orationem elegantiorem. Sic hæ figuræ hypotheſis, συστροφὴ. ἐξάρτησις, μερισμὸς, ἄθροισις faciunt elegantes periodos abſque aliquo labore, ita vt non opus ſit Oratorem adhibere magnam diligentiam, vt ſi Orator velit loqui περιοδικῶς adhibeat has figuras. Huiuſmodi hypotheſis eſt vel ſimplex, cùm ſolùm vna eſt hypotheſis in tota oratione, in toto ambitu: vt in illo: Si quantum in agro eſt. Eſt vnum ſolum. Si, poſitum, Sic ipſe Demoſthenes, εἰ γὰρ τὸ.) Si quid impediui, quò minus pax fieret, tum fuit Aeſchinis indicare. Eſt ſimplex hypotheſis, qua tum vtimur, vel breuiter: vt, Si de tua fide dubitarem, pluribus à te contenderem, ſed planè nihil dubito. Vel, pluribus, vt in illo principio: Si quantum in agro.) Si fide ſocietas, &c. Alterum genus hypotheſis eſt geminatum, cùm ſimul duæ conditiones ponuntur. Duplex eſt & geminata hypotheſis, quæ ſolet eleganter concinnari verbis contrarijs, & ſententijs contrarijs: vt, Si fuiſſet in rege fides, &c. quin feſellit. Ibi ſunt inter ſe contrariæ Antitheſes. fit longè concinnior, cùm fit commutatio atque tranſpoſitio verborum. Cicero quarta Philipp. Si conſul Antonius, Brutus hoſtis, ibi ab Antonio incipit: deinde fit inuerſio: Si conſeruator Reipublicæ Brutus, hoſtis Antonius. Sed vtimur etiam dupliciHypotheſi abſque huiuſmodi concinnitate. Si probus eſt cur fallis, Si impius cur in Senatum venis: Si vales, bene eſt, Si conſecutus es, lætamur magis: ibi eſt geminatio abſque μεταβολῆ. Hactenus igitur habuimus duo genera hypotheſeos: vnum ſimplex, & alterum vel breue, vel prolixum, Sequitur tertium, quod eſt geminatio μερισμῷ. Duplex μεταβολὴ, ſcilicet conditio facta diſtributione, hoc eſt, per illas particulas μὲν & δὲ: cuius exemplum Demoſthenes hoc pertulit, εἰ μὲν γδ.) id eſt, Si eo loci redactæ erant res Aeſchinis, vt non ſententijs Thebanis nihil ſit acceſſurum commodi, cur illud non facturum eſt? Sequitur alia conditio: Si autem præter id quod non ſenſerunt. Eſt facta hypotheſis accedente μερισμῷ: ſed iſta geminatio facta eſt ἐξαρτίσει, id eſt, continuatione, non interpoſitione. Fit etiam hypotheſis duplex non ἐξαρτίσει, ſed ἐπεμβολῇ interiectione ſententiarum aliarum, vt Cicero pro Cælio. Quod etiamſi.) Sequitur ἐπεμβολή: Quid enim attinebat.) Sequitur iam altera hypotheſis. Sin autem eſt fictum) Prima varietas fuit in hypotheſi ſimplici.

Varietas hypotheſeon.

1. Secunda in hypotheſi duplici facta aut verbis contrarijs, aut
2. ἐπεμβολῇ. Tertia hypotheſis eſt facta aut continuatione,
3. aut interpoſitione aliarum ſententiarum. Quarta eſt hy-
4. potheſis numeroſa, plures hypotheſes quàm duæ. Oportet enim hìc facere, quod ſolent Mathematici: illi enim vocant trigonum & quadrigonum, & quod excedit illud, dicunt Polygonum: ſic etiam quod excedit duplex aut ſimplex eſt numeroſum, vt eſt hìc exemplum. Quare ſi enim.) Eſt Enthymema numeroſum.

DE COMPLEXIONE NEGANTE.

TO ἐξ ἀναιρέσεως συμπλεκτικὸν σχῆμα, aut quidem eſt συμπλοκὴ ἐξ ἀναιρέσεως, interpretor complexionem negantem. Nam tametſi in negando conficiatur, complectitur tamen & retinet, quicquid eſt in vtraque parte: vt pro Deiotaro: Is igitur non modo à te periculo liberatus, ſed etiam ampliſſimo honore ornatus, arguitur domi ſuæ te velle occidere. Et in 4. Philippica: Iam non ſolùm homines, ſed etiam Deos immortales, ad Rempub. conſeruandam arbitror conſenſiſſe. Et fit oratio magis coagmentata, ſi hæc cum figura ſuperiore coniungatur, vt pro Poſthumo: Si quis eſt, iudices, qui Caium Rabirium, quòd ſua fortunas fundatas præſertim atque optimè conſtitutas opes poteſtati regiæ libidiniq́ commiſerit, reprehendendum putat, adſcribat

Hæc ἀναίρεσις nõ tollit; ſed adiungit.

ſcribat ad iudicium ſuum, non modo meam, ſed etiam huius ipſius, qui commiſit ſententententiam. Quanquam hic etiam συστροφὴ acceſſit quæ ipſum circuitum fecit rotundiorem: de qua deinceps dicendum eſt.

SCHOLAE.

Illæ particulæ, non modo, non ſolum, ſed etiam, nõ modo inſeruiunt in ſententias, ſed etiam conficiunt periodos: Et vocatur figura illarum periodorum χῆμα συμπλεκτικὸν complectens ἐξ ἀναιρέσεως per negationem. Et eſt mirabile χῆμα: quoniam remouet pendentiam ab aliquo, facit ſtultum qui virtute præditus erat, facit non honeſtum. Sed hęc auerſio non tollit, ſed adiungit. Exempli gratia, Eſt vir bonus, ignoſcendum eſt ei: & ego dico non ſolum bonus, verum etiam doctus. Cum dicendum eſt, errant qui bonum iſtum tantum dicunt, ſed doctus etiam eſt, Voco iſtud ſchema complectens, quia complectitur vtrumq; bonum aut malum. Negans voco, quia fit per particulam Non. In enumeratione igitur eas duas, vel plures poſſumus complecti vna hac figura συμπλοκῇ. Iſta figura aut ſola ponitur in periodo abſque coitione alterius: vt in quarta Philipp. Iam nõ ſolum homines &c. vt pro Deiotaro. Is igitur nõ modo &c. Aut eſt συμπλοκὴ mixta, ſuperiori proxima figura eſt periodus facta. Et hoc genus orationis eſt maximè mixtum & copioſum: quoniam ab hypotheſi tranſit ad συμπλοκήν. Et illa συμπλοκὴ excipitur à συστροφῇ. Et ſic fit ipſa periodus ornatior, vt pro Rabirio Poſthumo. Si quis eſt Iudices &c. periodus eſt bimembris. Sequitur redditio, adſcribat ad iudicium &c. Sed non modo meam. Sequitur tertia συστροφή. Sed etiam huius ipſius. Sic hæ tres figuræ efficiunt illam periodum velocius currentem.

μερισμὸς res diuidit.
ὑπόστασις res ſubiungit
ἀναίρεσις res tollit.

De Conuerſione.

Vocemus autem τὸ κατὰ συστροφὴν χῆμα conuerſionem, quæ fit particulis ſibi ex vtraq; parte reſpondentibus: quæ ἀποδοτικαὶ vocantur in altera parte: vt ſunt cum, tum, is, qui. Eius tale eſt exemplum apud Hermogenem Demoſthenis: ὁ γὰρ οἷς ἂν ἐγὼ ληφθείην, ταῦτα

Συστροφὴ habet vires coniunctas fit particulis tum, cũ, is, qui.

στράτηγον, καὶ κατασκευόμενος οὗτος ἐμὴ πολλεμηκαὶ τὰ ἑξῆς. Sic Cicero, Quanquam hoc plerunq; facimus, vt consilia euentis põderemus, vt cui benè quid processerit, multum illum prouidisse: qui secus nihil sensisse dicamus. Neque enim refert alteram ex particulis omitti: quæ ratio Latinis est familiaris. Inter hæc exempla duo, hoc interest quod cum vtrinq; duplicem conuersionem habeat. Tamẽ Demosthenis κατ' ἐπιμβολὴν, Ciceronis κατ' ἐπισυνάφ confectum est, de quibus mox dicemus. Aliquando autem fit simplici ratione, vt, Quæ res in ciuitate, duæ plurimũ possunt, hæ contrà nos ambæ faciunt in hoc tempore. Qui in vita nihil habet præstantius vita, is cum virtute vitam non potest colere. Vtrinque vnam propositionem & vnã conuersionem habet. Dicta autem συστροφὴ est propterea quod genus orationis quasi volubile est, & celeritate rotundum verborum genus efficiat.

SCHOLAE. Quoniam in superiori figura συστροφῆς mentionem fecimus, proximum est vt de hac ipsa dicamus συστροφὴ, dicitur ἀπὸ τοῦ συστρέφειν, à conuertendo & à conuoluẽdo. Propterea quòd genus orationis faciat volubile, conuersum, celeriter in sese rediens, κυκλότη circulare. Incipit ab vna particula & reuertitur ad eandem, μερισμὸς diuidit res, Hypostasis subiungit, ἀφαίρεσις tollit. Sed Systrophe habet vites coniunctas, & efficit in dicendo celeritatem, celeres facit reditus illis particulis Is, Qui, & temporis, Cum, Tum: cum iuuenis adhuc esset ætas, tum tibi incumbendum erat literis. Est συστροφὴ, periodus volubilis. Hermogenes ponit exemplum, ὁ γὰρ.) ibi sunt duæ propositiones ὁ γὰρ prima, οὗτος secunda, & habent redditionem. Sic Cicero, Quanquam hoc plerunque &c. Est triplex συστροφὴ. Hoc, vt, nihil, Cui: & facit orationem volubili quadam perpetuitate. Sed per συστροφὴν continuantur, vel per ἐπιμβολήν: cum interponitur periodus, antequam sententia inchoata finiatur: hoc dicitur ἐπιμβολή. Altera ratio est ἐπισυνάφ

cum

tam periodi continuantur. Cicero in Bruto vocat quendam oratorem volubilem. Iſtæ continuationes faciunt orationem volubilem vt, Quanquam hoc plerunq; &c. Tripartita συνεχείᾳ facta ἐπεμβολῇ.

De Epembolicis tribus figuris.

CAP. XVII.

Ἐπεμβολὴ non conſiſtit non ſingulis verbis ſed plurib.

Ἐπεμβολὴ Hermogenis Grammaticorum eſt aliquando παρένθεσις cuiuſmodi eſt in illo pro Flacco. Nam igitur negari poteſt (cuius rei cuncta teſtis eſt Aſia,) bipartitò claſſem fuiſſe diſtributam? Item. Quid ſi quis ſimilis iſtius? (Neque enim iam deerunt, qui imitari velint aliquem mei ſimilem.) cui Reſpublic. non tantum debeat, per vim afflixerit. Et Demoſthenes, quod exemplum ab Hermogene productum eſt: Ἐστὶ τοίνυν οὗτος ὁ πρῶτος τῶν ἀθηναίων ἰσομένος, *id eſt, igitur hic qui primus tum Athenienſium ſenſit Philippum, vt iam in concione dixi, inſidiantem Græcis. Hanc Grammatici tum eſſe dicunt, cum in medio ſententiæ inchoatæ aliquid interijcitur, Interiectio dici poteſt. Sed apud oratores etiam fit ſententia abſoluta, antequam ambitus verborum perficiatur, vt: Quanquam te Marce fili, annum iam audientem Cratippum, idq́; Athenis, abundare oportet præceptis inſtitutiſq́; Philoſophorum, propter ſummam & doctoris & vrbis authoritatem. Hactenus prima ſententia perfecta, ſequitur* ἐπεμβολὴ, *antequam reditus fiat in ipſo ambitu. Quorũ alter te ſcientia augere poteſt, altera exemplis. Idem fit in ipſo reditu. Poſita enim prima ſententia: tamẽ vt ipſe ad meã militatẽ ſemper cũ Græcis Latina coniũxi. Sequitur* συμ-

πλοκὴ

πλοκὴν ἐπεμβολὴ ἐξ ἀναιρέσεως. Neque id in Philoſophia ſolùm. ſed etiam in dicendi ratione feci. Et tandem ambitus periodiq́; abſolutio: vt par ſis in vtriuſque orationis facultate. Quamobrem vt illud prius genus ἐπεμβολῆς. Parentheſin vocant Grammatici, ſic nos iſtud poſterius, vocabulo Hermogenis ἐπισύναψιν appellemus. Sed non vnum genus ἐπισυνάψεως, de quo mox, ſi prius quomodo hyperbaton differat à parentheſi, exponamus.

Ἐπισύναψις.

SCHOLAE.

Συστροφὴ igitur fit, vt dixi, particulis Is & Qui, Cum Tum, ἐπεμβολὴ autem non conſiſtit in vno verbo, ſed in pluribus, & ſententiam ipſam abſoluentibus. Nam ἐπεμβολὴ eſt plurium verborum interiectio, dicta ἀπὸ τοῦ ἐπεμβάλλειν, ab interijciendo, quoniam ad verba quædam interponitur. Hæc ἐπεμβολὴ facit orationem aut rotundam, circumductam, aut amplam, facit inquam orationem circunductam & copioſam. Ex periodo Monocolo facit Dicolon, ex Dicolo, Tricolon, ex tricolo, Tetracolon ex Tetracolo Polycolon. Hæc figura verborum eſt omnium maximè neceſſaria ad obſeruandum. Primò ad vitandum malum, ad vitandam obſcuritatem. Et iſta obſcuritas vitatur interiectione ſententiarum & verborum, quod vitium maximum eſt. Deinde etiam facit ad comparandum bonum: Facit enim orationem probabiliorem: nam interponit & rationes & cauſas propter quas ipſum, quod dicitur, fit probabilius. Deinde facit orationem copioſam. Omnes autem ἐπεμβολαὶ vel fiunt in medio, vel fiunt in fine. Cum in medio, antequam oratio inchoata abſoluatur, vocatur παρένθεσις, cum autem poſt ſententiam abſolutam & perfectam, vocatur ἐπεμβολὴ κατ᾽ ἐπισύναψιν, id eſt, interiectio per adiunctionem. Cum propoſitioni rationem adiungimus: obſcuritati lumen, tum dicitur eſſe ἐπισύναψις. Quomodo igitur differunt Parentheſis & Epiſynapſis, facile apparet in ipſo exemplo Ciceronis pro Flacco. Num igitur negari poteſt.) Ibi eſt periodus δίκωλος. Cicero quando hoc non ſatis eſt probabile, facit Parentheſin probationis cauſa, coactus eſt interponere Parentheſin. Eſt periodus τρίκωλος, facta interpoſitione verborum, quæ abſoluerunt illam ſententiam. Parentheſis illa

1. Neceſſitas Epempholes.

II. Epẽphole vel fiunt 1. In Medio ſententiæ. 2. Aut poſt ſententiam facta eſt non propter ornatum ſed propter neceſſitatem. Parenthesis idem dicitur hyperbaton: Propterea parentheſis dicitur, quod interponitur. Et propterea quòd dirimitur & ſecatur, dicitur Hyperbaton eſſe. Et ſic idem eſt ſæpè Parentheſis & Hyperbaton. Non igitur negari &c. Si autẽ Parentheſis fit per ſententiam perfectam, tum dicitur Epiſynapſis. Quid ſi quis ſimilis. Eſt facta Parentheſis dicoli Periodi ἐπεμβολῇ verborum. Quanquam Epiſynapſis non tantum eſt intra, ſed etiam extra periodum, de qua ſeorſim. Et quid ſit Epiſynapſis facile apparet ex illa periodo prima Ciceronis, Quanquam te Marce fili. Eſt ſententia vna perfecta: ſed ibi eſt Parentheſis (Idq́; Athenis) propter ſummam (& vrbis) ſententia eſt abſoluta. Sequitur ἐπεμβολὴ declarationis cauſa. Quorum alterum.) Ibi Epiſynapſis eſt annexa. Cuius rei cauſa? rationis, approbationis. Sequitur iam redditio in qua etiam eſt Epiſynapſis. Tamẽ vt ipſe ad meã coniunxi &c. Eſt ſententia abſoluta. Sed nondum perfecta periodus. Sequitur ἐπισύναψις. Neq; id in Philoſophia &c. Sequitur iam perfectio. Idem tibi &c. Videtis hanc vim eſſe ἐπεμβολῆς, vt ex membro faciat Periodum, vt veniam ſane cras ad te: Fac periodum, veniam, ſi voles, cras ad te: & veni mecum M. Cicero.

Hyperbatō.

Epiſynapſis

De Hyperbato.

Pvtat autem Hyperbaton hoc eſt traiectionem Hermogenes tum fieri, cum auditor requirere videtur rationem & cauſam dicti, antequam ſentẽtia perficiatur, atq; eius id ponit exemplum ab Homero: ὦ φίλοι. οὐ γὰρ ὅ- ἠέλιος φαεσίμβροτος εἶς ὑπό. οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπῃ ζόφος, οὐδ' ὅπῃ ἠώς. οὐδ' ὅπῃ ἥελιος φαεσίμβροτος εἶς ὑπὸ γαῖαν, οὐδ' ὅπῃ ἀνεῖται ἀλλὰ φρασόμεθα θᾶσσον. *Neque huius rationis ignarus Virgilius ſimili verborum figura in re ſimili vſus eſt. O ſocij, neq; enim immemores ſumus ante malorum. O paſſi grauiora, dabit Deus his quoque finem. Demoſthenes verò loco vtriuſque rationis exemplum habet* παρενθέσεως *&* ὑπερβατοῦ, *in narratione pro*

Traiectio.

ne pro Cteſiphonte. poſt exordium τοῦ γὰρ φωκικοῦ συστάντος πολέμου οὐδ' ἐμὲ, Parentheſis hæc eſt tribus facta partic lis. Sequitur hyperbaton, οὐ γὰρ δὴ ἔγωγε ἐπολιτευόμην πώποτε. Et poſt vtrumq. reditus ipſius circunſcriptionis, πρῶτον μὲν ὑμεῖς οὕτω διέκεισθ' ὥστε φωκέας μὲν βούλεσθαι σωθῆναι, καίπερ οὐ δίκαια ποιοῦντας ὁρῶντες. θηβαίοις δ' ὁ τοίνυν ἂν ἐπησθῆναι. Simili etiam ratione Cicero, ſed am bitu magis dirempto, in ſecunda Philippica, quaſi inte membra facta & parentheſis & hyperbaton. At benefi cio ſum vſus tuo, quo, quanquam illud ipſum, quod dici, præ me ſemper tuli: malui enim me tibi debere confiteri, quàm cuiquam minus prudenti non ſatis gratus videri: ſed quo beneficio, &c. Et paulo ante Cicero etiam inte membra poſt interrogationem, antequam reſponſio perf ceretur, facta Parentheſis. At enim te in diſciplinam me tradidiſti, (nā ita dixeras, domū meā venditaras, ne tu ſ id feciſſes, melius famæ, melius pudicitiæ conſuluiſſes! Eſ igitur vnū genus ἐπεμβολῆς, ipſa ſcil. Parentheſis, quæ ſ cauſam facti, aut dicti occupat hyperbaton, id eſt Traiectio dicitur, quæ altera eſt ſpecies Parentheſeos.

De Epiſynapſei.

11. Ἐπεμβολὴ fit ἐπισυνάψις. Quæ ſit primum in ipſa periodo.

11. Extra periodum.

ALterum verè ἐπεμβολῆς genus ἐπισύναψις eſt, ho eſt, annexio ſiue applicatio, quæ ab Interpoſiti quam Parentheſin appellauimus, ita differt, vt Interpoſitio in medio ſententiæ ſit annexio poſt ſententiam: i duplici via. Aut enim in ipſo ambitu, vt in illo Cicer exordio ad Marcum filium. Aut poſt ambitum, in peri dis continuandis, vt, Quæ res in ciuitate, duæ plurim poſſunt, hæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore: ſ ma gratia & eloquentia, quarum alteram C. Aquili vereor, alteram metuo. Sic Demoſthenes priori loco il ambitum pronunciauit: πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες ἀθη *θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις. Deinde alteram annexuit continentem, eadem voce, ſono & ſpiritu: ἔπειθ᾽ ὅπερ ἐςὶ μάλιϛ᾽ ὑπὲρ ὑμῶν. Sed in huiuſmodi continuationibus quiſque vires ſuas metiri debet, præſertim in agendo ne mens animuſq́; plus ſuſcipiant, quàm anima & ſpiritus queant ſuſtinere. Quamobrem omnem παρεμβολὴν in παρένθεσιν diuidamus, & in ἐπισυνάψιν, & παρενθέσεως duas partes faciamus: Vnam cauſa & orationis, alteram abſq; cauſa, non tamen ſine ratione. Ἐπισυνάψεως etiam duas formas conſtituamus: Vnam in verborum circumſcriptione, antequam ea abſoluatur, alteram in ipſis comprehenſionibus duabus pluribusúe continuandis. Sed de periodorum ſiue continuationibus, ſiue annexionibus, libro inſequente dicemus, cum quid ſit apud Hermogenem τὸ ἐπιτρέχον, & τοῦ παρὰ συναπτικοῦ, aut quod idem eſt, τὸ κατ᾽ ἐπιδρομὴν quid ſit explicabimus.*

Facta ἐπισυνάψις μεριμῶν.

Diuiſio παρεμβολῆς.

SCHOLAE.

Quoniam ſæpe in ſuperioribus figuris mentionem fecimus ἐπεμβολῆς, vtimur enim hac figura verborum in varijs rebus, & varijs periodis, & membrorum formis. Dicendũ eſt igitur de illa, quæ dicta eſt ab ἐπεμβάλλειν, ab interijciendo, cum aliquid in medio interponimus: & eſt figura verborum. Nam ἐπεμβολὴ eſt verborum, quæ aliquam efficiunt ſententiam: interiectio dico, veniam ad te, vt ſpero, cras: ibi eſt ἐπεμβολὴ, facta in illis duobus verbis, vt ſpero. Ita. Nemo, vt opinor, vidit perfectum ſapientem. Omnis ἐπεμβολῆς vel fit Parentheſi, interpoſitione: vel fit Epiſynapſi applicatione, ac copulatione, & veluti quadam agglutinatione. Parentheſin Grammatici vocant Interpoſitionem, propterea quòd verba interponantur: Epiſynapſin vocant Adiunctionem: propterea quòd verba & eorum ſententiæ annectentur. Sed parentheſeos eſt proprium diuidere ſententiam, Epiſynapſeos eſt coniungere ſententias, continuare periodos aut membra, ita hæ duæ figuræ differunt inter ſe. Diuidimus autem ſic Parentheſin. Altera eſt Parentheſis ſimplex, abſq; cauſæ redditione, vt, omnes homines, vt opinor, errant. Ibi vt opinor,

Parentheſeos diuiſio.

opinor, non ſignificat cauſam, ſed dogma. Quòd ſi cauſa eſt ponatur & reddatur, tum illa Parentheſis dicitur Hyperbaton. Cum ſcilicet cauſa eſt exponenda, antequam ipſa ſententia perficiatur, cum ratio interponitur, exemplum eſt Ciceronis: etſi vereor Iudices. Vtitur tamen Hermogenes exemplo poetico, non oratorio, Odyſs. 9. ex oratione ipſius Vlyſſis, qui quoties hortabatur alios, id faciebat grauiſſimis rationibus, voluit dicere, O Amici, niſi conſilium inueniamus, peribimus. Sic Virgilius imitator Homeri. O ſocij &c. Potuit dicere: dabit Deus finem malorum, ſed interponit cauſam. Eſſet enim inepti hominis, hortari homines abſq; cauſa, ita enim hortatio anilis videretur, proinde interponitur (neq; enim immemores ſumus.) Sed tametſi vſus eſt exemplo poetico, tamen etiam oratores vtuntur hac figura: & Demoſthenes vſus eſt & Parentheſi & Hyperbato, antequam perfeciſſet Periodum. Cicero etiam in M. Antonium vtroq; vſus eſt, ſed non in periodo, verum in interrogatione. Quemadmodum enim omnis Periodus habet principium & finem, id eſt, propoſitionem & eius redditionem: ſic etiam interrogatio. Quoties eſt reſpondendum aduerſario, poſſumus vti hac geminata figura. Sequitur de Epiſynapſi, quæ conficitur vel in Periodo, in coniungendis ſententijs: vel extra periodum, id eſt, coniungens periodo periodum. vt Quanquam te M. Fili. Illa tota Periodus habet παρένθεσιν & ἐπισύναψιν: ſed etiam poſt Periodos, Epiſynapſis adhibetur in periodis continuandis: vt, Quæ res in ciuitate.) Summa gratia & eloquentia.) Eſt periodus abſoluta. Sed facit Epiſynapſin. Quarum alteram.) Si dixiſſet harum, feciſſet diaſtaſin, id eſt, ſeparationem. Sed quoniam vſus eſt relatiuo, quarum, fecit ἐπισύναψιν, quæ ſententiam coniungit, non disiungit. Sic etiam Demoſthenes vſus eſt. Sed quoniam omnis Epiſynapſis facit orationem obſcuram, ſi fuerit prolixa, dicemus poſtea de ἐπαναλήψει, quomodo ſcilicet eiuſmodi Epiſynapſis ſit corrigenda, vt non fiat obſcura.

De renouatione verborum.

CAP. XVIII.

INterpoſitiones & traiectiones de quibus hactenus. Iti continuationes ſententiarum, & rerum enumerationes, quæ,aliquando obſcuritatem adferunt, rerum verborūq; interuallis. Ad huiuſmodi orationis vitia,(eſt enim vitium vel maximum in dicendo obſcuritas) inuenta eſt ἐπανάληψις, hoc eſt, verbi renouatio. Ea fit vel poſt parentheſin, vt in quarta Accuſatione. Atq; hoc ego plus oneris habeo, quam qui cæteros accuſarunt: (ſi onus eſt id appellādum, quod cum lætitia feras, ac voluptate) veruntamen hoc ego amplius cæpi quam cæteri. Quanquā in hoc exemplo non idē verbum repetitur, ſed idem ſignificans. Ad Atticum autem fit eiuſdem reſumptio. Sed tamen hoc iucundiſſimum, quod te intellexi ad eum veniſſe, vt eius animū erga me perſpiceres, hoc inquam mihi accidit iucundiſſimū. In enumerationib. etiam vſurpatur, vt pro Quintio. Mitto illud dicere, eum qui latitarit, cui Romæ domus, vxor, liberi, procuratores, eum qui tibi vadimoniū non deſeruiſſet: hæc omnia omitto: illud dico, dominū expulſum eſſe de prædio, domino à familia ſua manus allatas eſſe, ante lares ſuas familiares, hoc dico. Et pro Lege, Manilia. Quæ ciuitas antea vnquam fuit, non dico Athenienſium, quæ ſatis latè mare quondā tenuiſſe dicitur, non Carthaginenſiū, qui permultū claſſe maritimiſq; reb. valuerūt: Nō Rhodiorū, quorū vſq; ad noſtram memoriā diſciplina naualis remanſit: quæ ciuitas, inquam, anteà tam tenuis fuit? Et in ſexta Verrina idem verbū repetitur, eodē modo, quo in Quintiana, ſed ter. (Nūc iam illa omitto, quæ diſperſè à me multis locis dicētur, ac dicta ſunt: forū Syracuſanorū, quod introitu Marcelli à plurima cæde ſeruatū eſt, id aduētu Verris Siculorū innocentiū ſanguine redūdaſſe: portū Syracuſanorū, qui tum & noſtris claſſibus, & Carthaginenſiū clauſus fuiſſet: eū iſto prætore Cilicū myoparoni prædonibuſq; patuiſſe. Mitto adhibitam vim in-

I. Partitio. Ἐπανάληψις fit vel eodem verbo, vel diuerſis verbis.

II. Fit ὑπερβάσει, παρενθέσει, ἐπισυνάψει, enumeratione, diſtributione.

ἐπανάληψις ἐρωτήσεως.

In præteritione.

genuis, matresfamiliâs violatas: quæ tum vrbe captæ cõ-miſſa non ſunt, neq; odio hoſtili, neq; licentia militari; neq; more belli, neq; iure victoriæ: Mitto, inquam, hæc o-mnia, quæ ab iſto per trienniũ perfecta ſunt: ea quæ con-iuncta cũ illis rebus ſunt, de quibus antea dixi, cognoſcite. Huic non quidẽ contraria ratio eſt, ſed tamẽ diuerſa eſt ratio. Veruntamen eodẽ pertinens, & idẽ efficiens: cum in copioſa argumẽtatione in ſingulis verborũ conuerſioni-bus, verbis cõmutatis ac varietatis ἰσοδυναμίᾳ rhetori-ca, eiuſdẽ fit ſẽtẽtiæ renouatio: vt Cic. pro domo ſua ad Põtifices. Quid ſi per vim tuliſti? tamẽ ne lex eſt? aut quis quã iure geſtum videri poteſt, quod per vim geſtũ eſſe con-ſtet? An ſi in ipſa latione tua capta iam vrbe lapides iacti, ſi manus collata nõ eſt, iccirco tu ad illã labem atq; eluuiẽ ciuitatis ſine ſumma vi peruenire potuiſti? cũ in tribuna-li Aurelio cõſcribebas palã, non modò liberos, ſed etiã ſer-uos ex omnib. vicis concitatos, vim tum videlicet nõ pa-rabas? cũ edictis tuis tabernas claudi iubebas, nõ inde vim imperitæ multitudinis, ſed hominũ honeſtorũ modeſtiã prudentiamq; quærebas? cũ arma in æde Caſtoris cõpor-tabas, nihil aliud, niſi vti ne quid per vim agi poſſit, ma-chinabare? Cũ verò gradus Caſtoris cõuelliſti ac remoui-ſti: tũ, vt modeſtè tibi agere liceret, homines audaces ab eius tẽpli aditu, atq; aſcẽſu repuliſti? cũ eos, qui conuenerant virorũ bonorũ verba de ſalute mea fecerãt, adeſſe iuſſiſti, eorũq; aduocationẽ manib. ferro, lapidib. diſcuſſiſti, tu profectò oſtẽdiſti, vim tibi maximè diſplicere? In ſingulis conuerſionibus demõſtrat vim ab aduerſario quæſitã & factã eſſe, non eiſdẽ verbis, ſed verborũ, vt diximus, ἰσοδυ-ναμίᾳ. Fit etiã aliquando per ἐπαναφορὰν ἐπανάληψιν, vt pro Pub. Quintio. Poſt illud edicti, dominũ inuitũ detru-dere

ἐπανάληψις καὶ ἐπανα-φοράν.

dere non placet, eum ipſum qui fraudandi cauſa latitet, eum ipſum, qui cum omnibus creditorib. ſuis malè agat, inuitum detrudi vetat. Sed de ἐπαναφορᾷ poſt dicemus. et quomodo illa ab hac figura differat indicabimus. Quòd autem hic perſpicuitatis & remotionis cauſa facta ſit iteratio verbi, ex inſequenti perorationis enumeratione apparet: in qua illa ſunt ἰσοδυναμοῦντα: oſtendi, docui, teſtibus planū feci, demonſtraui, contendi, quæſiui, requiſiui aduerſarij teſtimonio vſus ſum, celeritatē incredibilem protuli, confirmaui, recitaui edictum, conſtitui, dixi. Quæ omnia cùm vnius verbi ἐπαναλήψει potuiſſent comprehēdi, verborum copia Orator variauit atq; diſtinxit.

SCHOLAE.

πλεονασμὸς.
ἀσάφεια.

ταυτολογία.
σύγχυσις.

Diximus periculoſas eſſe verborum figuras illas ſuperiores tres ἰσομβολικὰς, Parentheſin, Hyperbaton, & Epiſynapſin: ſunt particulæ ad vtendum. Aut enim orationem efficiunt nimis abundantem aut obſcuram, vitium πλεονασμὸν, aut ἀσάφειαν obſcuritatem: quæ obſcuritas Pleonaſmi parit repetitionem principij apud Sophiſtas, & eiuſdem verbi repetitionem nō neceſſariam, id eſt, parit ταυτολογίαν, Grammaticorū vitium, & σύγχυσιν, i. confuſionem. Idem dicere abſq; neceſſitate, ſuperflua dicere, obſcurè & confuſè dicere, ſunt maxima vitia in dicēdo. Itaq; contra hęc vitia & morbos orationis & Oratorum, inuenta eſt figura minuta Epanalepſis, verborum renouatio: ſi ad verbum eſſet interpretandum, deberet interpretari reſumptio. Ego malui vocare renouationē, propterea quòd ſententia nō ſemper eodem verbo renouatur, ſed diuerſis, non iiſdem verbis, ſed idem ſignificantibus. Ergo hoc loco oportet iſtam priuatam diuiſionem inſtituere, quòd Epanalepſis ſit vel diuerſis verbis, vel verbo eodem ἰσοδυναμοῦντι. Diuerſis verbis in quarta Verrina, Atq; ego plus oneris habeo: dicit ibi onus habere. Sequitur Epanalepſis. Veruntamen hoc ego amplius.) Facta eſt Epanalepſis non eodem verbo, ſed idem ſignificante: dixerat enim prius, plus oneris habeo, nunc autem Amplius cœpi) Verbo eodem, vt ad Atticum. Sed tum hoc iucundiſſimum) Iucundiſsimum poſitum eſt in principio,

& repetitur etiam in fine. Deinde Epanalepſis fit in Hyperbatis,
& in Parentheſi, aut in Epiſynapſi, aut in enumeratione,
aut in diſtributione, in his plerunq; vtimur eiuſmodi.
Epanalepſi. Cum facta eſt Parentheſis, aut annexio alterius
verbi, aut cum fit præteritio, aut cum numeroſa rerum enumeratio:
vt ne ſi in copioſa enumeratione fiat illud vitium
Confuſio, opus eſt iſta Epanalepſi. Heri cœpimus dicere de
Epanalepſi, quòd ſcilicet fiat aut poſt Parentheſin, aut poſt
ἐπεμβολὴν: cuius rei dedimus exempla. Et Epanalepſin diximus
vocari reſumptionem verbi, & inuentam eſſe propter
orationis perſpicuitatem. Eſt enim vitium peſſimũ in
oratione obſcuritas, quod Græci ἀσάφειαν vocant, & eius vicinum
vitium σύγχυσις confuſio. Parentheſis facit orationem
obſcuram, igitur ad retinendam σαφήνειαν perſpicuitatem
in oratione inuenta eſt Epanalepſis. 1. neceſſitatis cauſa,
2. propter ornatum: nam ex re neceſſaria Rhetores etiam
I. faciunt rem ornatam. Prima igitur diuiſio fuit Epanalepſis
quòd fit vel poſt Parentheſin, vel poſt ἐπεμβολήν: poſt Parentheſin
exemplum in quarta Verrina, poſt ἐπεμβολὴν illud,
Sed tu hoc &c. Altera fuit diuiſio, quòd vel idem verbum repetitur,
II. vel idem ſignificans. Idem verbum, vt in illo, Sed tamen
iſtud iucundiſſimum. & vel repetitur idem ſignificans
vt, Atque hoc ego plus oneris habeo. Sed fit aliquando eiuſmodi
Epanalepſis prolixius in ipſis enumerationibus,
Et in ipſis præteritionibus, quemadmodum exemplum attuli
III. pro Pub. Quintio, & item ex quarta Verrina. Tertia diuiſio,
quòd Epanalepſi vtimur vel in præteritione, vel in enumeratione.
In præteritione, vt, Mitto illud dicere.) in quo
exordio eſt Epanalepſis geminata. Item pro lege Manilia
habetis exemplum præteritionis non inelegans. Sed in Verrina
eſt exemplum paulo ornatius, diuerſum à ſuperiorib.
eſt ibi geminata Enanalepſis, non verbis diuerſis, ſed verbis
iteratis ijſdem: Quintiana fuit verbis contrarijs, verbis diuerſis,
ἄρσει καὶ θέσει: hic autẽ ijſdem verbis. Epanalepſi contraria
eſt figura, quæ vocatur ἰσοδυναμία, cum enumerationem
non comprehendimus vno verbo, ſed diſtinguimus
verbis idem ſignificantibus, alijs atque alijs, quod parit copiam:
Iſta poſtrema figura facit orationem variam, diſtinctã
& copioſam. Cicero pro Pub. Quintio: Nęuium ne appellaſſe
quidem Quintium.) Illa tota Enumeratio diſtincta
eſt verbis illis quæ habetis dictata in textu.

De dubitatione, vel potius verbi inueſtigatione: & de Reticentia.

CAP. XIX.

CVm dubitamus quo nomine vel rem vel perſonam nominare debeamus, διαπόρησιν vocant Græci, hoc eſt dubitationem, verbi ſcilicet aut nominis inueſtigationem. Et inter figuras verborum propterea numeratur, quod de verbo & nomine orator ſollicitus eſſe videatur. Et Græci exemplum proferunt Demoſthenis ὅτίς ἄν εἰπων σε τοῖς ὀρθῶς προσειπει. i. Quomodo aliquis appellans te rectè appellet? Cicero illud facere ſolet enumerando, atque remouendo, Et *ad verbi figuram ſententia ornamentum addit ἀναίρεσιν ſcilicet, vt in ſexta Accuſatione. Venio nunc ad iſtius, quemadmodum ipſe appellat ſtudium, vt amici eius morbum et inſaniam, vt Siculi latrocinium.* Ego *quo nomine appellem, neſcio.* Et *pro* Publio *Quintio in* N*auium. Si vadimonium omninò tibi cum P. Quintio nullum fuit, quo te nomine appellemus, improbum? at etiam ſi deſertum vadimonium eſſet, tamen in ipſa poſtulatione, & proſcriptione bonorum improbiſſimus reperiebare, num malitioſum? negas, fraudulentũ? iam id quidem arrogas tibi & præclarum putas, audacem? cupidum? perfidioſum? vulgaria & obſoleta ſunt: res autem noua & inaudita. Quid ergo es? Vereor, me* Hercle*, ne aut grauioribus vtar verbis, quàm natura fert, aut leuioribus, quàm cauſa poſtulat.* Hoc *inter Demoſthenis exemplum, &* Ciceronis *etiam intereſt. Quod Demoſthenis ſimplex eſt,* Ciceronis *verò verbi habet inueſtigationem. Sed vt diximus facta reiectione, id eſt, ἀναίρεσιν.* Huius *generis etiam illud eſt, ſed differens à ſu-*

Dubitatio propter verbi inopiam

Aut in dubitatione φαιρέσις aut in dubitatione θεσις.

Aut neutrum in dubitatione.

ἀφαίρεσις in dubitatione.

θέσις in dubitatione.

perioribus θέσει non ἄρσει, nam ἀναίρεσιν non habet. Facinus eſt vincire ciuem Romanum, ſcelus verberare, propè parricidium necare: Quid dicam in crucem tollere?

SCHOLAE.
Διαπόρησις.

Διαπόρησις eſt dubitatio propter inopiam verbi. Hæc figura pertinet ad ſtatum definitionis, eſt figura [illegible] cum quæritur quo nomine ſit res appellanda. Fur ne nominandus an ſacrilegus. Quantum autem attinet ad formas dicendi, hæc figura vſurpatur in illa idea quæ vocatur σφοδρότης vehementia: in genere dicendi vehementi & acri, ipſum aduerſarium in vitijs inſectandis: Hermogenes ſolum hoc vnum ponit exemplum Demoſthenis. Poſteaquam Demoſthenes omnia euomuiſſet aduerſus Aeſchinem, tandem orator deſtitutus conuicijs, dicit, Quo nomine aliquis te rectè & verè poſſit nominare? Illud exemplum habet ſolum ſimplicem dubitationem abſque vlla ζητήσει, id eſt, inueſtigatione. Cicero autem ſolet verbo inueſtigare, quo nomine res ſit appellanda. Et addit ipſe orator aut ἀφαίρεσιν ad ipſa vocabula, aut theſim, aut neutrum facit, ἀφαιρέσει vtitur in oratione pro Pub. Quintio, definit ipſe orator in dubitatione. nullum verbum audet proferre. Sic illud exemplum, Facinus eſt vincire &c. habet theſin, retinet verbum. Sed ibi deſtituitur ipſe orator: quid dicam in crucem tollere? In fine habet διαπόρησιν. Aliquando vtrunque retinet orator, hoc eſt, & theſin & hypotheſin, & enumerationem habet teſtium, vt in ſexta accuſatione. Venio nūc &c. nec probat nec improbat orator. Ibi nec theſis eſt, nec etiam aphæreſis: relinquit auditoribus vocabula æſtimanda. Et eſt vehemens iſta figura in criminando, in maledicendo.

De Reticentia.

Hoc genere vtimur in deformib rebus.

ESt huic figuræ finitima ἀποσιώπησις, quam Reticentiam vocant. Hoc verò à ſuperiore differt, quòd in illa orator videtur non poſſe, in hac non velle rem nominare. Et Hermogenes duo eius exempla profert. Vnum in oratione pro Cteſiphonte: ἀλλ᾽ ἐμοὶ μὲν ὦ βούλομαι δ᾽ ὑ ὲν δυσχερὲς εἰπεῖν ἀρχόμενος τοῦ λόγου, id eſt. Sed mihi quidem verum non volo moleſtè aliquid dicere in cauſæ initio. Et alterum ex oratione quam habuit pro Megalopolitanis: οὐ γὰρ περὶ τούτων ἐάσω τὸ ἐπελθὸν εἰπεῖν, id eſt. Non enim de his patiar quod mihi in mentem venit dicere. Ex Cicerone illud exemplum adducitur pro Milone. An huius ille legis, quam Clodius à ſe inuentam gloriatur, mentionem facere auſus eſſet viuo Milone? ne dicam conſule? de noſtrûm enim omnium non audeo totum dicere. Eſt etiam in illo in Secunda Philippica ἐλλείψει, hoc eſt, defectione facta ἀποσιώπησις. At eiuſdem etiam Pompei ædes & hortos: ô audaciam immanem. Et eodem in loco non totum dicitur, ſed quod deterius eſt innuitur. Quanuis enim ſine mente, & ſine ſenſu ſis, & es, tamen & te, & tua & tuos noſti.

I. Genus, in quo tãtum intelligitur τὸ γενικὸν, generis indicatio.

II. In quo verbum omittunt ſpeciei & rei particularis ſignificatio

III. In quo tota ponitur ſententia. Totius explicatio & deterioris ſignificatio.

SCHOLAE. Præciſio quoties in vſu ſit.

Ἀποσιώπησιν Latini ad verbum interpretati ſunt Reticentiam, alij vocant præciſionem, quòd ſcilicet antequam ſententia abſoluatur verba præcidantur. Vtimur illa in indignatione & iracundia, vt Virgilius. Quos ego? ſed præſtat.) Vtimur etiam in rebus parum verecundis atque pudicis, cum rem non volumus nominare proprio nomine, I.
ſed eam relinquimus conijciendam auditori aut lectori. II.
Tertio vtitur cum noſtra oratione nolumus eſſe moleſti alicui, nolumus renouare dolorem patris aut matris, aut expugnationem alicuius vrbis. III. Sic inuenta eſt hæc figura, aut iræ cauſa, aut pudoris, aut vitandæ moleſtiæ gratia, & maioris doloris. Græci Rhetores adferunt duo exempla ex Demoſthene. 1. ex oratione de Corona pro Cteſiphonte. Mihi quidem &c. Eſt ibi Apoſiopeſis. Nihil vobis volo dicere quod moleſtum ſit. Alterum ex cauſa Megapolitana. Non autem patiar de hac re, quod in mentem venit dicere atque exponere, Cicero in oratione pro Milone habet exemplum Latinæ Reticentiæ. An huius ille.) Inchoauit ſententiam,

Triplex ἀποσιώπησις.

Apoſiopiſis ellipſi.

De noſtro omnium)ſed non eſt perfecta. Sed hæc tria exempla habent meram Apoſiopeſin,perfectam ita vt ſententia non ſit liquida,intelligatur aliquid,ſed totum non intelligatur. Sunt obſcuriores,Nam duo ſunt genera ἀποσιωπήσεως:. 1. Vnum ex quo nihil intelligitur certi, niſi aliquid generale:vt Virgilius. Quos ego?ſcilicet vlciſcar, pœna afficiam. Sed qua?illa pœna non enumeratur,cognitio eſt rei infinitæ,non autem finitæ. II. Alterum autem genus eſt rei ſpecialis. Cum etiam ipſa ſpecies intelligitur, res intelligitur certior:vt in exemplo Ciceronis in ſecunda Philippica, cũ defectio eſt vnius verbi,& ſentẽtia perfecta eſt,vt: At eiuſdẽ etiam ædes hortos & ſcilicet vendidiſti:verbum ſolum deeſt,Ellipſi deſtitutione relinquit ſententiam imperfectam, intellectam tamen. Eſt alterum genus Reticentiæ, in quo & genus intelligitur & ſpecies,ſed non verbo indicato, quo genere Apoſiopeſeos vtimur crebrò. Heus tu, abs te hoc biduo nihil literarum ſcilicet accipio: nihil literarum, id eſt, tabellarius attulit. Et vtimur etiam hoc cum perſonam aut rem certam indicare volumus. III. Eſt tertium genus in quo totum dicitur,ſed non totum intelligitur,in quo nullum verbum deeſt. In primo genere ſententia eſt imperfecta: In 2. deeſt ſolum verbum in tertio totum dicitur,ſed deterius indicatur aliquid,vt in eadem ſecunda Philippica, Noſti te, id eſt,ſcelera tua,os tuum ſceleſtum,Tuos,id eſt, tuam impuram cohortem. Et hoc vtimur in rebus impudicis,quæ non ſunt pronuncianda apud aures verecundas. Sic tria habetis genera ἀποσιωπήσεως,Primum eſt generis,2. ſpeciei & particularis & finitæ,3.eſt totius explicatio,ſed deterioris indicatio potius quàm declaratio.

De declinatione & diſiunctione.

CAP. XX.

ἀπόστασις.

QVam Hermogenes & Ariſtides ἀπόστασιν vocant, eã Declinationẽ nominamus: ab Hermogene nõ definitur ꝗd ſit: Ariſtides id facit,ſed nõ ſatis explanatè. Eſt aũt ἀπόστασις declinatio quædã à re propoſita,verbis quæ cõiũgi debebãt deductis: vel potius oratiõe,quæ erat cõtinuãda direpta: atq; hac cauſa eſt,quamobrẽ inter figuras verborum numeretur: alioquin παρ' ἔκβασιν ſolum eſſet quæ ſententiarum eſt ornamentum. Eius Hyperides id producit exemplum ex tertia Philippica, in qua cùm Demoſthenes oſtenderet, importunum eſſe hoſtem Philippum, propterea quòd Theſſaliam ſeruitute oppreſsiſſet, & ciuitatibus Eubœæ regulos præfeciſſet, & Andraciam inuaſiſſet, & Elim occupaſſet Peloponenſium vrbem, multaq́; alia Orator interſeruiſſet: exaggerandi cauſa immutauit tandem genus orationis eiuſq́; formam. Et hanc fecit de qua loquimur ἀπόστασιν: τί οὖν αἴτιον τουτωνί; ecce poſt hanc interrogationem ἀπόστασιν, hoc eſt, declinationem interponit, antequã cauſam malorum indicet: τί οὖν αἴτιον τουτωνί; οὐ γὰρ ἄνευ λόγου καὶ δικαίας αἰτίας, οὔτε τόθ' οὕτως εἶχον ἑτοίμως πρὸς ἐλευθερίαν ἅπαντες Ἕλληνες, οὔτε νῦν πρὸς τὸ δουλεύειν. Et manet in eadem ἀποστάσει, & quaſi geminat: ἦν τι τότ' ἦν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐν ταῖς τῶν πολλῶν διανοίαις, ὃ νῦν οὐκ ἔστιν, ὃ καὶ τοῦ Περσῶν ἐκράτησε πλούτου, καὶ ἐλευθέραν ἦγε τὴν Ἑλλάδα, καὶ οὔτε ναυμαχίας, οὔτε πεζῆς μάχης οὐδεμιᾶς ἡττᾶτο. νῦν δ' ἀπόλωλος ἅπαντα λελύμανται καὶ ἄνω καὶ κάτω πεποίηκε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα. Ecce autem reditum facit ad rem, perficiens orationem inchoatam, eamq́; quaſi ad fontem reuocamus: τί οὖν ἦν τοῦτο; οὐδὲν ποικίλον, οὐδὲ σοφόν. ἀλλ' ὅτι τοῦτο παρὰ τῶν ἄρχειν ἀεὶ βουλομένων, ἢ καὶ διαφθείρειν τὴν Ἑλλάδα χρήματα λαμβάνοντας ἅπαντες ἐμίσουν. Atq; hoc Ariſtidis exemplũ eſt, quē authoritatis gratia adduximus, ne quid noui fingere videamur. Sed non minus clarum eſt illud Ciceronis, qui in oratione pro Sexto Roſcio in exordio cauſæ ita inſtituit orationem: Forſitan quæritis, qui iſte terror ſit, & quæ tanta formido, quæ tot & tales viros impediat: quà *minus pro capite & fortunis alterius, quemadmodum conſueuerant, cauſam velint dicere. Hactenus inchoata oratio. Sequitur ἀπόστασις. Quod adhuc vos ignorare non mirum eſt, propterea quòd conſulto ab occupatoribus eius rei, quæ conflauit hoc iudicium, mentio facta non eſt. Et poſt hanc ἀπόστασιν ἢ ἐπαγωγὴ εἰς τὴν ἀρχὴν, vt Græci in hac figura vocãt, nos Reditum appellamus. Quæ res ea eſt? bona patris huiuſce, Sexi Roſcij, quæ ſunt ſexagies, quæ de viro clariſſimo & fortiſſimo L. Sylla, quẽ honoris cauſa nomino, duabus millibus nummûm ſeſe dicit emiſſe adoleſcens, vel potentiſſ. hoc tempore noſtræ ciuitatis. L. Cornelius Chryſogonus. Eſt igitur ἀποστάσιν orationem interſecare, & rem aliquam propter vtilitatẽ aliquam interponere, hoc eſt, vt Græci loquuntur διακόπτειν τὰ συμπλεκόμενα καὶ ἐπεμβάλλειν: propterea ſequitur. Is Chriſogonus à vobis iudices hoc poſtulat, &c.*

Differentia declinationis & digreſſionis.

Differt autem à digreſſione. Quòd Digreſſio fit poſt locum pertractatum, aut partem aliquam dicendo perfectam, vt Exordium aut Narrationem, aut Argumentationem. Hæc verò Declinatio in ipſa re inchoata. Et in eiuſdem ſententiæ atq; orationis continuatione, quæ quoniam interſecatur pro figura verborum habetur, vt ante dixi.

SCHOLAE.

Cœpimus heri dicere de ἀποστάσει, quam ſecuti non verbi Græci originem, ſed rem ipſam vocauimus Declinationẽ. Figura eſt, quæ à Rhetoribus Latinis non eſt indicata, ſed ſępe nominata ab Hermogene, & indicata ſolùm exemplis, nulla verò definitione. Ariſtides vnus ex Rhetoribns Græcis Sophiſtis, ille fortaſſe animaduertens non intelligere homines, quid eſſet ἀπόστασις, definit eam libro de Genere dicendi ciuili, alij non. Sed definit obſcurius quàm poſſit intelligi. Et niſi quis ex exemplis animaduertat, eſſet nimis obſcura, nec intellecta eius definitio. Ἀπόστασις differt ab illa figura ſententiarum Digreſſione. Et differt etiam à Pa-

Digreſſio.

renthe

apotheſi & Hyperbato. Qui diſcriminationem poterit animaduertere intelligit facilè quid ſit ἀπόστασις. Digreſſio eſt poſt integram partem orationis, vt poſt exordium facta Digreſſio amplificandi cauſa, aut mouendorũ animorum gratia, aut poſt narrationem vel aliquam aliam partem. Sic digreſſio eſt partem aliquam orationis, alterius eiuſde partis, & loci interpoſitio dirempta à ſuperiori. Apoſtaſis autem eſt, cùm ſumitur inter ipſum corpus orationis, inter ſententiam propoſitam & ſententiam concluſam, inter interrogationem & reſponſionem, inter occupationem, & inter confirmationẽ, inter propoſitionẽ & concluſionem. Aut inter perſonas etiam, cùm inter perſonas aliæ perſonæ interponuntur. Id cuiuſmodi ſit conatur Hyperides oſtẽdere exemplo Demoſthenis ex 3. Philippica. Demoſthenes poſteaquã enumeraſſet omnia facta Philippi, fortunã etiam, qua ſcil. Theſſaliã oppreſſiſſet ſeruitute, & Elim vrbẽ occupaſſet, & alia enumeraſſet cũ amplificatione, tandẽ ipſe inſtituit interrogationem, & cauſam horum exponit, quamobrẽ Philippus felix, Græci autẽ fuiſſent infelices. Quæ harũ rerum eſt cauſa? qua ratione Philippus hæc eſt conſecutus? Quid erat proximum? reſpondere, vt ipſa ſ. reſponſio ſubijceretur, ſed Demoſthenes eam nõ ſubijcit, & mouet expectationẽ. Nam eſt hæc figura excitans ipſum auditorẽ. Habetis apud Ariſtotelem, nihil eſſe ſuauius quàm diſcere, eſt hoc valde gratũ. Quum igitur aliquid habemus quod docendũ eſt, & volumus excitare auditores, vt diligentius auſcultent, ſolẽt Oratores cauſam ſubijcere, cur fuerit hæc res talis, de qua illis eſt ſermo. Nam ſcientia eſt cauſarum cognitio. Demoſthenes non ſtatim dicit ipſam cauſam, ſed facit ἀπόφασιν: vtitur ἐπεμβολῇ. videamus etiam orationẽ Ciceronis pro Sexto Roſcio: Credo ego vos, &c. Ibi inchoaturus ipſam cauſam, vtitur ſtatim occupatione. Et poſt occupationẽ vtitur inueſtigatione cauſarũ, ſed non ſtatim reddit cauſam, vexat auditores, quemadmodũ & Demoſthenes. Quomodo differt ab Hyperbato & Parentheſi? Hyperbaton eſt, antequã ſententia fiat abſoluta: Parentheſis dirimit verba, antequã vna ſententia abſoluatur, hoc non facit παρένθεσις. Et ſic Apoſtaſis eſt interſcindere id quod propoſitũ eſt, & aliud interponere. Poſtea redire ad rem atq; illud confirmare. Ita vt partes Apoſtaſeos ſint iſtæ, πρόθεσις, ἐπεμβολὴ, tertiò ἐπάνοδος, reditus ad propoſitionem, poſtea ἀποτέλεσις, i. perfectio.

Nihil ſuauius quàm diſcere.

Differt ἀπόστασις ab Hyperbato & Parentheſi.

Numerorum etiam & perſonarum commutatio ἀπόστασιν facit, vt ex Hyperidis apparet exemplo altero, quod ex accuſatione Mydiana delegit. Nam cùm de aduocatis Mydię Orator dixiſſet: μὴ τοίνυν μηδ᾽ οὗτοι τὴν ἄδειαν, ἣν ὑμῖν κοινὴν οὐσίαν οἱ νόμοι παρέχουσι κωλύοντων κεκλῆσθαι. *Ad perſonam Mydię tranſijt, & declinatiunculam fecit:* οὐδὲν δεινὸν, οὐδ᾽ ἐλεινὸν μειδίας πείσεται, ἂν ἴσα μὲν κλέσηται τοῖς πολλοῖς ὑμῶν, οὓς νῦν ὑβρίζει, καὶ πτωχοὺς ἀποκαλεῖ. ἃ δὲ νῦν περιϊόντι τοῦ αὐτὸ ὑβρίζειν ἐπαίρει ἀφαιρεθῇ. *Et deinde reditus fuit à Mydia ad illius aduocationem:* οὐδ᾽ οὗτοι δήπου ταῦθ᾽ ὑμῶν εἰσι δίκαιοι δεῖσθαι, μὴ κατὰ τοὺς νόμοις δικάσητε, ὦ ἄνδρες δικασταί. *Simile eſt illud pro P. Sylla Ciceronis. Nam poſteaquam Orator aduerſarij calumniam popoſuiſſet. Excluſus hac criminatione Torquatus, rurſus in me irruit, me accuſat: ait, me aliter ac dictum eſt, in tabulas publicas retuliſſe.* ἀπόστασιν *facit à ſua perſona. Et Deos appellat & eorum beneficium agnoſcit. O Dij immortales: vobis enim tribuam quæ veſtra ſunt, neque verò poſſum meo tantùm ingenio dare, vt tot res, tantas, tam varias, tam repentinas in illa turbulentiſſima tempeſtate Reipub. mea ſponte diſpexerim. Vos profectò animum meum, tum conſeruandæ patrię cupiditate incendiſtis, vos me à cęteris omnibus cogitationibus ad vnam ſalutem Reipublicę compuliſtis: vos denique in tantis tenebris erroris & inſcientię clariſſimum lumen prętuliſtis menti meę. Item altera* ἀπόστασις *ad iudicum perſonam, cum renouatione tamen propoſitę calumnię. Vidi ego hoc, iudices, niſi recenti memoria Senatus authoritatem huius iudicij, monumentis publicis teſtatus eſſem, fore vt aliquando non Torquatus neque Torquati quiſpiam ſimilis (id me mul-*

tum fefellit) ſed vt aliquis patrimonio naufragus, inimicus otij, bonorum hoſtis aliter indicata hæc eſſe diceret, quò facilius vento aliquo in optimum quenquam excitato, poſſit in malis Reipublicæ portum ſuorum malorum aliquem inuenire. Hactenus duplex ἀπόστασις. Vna appellatione Deorum, altera iudicum facta, ſequitur reditus ad refutationem calumniæ. Itaque introductis in Senatum iudicibus, conſtitui Senatores, qui omnia iudicum dicta interrogata, reſponſa perſcriberent.

SCHOLAE.

Ariſtides poſtquam exemplo Demoſthenis oſtendiſſet, quid eſſet Apoſtaſis, tandem etiam dicit, inquiens. Sunt etiam aliæ Apoſtaſes, Declinationes: & ponit ſolum id exemplum οὐδὲν δεινὸν, &c. Ex illo exemplo nullus poſſit intelligere quid ſit ἀπόστασις, & quo in loco facta ſit, niſi fortaſſis eius diſcipuli, quibus hæc legebat. Proinde cùm non poteſt intelligi, niſi toto loco recitato, ego vobis recitaui totum. Et vbi ſit ἀπόστασις indicaui. Igitur primùm dicit μὲν νῦν, &c. O Athenenſes, ne igitur hos, qui hac oratione vtuntur, audiatis, ne admiremini horũ diuitias & authoritatem; ſed vos reſpicite, multa ſunt iſtis bona & facultates, quas nemo prohibet iſtos poſſidere: ne igitur veſtram tranquillitatem, quam vobis leges tradiderunt, impediant vos poſſidere, &c. Quæſiui ſimile exemplum, & inueni apud Ciceronem pro Publio Sylla. In quo eſt ἀπόστασις perſonarum. Hæc de ἀποστάσει, cras περὶ τῆς διαστάσεως: quomodo videlicet ab eo differat ἀπόστασις, & quid ſit.

De Diſiunctione.

Ἀποστάσει non multum diſsimilis eſt διάστασις, non ſolùm Græcorum vocabulo vtroque, ſed etiam orationis forma; ſed hoc non differunt, quòd διάστασις, hoc eſt, diſiunctio facit nouum veluti exordium ſententiarum: vt ipſa quoque facit declinatio, & ſeparat ora-

Διάστασις.

Quo cum ἀποστάσει cõueniat.

tionem, quæ poterat continuari, vt etiam illa fecit. Vbi Quo discrepet. *igitur differunt? quòd illa superior declinat ad res alias, antequam id dicatur, quod sibi is, qui audit explanari postulat. Hæc verò statim subijcit causam atque rationem, eiusq; id est exemplum Aristidis, ex tertia Philippica. Posteaquam enim dixit Orator:* παράδοξον μὲν ἴσως ἐστὶν ὃ μέλλω λέγειν· ἀληθὲς δέ· τὸ χείριστον ἐν τοῖς παρεληλυθόσι, τοῦτο πρὸς τὰ μέλλοντα βέλτιστον ὑπάρχει. *Ecce διάστασιν interrogatione fecit,* τί οὖν ἐστι τοῦτο. *Et post hanc disiunctionem quasi facto interuallo, quod à Græcis διάστημα dicitur absque declinatione ad rem aliam:* Διάστημα. ὅτι ἐκ μικρὸν μέγα οὐδὲν τῶν δεόντων ποιούντων ὑμῶν κακῶς τὰ πράγματα ἔχει. *Cicero pro Roscio Comœdo: Sed si, quod aduersarijs nihil credimus: iccirco codicem scribere instituimus quod etiam apud omnes leue & infirmum est, idem apud iudicem graue & sanctum esse dicetur? Hactenus proposita interrogatio, & huic altera interiecta κατὰ διάστασιν, sed simplici non triplici interrogatione.* Διάστασις facta pluribus verbis. *Quid est? quòd negligenter scribimus aduersaria? Quid est? quòd negligenter conficimus tabulas? Qua de causa? Post hoc interuallum continenter causam subijcit, absque interpositione aliarū rerum,* ἄνευ ἀποστάσεως. *Quia hæc sunt menstrua, illæ sunt æterna: hæc delentur statim, illæ seruantur sanctè: hæc parui temporis memoriam, illæ perpetuæ existimationis fidem et religionem amplectuntur: hæc sunt deiecta, illæ in ordinem confectæ. Sic in eadem oratione breuius exemplum* διαστάσεως. *Itaq; per breui tempore, qui ne in nouissimis quidem erat histrionibus, ad primos peruenit comœdos; quæ res extulit eum? vna commendatio huius.*

SCHOLAE. Ἀπόστασις dicta est ἀπὸ τοῦ ἀποστῆναι, à declinando, quemadmoadmodum διάστασις ἀπὸ τοῦ διαστᾶναι, à diſſoluendo, dirimendo, interuallum interijciendo. Habent igitur hęc duo vnam originẽ. Et quemadmodum originem habent communẽ: ſic etiam commune quoddam σχῆμα, communem quandam formam. Vtrumq; enim facit nouum quoddam principium orationis, nouum exordium ſententiæ, abſq; ἀσυνδετὶ, abſq; coniunctione & continuatione ſententiarũ, & vtrumq; dirimit orationem in medio, ἀπόστασις, inquam, & διάστασις. Sed hòc differunt, quòd ἀπόστασις habet interpoſitionem aliarum rerum, & aliarum perſonarum: habet digreſſionem ad aliam rem, ad aliam rationem, ad aliam perſonam. Διάστασις autem non habet ἀπόστασιν, non habet ἐμβολὴν alterius rei interiectionem, ſed ſolam interiectionem paucorum verborum. Cauſæ ſcil. interrogationem, quæ interrogatio fit verbo vno atque altero: vt, Quid ita? Quamobrem? quid illud? abſq; vlla interpoſitione rei. Propterea in heſterno exemplo erat ἀπόστασις. Excluſus hac criminatione.) Hoc ergo eſt ἀπόστασις. Cùm autem ego ſeparo orationem, quæ eſt coniungẽda, cùm fit diſiunctio nõ re, ſed vna ſolũ interrogatione interpoſita, tum dicitur propriè διάστασις: vt, Dicam aliquid contra opinionẽ, ſed quod dico verũ eſt, Sequitur διάστασις. Quid igitur illud eſt? Sic Cicero pro Roſ. Comœdo. Quid eſt? qua de cauſa? Diaſtaſis facta pluribus verbis. Sed poſtremũ exemplum eſt clariſſimũ ex eadem oratione. Quæ res eum extulit?) Hìc eſt διάστασις. Si vis videre διάστασιν eſſe factã, fac μετασχηματισμόν. Itaq; perbreui tempore ad primos peruenit Comœdos, vna commendatione huius. Ipſe autẽ Cicero ſeparauit (hac vna commendatione) διαστάσει: ſed non ſemper fit interrogatione. Aliquando enim fit ſimplici ratione. Quæ res eum extulit? Eam vobis dicam, vna cõmendatione huius. Non eſt opus illã διάστασιν facere interrogatione, ſed ſimpliciter. Sic Martialis: vis dicã quis ſis? magnus es ardelio: ibi eſt διάστασις, quæ erãt coniungẽda, ipſe diſiunxit, magnus es ardelio. Quid ſit διάστασις, primò intelligitur differẽtia ἀποστάσεως: deinde intelligitur μετασχηματισμοῦ. Sed in oratione pro S. Roſcio facilè eſt videre, quomodo differat διάστασις à continuatione cauſarum; vbi eſt cauſarum expoſitio αἰτιάσεως. Cauſam enim reddit cur taceat, cur velit defendere, & non defendit. Sequitur διάστασις. Quid ergo erit? quę me igitur cauſa impulit vt cauſam S. Roſcij ſuſciperẽ? Ibi eſt διάστασις.

Quomodo intelligẽda διάστασις.

Et niſi ad hunc modum ſeparetis has duas figuras, non poteſtis intelligere Hermogenem. Hermogenes vocat ἀπόστασιν declinationem ad perſonam relicta re, quæ res erat confirmanda, & dicit in argumentando cùm volumus eſſe λικοί, cùm adoriri vehemẽter aduerſarium volumus facienda eſt ἀπόστασις, quam Rhetores vocant Digreſſionem. Iſta autem ἀπόστασις fit in ipſa re, in ipſa parte inchoata inter interrogationem & reſponſionem, inter refutationem & occupationem, inter calumniam & calumniæ defenſionem. Id quod ponitur inter iſta duo, hoc dicitur propriè ab Hermogene ἀπόστασις. Si autem illud remoueatur, vt ſi dicas Ignoratis cauſam iudices, ego vobis cauſam dico, tunc eſt διάστασις. Et hæc figura verborum adhibetur in altercationibus, & in inueſtigatione cauſarum, cùm cauſa eſt exponenda, & ea diligenter perpendenda iudicibus. Demoſth. videbat cauſam ſeruitutis Græcorum eſſe vnam negligentiam: quod vitium volens corrigere dicit παράδοξον. Quod ſuperioribus temporibus fuit peſſimum, hoc noſtro tempore eſt vtiliſſimum. Perinde ac ſi dicat: Superiore tempore fuit noſtra pernicies, hoc tempore noſtra ſalus. Et hoc facit vt iudices videant, quæ fuerit ſeruitutis cauſa. Negligentia noſtra libertatem amiſeramus, hanc corrigamus. Cùm volumus cauſam malorum diligenter perpendere, tunc debemus hac figura ἀποστατικὰ vti. &c. Item ſi neceſſarium eſt motum aliquem animorum excitare. Sin autem hoc non eſt neceſſarium, & ſola ratio eſt expendenda, tribus verbis proferamus, fit διάστασις. Hæc poſtrema addo. Quanquam non hac ſolùm ratione, &c. ne iſta duo χωρία confundantur. Iſtis præter cætera Oratores vtuntur, ita vt apud Demoſthenem nulla ſit oratio, in qua hæ duæ non inueniantur.

Quando adhibenda.

Crebræ διαστάσεις apud Oratores.

Διάστασις facta cõmutatione verbi.

Quanquam non hac ſolùm ratione διάστασις *fit, verumetiam commutatione vnius verbi poſt ambitum: vt, Quæ res in ciuitate duæ plurimum poſſunt, hæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore, ſumma gratia & eloquentia: quarum alteram vereor C. Aquili: alteram metuo: quia (quarum) dixit Orator, fecit* ἀποσιώπησιν *periodorum*

dorum. Si harum dixiſſet διάςασις *facta eſſet, de qua hos præcipimus. Sed hæc poſterior ratio minutior eſt, & humilior, altera verò grauior: vtimur enim ea aut in grauioribus criminibus diluendis, aut in inueſtigatione cauſarum in rebus malis, malignis, pernicioſis, in quibus cauſas ipſas diligenter conſiderari volumus, & vitia emendari, aut opinione Iudicum de nobis, aduerſariè, aut infenſo reſiſtere. Itaque proprium huius eſt, & ſuperioris excitare* προσδόκησιν, *vt ne quod vtiliſſimum, aut neceſſarium prætereatur non intelligendo.*

Quādo διάςασις fiat.

De Adiudicatione, Correctione, atque Remotione.

CAPVT XXI.

QVAE inter figuras verborum Hermogenes ἐπίκρισιν *vocat, eam Trapezuntius Adiudicationem vocat non malè: opinor enim licere nobis in imitandis Græcis, verborum etiam illius gentis inſiſtere veſtigiis: eam definiunt, quòd ſit* λόγου ῥηθέντος ἐπικύρωσις καὶ βεβαίωσις. *Sed duplex eſt ea: vna* κατ' ἐνδοίασιν, *quæ fit dubitando: vt,* νῦν δὲ μὲν, ὡς ἔοικε, καὶ περὶ τοῦ φιλολοίδορον ὄντα, *&c. Et Cicero, À primo, vt opinor, animantium ortu petitur origo ſummi boni. Item, Titus Albinus, vel potius penè Græcus, vt opinor. Alterum genus, cui definitio eſt accommodata, quòd fit aſſeuerando: cuius exemplum ex Platonis Menexodo Græci Rhetores poſuerunt: fortaſſis quòd hic author Oratores de hac figura monuit. Eſt enim apud Platonem proprium Socratis, nihil affirmare: ſed cùm alios introducit diſputantes cum Socrate, eos facit etiam*

ἐπίκρισις.

1. κατ' ἐνδοίασιν.

2. κατ' ἀπόφανσιν.

non ſolùm affirmantes, verùm etiam aſſeuerantes. Eſt autem Platonis illud exemplum, λέγω δ' δὴ τ λειπόμενον ἀσημόν ὅ τε νόμ☉ κελεύει ἀποδοῦναι αὐδ' ἐγώ σι καὶ χρῆ. Et Cicero ad Atticum: Quod te domi incluſiſti, ratione feciſti. Et in Verrem: Paulò antè, Iudices, lachrymas in morte miſera & indigniſſima Nauarchorum non tenebamus, & rectè ac meritò ſociorum innocentium miſeria commonebamur. Quæ verò admirando fiunt, aut exclamando ἐπιφώνησις illæ grauiores fiunt, vt pro S.Roſcio: Inſui in culeum viuos voluerunt, atque ita in flumen deijci: ô ſingularem ſapientiam, Iudices. Et prius illud genus, in quo erat dubitatio, interrogando fit aſſeuerantius, vt in eodem loco Cicero: Nónne videntur hunc hominem ex rerum natura ſuſtuliſſe, & eripuiſſe? Interrogandó etiam fit, vt religioni non obſtet, quod obſtaret, ſi affirmaretur: vt, Tantæ'ne animis cæleſtibus iræ? Et καθ' ὑπόθεσιν fit ipſa dubitatio, quaſi affirmatio, vt in eadem oratione pro S.Roſcio: Crura quidem vobis nemo ſuffringet, ſed ſi ego hos bene noui, literã illam, cui vos vſque eò eſtis inimici, vt etiam eas omnes oderitis, ita vehemẽter ad caput affigent, vt poſtea neminẽ alium, niſi fortunas veſtras accuſare poſſitis. Tale eſt illud Martialis: Si verum dicis; ſi verum Gelia mandas, Ediſti nunquam Gelia tu leporem. Aliquando coniungitur vtraque ratio: vt. Quòd Diodorus tibi placet, rectè tu quidẽ ſanè, eſt, vt videtur, doctus Philoſophus. Et illud fortaſſe ſimile: Videor id iure mihi arrogare: ſimplex enim fuiſſet, iure id mihi arrogo. Prius genus orationem facit moleſtam. Altero vti debemus in rebus certis, & in concluſionib. neceſſarijs. Et prius Socraticum eſſe diximus, alterũ Mathematicorũ & Demonſtratorum.

3. Admirando.

4. Exclamando.

5. Interrogando.

6. καθ' ὑπόθεσιν.

Quando & vbi vtendũ adiudicatione.

Apud Hermog. eſt figura, quæ verbo minuta eſt, ſed re

ra d

Magna vtilitas huius figuræ.

ra eſt magna, habens magnam vtilitatem, quæ vocatur ἐπίκρισις. Sed ἐπίκρισιν Trapezuntius vocat Adiudicationem, hoc ego verbum etiam retineo. Licet enim eiuſmodi verba retinere in docendo. Dicitur etiam adiudicatio, quoniam ſolet ſubiici ſententiis poſt expoſitionem, rei ſolet addi. Sed duplex eſt ἐπίκρισις: vnum eſt genus, quod pertinet ad ornamenta ſententiarum, quod habet vim epiphonematis: vt,

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

eſt epiphonema ἐπικριτικὸν. Et quod vocant Rhetores alij Acclamationem, hoc Græci Rhetores, & ego eos ſecutus, ſolent appellare ἐπίκρισιν. Et hoc genere ἐπικρίσεως ſolemus vti poſt explicationem legum, cùm ſuum iudicium exponunt de legis ſententia, vel defendunt ſententiam ipſius legis, vel contra verba illius vtuntur hac figura. Vtuntur etiam Hiſtorici hac figura, poſteaquam Imperatoris factum laudant, aut vituperant: ſolent etiam ipſi ſubiicere ſuam ſententiam, vt oſtendant quid in vita ſit vitandum, quidve ſectandum. Inſignis eſt hæc figura in omni tractatione ethica. Sed non de hac nunc. Nunc de illa, quæ cognoſcitur ex vno verbo, atque altero. In eiuſmodi genere poſitum eſt illud: Mea quidem ſententia, Videor mihi, Fortaſſe, Forſitan, Vt arbitror, &c. Sic iſtæ particulæ faciunt adiunctiones appoſitas, approbationes, aut aſſeuerationes. Duo autem ſunt genera epicriſis: vnum fit, κατ᾽ ἐνδοίασιν, quum quaſi dubitantes exponimus noſtram ſententiam, quemadmodum ego à principio iſtius figuræ poſui: opinor enim licere. Sic Demoſthenis conuitia dicturus in aduerſarium dicit: Tametſi ego auerſor maledicta, tamen neceſſe eſt me, vt apparet, maledicere. Hac ἐπικρίσει vtimur, cùm volumus facere moratum genus orationis, cùm oſtendo ingeniũ modeſtum, non temerè aliquid aſſeuerans. Et vtimur in rebus fortuitis particularibus, non vniuerſalibus, in rebus, quæ non ab omnibus intelliguntur. Socrates de aduerſariis dicens, dixit: Omnia, vt ita dicam, mentiti ſunt. Vniuerſale aliquid ponere periculoſum eſt. Socratis ea eſt hæc ἐπίκρισις, eſt Academicorũ, pertinet ad Academicorũ hæſitationem nõ affirmare aliquid, ſed putare: ſuo quidem iudicio, fortaſſis nõ omnium. Sic Cicero, A primo, vt opinor, &c. Sed alterum eſt ſimplex & aſſeuerans, quod habet aſſeuerationem abſq; aliqua conditione pronunciatur. Et hoc à Rhetoribus Græcis definitur, & dicunt ἐπίκρισις eſt orationis propoſitæ

Acclamatio.

Hiſtoricis communis epicriſis:

Item Ethicis.

Socratica, ſeu Academica epicriſis.

affirmata authoritas & ſtabilitio, confirmatio. Et Plato videtur inuẽtor eſſe horum duorum generum affirmationum, indicationum, ſententiarum dicendarum. Nam ille habet duo genera perſonarum inter ſe diſputantium. Socrates nihil affirmat: contrà habet Protagoram, Sophiſtas omnia affirmantes: omnia apud illos ſunt vniuerſalia, ſunt iuſtiſſima, dicunt iuſtitiam poſitam eſſe in vi & poteſtate, nõ in æquitate. Quoniam igitur Plato oſtendit hæc duo genera propoſitionum: vnum quod fit dubitatione: alterum quod affirmatione: Ipſi Rhetores Græci tribuentes hunc honorem Platoni, adferunt exemplum ex ipſius Dialogo Menexeno, alioqui non deeſſent apud Demoſthenem. Dicit autem ille ratione certa, meritò quod reliquum eſt mundi, ipſa lex naturæ iubet, aſſignare hominibus: id eſt, domicilium terræ ipſa natura iubet tribuere ipſis hominibus, tanquam illorum coloniam: ibi eſt ἐπίκρισις. oportet καὶ χρὴ: Cicero ad Atticum, Quod te domi, &c. id eſt, rectè feciſti, ibi indicat rectè feciſſe eum. Sed ἐπικρίσεις fiunt grauiores, & illuſtriores, & acquirunt maiorem dignitatem, cùm accedit exclamatio, admiratio, vt fecit Cicero de ſupplicio parricidarum in S. Roſcio: Inſui in culeum.) vbi cùm dixiſſet, Maiores noſtri conſtituerunt parricidas in culeum inſui, & in fluuium abiici, tandem exclamauit, O ſingularem ſapientiam. Iſta ἐπίκρισις eſt inſignis, habẽs motum quendam animorum. Et eiuſmodi ἐπικρίσει vti debemus in rebus magnis, bonis, atque neceſſariis. Sceleſtum dij immortales facinus. Eſt ἐπίκρισις affirmans, & abſque vlla dubitatione. Quanquam aliquando ἐπίκρισις fit ironica: vt, Nonuum & inauditum crimen, &c. Sed exclamatio & admiratio eſt vehementior. Interrogando etiam aliquando euadimus periculum reprehenſionis, quod non eſſet, ſi ſimpliciter pronunciaremus. Si aliquid videtur eſſe dictum impium: vt Virgilius, Dij immortales, &c. volens euitare malam opinionem, ne quid contra deos videatur dicere, inquit: Tantæne cœleſtibus animis iræ? id quod non voluit affirmare id ponit interrogando. Eſt etiam tertium genus, quod fit κατ' ὑπόθεσιν, conditione, aſſeuerans quandoque ex priore facie poſterius. vt cùm dicit Cic. Crura quidem vobis, &c. Sed ſi ego hos.) Ibi eſt dubitans ἐπίκρισις: Orator volens dicere, Vos Iudicum ſententiis condemnabimini. vtitur ὑποθέσει, & dicit: ego hos bene, &c. Et ſic Martialis: Si verum dicis, &c. Ipſe

7. ἐπίκρισις εἰρωνικὴ.

indicat de forma ipſius mulieris, nō ex ſua ſententia, ſed ex ſententia anus. Aliquando coniungitur vtrumque genus, & hoc fit poſteaquam affirmatum corrigitur à nobis, & eſt quaſi per epanorthoſin, tametſi correctio non appareat. Quo Diodorus, &c. rectè tu ſanè, id eſt, facis: ibi eſt epicriſis poſterior, affirmans abſque dubitatione. Sic habetis epicriſin, vel per dubitationem, vel affirmationem. Deinde quod fit dubitatione, aut fit ſimplici pronunciatione, figura aliqua, aut interrogatione, aut exclamatione. Tertia diuiſio aut alterū genus ſolùm ponitur, aut vtrumq; commiſcetur.

8. Epicriſis per quaſi ἐπανόρθωσιν.

De Correctione.

ἐπιδιόρθωσις.

1. In amplificatione.

Prætereunda non eſt ἐπιδιόρθωσις, quæ verbi eſt emendatio, atq; in amplificando ſæpe etiam vim magnam habet. Eius tale eſt exemplum Ciceranis pro Sex. Roſcio: Iſtius fide, ac potius perfidia decepti. Et illud: Ego omni officio, ac potius pietate, cæteris ſatisfacio omnibus. In priori exemplo facta eſt emendatio per contraria verba. In poſteriore generis vocabulum commutatum eſt cum certa ſpecie virtutis. Et alio in loco contra Antonium: Et in eadem cauſa honeſta, credo in domo, ſi domus habenda eſt potius hæc, quàm officina nequitiæ. Rurſus genus commutatum eſt ſpecie. Illud autem in quinta Accuſatione, rurſus per contraria: Si hæc ratio potius, quàm amentia nominanda eſt. Et in oratione, antequā iret in exilium, cuiuſcunq; illa ſit: Si dulcis eſt gloria, conſequere virtutem, noli abijcere labores, pete honorem: honorem dico: imò verò famam, fortunam, familiam, liberos, caput, corpus, ipſum deniq; ſanguinem, & animam. In hoc pro vno verbo multa ſunt ſuppoſita exaggerandi cauſa. Aliquando in rebus bonis & laudabilibus, vocabula vitiorum emendantur, cum vocabulis virtutis: vt in tertia Philippica de Bruto: Patrimoniumq; ſuum effudit, quan

2. Vitia virtute emendantur.

quam non ſumus vſi eo verbo quod decuit, non effudit, ſed
3. Per ironiam, *in ſalutem Reipubl. collocauit. Aliquando per ironiam in*
rebus malis vocabulum ſupponitur deterius, vt in quinta
Philippica: Deinde *equitatum quantum velit, equitatum*
dico, dubitauit credo gentes barbaras ſecum adducere.
4. ὀργιστική. *Aliquando ſæpe fit ὀργιστικὴ ἐπιδιόρθωσις, vt in ſexta*
Philippica: Qua poteſt vobis cū hoc gladiatore conditionis,
equitatus, legationis eſſe communitas? Quanquam,
Quirites, non eſt illa legatio, ſed denunciatio belli, niſi paruerit.
5. Feſtiua. *In Comœdijs verò & Dialogis feſtiua fit ſæpe correctio,*
ab altera perſona, qua vtimur in iocis & ſalibus,
& vrbanitate: vt, Magnas mihi agere gratias Thaïs
inquit Thraſo: at Gnato non contentus eo verbo, ingentes
ſubijcit.

SCHOLAE. Nota eſt illa figura, quę vocatur Correctio verbi. Sed plerunq;
ἐπανόρθωσις vocant eam nō ἐπιδιόρθωσιν, ſed ἐπανόρθωσιν mihi magis
placet Hermogenes, qui ἐπιδιόρθωσιν illam vocat. Nam ἐπιδιόρθωσις ſignificat emendationem. Ita illud vocabulum vulgare abiicio, & retineo Hermogenis, ἐπιδιόρθωσις eſt figura, qua in amplificando vtimur, quando volumus in verbis αὐξητικοῖς, cùm volumus exaggerare aliquid, magnitudinem rei oſtēdere. Hermogenes adfert illud exemplum ὄψι γδ.) aliquando, tandem, heri, & nuper. Et ſic etiam illud, ὅς ἐστι.) nam eſt turpe, imò verò turpiſſimum. Ego vobis dixi exempla varia, vt habeamus varias formas harum correctionum, vt videamus aliquando diuerſitatem. Pro generibus etiam rerum hæc figura variatur. Nam vtimur ea in notatione temporis, ſic in illo ὄψι γδ.) Emendauit verbum temporis: Propediem ad te veniam: non propediem, ſed nunc habituri ſumus Philippum, hodie Philippi arma habemus. Emendat etiam comparatiuum per ſuperlatiuum: vt, ſapiens vir, imò ſapientiſſimus. Sic Demoſthenes, Eſt turpe, eſt turpiſſimum. Prima itaque varietas fuit ἐπιδιορθώσεως in tempore: ſecunda in gradibus comparationis: tertia varietas eſt in verbis homonymis, quæ verba accipiuntur in bonam & malam partem. Fides eſt vocabulum me-

dium,

dis,ſeruata fides dicitur fides: violata verò nõ iam amplius dicitur fides,ſed perfidia. Cùm verba media commutamus cum verbis ſignificantibus rem malam,vt dico: Fides at potius perfidia. Sic credo in honeſta domo,&c. domus eſt vocabulum generale. Eſt enim domus hominum frugi,& hominum nequam. Quarta varietas eſt, cùm genus emendatur per ſpecies,infinitum per finitum,genus per ſpeciem:vt, Et in eadem cauſa honeſta,&c. Hanc excogitauit rationem, &c. Iſtud exemplum refertur ad tertium, quia ratio eſt homonyma: eſt enim bona & mala: fecit ἐναντίωσιν & ἐπιδιόρθωσιν ὁριστικήν, quæ facit definitionem. Illud etiam diſcriminis eſt in ſuperioribus exemplis, quòd ἐπιδιόρθωσις aliquando fit aſſeuerando : vt, Ego omni officio,&c. Turpe eſt, immò turpiſſimum. Fit etiam per dubitationem,de qua figura ſuprà diximus,& per conditionem:vt,Hanc excogitauit rationem,ſi hæc ratio potius, q̃ amentia dicẽda eſt. Eſt illa etiam in hac figura varietas, quod vnum verbum vno verbo emendatur,vt in ſuperioribus exemplis: Fide ac potius perfidia,officio,ac potius pietate,&c. Aliquando vnum verbum emendatur pluribus,cùm pro vno verbo non ſatis ſignificante ponimus ſignĩficantiſſimum,plura ſignificantia,pleniſſima & grauiſſima,vt in illa oratione,quæ habita eſt antequam iret in exilium: quãuis ſit pueriliter à iuuene aliquo exercitandi gratia ſcripta,bona tamẽ eſt. Et poteſt in illa oſtendi plus artificij Rhetorici, q̃ in aliis. Si dulcis eſt gloria.) Exemplum eſt pulchrum , tametſi in eo eſt quædam abundantia verborum. Deniq; & ſanguinem.) Reliqua ſunt bona. ſed hoc nimirum.) Aliquando in rebus bonis vulgus vtitur verbis rerum malarum : ſed Oratores aliquando coguntur facere. Cic. in 3. Philip. laudans Brutum, ꝙ nec vitæ ſuæ, nec bonis omnibus pepercerit , ſed totũ patrimonium,facultates,Reipub. cauſa impendit,dicit effudit : quod vocabulum non habet ſignificationẽ prudentiæ,ſed ſtultitiæ. Effundere enim maius eſt, q̃ profundere : videtur illud non laudis, ſed vitij eſſe. Et metuens ne verbum ſit minus proprium, corrigit ſe ipſum, non locutus eſt barbarè, ſed barbara opinione,eſt vitium ἠθικὸν,non effudit,dicit,ſed in ſalutẽ Reip. collocauit. Illa etiam eſt varietas, ꝙ in correctione aliquãdo rectè adhibetur εἰρωνεία, & ipſa ἐπιδιόρθωσις, ironia fit vehementior. Sed ironia aliquando occupat priorem locum, aliquando poſteriorem. Dicit Cicero : Et in eadem cauſa.)

Oratio anteq̃ iret in exiliũ, non Ciceronis eſt, ſed ſtudioſi cuiuſdam Rhetorices.

In reb. bonis vulgus vtitur verbis rerũ malarum.

Correctio ἠθική.

Ironia anterior, & poſterior.

Eſt ironia præcedens,facta emendando. Credo, id eſt,ſcilicet,ipſam ironiã corrigit. Si domus eſt habēda,&c. Aliquando ponitur ſuperiore loco: Equitatum quantum volunt. poſtea, Equitatum dico. Et huiuſmodi ironia non ſolùm amplificamus verùm etiam cõmouemus animos. Equitatum ſcilicet barbariſſimos populos. Aliquando vtimur hoc genere in ſtatu definitiuo, vt in illo loco: Quæ poteſt vobis,&c.

Correctio comica.

Poſtrema quæ fit in altercatione comica & dialogica. Cùm verbum eius,qui priore loco dicit,corrigitur ab altero,ſcilicet poſteriore: vt ſi vnus dicit,Peccatum eſt: alter verò,imò crimen eſt. Scelus eſt:alter,parricidium eſt. Sic apud Terentium,Magnas mihi agere,&c. Oratores ea vti poſſunt in altercando,cùm introducunt aduerſarium loquentem: vt, At peccaſti,imò meos perdidi.

De Remotione & Poſitione.

ἄρσις ϗ θέσις.

Correctio maiorem ſæpe vim habet, quàm ἄρσις, ϗ θέσις, de qua etiam eſt apud Hermogenem præceptum. Et vtraq; iiſdem confici poteſt verbis: vt, Non legationem mittere, ſed bellum denunciare, non legatio eſt, ſed belli denunciatio. Et illud Ennianum, Non cauponantes bellum, ſed belligerantes. Et eandem vim habet: Sera nimis vita eſt craſtina, viue hodie. Probatur enim id μεταχηματισμῷ: craſtinam vitã nõ expectare, ſed hodie viuere: non effudit patrimonium, ſed in ſalutem Reipublicæ collocauit. Hermogeni exemplum huius figuræ eſt illud Demoſthenis: ἰχῦς τῶν ἀπολοσομένων τὰ ἡμέτερα, ἀλλ' τῶν φιλαξάντων τοὺς ἄλλους.

SCHOLAR.

Correctioni eſt vicina figura, quæ dicitur ἄρσις ϗ θέσις, & à correctione differt ſolùm verborum ſchemate: nam illa ſuperiora exempla poſſunt conuerti: vt apparet in hoc exemplo: Ratio potius, quàm amentia. hic eſt ἄρσις ϗ θέσις, ſic non ratio, ſed amentia. ἄρσις nihil eſt aliud, quàm remotio, θέσις aſſeueratio. Vtimur hac figura in præceptis morum: cùm id quod vitioſum eſt corrigitur. Non ego aurum

poſco,

pesco virtute certemus vtrinq;. Aliquãdo etiam fit abſq; particula negandi, ſine negatione: vt, Sera nimis vita eſt craſtina: id eſt, non craſtinam diem expectare debêmus, hodiernum curare. Figura eſt non negligenda, & præſertim in illo dicendi genere morato, quamuis videatur eſſe minuta.

De Epanaphora, Anaſtrophe, Epanaſtrophe, & Circulo oratorio.

CAPVT XXII.

Superiores verborum figuræ, exceptis paucis, omnes Hermogenis, & Græcorum ſunt, prætérita à Latinis. Fortaßis quia olim Romæ in ſcholis Grammaticorum, qui doctißimi viri erant, docebantur. Inſequentes autem communes ſunt vtriuſque populi Rhetoribus: quas deinceps perſequamur. Ac primum de repetitione, quam ἐπαναφορὰν omnes vocant, cùm ab vno eodemq́; verbo in ſententijs periodisq; continuatis ſumuntur principia: id fit in figura dicendi ampla, membris longioribus, vt in illo exemplo Hermogenis, quod ex oratione de Corona protulit: μέχρι τούτου λασθένης φίλος ὀνομάζετο φιλίππου, ἕως προύδωκεν ὄλυνθον, μέχρι τούτου τιμόλαος ἕως ἀπώλεσε θήβας μέχρι τούτου εὔδικος καὶ σίμος οἱ λαρισαῖοι, ἕως θετταλίαν ὑπὸ φιλίππῳ ἐποίησαν. *Cicero longioribus circumſcriptionibus dirimit verba iterata in quarta Accuſatione Verrina: Quid ego nunc hîc Sexti Pompeij Chlori teſtimonium recitem? qui cauſam egit Dionis: qui omnibus rebus interfuit: hominis honeſtißimi: tametſi ciuis Romanus virtutis cauſa iam diu eſt: tamen omnium Siculorum primi, ac nobilißimi? Quid ipſius Q. Cæcilij Dionis hominis probatißimi, ac prudentißimi? Quid Lu*

Repetitio.

In amplitudine.

cij Vetecilij Liguris, Titi Manlij, L. Caleni? quorum omnium teſtimonijs de hac Dionis pecunia confirmatū eſt. Hæc figura fit pulchrior, cùm geminatur binis verbis, vt in illo exemplo Demoſthenis ſuperiore proximo, & pro S. Roſcio in fine exordij: Accuſant hi, qui in fortunas huius inuaſerunt, cauſam dicit is, cui præter calamitatem nihil reliquerunt: Accuſant ij, quibus occidi patrem S. Roſcij bono fuit: cauſam dicit is, cui non modò luctum mors patris attulit, verùm etiam egeſtatem: Accuſant ij, qui hunc ipſum iugulare ſummè cupierunt: Cauſam dicit is, qui etiam ad hoc iudicium cū præſidio venit, ne hic ibidem ante oculos vrbis trucidetur. Deniq; accuſant ij, quos populus poſcit, cauſam dicit is, qui vnus relictus ex eorum nefaria cæde reſtat. Aliquando verbis fit commutatis, bis repetitio eodem in loco, vt in 4. in Verrem: Quid ni iſte neget? at eques Rom. qui Sopatrum defendit, qui omnibus eius conſilijs rebuſq; interfuit. Q. Minutius iuratus dicit pecuniam datā: iuratus dicit Temarchidem dixiſſe, maiorem ab accuſatoribus pecuniam dari. dicent hoc Siculi omnes. dicent omnes Halicienſes: dicet etiam prætextatus Sopatri filius. Sed quia in amplitudine diximus membra eſſe longiora, dicedum etiam eſt in celeritate, & in oratione concitata breuiora eſſe debere: vt, Verres calumniatores opponebat. Verres adeſſe iubebat, Verres cognoſcebat, Verres iudicabat. Et apud Hermog. Demoſthenis exemplum, προσιὼν τῇ βουλῇ, προσιὼν τῷ δήμῳ. *Et illud Cic. Dicent hoc Siculi omnes, dicent Halicienſes, dicet prætextatus filius. Item illud, Teſtes ſunt, qui in conſilio fuerunt, teſtes publicæ tabulæ, teſtis honeſtiſſima ciuitas Lilibetana, teſtis honeſtiſſimus conuētus Romanorum. Item illud, Quid volebas? quid optabas? quæ tua mens? quis ardor tuorum oculo-*

In celeritate.

ordinum? Neq; enim refert fieri verbum μετασχηματι-quò numeris, caſibus generibus.

SCHOLAE.

Superiores figuræ ferè omnes fuerunt Hermogenis & Græcorum, & pertinent tamē ad omnia dicendi genera. Romani non nominant eas figuras, tantū abeſt vt eas explicarint. Sed fortaſſis conſuetudo Romanorum fuit in cauſa, quòd illæ figuræ à Grammaticis in ſcholis tradebantur. Grammatici enim illis temporibus fuerāt doctiſſimi, erant explicatores Poetarum & Oratorum, atq; etiam Hiſtoricorū. Igitur Rhetores cum illis partiti ſunt ſuum dicendi genus, ſiue munus; & eam partem figurarum ſuperiorum reliquerunt Grammaticis in ſcholis interpretandam. Has autem ſequentes ſibi vſurparunt, & eas explicarūt: propterea quòd hæ figuræ ſint luminioſiores: quod viderentur habere plus ornatus, grauitatis, acrimoniç, quàm illæ ſuperiores, ſiue illud rectè fecerint, ſiue non, non eſt nobis hoc tempore explicandum. Putaui ego harū doctrinam cum illis coniungendam, & putaui conſuetudinē Græcorum eſſe renouandam.

Laus Grāmaticorū.

Latini incipiunt ab epanaphora, quæ nihil eſt aliud, q̄ primi verbi repetitio, in principiis ſententiarum, aut periodorum: quæ continuantur. Habet finem iterationem: fundamentum autem vnum atq; idem verbum. Deinde in ſententiis aut periodis cōtinuatis, aut cùm fit in ſingulis membris, ſentētiis: quid volebas? quid optabas? Eius exemplum Hermogenes ponit ex oratione de Corona, illud ſcilicet μέχρι τȣ́τȣ, & ibi quater repetiuit verbum vnum. Nec refert quod poſuit in principio, quòd ſit ab vno eodemq́; verbo. Poſſumus enim vnum verbū intelligere, etiamſi duo ſint coniuncta: vt, Accuſat is, cauſam dicit is, &c. Tametſi bina verba vel plura reperiantur: tamen eſt vnius repetitio. Hanc habet Hermogenes diuiſionem, quòd in amplo dicendi genere fit repetitio verbi in longioribus membris & periodis: vt in illo exemplo μέχρι τȣ́τȣ. Eſt repetitio facta poſt periodos bimembres. Vtimur plerunque verborum iterationibus, in enumerationibus, in ἰσοδυναμίᾳ: Quid optabas? quæ tua mens? Enuntiationis exemplū eſt hoc, μέχρι.) Sic Cicero, Quid ego, &c. In hoc loco eſt facta periodus magna, anteq̄ fit repetitio: & hoc dixi eſſe in amplitudine iterare in longis periodis, Quid, quid, iteratio facta in tribus, tamen aliquando etiam fit in pluribus. Sed iteratio fit multis modis,

Epanaphoræ finis iteratio: eius fundamentum vnum idemq́; verbum.

Quot modis repetitio fiat.

& variis rationibus,quæ rationes & varietas diligenter ſunt obſeruanda. Aut enim fit vnius verbi repetitio. Quid volebas? quid optabas?&c. Eſt & iteratio ſimplex. Aut eſt iteratio geminata,quæ fit verbis binis, aut pluribus. Non ſolùm repetitur μίχει τύτυ, ſed etiam ἴως. In ambobus membris idem verbum repetitur. In oratione autem pro S.Roſcio fit Epanaphora in tribus. Prima eſt in (Accuſant) ſecunda in (cauſam dicit is) tertia in (ij qui) Ergo aut eſt ſimplex, aut geminata,aut fit vno verbo,aut pluribus: vt, Quid feci,quid commerui? Hìc illius arma, hìc currus fuit. aut geminatis, vt,μίχει τύτυ, cauſam dicit is, accuſant ij. aut etiam fit verborum μετασχηματισμὸς (ij, quibus, iis, cui, quis) repetitur non ſolùm nominatiuo caſu,ſed etiam datiuo.Sic,Quid volebas? &c. Sequitur permutatio generis maſculini in fœmininum: Quæ tua mens? rurſus generis: Quis ardor? Eſt etiam hoc, quòd verba aliquando commutantur, quod duplex ſit repetitio in eodem loco,verborum commutatione: vt rurſus Cicero in Verrem: Iuratus,&c. Facta iteratio,primùm verbis coniunctis, deinde vnum verbum tantùm iterauit. Superiora exempla habuerunt ferè amplum dicendi genus,iteratio facta membris longioribus.In celeritate autem,&altercatione debet iteratio abſolui breuiter,vt in hoc. Dicent hoc.) Eſt iteratio facta κομματικῶς. Cicero habet illud exemplum,Verres,&c. breuiter abſolutum.Demoſthenes ἀστιῶν.

Manet adhuc in breuioribus repetitionib. quæ κομματικαὶ.

Qualis etiam in illo exemplo commutatio eſt: Quantus in L.Craſſo pudor fuit,quod ingenium, quanta authoritas,quis ignorat? Et hæc omnia quoties cõmatica ſunt, ſiunt acriora: Manus à tutela, manus à pupillo, manus à ſodale abſtinere non potuiſti: iam te non Siculi, non aratores,vt dictitas circunuenerunt. Habet hoc exemplum etiã illud ſingulare, quòd duplex ſit facta repetitio, duobus ſcilicet verbis: κομματικὰ *etiam illa,* Negat *hoc Decius Brutus,negat Gallia, negat cuncta* Italia, *negat Senatus,negatis vos.* Idem, *Intus inſidiæ,intus incluſum periculum,intus eſt hoſtis. Cum luxuria nobis,cum amentia,cum ſcelere certandum eſt. Et in hoc exemplo iteratio*

Commutatio non ſolùm nominibus , ſed etiam verbis.

tio duplex duobus facta verbis. Aduerbia etiam, vt vocant Grammatici, grauiter repetũtur: En cui tot liberos committas, en memoria mortui ſodalis, en metus viuorum exiſtimationis. Et grauius particula exclamandi, O nomen dulce libertatis, ô ius eximium noſtræ ciuitatis, ô lex Porcia, legesq́; Sempronia, ô grauiter deſiderata, & aliquando reddita plebi Romanæ tribunitia poteſtas. Superiora exempla verborum habuerunt liberas repetitiones, & voluntarias. Aliquando neceßitatis cauſa, vt ἐπανάληψιν fiunt: de qua antè eſt dictum: aliquando dolor exprimitur abſq; interpoſitione verbi, iterationem continente, vt in Verrem 7. Verrina: Crux, crux, inquã, infelici & ærumnoſo, qui nunquam iſtam poteſtatem videat, comparabatur. Vocemus hanc formam ἀναδίπλωσιν & geminationem. Aliquaudo idem facit admiratio: vt, Fuit, fuit, illis Iudicibus diuinum ac ſingulare, Iudices, conſilium. Idem etiam efficit affirmãdi cupiditas, vt in 4. Philip. Non eſt, nõ eſt vobis, Quirites, in eo hoſte certamẽ cũ quo aliqua pacis conditio eſſe poßit. Significatio quoq; doloris ſit hac forma: vt, Dolebam, dolebam Patres Conſcripti, Rempublicam veſtris quondam conſilijs conſeruatam, breui tempore eſſe perituram. Cùm verò & prima forma & poſtrema concurrunt, grauior ſit concinnitas, vt in Catilinam: Ille, ille Iupiter reſiſtit, ille Capitolium, ille hæc templa, ille hanc vrbem, ille omnes vos ſaluos eſſe voluit.

Geminatio in aduerbiis.

Aliquando ἐπανάληψις facit iterationem.

ἀναδίπλωσις.

SCHOLAE.

Dixi primi verbi repetitionem ab omnibus Græcis vocari ἐπαναφορὰν, author ad Herennium vocat Repetitionem. Cicero videtur vocare Iterationem, in Partitionibus, & in libro 3. de Oratore: Et quantum ad dicendi genera attinet, dixi in genere dicendi graui & amplo fieri membris longioribus, atque etiam periodis, quemadmodum heri exemplis oſtendimus. In genere autem dicendi concitato, celeri, atque volubili, quod Hermogenes vocat γόργον, atq; γοργότητα, fit membris breuioribus: cuius formæ illæ erãt exempla. Verres calumniatores.) Quanquã illud exemplum habet duas figuras verborum, epanaphoram & homioteleuton, tamen ipſa epanaphora habet in illo principem locũ. In hac iteratione eſt σφοδρότης, oratio vehemens, & acris in ipſum aduerſarium, facit ſententiam accuſatoriam vehementiorẽ. Ipſum autem ὁμοιοτέλευτον facit orationem concinniorem.

Epanaphora homoioteleuto abſoluta.

Alterum exemplum dederam ex Demoſthene. [illegible].) Ibi etiam ſunt duæ figuræ, epanaphora, & ὁμοιόπτωτον, duo ſunt datiui caſus: Venit in curiam, venit in Senatum. Tertium exemplum fuit illud Ciceronis: Teſtes ſunt qui in concilio fuerunt, &c. Sed dixi in poſtrema parte lectionis, aliquãdo fieri μετασχηματισμὸν: hoc eſt, commutationem caſuum, perſonarum, generum, modorum, temporum, idq; apparet in illo exemplo Ligariano: Quid ille tuus diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat? quid volebas? quid optabas? &c. ibi habes quid, cuius, quæ, qui, factus eſt metaſchematiſmus generum, & caſuum. Et in eiuſmodi commutationibus videtur concinnitas eſſe maior, quia non videtur coacta, ſed neceſſaria. Sic ò curas hominum, ô quantum eſt in rebus inane? Ipſe Perſius non captat ibi obſeruationem verborũ, ſed eſt ſchema expreſſum ex dolore animi. Et ſunt illa ſuauiora, quæ videntur profecta eſſe, non ab aliqua aptatione, ſed quæ ipſa neceſſitas videtur afferre: hoc eſt, mutationem generum, modorum, temporum, perſonarum. Tale eſt illud exemplum, quod hodie dixi. Quantus eſt.) Illud exemplum, Manus à tutela, &c. poſui duabus de cauſis: primò, quia eſt κομματικὸν breue: ſecundò, quia eſt duplicatum, habet geminam iterationem, fit duobus verbis, Manus & Iam. Sed quoniam dixi, Commutatio fit nõ ſolùm in nominibus, vt apparet in exẽplo Ligariano, & in altero: Quantus in Lucio, &c. Sed fit etiam in verbis: etiamſi in verbis mutentur numeri aut perſonæ, tamen manet eadem figura, vt apparet in illo: Negat hoc.) Illa commutatio perſonarum non minuit figuram, ſed figuræ concinnitatem auget. Omnia autem hæc fiunt vehementiora cùm geminantur. Intus inſidiæ.) Igitur in illis commaticis primò conſiderandi ſunt μετασχηματισμοὶ, commutationes generum, perſonarum, modorum, & temporum: ſecundò, an ſit iteratio duplicata.

Homoioptoto abſoluta.

Duo in cõmaticis iterationibus conſideranda.

plicata: tales enim ſunt vehementiores. Sed non ſolùm his duobus orationis partibus nominibus & verbis: ſed aliquãdo etiam epanaphora fit aduerbio. Aduerbia δεικτικὰ, particulæ demonſtrandi, faciunt epanaphoras vehementes, En, quæ.) Hic illius arma, &c. Sed particula exclamandi longè eſt vehementior, O nomen dulce libertatis.) Hac etiam vtimur in dolore, luctu, fletu, miſeria. O curas hominũ.) Sic, vt vidi, vt perij, vt me malus abſtulit error: non videtur ibi captauiſſe elegantiam verbi, ſed dolor expreſſit. Prima illa genera videtur eſſe libera. Sic Cic. Verres calumniatores.) Potuit autẽ dicere, Verres calumniatores opponebat, adeſſe iubebat, iudicabat. Sed ſua voluntate & iudicio interpoſuit verbum idem, & idem verbum repetiit. Aliquando epanalepſis facit repetitionem verborum, de qua figura antè dixi, vt illa præteritio, Omitto, omitto, &c. Aliquando fit ἐπανάληψις iteratione continenti, abſque aliquo interuallo, qua nunquam debemus vti, niſi in motibus animorũ: ſed iteramus in vehemẽtibus motibus. Anadiploſin igitur facit aut dolor & ira. Crux, crux.) Quoniam Verres voluit ciuem Romanum in crucem tollere, Cicero cõtra diſſoluit, & ſimplici geminatione vſus eſt. Cùm admiramur alicuius prudentiam, conſilium, prouidentiam, & cauſam volumus aſſeuerare, debemus vti iſta geminatione, & continenti repetitione, hoc eſt ἀναδιπλώσει. Fuit, fuit illis.) Iteratio aliquando habet vim exclamationis. Iſta fuiſſet grauis ſententia. O illorum Iudicum ſingulare iudicium.) Sed Cicero loco exclamationis vtitur geminatione. Igitur iteratio habet vim exclamationis & iuriſiurandi: Fuit, fuit, mediusfidius, diuinum illud conſilium, Iudices. Quanquam non fit verbo vno ſolùm, ſed etiam duobus. Non eſt vobis Quirites, non eſt.) Geminatio poſita loco iuriſiurandi. Et non ſolùm dolor præſens, ſed preteriti doloris, aut voluptatis ſignificatio facit iterationem, ſic: Dolebam, dolebam. Sic ἀναδίπλωσις habet etiam ſignificationem conſtantiæ, ita vt nihil videamur temerè & ſine cauſa dicere: vt, In me qui adſum, in me conuertite tela.) Cùm ἀναδίπλωσις concurrit cum epanaphora, tum eſt duplex concinnitas, & duplex eſt ſententiæ vis, omnia ſunt duplicata, & ipſe motus & elegantiæ ſententiæ: vt, Ille, ille Iupiter reſiſtit.) Ibi eſt ἀναδίπλωσις ἀποφαντικὴ magis affirmans.

Anadiploſis habens ſignificationem conſtantiæ.

De Conuerſione.

ἀντιστροφὴ, quòd ſuperiorem figuram inuertit.

HVIC *ornamento collocatione & loco contraria eſt, quod* ἀντιστροφὴ *dicitur à Græcis, & in Hermenianis Conuerſio nominatur, ex Græco nomine Latino expreſſo vocabulo. Hæc figura apud Ciceronem & Demoſthenem ſuperiore rarior eſt: ſed tamen non inelegans eſt. Et cùm vſu differat, tamen cùm ea vtimur, vtilitate non differt. Eſt autem ea, cùm non primum verbum, ſed poſtremum renouatur, atq; repetitur, idq; vel membris breuioribus, vel longioribus, pro dicẽdi genere, atq; figura, vt etiam illa ſuperior repetitio.* Cic. in 5. Accuſ. *Etenim hoc dico, & magna voce dico, vbicunq; factum eſt, quicunq; hoc fecit, ſupplicio dignus eſt. Si dixiſſet improbè factum eſt. Supplicio rem dignam fecit, fuiſſet plena cõcinnitas: & ter facta cõuerſio, Demoſth. quaſi inciſim,* τάξει ἀρχὴν παρ' ὑμῶν, ὑπάρχοις παρ' ὑμῶν. *Illa membratim, & membris longioribus apud Demoſthenem,* ἂν μὲν γὰρ ὅσ' ἄν τις λάβῃ καὶ σώσῃ, μεγάλην ἔχει τῇ τύχῃ τὴν χάριν, ἂν δὲ ἀναλώσας λάθῃ, συνανήλωσε, καὶ τὸ μεμνῆσθαι τῇ τύχῃ τὴν χάριν. *Et ecce* τὸ ἄχειρον *in poſteriore, Gratiam enim habere Latinum eſt & Græcum. Gratiam verò conſumere, aut expendere nouum, neq; proprium. Sed conſecutione verborum non malum. Eſt etiam huius generis illud Demoſthenis exemplum,* παρέστηταί τι τῶν ὑμῖν δοκούντων συμφέρειν ἄφωνος αἰσχίνης· ἀντέκρουσέ τι καὶ γέγονεν ὃ οὐκ ἔδει· πάρεστιν αἰσχίνης. *Addemus etiam quartum exemplum, quoniam omnibus his vtitur Hermogenes ex eodem Demoſthene:* πρὸς μὲν τὸ τὰ τοῦ πολέμου ταχὺ καὶ κατὰ καιρὸν πράττεσθαι, πολλῷ προέχει, πρὸς δὲ τὰς καταλλαγάς, ἃς ἂν ἐκεῖνος ποιήσαιτο, ἄσμενος πρὸς ὀλυνθίους, ἐναντίως ἔχει. Et

Breuitatis exemplũ.

Exemplum mẽbris longioribus factum.

hoc

Complexio.

hoc poſtremum exemplum habet complexionem Herennianam: nam & primum & poſtremum verbum reſumitur. Eſt enim apud illum ſcriptorem complexio nihil aliud quàm ſuperioris & huius ornamenti coniunctio, vt in illis exemplis Ciceronis, primùm pro Milone: Quis eos ſeruos poſtulauit? Appius. Quis produxit? Appius. vnde ab Appio. Neq; enim refert etiam in hac figura, vt in ſuperiore fieri commutationem, & inflexionem caſuum, numerorum, & cæterorum, quæ accidere in oratione ſolent. Et illud poſtremum exemplum Demoſthenis in priori circunſcriptione περιέχει, habuit in poſteriore ἔχει. Et Ciceronis alterum exemplum contra Rullum, per complexionem factam etiam habet caſuum commutationem. Quis legem tulit? Rullus. Quis maiorem partem populi ſuffragijs priuauit? Rullus. Quis comitijs præfuit? Rullus. Quis tribus, quos voluit, vocauit, nullo cuſtode ſortitus? Quis Decemuiros, quos vdluit, renunciauit? idem Rullus: Quem principē renunciauit? Rullum. Diximus hoc ornamentum rarius eſſe: nempe propter inſignem elegantiam & concinnitatē: quemadmodum etiam fit in ipſa gradatione, qua Demoſthenes vtitur rariſſimè. Quidquid enim eſt huiuſmodi ornamētorum, quæ tanquam corollæ quædam ſunt extantes, ſophiſtico & florido dicēdi genere magis conueniunt, quàm cauſis grauibus. Itaq; obruere ſolent hanc elegantiam in ſeueritate Oratores, aut commutatione verborum, aut collocatione. Id quod apparet in illo exemplo 4. Accuſat. Comites illi tui delecti, manus erant tuæ, præfecti, ſcribæ, medici, accenſii, aruſpices, præcones, manus erant tuæ: quò quiſq; te maximè cognatione, affinitate, neceſſitudine aliqua attingebat, ita maximè manus tua putabatur: cohors tota illa tua, quæ plus mali Si-

Antiſtrophe occultatur.

Commutatione verborum antiſtrophe.

cilia dedit, quàm ſi centum cohortes fugitiuorum fuiſſent: Tua manus ſine controuerſia fuit, quidquid ab horum quopiam captum eſt: id non modò tibi datum, ſed tua manu numeratum iudicari neceſſe eſt.

SCHOLAE. Apúd Hermog. eſt genus repetitionis, quod vocatur ἀντιστροφή. Et eſt relatiuum, habens correlatiuum ἐπαναφοράν. Propterea dicitur ἀντιστροφή, ꝙ ſit ſuperioris figuræ conuerſio, quòd ſuperiori ex altera parte reſpōdet. Nam epanaphora repetit primum verbum, antiſtrophe poſtremum. Conueniunt repetitione, & differunt ſolùm collocatione & loco. In priore verbum primo loco collocatur, in iſto verò, poſteriore loco. Et hæc eſt cauſa quamobrem Græci vocant ἀντιστροφήν. Author ad Herennium vocat eam Conuerſionē, ſecutus eſt vocabulum Græcum. Nam ἀντιστρέφειν eſt conuertere in cōtrariam partem. Hinc eſt quod diximus, huic ornamento contrarium, &c. Hæc figura apud Cic. & Demoſth. rarior eſt, ſed tamen non inelegans eſt. Et cùm vſu differat, aliquando tamen vtilitate non differt. Habet ſimilem diſtinctionē. Dixi ἐπαναφοράν in genere dicendi graui, in amplitudine debere fieri, membris & periodis longioribus, vt epanaphora, ſic antiſtrophe. In breuitate autem, & celeritate debere eſſe membra breuia, κομματικά: ſic etiam in ἀντιστροφῇ. Breuitatis primùm poſui exemplum. Dico, & magna voce dico.) Ibi eſt ἀντιστροφὴ bis facta: tertio loco eſt obruta ne nimium appareat concinnitas. Ex Demoſthene poſui illud exemplum è regione τάξει.) Diſtributiones ordinum militarium à vobis, Centuriones etiam equitum à vobis. Longioribus autem membris fit in illis exemplis, [illegible] &c. Eſt periodus τετράκωλος, duas habēs redditiones χάριν poſitū eſt in poſteriori loco in priori mēbro, deinde rurſus repetitur χάριν, hoc vocamus ἀντιστροφήν. Tertiū exemplum rurſus ex Demoſthene. πράττεται.) In quo Demoſthenes, ſi voluiſſet facere coitionem ſuperioris figuræ & huius, repetiiſſet ἃ δεῖ μὲν γὰρ πράττεσθαι eſſet complexio. Cicero duobus locis vtitur compoſitione. Primo oratione pro Milone, Quis, &c. Eſt complexio, incipit oratio, Quis, qui. Eſt deinde ἀντιστροφή, Appius, Appij, ab Appio, tametſi ſit μετα[illegible]ισμός. Secundo, ſimile eſt exemplum de lege Agraria contra Rullum: Quis legem, &c. fecit alium caſum in fine acofatiuum. Hermogenes autem Demoſthenē rarò vti hac figura dicit, & verum eſt: nam & Cicero rarò vtitur. Et hæc eſt cauſa, quia habet eloquentiam ſophiſticam inſignem. Eſt elegantia nimis apparens, comparata ad oſtentationem, & propterea Oratores hanc ſolent obruere: id quod erat luminoſum obſcurant, vt ex lumine faciant vmbrato, vt occultent illam concinnitatem, tranſponunt genera vel caſus. Quomodo hoc fieri debeat, habemus pulchrum exemplum in 4. Accuſatione. Videte quomodo repetat Cicero illam dictionem, manus. Primum eſt numerus ſingularis. Secundum, numerus pluralis. verbum poſuit poſtremo loco, quando addit manus tua putabatur: occultauit lucem huius figuræ. deinde rurſus addit duo verba. Sic poterat fieri in omnibus membris ἀντιστροφὴ aperta, numeroſa. Sed Cicero ipſe fecit ἀντιστροφὴν vmbroſam. Et hoc genus eſt crebrius apud Demoſthenem & Ciceronem. Hoc quod obſcurum & occultum eſt: illo verò quod apertum eſt non debemus crebro vti. Hæc de Conuerſione.

Rarus vſus antiſtrophes.

De Iteratione.

Ἐπαναστροφὴν Hermog. Iterationem verbi proximi vocemus, quaſi reditum & reuerſionē ad idem verbum. Fit autem tum, cùm extremū membri verbum inſequentis ſit initium: cuius id exemplum Demoſthenis apud Hermogenem eſt: οὐ γὰρ δήπου Κτησιφῶντα μὲν δύναιτ' ἂν διώκειν δι' ἐμὲ, ἐμὲ δ' εἴπερ ἐξελέγχειν ὀνόμιζεν, αὐτὸν οὐκ ἂν ἐγράψατο. *Et in Catilinam Cic. Senatus hoc intelligit, Conſul videt: hic tamen viuit, imò verò & in Senatum venit. Nam tametſi hic etiam ſit verbi correctio, quam* ἐπιδιόρθωσιν *nominauimus. Nihil tamē obſtat quò minus & correctio verbi, et iteratio eodem in loco fiat. Et in Verrem Cic. Illi exempla non deerunt, deerit aũt Reip. ſalus. Item, Quod fecerunt, feciſſe rectè exiſtimentur. Et de ſe ipſe Verres: Ego tantundē, quātū ipſe popoſcerit, poſcet omne quantū exarauere.*

1. Genus eſt verbum ipſum iteratur abſque interuallo.

1. Interponitur quandoque verbum occultandi cauſa.

Item, Seditioſus homo Cn. Carbo fuit: fuerit alijs, tibi verò quando eſſe cœpit? In his tametſi commutatio facta ſit numerorum & modorum, tamen verborum eſt iteratio. Et ipſa commutatio efficit, vt concinnitas non ſit nimia, quemadmodum nec interponi verbum officit huic figuræ: vt, Quod de Republica ſenſit, ita ſenſit, vt fidem ſuam non læderet. Et in Philippica ſeptima: Quæ poteſt maior eſſe diſcordia: in diſcordia autem pax ciuilis eſſe non poteſt. Poetæ etiam hac figura vtuntur:

Spectatum veniunt, veniunt ſpectentur vt ipſæ.

2. Fit maioribus interuallis.

Placuit pluribus exemplis hanc figuram demonſtrare: propterea quòd in vna oratione non ita crebra eſt, vt prima repetitio fuit. Nec vt illa vltrò venit aliquo animi mo tu: ſed accerſitur de induſtria. itaque ſæpe Oratores eam prudentes fugiunt verborum collocatione. Nam illud Ciceronis: Liceat eis, qui hæc ſalua eſſe voluerunt, ipſis eſſe ſaluis. An non potuit hoc pacto enunciari, Liceat eis, qui hæc voluerunt eſſe ſalua, ſaluis etiam ipſis eſſe? Et illud pro Cluentio: Deinde Fabricijs propter conſcientiam mei ſceleris condemnatis, me eſſe condemnatum ſciebam: an non illo modo potuit figurari? Deinde Fabricijs propter conſcientiam mei ſceleris condemnatis, condemnatum me ſciebam eſſe. Verùm Oratores in cauſis grauioribus no lunt ſibi illam concinnitatẽ nimis crebrò permitti, quam ſibi arrogarunt Rhetores in ſophiſtico dicendi genere.

SCHOLAS. Differentia trium ſuperioris & inferioris figuræ.

Ἐπαναστροφὴ differt à ſuperiorib. ab epanaphora, quæ d primi verbi, ab ἀντιστροφῆ, quæ eſt verbi poſtremi, & ab vtro que, quæ eſt κύκλος, de quo poſtea. Sed habet aliquid communionis cum ἀναδιπλώσει geminatione: verùm ab illa differt. ἐπαναστροφὴ eſt tum, cùm in periodo aut membro po ſtremum verbum fit principium membri inſequentis. Dicitur ab ἀναστρέφεσθαι, id eſt, reuertendo, quia fit reditus con tinens, & abſque aliquo interuallo ad idem verbum. Her-

moge

mogenes ſolùm exemplum vnum poſuit Demoſthenis de Corona, οὐ γὰρ, &c. ibi eſt ἀντιστροφὴ in illis verbis, ἐμὲ, ἐμέ. Eſt facta ſexta ἀναδίπλωσις. Sed illa ἀναδίπλωσις facta eſt in duobus membris, eſt membris ſeparata, hoc non fit in ἀναδιπλώσει, Dolebam, dolebam, &c. Antequam ſententia ſit abſoluta, facta eſt in vno membro ἀναδίπλωσις. Ego plura exempla collegi, quàm Hermogenes. Sed tamen hæc figura non eſt tam crebra, quàm ſit epanaphora. Sed ferè tam vſurpata, quemadmodum ἀναστροφή. Habet medium vſum intor anaſtrophen, & inter epanaphoram. ἀντιστροφῇ vtimur raró, epanaſtrophe ſæpiuſcule, epanaphora ſæpiſſimè, ita differunt. Habet Cicero hæc exempla: Senatus hoc intelligit, &c. & iſta epanaſtrophe in hoc loco eſt vehemens. In Verrem illa exempla. Non deerunt.) Eſt membrum vnum. Deerit Reipublicæ ſalus.) Eſt epanaſtrophe. Sed tunc Oratores poſſunt vti ea, ſi faciant immutationem modorum & perſonarum, & tũ ipſa elegantia non minus extat. Et quod fecerunt, feciſſe.) Non deerunt, deerit.) Nam ipſa immutatio facit, vt ipſa concinnitas non videatur accerſita de induſtria. Ergo Orator obſcurat hanc figuram, vel enallage, commutatione verborum & perſonarum, vt iam dixi exempla, vel etiam interpoſitione, quum vnum aliquod verbum interponitur: vt, Quod de Republica ſenſit, ita ſenſit. Si ita dixiſſet, quod ſenſit, ſenſit ita, tunc fuiſſet plena epanaſtrophe, ſed vitauit illam inelegantiam. 7. Philip. Quæ poteſt.) Ibi etiam vſus eſt interpoſitione verbi alterius. Vtuntur enim hac figura Poetæ. Sed ἐπαναστροφὴ fit & in verbis: vt, Spectatum veniunt, &c. & in ſyllabis: vt,

O fortunatam natam me Conſule Romam.

Eſt ibi ſyllabarum epanaſtrophe, ſed non de hac hoc loco. Vel fit epanaſtrophe interuallis longioribus, id quod poteſt exemplis commonſtrari. Liceat iis qui hæc, &c. Ibi eſt occultatio huius figuræ, facta neque ἐπεμβολῇ, neque interpoſitione, ſed metatheſi: neutrum verbum occupat ſuum locum. Deinde Fabriciis.) 4. vitant etiam hanc figuram Oratores ἰσοδυναμίᾳ, verbis idem ſignificantibus id quod non dixi vobis, ſed vos etiam iſtius recordamini, vt in 1. Philip. Antequam de Republica dicam, Patres Conſcripti, dicam ea, &c. Fac hanc figuram, Antequam de Republica, Patres Conſcripti, dicam, dicam ea, quæ hoc tempore ſunt dicenda, dicam rationem, & profectionis, & reuerſionis meæ, hic

Syllabarũ epanaſtrophe.

hoc loco, dicam, dixit exponam, metaſtaſi Orator vtitur.

2. Modus fit ſyllabis.

Eſt etiam alterū genus ἐπαναστροφῆς, quod non verbi integri eſt, ſed ſyllabarum, in quo Hermog. ἐπιφανὲς eſſe ſcribit τὸ ἐπιτήδευμα. i. ſtudium concinnitatis, aut elegantiæ. Habet enim accuratiorem cōcinnitatem, quā ſuperior. Eius exemplum ponit primū Thucydidis σαμία μία ναῦς. Item ἀντήχει βοὴ ἣν ἄκουον: deinde Homeri περίδινος δῖος ἱγμένοι. In his tametſi ſimilitudo ſit in ſyllabis, tamen verborum ſit alia poteſtas, vt in illis apud Latinos, O fortunatam natam me Conſule Romam. Et, Celeriter iter facere. Et, Deorum horum comminaris aris. In quibus, vt in montium conuallibus, ita in orationis ambitu, & quaſi anfracta quadam fit παρήχησις tantummodo ſyllabarū: Quanquā fit etiam reditus in eodem membro diuerſa verbi poteſtate ad idem verbum. vt idem Terent. Et meum nomen nominat. Et illa Cic. Alter alterius iudicium reprehēdit: Flens flentem obteſtatur. Nego tibi vllum nummum numeratum. Et illa Terent. Si ait, aio, ſi negat, nego. quod ſors feret, feremus æquo animo.

3. ἐπαναστροφὴ in eodē verbo, ſed mutatis caſibus, modis, temporibus, & partibus orationis.

Fit etiam epanaſtrophe in eodem verbo, ſed diuerſa compoſitione, vt in Phormione: Bonorum exhortator, legū contortor. Ad literā etiam eadem fit reditio. Duces ducent damnatum domū. Sed hic videndum eſt, ne ſolœciſmus fiat: & illud vitium, quod Grammatici λαμβδακισμὸν vocant.

4. Modus ἐπαναστροφῆ.

Fit etiam epanaſtrophe, nō verbo ſolùm, vt in prima forma, neq; ſyllabis, vt in altera, neq; verbis continentibus ſolùm, ſed etiam inciſis: cuius id exemplū ex Homero adſertur τὸν δ' ἐγὼ ἀντί' ἴμεν) Hunc ego contrà eo, etiamſi igni manus ſimiles habeat: ſi igni manus ſimiles habeat, & corpus ſplendido ferro. Sic ille in Phormione Phormio: Iam ego hunc agitabo, pro Deum immortalium negat Phannio eſſe hanc ſibi cognatam *tum Demipho? hãc Demipho negat eſſe cognatam? Quanquam etiam hic verba ſunt tranſpoſita, tàmen pertinet etiã hoc exemplum ad epanaſtrophen.*

Diximus ἐπαναστροφὴν quatuor fieri modis, quorum primus eſt, cùm ipſum verbum iteratur ab interuallo abſque vllo μετασχηματισμῷ: id eſt, commutatione caſuum, modorum, temporum, perſonarum, & ſimilium, quæ poſſunt nominibus & verbis accidere, vt docent Grãmatici, cuius exemplum poſui vnum illud ex Demoſthene, ſecutus Hermogenem, οὐ γὰρ, &c. Et ex Cic. Senatus hoc intelligit, &c. Sed quoniam hæc figura habet inſignẽ elegantiam, ſoliti ſunt Oratores hanc figuram occultare, vel commutatione, μετασχηματισμῷ temporum, cùm tempora temporibus, modi modis, numeri numeris commutãtur, vt in illo exemplo (Illi exempla non deerunt) vel ἐπενθέσει interpoſitione vnius alicuius verbi, aut literæ. Quod de Repub. ſenſit, &c. Sed etiam commutantur μετάθεσιν, tranſpoſitione verborũ, cùm illa duo, quæ poterant continenter in ſe coire, tranſponuntur. Eiuſmodi fuit, Liceat illis, &c. Et hic eſt primus modus, qui poſitus eſt in repetitione verborũ. Qui vel eſt ſimplex & purus, cùm nihil commutantur: vel eſt commutatus μετασχηματισμῷ, ἐπενθέσει, μεταθέσει, ἰσοδυναμίᾳ. Secundus fit ſyllabis, cùm accerſitur aperta concinnitas ſyllabis, quod genus ἐπαναστροφῆς vocatur, παρήχησις reſonantia, quemadmodum Echo in ſyluis. Iſtud quoniam habet apertam elegantiam Hermogenes dicit, quòd ſit luminoſum, extans, apertum, oculis explicatum, habet domeſticam elaborationem. Hæc enim videntur non ex tempore naſci, ſed domo allata & meditata: cùm ſit iteratio ſyllabis. Et ponit exemplum Σαμία μία ναῦς Thucydidis, & eiuſdem Thucydidis, ἐς αὐτίκα, &c. Et putat Homerum fuiſſe authorem, & inuentorem huius figuræ, qui in Iliados dicit πρόθοος θόος, celer, velox, & hoc eſt proprium parecheſis, quòd differant ſignificatione, πρόθοος eſt proprium, θόος eſt epitheton celer. Sic Σαμία eſt nomen loci, μία autem nomen quantitatis. Putatur ille verſus eſſe malus, O fortunatam natam me Conſule Romam. Sed Cicero ibi captauit elegantiam, & hanc figuram παρήχησιν applicauit, & eſt παρήχησις duarum tantùm ſyllabarum, Natam, natam. In multis aliis exemplis

SCHOLAE

Parecheſis.

poſſunt iſta oſtendi apud Latinos, celeriter iter facere, vocatur παρήχησις ἀπὸ τȣ̃ ἠχȣ̃ς Echo, quoniam Echo fit non integris verbis, ſed extremis ſyllabis, ſic etiam fit in hac compoſitione. Tertius modus ſumptus eſt ex Helleniſmo, cũ eſt ſcilicet epanaſtrophe in eodem verbo, ſed mutatis caſibus, modis, mutatis temporibus, mutatis partibus orationis, vt νινόστιν, χίμαιρα χίμαιραν χιμαιρεῖσθαι. Hoc apud Græcos nõ eſt captatum, eſt modus iſte loquendi vſitatus illis. Sed tamen captatur aliquando apud Latinos: vt Cicero, Flens flentem obteſtatur. eſt epanaſtrophe cum commutatione caſuum. Terentius, Quis eſt.) In Verrem, Nego tibi vllum.) Illi ſecundo modo poteſt adiungi modus quidam alterſinitus. Cùm nõ fit reuerſio ad ſyllabam, ſiue verbum totum, ſed literam: vt Terentius, Dicent, ducent.)

Echo.

O Tite tute Tate tibi tanta tyranne tuliſti.

Iſtud non crebrò eſt vſurpandum, ſed rarò: & vitandum eſt illud vitium lambdaciſmus, quod eſt, cùm fit eiuſmodi cacophonia, vna aliqua litera. Eſt vitanda aſperitas, ſonus malus ineptus. Suauis eſt quidem iſte ſonus, & eſt poſitus in voluptate: vt, Et ſecum ſola ſicca ſpatiatur arena. Eſt parechesis in illo, S. quatuor verba poſuit inchoata ab vna conſonante, captans ſuauitatem. Sic pro Publ. Quintio, vt æquitas multum diuque iactata, &c. Eſt ibi παρήχησις in T. & eſt ſuauis compoſitio. Hi ſunt tres modi. Quartus modus ſuperioribus adiicitur, qui eſt non ſyllabæ verbi, ſed vnius membri integri, epanaſtrophe vnius ſententiæ, vel commatis. Et ponit exemplum vnicum Hermogenes Homeri. Ego huic volo occurrere, contrauenire, etiamſi habet manus igni ſimiles: id eſt, violentas, mobiles. Apud Terent. Negat Phormio hanc.) Eſt epanaſtrophe vnius ſententiæ, facta non verbo vno, ſed integro membro.

Lambdaciſmus cacophonia.

De Circulo Rhetorico.

A Mathematicis Græci Rhetores nomen acceperunt, & κῦκλον nominarunt, cùm à quibus verbis ſumitur exordium orationis, iiſdem etiam finitur. Id Hermogenes duobus modis fieri dicit, vel in eadem verborum circumſcriptione, vt σὺ μὲν γὰρ: id eſt, Tibi enim erat ſur pater ſi-

Enthymemata amãt tractari hac ratione.

quidem erat ſimilis tibi. Alterum in pluribus circumſcriptionibus διηγηματικῶς, *vt dicit* Hermogenes: *hoc eſt, non argumentandi, ſed narrandi forma, & exemplum adfert ex oratione, quam* Demoſthenes *habuit contra legem* Leptinæ*: ibi enim cùm* Orator *hoc verbo exorſus eſſet,* λέγεται τοίνυν: *id eſt, dicitur igitur illa muros facere, dicens ciuibus.* Poſteaquam *aliquot verſus & verborum ambitus interpoſuit, redit ad primum verbum, tanquam ad primum circulum:* καὶ πάντες ἴσως: *Et omnes ferè audiuiſtis, quomodo decepiſſe dicitur.* Cicero *in ſecunda* Philippica, *etiã hac forma vſus eſt in membro vno: vt, Quorſum igitur hæc diſputo? Quorſum? Et in periodo, tametſi commutatione verbi, vt in eadem* Philippica: Reſpondi *maximis criminibus, nunc etiam reliquis reſpondendum eſt. Et pluribus circumſcriptionibus, vt pro* Publ. Sylla: Graue *ſi appetimus aliquid, ſi cùm cæteri de nobis ſilent, non etiam noſmetipſi tacemus, graue. Et quanquam tum demum circulus verè eſt, cùm neq; caſus, neque figura, neq; tempus, neq; numerus, neq; cætera mutantur, quemadmodum in circulo puncta paria omnia, tamen quis negat, illud ſi non circulus ſit, eſſe tamen* κυκλωειδὲς, *& quaſi, vt ita dicam, circulare:* In *cauſa quam* Cicero *ad* Pontifices *habuit pro domo ſua:* Dixi *à principio, nihil me de ſcientia veſtra, nihil de ſacris, nihil de abſcondito iure dicturum, aut etiam de* Aruſpicum *reſponſis: quis neget illud circulare?* Atque *ego hunc non miror: quid enim faciat aliud? illos hos ſapientiſſimos grauiſſimosq; miror.* Eſt *enim verbo, quod circulum facit, aliquid appoſitum, quod veluti capulum affixum rotundo orbi efficit.* In *verſibus apud* Poetas *celerius, atq; concinnius in orbem verba coëunt, & diriguntur: vt,* Multa *ſuper* Priamo *rogitans,*

Ciceronis exemplum vno in mẽbro.

In circulo vitanda.

κυκλωειδὲς.

ſuper Hectore multa. Et illud Horatij. Rem facias, rem ſi poſcis rectè: ſi non, quocunque modo rem. Ter idem verbum poſitũ, tanq̃ tria in circulo corcino notata puncta.

SCHOLAI. Tractatio enthymematum.

Hermogenes facit mentionem circuli in libro de Inuentione, oſtendit quibus figuris verborum enthymemata rhetorica Oratorum concluſiones debeant tractari, & expoliri: Et habet hæc præcipua: Antitheton, cùm ſcilicet enthymememata tractantur per contraria, habet παραβολὰς, cùm ſcilicet fiunt argumẽtationes per ſimilia, & per comparata. Habet dilemma, cùm enthymema tractatur per complexioné, per diuiſionem, de qua in Methodis diximus. Et his habet duo adiecta etiam σχήματα, παρήχησιν καὶ κύκλον, propterea ꝙ enthymemata etiam amant tractari hac ratione: hęc faciunt enthymemata rotunda, & periodos volubiliores: oratio magis feſtinat ad exitum: vt, (σοὶ μὲν γὰρ.) Dicit Hermogenes circulum adhiberi in enthymemate, ſed non ſolùm in enthymemate, verùm etiam in narratione, vt duo ſint genera κύκλων. Vnum genus periodorum, de quo iam dixi. Alterum quod adhibetur in narrando, cùm res plures ſunt narrandæ, quæ commemoratio vno verbo poteſt inchoari, & terminari. Quemadmodum ſolet etiam fièri in præteritionibus. Omitto etiam illud, illud etiam omitto: hæc, inquam, omnia omitto. poteſt dicere Orator, Hæc omnia omitto. Igitur ἐνθυμηματικὸν eſt iſtud, hoc eſt κύκλος enthymematicus, ſiue periodicus, eſt illud, (σοὶ μὲν γὰρ.) Exemplum autem circuli in narratione ponit ex oratione pro lege Leptinæ, fol.248.eſt nimis prolixum. Sed nõ ſolùm inuenitur apud Demoſthenem, ſed etiam apud Ciceronem, aliquando in membro, aliquãdo in periodo, aliquãdo in pluribus. In membro, Quorſum igitur hæc diſputo, quorſum? Et propterea dicitur circulus. Nam Mathematici dicunt circulum ab vno puncto incipere, & ad idem redire. Sic etiam oratio ab vno verbo incipitur, & facit reuerſionem ad idem. Et dicit Hermog. in circulo non debere eſſe mutationem, nec generis, nec numeri, nec modi, nec perſonæ, aut temporis, & hoc verbum eſt. Quemadmodum linea & circulus nuſquã extare debet, debet eſſe vbiq; æqualis: &, quemadmodum definiunt Mathematici, ꝙ punctum ſit, cuius pars nulla ſit apparens, nec punctum debet eſſe craſſum, nuſquam extare: ſic etiam verus oratorius circulus, debet repetere idem verbũ,

abſque

abſq; aliqua mutatione accidentium: vt, Dixi hæc externa die, dixi. In periodo autem, maximis criminibus reſpondi, &c. Ibi eſt factus μετασχηματιστικὸς occultandi gratia. Repetitio altera. Hermogenes facit duo genera circulorum, vnum periodicum, alterum διηγηματικόν. περιοδικὸν quidem, quod dicitur Enthymematicũ, ſiue Apodicticum, quo vtimur in argumentando. (οἱ μὲν γὰρ. διηγηματικὸν eſt, quo vtimur, non in argumentando, ſed in narrando. Etiam fit pluribus aliquando membris, fit membrorũ & periodorum interuallis. Exemplum eſt contra legem Leptinæ. λέγει.) ibi Orator producit illã narrationẽ per multos verſus, & abſolutis verſibus, ad idem verbũ redit. Hæc igitur prima diuiſio eſt circuli: Periodicus fit in vno verborũ ambitu, διηγηματικὸς in pluribus. Et hæc eſt diuiſio Hermogenis, pertinẽs ad ipſum Demoſthenem. Cicero verò aliquando habet circulum in vno membro: vt, Quorſum, &c. Aliquando eſt periodicus vnà, factus periodo circulus: vt, Reſpondi, &c. Eſt circulus in tranſitione factus. Hic circulus non differt à Demoſthenis. Demoſthenis enim exemplum fuit bimembre. (οἱ μὲν.) ita etiam hoc. Reſpondi de maximis, &c. Sed Demoſthenis fit enthymematicum, iſtud eſt habens tranſitionem, quę tranſitio eſt veluti propoſitio futuræ cõcluſionis. Deinde Demoſthenis verũ habuit circulum, nulla facta commutatione verbi. Ciceronis autem habet commutationem: Dixi, dicendum eſt, idem verbum repetitur, ſed diuiſo tempore. Et cùm hoc modo fit, tum eſt κεκριμένος, concinnitas variata. Tertia varietas eſt apud Cic. membris pluribus, quemadmodum etiam in illa Demoſth. διηγηματικῷ: vt in illa, Graue ſi, &c. non eſt factus circulus in eodem membro, aut ſola periodo, ſed in membro, & in periodo. Ille eſt κύκλος verus: nam nulla eſt mutatio verbi. Sed cùm volumus vti hac figura crebrò, tum non oportet κύκλον, ſed κυκλοειδῆν, id eſt, circularem facere. Quidquid iiſdem, nec variatis accidentibus fit, dicitur verè circulus, quod autem commutatum eſt, hoc dicitur non circulus, ſed circulare: quemadmodum & περιοδικὴν vocamus, non periodum, ſed plus quàm periodum, ſimilem tamen periodi. Dixi me:) Eſt circulare, quia verba iſta ſunt appoſita. Atque ego tunc miror.) Iſti ſunt circuli oratorij. Poetæ habent circulos rotundiores & breuiores: vt, Multa ſæpe Priamo.) Hoc ergo circulo vtimur in periodis, in tranſitionibus, & in narrationibus.

Crebrius vtendũ circulari, q̃ circulo.

De verborum ſimilitudine ſiue παρισώσει.

CAPVT XXIII.

Similitudinem veborum Græci παρίσωσιν *vocant, qu aut æſtimatur caſibus iiſdem, &* ὁμοιόπτωτον *nominatur: id eſt, ſimiliter cadens: aut iiſdem temporibus &* ὁμοιοτέλευτον *vocatur: id eſt, ſimiliter deſinens: aut caſibus variis &* πολύπτωτον *dicitur, quam traductionem nominant: aut numero pari &* ἰσότης *nuncupatur, ſeu* ἴσον, *aut membris paribus, quæ vocatur* ἰσοκωλία. *Spectatur etiam in contrariis, vocaturq́;* ἐναντίωσις. *De his omnibus pòſt dicendum eſt, ſed priore loco de ſimiliter cadentibus, & ſimiliter deſinentibus. Similiter deſinens quicquid tale eſt, nomino: Verres calumniatores apponebat. &, Similiter cadentia ſunt. Par eſt auaritia, ſimilis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia. Compoſitum ex vtroq; genere illud Ciceronis: Si quantum in agro locisq́; deſertis audacia poteſt, tantũ in foro atq; iudiciis impudentia valeret, nõ minus nunc in cauſa A. Cecinna S. Ebutii cederet impudentiæ, quantũ in vi faciẽda ceſſit audaciæ. Horum duo genera Hermog. obſeruauit, & annotauit apud Demoſth. Vnã quod apertã habet concinnitatẽ, eamq; oſtentatam, more Iſocrateo, & Græcorum Sophiſtarum, cuiuſmodi illud eſt in principio cauſæ contra Androcionem:* ὥπερ Εὐκτήμων, ὦ ἄνδρες δικασταί, παθὼν ὑπ ἀνδροτίωνος κακῶς ἅμα τῇ τε πόλει βοηθεῖν οἴεται δεῖν, καὶ κλω ὑπὲρ αὑτοῦ λαβεῖν, τούτου κἀγὼ πειράσομαι ποιεῖν. *Alterũ autẽ occultatũ eſt, vt ne pars appareat, de quo poſtea. Pertinet enim hæc ratio ad Demoſthenem. Iſocrates plurimũ delectatus eſt hoc ornamento in omnibus orationibus,*

De ſimiliter deſinentibus, & cadentibus.

gis ferè, q̃ cæteri Sophiſtæ, qui tamen huius rationis fuerunt inuentores. Cicero aliquando breuiter vtitur: O ius eximium noſtræ ciuitatis: in caſuũ ſimilitudine venuſtatẽ captauit. Ibi verò verbis facta venuſta oratio in 4. Verrina: Primũ auerti pecuniã domino non placere, deinde ſtatuarum quendã modũ eſſe oportere, deinde illud certè ab inuitis exigi nõ oportere. Si non licere dixiſſet, fuiſſet venuſtas, atq; concinnitas apertior, minusq; occulta, quã vitauit repetitione eiuſdẽ verbi. Simile eſt illud paulò pòſt in eadem oratione: Quin etiã, ſi quis ſtatuerit accipere ad ſtatuas licere, idem tamẽ ſtatuat, eripere certè nõ licere. Si non decere dixiſſet, aut oportere, fuiſſet venuſtas, ferè par illi, qui in Demoſthenis exemplo fuit. Sed ſtudio eiuſmodi vitantur. Et Demoſth. quoniam contra oratorẽ ſophiſtam agebat, facetè vſus eſt hac figura. Hæc breuitatis exempla ſunt in Cic. Sæpe etiã prolixius idem facit in 7. Verrina, Tu in prouincia P.R. Prætor, cũ tibi maritimum bellũ eſſet adminiſtrandũ, Mamertinis ex fœdere, q̃ debebant, nauẽ per trienniũ, remiſiſti: tibi apud eoſdem priuatim nauis oneraria maxima publicè eſt ædificata: tu à ciuitatibus pecunias claßis nomine coëgiſti: tu precio remiges demiſiſti: tu cũ nauis eſſet à Quæſtore, & ab legato capta, prædonũ Archipiratã domũ producere auſus es: tu in prouincia tã ſplendida, apud ſocios fidelißimos, ciues Rom. honeſtiß. in metu periculoq; prouinciæ, dies cõtinuos complures in littore conuiuijsq; iacuiſti, te per eos dies nemo domi tuæ cõuenire, nemo in foro videre potuit: tu ſociorũ atq; amicorũ ad conuiuia matresfamil. adhibuiſti: tu inter eiuſmodi mulieres, prætextatũ tuum filium, nepotem meũ, collocaſti: tu propter amorẽ libidinemq; tuã imperiũ nauium P.R. ademiſti, Syracuſano tradidiſti. Hic abſque *varietate pluribus membris cõtinuata eſt παρίσωσις, verbis ſimiliter cadentibus. Sæpè fit varietas, vt in eadem 7. Accuſ. Soli Mamertini ex fœdere, quod debuerũt, nõ dederunt: ſoli iſto Prætore omnium rerũ immunes fuerunt: ſoli in iſtius imperio, ea conditione vitæ fuerunt, vt P. R. nihil darẽt, Verri nihil denegarẽt: accepiſti a Mamertinis nauem contra legem: remiſiſti cõtra fœdera: ita in vna ciuitate bis improbus fuiſti, cũ & remiſiſti quod me oportebat, & accepiſti, quod non licebat: exigere te oportuit nauem, quæ cõtra prædones, nõ quæ cũ præda nauigaret: quæ defenderet, ne prouincia ſpoliaretur: nõ quæ noua prouinciæ ſpolia portaret. Mamertini tibi & vrbem, quò ſurta vndiq; portares, & nauem, quæ exportares, præbuerunt.*

SCHOLAR. παρίσωσις. Apud Hermog. eſt vocabulum cõmune multarũ figurarum, quod vocatur παρίσωσις. Cic. in Orat. videtur nominare, Similia ſimilibus reddita. παρίσωσις aũt vel ſpectatur in caſibus, & vocatur Homoioptoton, vel ſpectatur in modis & temporibus modorũ, & vocatur Homoioteleuton, q́ ſimiles ſint verborũ exitus. Homoioptoton, q́ ſint ſimiles caſus. Cùm autẽ idem verbũ repetitur caſibus diuerſis, vocatur πολύπτωτον: vt, Qui in vita nihil habet iucundius vita, hic cum virtute vitam non poteſt colere. Illa varietas caſuum efficit elegantiam. Sic habemus tres figuras ſub iſto vocabulo generali. Deinde fit pari numero, & vocatur ἰσότης, cùm terna tribus reſpondẽt, quaterna quaternis, ſingula ſingulis, bina binis adduntur. Etenim ſic veritate ſocietas.) Hæc vocatur ἰσότης: hoc eſt, par numerus verborum: & propterea quia eſt par numerus, eſt ibi παρίσωσις, quæ figura pulchra eſt. Fit etiam paribus membris ἰσότης: vt, Quæ res in ciuitate.) ſunt quatuordecim ſyllabæ. Si quantum in agro.) Sunt duo paria membra. Sequuntur alia, Non minus, &c.

Sed quoniam dicturos nos eſſe de Demoſthene promiſimus, eius nobis ex Hermog. deinceps demonſtranda ratio πολύπτωτον. *eſt. Nã cùm inuiſa populo Athenieñſi, atq; ſuſpecta eſſet Sophiſtarum*

phiſtarum concinnitas, qui his verborũ lenocinijs delectabantur: non ob ipſam concinnitatẽ, quæ venuſtate ſemper prædita eſt, ſed propter curã & meditationẽ, quæ concinnitate oſtendebatur, qua ſe circũueniri Iudices metuebãt, in grauibus controuerſiis, & in eorũ magnis periculis, concinnitatis elegantiã occultabãt Oratores Attici forenſes, vt in concinnitate nõ viſa, ineſſet non odioſa concinnitas. Nam quod principium illud contra Androcionẽ, quod ſupra à nobis poſitũ eſt, fuit concinnatũ ſophiſticè: id, vt dixi, leporẽ habet, & irriſionem aduerſarij, quem, vt ſophiſtam, Demoſth. de principio irridebat: nam in eodem exordio de Androtione dicit: δεῖ γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὲχνιτης τοῦ λέγειν, καὶ πάντα τὸν βίον ἐν τούτῳ ἐσχόλακε. Apud Romanos maior fuit ornatus & concinnitatis libertas, neq; ingrata populo, aut Iudicibus eiuſmodi inſignia: quale in primo ambitu in cauſa Cecinnæ. Quare ad Demoſthenem & Atticos veniamus. Eſt autem triplex hæc ratio Demoſthenis, quæ διακόψει, id eſt, inciſione: ἢ ἐναλλαγῇ, id eſt, immutatione: aut in paribus membris ἀνισοκωλίᾳ, id eſt, membri inæqualitate. Ac inciſionis, quam διάκοψιν nominamus, eius ponitur exemplum: τὸ μὲν γὰρ πολλ᾽ ἀπολωλέναι κατὰ τὸν πόλεμον τῆς ἡμετέρας αὐτῆς ἀμελείας θεῖν δικαίως τὸ δὲ μήτε πάλαι τούτου πεπονθέναι. Et ecce διακοπὴ κατ᾽ ἐπεμβολὴν facta: πεφηνέναι τέ τινα ἡμῖν συμμαχίαν τούτων ἀντίρροπον ἂν βουλόμεθα χρῆσθαι. Et poſt interiectionem reditus ad primi membri ſyllabas: τῆς παρ᾽ ἐκείνων εὐνοίας εὐεργέτημ᾽ ἂν ἔγωγε θείην, Immutationis autem exemplum, quam ἐναλλαγὴν vocant, quæ non eſt ſyllabarum, ſed loci & collocationis illud ponitur exemplum ab Hermogene, τὸ μὲν τοίνυν ἐν τῇ πρεσβείᾳ πρῶτον κλέμμα μὲν φιλίππου δωροδόκημα

Immutatio ὑπαλλαγῇ facta.

ἐναλλαγή.

ὑπὸ τῶν ἀδίκων τούτων τοιούτων ἐγένετο. Nam παρίσωσις fuiſſe manifeſta, & apertum ὁμοιοτέλευτον, quemadmodũ tradit Hermog ſi hoc modo pronunciaſſet: τὸ μὲν τοίνυν φιλι πυ μὲν τῇ πρεσβείᾳ κλέμμα τουτονὶ καὶ τὸ δωροδόκημα. Et ponitur ab Hermog. exemplum alterum pluribus factum caſibus ex oratione de falſa legatione: μηδὲν ἀληθὲς ἀπηγγελκότα καὶ κεκωλυκότα ἐμοῦ τὸν δῆμον ἀκοῦσαι τἀληθῆ καὶ μηδὲν προσετάξατε ὑμεῖς πεποιηκότα καὶ ἀνηλωκότα τοὺς χρόνους. Polyptoton fuiſſet apertũ & purum, ſi illo modo pronunciatum, μηδὲν ἀληθὲς ἀπηγγελκότα καὶ τὸν δῆμον ἀκοῦσαι μοῦ τἀληθῆ κεκωλυκότα, καὶ μηδὲν ὧν προσετάξατε πεποιηκότα. Neq; Demoſthenis ſolùm hæ rationes duæ ſun, verũ etiã Ciceronis, qui tamẽ ſimilitudines verborũ hab crebriores. Sed Cic. hoc facit, vt ne ſit hoc ornatu nimiu, Demoſth. vt ne eius captator & obſeruator eſſe videat

SCHOLAE.

ὁμοιοπτωσία

ὁμοιοτέλευτον.

Diximus ſuperiore lectione παρίσωσιν eſſe vocabulũ generale, commune, & multorum ornamentorũ: &, vt voca Grammatici eſſe genus, quod habet ſub ſe varias ſpecie, nominauimus παρίσωσιν verborũ ſimilitudinem, & vt ita cam, verba aſſimilata. Iſta igitur verborũ ſimilitudo aut ſpectatur caſibus iiſdem extremis nominũ, aut temporibus ſuũ ſimilitudo vocatur ὁμοιόπτωτον καὶ ὁμοιοπτωσία. Poſſu enim ita hanc figuram nominare, cuiuſmodi illud eſt, O men dulce libertatis. Et in illo, Par eſt auaritia, &c. Sunt nominatiui caſus, & eſt ſimilitudo nõ ſolùm in caſibus, ver etiam in ſono ſyllabarum. Cùm aũt ſimilitudo eſt in ver vocatur ὁμοιοτέλευτον, quod idẽ ſit finis verborũ, cuius il poſuit exemplum Hermog. ex Demoſthene. ὥσπερ.) Ibi ſu multi infinitiui. Et eſt hoc exemplum ſophiſticè concin tum, habet apertã elegantiã. Eſt enim hæc figura ſophiſt quæ cõuenit florido dicẽdi generi. Iſocrates quouis fe loco delectatur hac figura, & præſertim in Panegyrico a monicũ, & alibi, qui eſt magnus ſophiſta, i. egregius R domeſticus, nõ forenſis. Nõ eſt aliud exemplũ Demo hoc vnũ, q; habeat apertã concinnitatẽ. Hermog. ſcrib ſuis Commentariis in hanc orationem, cauſam anno cur Orator in tam graui cauſa inceperit Sophiſticè: ſed iſti commentarij, in quibus ſe hoc ſcripſiſſe ait, deſiderantur. Ego tamen ſuſpicor eſſe duas cauſas; 1. Quia Demoſthenes ipſe non habuit hanc orationem, ſed ea ſcripſit Diodoro amico, homini Idiotæ, vt Libanius teſtatur. Potuit igitur hoc Demoſthenes facere ſine periculo, & ſciebat Diodorum adferri orationem non à ſe factam, ſed ab alio Oratore. Propterea Demoſthenes per ſe non dixit, ſed pro amico ſuo ſcripſit. Altera cauſa eſt, propterea quòd ipſe Androtion fuit Sophiſta, vſus eſt hoc genere Sophiſtico, & populum ſciuit eum eſſe ex hoc numero Oratorum. Et quemadmodum Plato ridens Sophiſtas introducit Socratem loquentem aliquando Sophiſticè, vtitur eiuſmodi παρισώσει, non quòd approbet illorum ſermonem, ſed vt eos rideat. Sic etiam Demoſthenes vſus eſt tali exordio Sophiſtico, vt ludat Androtionem, & ludendum alijs præbeat. Nam ſtatim de illo dicit per illuſionem ἐςι γὰρ, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, τεχνίτης, &c. Eſt, inquit, artifex dicendi, cùm Androtion nunquam fuiſſet Orator. Ipſa oratione fuit indicata captata feſtiuitas more Sophiſtarum. ὥσπερ,) Vt igitur redeam ad nomen. Aut caſibus mutatis ſpectatur hæc figura: vt qui in vita nihil habet iucundius vita, &c. Ibi ſunt aſſimilata verba cuiuſmodi eſt. Nam cùm inuiſa populo, &c.) In his verbis mens eſt etiam poſita hæc figura: caſuum varietate facta pariſoſis. Quartum eſt ἰσοκωλία, in paribus membris, & ſimilitudo eſt in ipſo numero ſyllabarum. Quæ res in ciuitate duæ plurimum poſſunt, &c. Sunt xiiij. ſyllabæ. Hæ contra nos, &c. etiam xiiij. ſyllabæ. Ita etiam. Si quantum in agro.) membrum vnum ni fallor xiiij. ſyllabarum. Alterum totidem. Non minus, &c.) Eſt periodus ibi τετράκωλος ἰσόκωλος. Et omnia iſta quatuor membra inter ſe ſunt paria, & vocatur ἰσοκωλία membrorum. ἰσοκωλία ſpectatur etiam numero verborum cùm bina binis reſpondent. Spectatur etiam contrarijs, quemadmodum cras oſtendemus.

Cur Demoſthenes Sophiſticè ſit exorſus.

ἰσοκωλία.

De ΑΝΙΣΟΚΩΛΙΑ,

Tertia ratio fuit poſita in ἀνισοκωλίᾳ. *Eſt enim in generibus ſimilitudinum, vt principiò diximus, e-*

Ανισοκωλία.

etiam illud quod ἰσόκωλον dicitur, quoties in verborum ambitu bina aut terna, aut quaterna ponūtur, ponuntur paria membra. Cuiuſmodi illud: Si quantū in agro locisq; deſertis audacia poteſt, tantū in foro atq; in iudicijs impudentia valeret, nō minus nunc in cauſa A Cæcinna Sex. Ebutij cederet impudentiæ, quantū in vi facienda ceßit audaciæ. Et apud Thucid. ὡς οὔτε πυνθανόντων ἀπαξιούντων τὸ ἔργον ἢ τε ἐπιμελὲς εἴη εἰδέναι οὐκ ὀνειδιζόντων. *Neq; obſtat quò minus hoc ornamentū maneat, etiamſi vna atq; altera deſit ſyllaba, vt in illa pro Cteſiphonte:* πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις, ὅσην εὔνοιαν ἔχων ἐγὼ διατελῶ, τῇ τε πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν τοσαύτην ὑπάρξαι μοὶ παρὰ ὑμῶν εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα. *Sed cùm tertium membrū aut quartum plurib. ſyllabis imminutū eſt, tum illa fit tertia, de qua diximus occultādi Demoſthenis ratio: qua etiam Cic. vtitur, vt P. Quintio. Quæ res in ciuitate duæ plurimū poßunt, hæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore, ſumma gratia & eloquentia. Prima enim duo membra 14. ſunt ſyllabarū, in quib. eſt* ἰσοκωλία. *Tertium autē eſt ſeptem, minutū 7. ſyllabis. Demoſth. verò exemplum quod ab ab Hermog. poſitū eſt 4. eſt membrorū primaq; tria ſyllabis paria: vt* τὸ λαβεῖν οὖν τὰ διδόμενα ὁμολογῶν, ἐννόμον εἶναι τὸ χάριν τούτων ἀποδοῦναι. *Quartū verò impar* παρανόμων γράφη. *Hoc genus frequens apud Demoſt. eſt, in periodis pluriū membrorum, & cauſæ veritatem adiuuat propter occultationē artis, & idoneum volubilitati propter breuitatē membri imparis. Atq; hæc de occultādi ratione Demoſt. ex Hermog. in ſimiliter cadentibus, & ſimiliter deſinentib. & in imparibus membris. Itaq; de trib. hactenus formis, in quibus eſt verborū ſimilitudo,* παρίσωσις *nominata. Quarta erat* πολύπτωτον, *qua figura idē nomen diuerſis repetitur caſibus, aut idem*

Habet hoc exemplom ὁμοιόπτωτον. ὁμοιοτέλευτον & ἰσόκωλον.

Hoc genus periodi dicitur ἰσοσκελίς.

πολύπτωτον, Cū nomen aut verbū variè inflectitur & repetitur.

voverbū variè inflexū, Traductio nominata in Herēnianis: cuius in nominib. id positum est exemplū. Qui in vita nihil habet iucūdius vita, is cū virtute vitā non potest tolere. In verbis aūt illud est, Respōdi de maximis criminibus, nūc de cæteris respondendū est. Fit etiā cōmutatio in hac figura, cū nomina cū verbis cōmutantur, quod tamē plus habet ostētationis: vt, veniā ad vos, si Senatus det veniā. ô curas tuas, qui ista curas. Sed occultior est hac figura, cū in separatis mēbris aut plurib. fit periodis: vt in 4. Verr. Vultis aūt istorum audacias ac libidines aliqua ex parte resecare, desinite dubitare; vtrū sit vtilius propter multos improbos vni parcere, an vnius improbi supplicio multorum improbitatē coërcere. Hîc in vna periodo extrema facta traductio. In octaua aūt Philip. membris separatis. Hic mihi etiā Q. Fufius pacis cōmmoda cōmemorat: quasi vero ego, si laudanda pax esset, idē facere commodè non possem. Semel enim pacē defendi, non semper otio studui. Si dixisset non semper paci studui, ostētasset artē apertius.

Aliquando nomina cū verbo coeūt

Rationes occultandi Parisoses.

Diximus παρίσωσιν nomē generale, cōtinere sub se homi-
optoton, Homioteleutō, Isocolon, Polyptoton, ἰσότητα & ἐνα-
[illegible]. Sed quoniam hæ 6. figuræ sunt Sophistarū propriæ,
proinde oratores in grauiorib. causis solent eas occultare,
ne videātur meditati ad dicendū venire. Demosthenes igi-
tur habet tripartitā rationē occultandi eiusmodi concinni-
tatē. Prima ratio fit διακοπῇ, incisione: cum s. separamus ea I.
quæ sunt ὁμοιόπτωτα & ὁμοιοτέλευτα. Secūda ἐναλλαγῇ, i. trans- II.
positione. Non significat hoc loco Enallage inflexionē ver
bi, sed transpositionē de suo loco proprio, cum quæ in ex-
tremo debebāt poni, ponuntur in medio. Tertia ratio ἀνισο- III.
κώλῳ, i. impari aliquo membro. Incisionis exemplū ponit
illud: τὸ μὲν γὰρ, &c. ibi est παρίσωσις in illis verbis, [illegible] & [illegible].
Immutatio τὸ μὲν ζῶν: ibi est ὁμοιοτέλευτον, in illis κλέμμα & κλέμμα.
[illegible]. Posuit ibi in medio verba, quæ debebant poni in
fine. Tertia ratio est ἰσοκωλία. Superiores rationes spectaban
tur casibus & modis: hæc autem tertia species spectatur
numero membrorum, & vocatur ἰσοκωλία & ἰσόπτωμα, ἰσόπτωμα.

ἰσόπτωμα.

& periodi ἰσόκωλοι, illi habent oſtentatam elegantiam. Si quantũ in agro, &c.) Ibi ſunt membra paria. Cicero hanc orationem ſcripſit iuuenis: & habet illud principium omnia iſta, ὁμοιοτέλευτον, homioptoton & ἰσοκώλια, Homioteleuton. Si quantũ audacia, &c homioptoton, impudentię, audaciæ) Nihil refert vnum membrum eſſe ſyllaba longius altera Et iſtæ ſyllabæ quæ deſunt aut ſuperſunt, non minuunt hanc elegantiam: nam membrorum ornatus cõpenſatur celeritate numeri pedum. Demoſthenes eiuſdem vitat crebram elegantiam in binis, in ternis & quaternis membris, & facit tertium aut quartũ membrum impar, curtius & breuius. Et idem facit Cicero. Cicero incipit elegantiuſculè cauſam illam, Quæ res, &c. ſunt 14. ſyllabæ. Hæ contra nos ſunt etiam &c. 14. ſyllabæ: tertium autem membrum conſtituitur ex 9. ſyllabis. Summa gratia & eloquentia. Et hoc vocatur [illegible]λεις ab Hermog. in 4. membris Demoſthenis. τὸ γὰρ μὲν, &c. Sunt 9. ſyllabæ, ſecundum etiam, & ſunt 3. membra æquiparata, quartum eſt impar. Et ſic eſt occultanda ars, & minuenda ipſa concinnitas in ἰσοκωλίᾳ, ſcil. eſt occultanda ἀνισοκωλία, id eſt, tertio aut quarto membro impari. Hactenus habuimus tres formas pariſoſis. Sequitur πολύπτωτον, quod eſt vocabulum ſpeciale. Species poſita eſt loco generis. Tameſi enim tũ dicitur πολύπτωτον, cùm idem membrũ repetitur diuerſis caſibus, tamen dicitur etiam de verbis. Cùm idem verbum repetitur diuerſis caſibus, aut idem verbum vario inflexione. Nam ipſa etiam verba cadunt de ſua perfectione. Indicatiuus eſt perfectiſſimus, ſi decidat ad optatiuum, Subiunctiuum, Infinitiuum, tum fiunt ea verba imperfectiora. Caſibus diuerſis) vt, Qui in vita nihil habet) primus ablatiuus non eſt abſolutus, ſed eſt vi factus propter præpoſitionem, ſed ſecundus eſt abſolutus. Et fit etiam in verbis, Reſpondi, Reſpondendum eſt) Aliqua etiam nomina cum verbis coëunt, & fit coniunctio vtriuſq;: ſed iſtud eſt minutum & Sophiſticum. ô curas, qui iſta curas) Hanc elegantiam oſtendi cauet author ad Herennium: Sed in facetijs & io[illegible] vti poſſumus, in ſerijs autẽ actionibus illa elegantia ob[illegible] veritati. Cùm πολύπτωτον fit in eodem membro, tum [illegible] ſignis magis, vt improbus improbi, improbitatem, idem nomen repetitum cum inflexione. Cùm autẽ fit in membris diremptis extra periodum, elegans quidem eſt, ſed minus eſt oſtentatũ, cuiuſmodi eſt exemplũ 8. Philipp. Pacis[illegible]

pacem

Nihil refert vnum membrũ eſſe ſyllaba lõgius altera.

pacem. Cicero occultauit illud polyptoton inſigne, commutauit omiſſione, & verbo idem ſignificante. Si ita dixiſſe, Pacis commoda, ego pacem laudare non poſſem, ſemper paci ſtudui. Quo periodo poterant vna comprehendi, ea perſecauit interrogationibus.

De ΙΣΩ.

Similitudo verborum, quæ numero ſpectatur, ea aut membrorum eſt, quæ aut ἰσοκωλία aut ἰσόπλευρα nominantur, de qua ſuprà dictum eſt. Aut eſt verborū, cùm paria paribus referuntur, bina binis, terna ternis, quaterna quaternis, aliquando etiā quina quinis reſpondent. Hanc figuram ἴσον, tum ἰσότητα, tum ἴσον πρὸς ἀπόδοσιν nominamus. Bina binis reſpondent huiuſmodi modis, vt pro Roſcio Amerino: Niſi intellexeritis iudices, nullum eſſe officium, nullum ius tam ſanctum atq; integrum quod non eiuſce vis atq; perfidia violarit & imminuerit, virum optimum Roſcium Capitonem eſſe iudicatote. Et in 2. Verrina illo pacto, bina binis relata. Idq; mihi amplum & præclarum extimaſſem, eos vel meæ fidei diligentiæq; periculum facere, qui innocentiæ abſtinentiæq; feciſſent. Et in 5. Accuſat. Vbi enim ſemel ab annona ratione, & ab aratorum voluntate res ad prætoris libidinem tranſlata eſt, non eſt in lege atque officio, ſed in voluntate hominum atque audacia poſitus modus æſtimandi. Terna verò ternis hoc pacto Roſcio Comœdo. Perſona Ballionis, illa luculenta, impura, inuiſa, in huius moribus natura vitáque expreſſa. Hæc tum ſunt ſubtiliora, cùm propria proprijs ſignificatione atq; poteſtate reſpondent, vt in 3. Verrina: Ita reliquit ornatam, vt eſſet idem monimentum victoriæ, manſuetudinis, continentiæ: cùm homines videretur, & quid expugnaſſet, & quibus peperciſſet, & quæ reliquiſſet. Hic non ſolùm propria proprijs

ἰσώθης ſeu ἀπόδωσις τῶν ἴσων, ſeu paria paribus relata.

Συζυγία eſt quadripartita.

Συζυγία eſt triplex facta relatione nominū ſuperius factorū relatione proprij.

Συζυγία triplex eſt vbi relata paria paribus. In antecentib. & conſequentibus.

Terna ternis.

Propria proprijs notata

reſpondent, ſed idem ordo eſt retentus verborum. In illo verò exemplo ordo nõ eſt ſeruatus, in eadem oratione, eodemq́; loco, & tamen poteſtate reſpondẽt. Nam ſine vllo ſumptu noſtro, corijs, tunicis, frumentoq́; ſuppeditato, maximos exercitus noſtros reſtituit, aluit, armauit. In illo obſcurior eſt ordo & poteſtas verborũ. Sed tamen reſpondent poteſtate in 2. Verr. Si vtar ad dicendũ meo legitimo tempore, mei laboris, induſtriæ, diligentiæq́; capiam fructũ, & ex accuſatione perficiã, vt nemo vnquã poſt hominum memoriam paratior, vigilantior, cõpoſitior, veniſſe videatur. Apparatus enim laboris eſſe videtur, vigilantia, induſtriæ, compoſitio diligentiæ. Idẽ fit in contrarijs relatis. Non loquor de integris, innocentibus, religioſis: tot cupidi, tot improbi, tot audaces. Sed de contrarijs pòſt dicendum eſt.

SCHOLAR.

Relatio partitiuæ paritatis.

Rarò ad ſena progrediuntur.

Integer quis dicat.

Quoniam hactenus quatuor genera παρισώσεως percurrimus, ὁμοιοτέλευτον, ὁμοιόπτωτον, πολύπτωτον, & περὶ ἰσοκωλίας. Reſtat nunc quintum, ſ. ἰσότης ſiue τὸ ἴσον, ſiue ἀπόδοσις ἴσων, id eſt, redditio, relatio partitiui. Illa tria Cicero in Partitionib. & 3. de Orat. vocat paria paribus relata, relata ſ. verbis numero, paribus ſ. verbis numero. Hæc figura, ſiue σύζυγον, i. compari, ſiue ἰσότης, i. paritas verborũ, ſiue ἴσων ἀπόδοσιν, i. parium relationem dicas, continetur inter hanc quantitatẽ, vt fiat vel binis, vel ternis, vel quaternis, vel quinis, rarò oratores progrediuntur ad ſena. Nam eſt periculoſum memoriæ, augere numerum vltra quina. Deinde haberet nimiam oſtentationẽ memoriæ & ingenij. Ideo Græci conſiſtunt intra numerũ quaternarium vel quinariũ. Demoſt. vtitur etiã hac cõcinnitate, ſed minus crebrò quàm Cicero. Cic. aũt antequã eius oratio maturuiſſet, hoc eſt antequã ad 40 ætatis annum perueniſſet, frequẽtius ea vſus eſt, quàm cùm inciperet ętas eius eſſe grandior. Eſt aũt iſta figura vna ex elegãtibus. Bina binis ibi, niſi intellexeratis ſc. 2. ſunt propoſita, officiũ & ius. Vocamus ius ſanctũ, officium integrum. Integritas enim appoſita eſt corruptelæ, & is homo dicitur eſſe integer, qui officiũ facit abſq; aliqua corruptela.

pela. Duo rurſus, vis atq; perfidia) Eſt hìc συζυγίας, connexio, coniugatio habens 4. gradus. In illo ſecūdo Verrinæ eſt συζυγία triplex, & differt à ſuperiore. 1. gradibus. Superius tamen habuit 4. coniugationes, iſtud aūt tres, duo ibi propria proprijs reſpondent: in ſecundo autem facta relatio numeri, non poteſtatis. Facta συζυγία propriorū relatione. Tertiū exemplum habet rurſus tres gradus. Et eſt iſtud exemplum per omnia ſimile ſecundo. Eſt συζυγία triplex. Et deinde nō reſpōdent propria proprijs, ſed paria paribus, effecta cauſis efficientibus, conſequentia antecedētibus. Hoc igitur exemplum poſitum eſt in binis, Aut etiā terna reſpondent ternis: vt, perſona Ballionis, &c. Eſt ſolùm vna relatio & duo ordines. Hominem lutulentū vocamus præditū malis moribus. In hoc exemplo non ſolùm paria paribus, ſed etiam propria proprijs reſpondent. Vtilitas iſtius figuræ prima eſt ipſa elegātia & cōcinnitas: nā nō captato numero, tamē ipſa oratio vltrò fit numeroſa, cū paria paribus reſpondent. Secunda oſtēdit diſcrimen rerum atq; verborū, oſtendit quid proprium ſit verbis. Tertia vtilitas memoriæ, quod facit oratorem μνημονευτικὸν, facit vt orator compoſitionis & meditationis recordetur. Qui hanc ſemel habet artē, non metuat vt labatur memoria. Scit orator gradationem, aut ex binis, aut ex ternis facere.

Vtilitates hui⁹ figuræ

In quaternis & in quinis ſæpe in altera parte numerus eſt impar, nec tamen iccirco deſinit eſſe parium relatio. Sed tamen par etiam ſæpe, vt in 2. Verr. Hoc munus ædilitatis meæ pop. Rom. ampliſſimum pulcherrimumq́ polliceor, moneo, prædico, antè denuncio; qui aut deponere aut recipere, aut accipere, aut polliceri; qui aut ſequeſtres, aut interpretes corrumpendi iudicij eſſe ſolēt, quiq́ ad hanc rem aut potentiam aut imprudentiā ſuam profeſſi ſunt, abſtineant in hoc iudicio manus animóſque ab hoc ſcelere. Incepit oratio à quaternis, deſijt in binis. In illo numerus eſt impar pro Sex. Roſcio Amerino: Cum videatis ex altera parte inimicum, ſicarium, eundemq́; accuſatorem hoc tempore: ex altera parte egētem, probatum ſuis filium, in quo non modò culpa, ſed ne ſu-

Quaterna quaternis relata.

συνδυασμὸς continuatū duplici παρισώσει.

Quaterna, *ſpicio quidem potuit conſiſtere. Quanquam poſterior relatio in quaterna diſſolui poſſit. Et illa in quaternis relationem non habet. Pro hiſce rebus vacatio data eſt, ab illo ſumptus, laboris, militiæ, rerum deniq; omnium per triennium ſoli nõ modò in Sicilia, verùm vt mea fert opinio, his quidem temporibus in omni parte terrarũ vacui, expertes, ſoluti ac liberi fuerunt ab omni ſumptu, moleſtia, munere. Priori loco quaterna quaternis reſpondent, ſed poſterior deſijt in ternis. Illæ etiam incipiunt à quaternis deſinũt in ternis, nõ ſingulis verbis, ſed membris, pro Flacco: Quare ſi hunc habet* Traliam *authorem ſui doloris, ſi hunc cuſtodẽ literarum, ſi hunc teſtẽ iniuriæ ſi hunc authorem querelarium, remittant ſpiritus, cõprimant animos ſuos, ſedent arrogantiam Illam in quinis conſiſtunt. Titus Roſcius 9. homines honeſtiſſimos, eiuſdẽ muneris, legationis, officij mandatorũq; ſocios induxit, decepit, deſtituit, aduerſarijs tradidit, omni fraude et perfidia fefellit.*

Quina quinis reſpondent.

SCHOLAE.

Diximus aliã quandam formam eſſe παρισώσεως, quę vocatur ἰσότης, & ſpectatur vel binis, vel ternis, vel quaternis membris. Et binorũ & ternorũ ſuprà exempla & varietatem explicauimus. Reſtãt igitur quaterna atq; quina. In quaternis atq; quinis nõ opus eſt exacta diligentia, & ſemper pari numero. Nam vt id fiat, eſt laborioſũ oratori: deinde habet oſtẽtationẽ artis: tertiò latet numerus propter multitudinẽ. Quaterna igitur iſtud habẽt in 2. Verr. exemplũ. Hoc nunq̃ &c. quatuor proponit, & quatuor ſequũtur: deſinunt aũt in binis. hìc iſtud πνεῦμα cõtinuatũ eſt duplici Pariſoſi, in priore loco quaterna quaternis, in poſteriore bina binis collata ſunt, & illa bina habẽt tres ςυζυγίας. Secundum exemplum impar eſt, niſi reſoluatur, ſed ſi fiat reſolutio, quaterna quaternis reſpõdent. Dici enim poteſt egentẽ, probatum ſuis, filiũ abſq; culpa, abſq: ſuſpitione. Sed duo poſtremò comprehendit orator. Eſt igitur παρίσωσις nõ actu, ſed δυνάμει. Tertia aliã habet varietatẽ. In tertio enim ordine impar eſt, habet impar. Et hoc 4. habet diſſectionẽ: in poſteriore parte eſt ἔλλειψις vnius mẽbri. In binis & ternis ſemper idem numerus obſeruatur. Sed in quaternis & quinis non neceſſarium eſt omnia reſpondere. Hæc de paribus.

De ΕΝΑΝΤΙΩΣΕΙ.

vi. Genus παρισώσεως

Habet concinnitatem καλλωπισμόν

Poſtremum genus παρισώσεως, *in quo eſſet verborũ ſimilitudo, diximus eſſe Contrariorum, non quòd contraria ſint ſimilia, ſed quòd pari numero componantur. Hanc figuram* ἐναντίωσιν *nominant, propterea quod* ἐναντίον *habeat* ἀντίθεσιν. *Ea fit, cum aut ſingula ſingulis opponuntur, vt pro M. Fonteio. Poteſtis ne igitur ignotos notis, iniquos æquis, alienigenas domeſticis, cupidos moderatis, mercenarios gratuitis, impios religioſis, inimiciſſimos huic imperio ac nomini, bonis ac fidelibus, & ſocijs & ciuibus anteponere? Et pro Roſcio Comædo. Probus improbum, prudens imprudentem, periurum caſtus, callidum imperitus, liberalis auidum fraudaſſe dicitur. Hæc extrema duo, verbis ſingulis habens factam* ἐναντίωσιν. *ſed fit etiam ſententijs, vt pro eodem Roſcio. Qui quòd nomen referre in tabulas timeat, id petere audeat: quod in codicem iniuratus noluit referre, id iurare in litem non dubitat: quod probare non poßit, id perſuadere alteri conatur. Et paulo poſt. Quid eſt quod negligenter ſcribamus aduerſaria? quid eſt quod diligenter conficiamus tabulas? qua de cauſa? quia hæc ſunt menſtrua, illæ ſunt æterna: hæc delentur ſtatim, illæ ſeruantur ſancta: hæc parui temporis memoriam, illæ perpetuæ exiſtimationis fidem & religionem amplectuntur: hæc ſunt deiecta, illæ in ordinem confecta. Itaq; aduerſaria in iudicium protulit nemo, codicem protulit, tabulas recitauit.*

SCHOLAE.

Hactenus igitur quinque genera παρισώσεως explicata ſunt. Sequitur ſextum quod vocatur ἐναντίωσις, in quo genere contraria contrarijs reſpõdẽt: pari numero ſingula ſingulis, bina binis, terna ternis, quaterna quaternis. Et hæc fi-

figura eſt oratorum propria in argumentationibus Rhetore
Vtilitas cōtrarietatis.
habent eam pro forma argumentandi.in hac figura latent
illa Enthymemata Rhetorica.Magnifecerunt eam oratores
I. I.propter vim probandi,δύναμιν συλλογιστικὴν.Id quod Dia-
II. lectici efferunt ſyllogiſmis primæ & ſecundæ figuræ,hoc o-
ratores hoc genere Enthymematū.Deinde habet concinni
tatē eandē quā & ſuperior figura,paria enim paribus reſpon
dent,ſingula ſingulis,bina binis, hoc eſt habet καλλιεπ
pulchritudinē,ſpeciem habet Rhetoricæ,& oratoriæ orati-
III. onis.Tertio propter mobilitatē,celeritatē,facit orationē nu
meroſam,etiam ſi numerus nunquam captetur ab oratore.
Triplex eſt igitur laus illius,probat,ornat,& celeriter curri
atq; incedit,facit orationē rotundā.Iſtud genus ſpectatur in
Singula ſingulis.
ſingulis,binis,ternis & fortaſsis aliquādo in quaternis.In ſin
gulis cū ſingula ſingulis opponūtur,idq́; fit duobus modis,
ſingula verba ſingulis verbis,ſingulæ ſententiæ ſingulis ſen
tentijs,ſingula membra atq; inciſa ſingulis mēbris atq; inci
ſis.Spectatur iſta cōcinnitas aut verbis,aut mēbris. Vocatur
ἀντίθεσις quaſi ἐναντίων ἀντίθεσις,quod habeat cōtrariorū op-
poſitionē.Contrariorū,id eſt,vel mēbrorū vel verborū. Ex-
tremū ſingulorū verborū pro M.Fōteio Poteſtis igitur &c.
Cōtraria hoc loco voco,ea quæ in Topicis dicūtur.Priuātia
Triplicia cōtraria.
vt,notus ignotus,pius impius,II.voco ea quæ ſunt aduerſan
tia,quemadmodū impius,religioſus.Cū igitur duo ſunt ge
Aduerſantia plus laudis & doctrinæ habent quàm contraria.
nera cōtrariorū.Aduerſantia habēt plus laudis,quā habent
negantia plus ſubtilitatis.Quare?Nam priuantia facile in-
ueniuntur,pius impius, doctus indoctus, Aduerſantia au-
tem non facile, requirunt vſum , doctrinam , quemadmo-
dum in hoc loco dicitur.Mercenarius.Da eius contrarium
ſi dico non mercenarius,eſt facilis inuentio,eſt vulgare.Sed
ſi dico Gratuitus,ibi habes aliquid laudis,quod habet diffi
ciliorem inuentionem.Sed tamen plerumque vtrumque
genus ſolet commiſceri,vt in oratiōe pro S.Roſcio,ignotos
notis,aliena domeſticis ſunt aduerſantia, Sic cupidis mode-
Contraria. Priuantia. Aduerſātia. Repugnantia.
ratos.Habetis tria genera contrariorum in hoc genere.
τικὰ priuantia,vt notus ignotus. Aduerſantia, cupidus mo-
deratus.Repugnantia,inimicus fidelis.quicquid huiuſmo-
di fit,ſiue ſint aduerſantia,ſiue diſparata.ſiue negantia,om
nia ſunt huius generis,pro Roſcio Comœdo habetis hoc
modo configuratum extremum.

Bina verò binis ſæpè in Epichiremate & Enthymemate componuntur, vt in tertia Verrina, Nam cauſa cognita multi poſſunt abſolui, incognita quidem condemnari nemo poteſt. Eeandem ſententiã pro S. Roſcio ſimili ratione expoliuit. Innocens ſi accuſatus ſit, abſolui poteſt, nocẽs niſi accuſatus ſit, cõdemnari nõ poteſt: vtilius aũt abſolui innocentẽ, quam nocentẽ cauſam nõ dicere Hoc elegantius fit, cum ſit κατ' ἀντιμεταβολὴν, vt pro R. Comœdo. Quẽadmodũ ſi Fannius Roſciũ fraudaſſe diceretur, vtrũq; ex vtriuſq; perſona veriſimile videretur, & Fanniũ per malitiã feciſſe, & Roſciũ per imprudentiã deceptũ eſſe. Sic cũ Roſcius Fannium fraudaſſe arguatur, vtrũq; incredibile eſt, & Roſciũ quicquam per auaritiã appetiuiſſe, & Fanniũ quicquã bonitate amiſiſſe, vel κατ' ἀντιστροφὴν βιαίως violenter: vt pro P. Sylla. Neq; verò quid mihi iraſcare intelligere poſsũ. ſi quod eũ defendo, quem tu accuſas, cur tibi quoq; ipſe nõ ſuccenſeo, qui accuſas eum quẽ ego defendo? Item illud huius generis, Regiũ eſt dicere in quem velis, ac defendere quẽ nolis. Nam negantia etiã inter contraria ponimus. Sequũtur terna quaterna, quæ elegãtius ſuperioribus duobus generib. interponũtur, cuius illud extremum eſt pro Milone, cuius Ciceronem in oratione non puduit indicare concinnitatem. Eſt enim hæc Iudices non ſcripta, ſed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſsimus, ad quam non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus. Incepit & deſijt à binis orator, terna interpoſuit. Simile illud eſt in Catilina, ſed magis oſtentatum more declamantium. Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia, hinc pudicitia, illinc ſtuprum, hinc fides, illinc fraudatio, hinc pietas, illinc

Raſum, curtum & breue omnino

Magis expoſitum.

Fit autem maior elegantia.

I. κατὰ ἀντιμεταβολὴν.

Malitia eſt Mala calliditas.

II. κατ' ἀντιστροφὴν.

illinc ſcelus, hinc conſtantia, illinc furor, hinc honeſtas, illinc turpitudo, hinc continentia, illinc libido. Denique æquitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes pugnant cum iniquitate, cum luxuria, cum ignauia, cum temeritate, cum vitijs omnibus: poſtremò copia cum egeſtate, bona ratio cum perdita, mens ſana cum amentia, bona denique ſpes cum omnium rerum deſperatione confligit.

SCHOLAE.

Diximus ſextum genus eſſe περιστάσεως ἐναντίωσιν, id eſt. Oppoſitionem contrariorum, æquiparatam vtrinque partem. Hoc genus aliqui vocant ἐναντιωτὴν, propterea quòd habet τῶν ἐναντίων ἀντίθεσιν. Et hinc eſt quod aliqui Rhetores hanc figuram vocent ἀντίθετον, vtrumque etiam vocabulum eſt vſitatum. Eſt ſubtile genus argumentationis, facti per contraria. Diximus illud fieri vel cum ſingula ſingulis opponuntur, vel bina binis, vel terna ternis, vel plura pluribus, quanquam rarò excludunt quintum numerum. Dixi habere elegantiam & concinnitatem eſſe εὔσχημον, diximus etiam habere vim probandi, eſſe ἀποδεικτικὸν. Pertinet enim ad ſecundam figuram dialecticorum, per contraria enim efficitur: Rhetores plerunque ſolent hoc ſchemate conficere ſua Enthymemata. Tertia virtus eſt εὐρυθμία, numeroſam efficit orationem. Redditur concinna oratio, & propterea numeroſa, πολυπτώτῳ, ὁμοιοτελεύτῳ, ἰσοκώλῳ, & reliquis. Conſiſtit autem inter eum numerum, quem diximus ſingula ſingulis, ſingula verba ſingulis verbis, ſingula membra ſingulis membris. Singulis verbis opponuntur, vt, Poteſtis ne ignotis.) Aut membra, vt, Quid quod) Referre in tabulas & petere ſunt contraria. Nam referre in tabulas eſt occultare, petere eſt manifeſtè agere. Heri multa exempla tradidimus verborum ſingulorum, veniamus ad bina. Bina binis componuntur plerunq; in Enthymematibus, & in Epichirematibus faciunt breuem argumentationem. Breuiter vel argumentum proponunt vel cócludunt. Propoſitioné arguméti voco ſecundum Hermogenem Epichirema, quaſi aggreſſionem, quoniam eſt quaſi aggreſſio ad ipſam concluſionem futuram. Bina igitur binis componuntur

Ἀντίθετον.

I. Εὔσχημον eſt.
II. ἀποδεικτικόν.
III. εὐρυθμικόν.

Propoſitio argumenti eſt Epichirema.
Concluſio eſt Enthymema.

dignita ſunt inter ſe contraria. Illa ſententia eſt hoc modo per Epichirema breuiter abſoluta. In tertia Verr. tractauit hoc argumentum ieiunè, tenuiter, pro Roſcio verò copioſius. Innocens) Primũ exemplum eſt omnino raſum, curtũ. Alterum eſt magis expolitum, propter geminationem, ſed ita exornatio eſt maior, cum accedit ἀντιμεταβολή, quam voco commutationem perſonarum, & commutationem ipſorum contrariorum, affirmantium & negantium, priuantiũ & exiſtentium, vt, Quemadmodum ſi) Malitia & impudentia ſunt inter ſe contraria, feciſſe & deceptum eſſe ſunt relatiua. Et Relatiua ab Ariſtotele numerantur inter oppoſita ſiue contraria, idem eſt, ſi quis dicit, ſi præter eſt, non eſt filius, ac ſi quis dicat, Si iuſtitia eſt, non eſt iniuſtitia. Sequitur inuerſio. Cum Roſcius Fannium) Auaritia & bonitas ſunt aduerſantia. Bonitas eſt libertas, auaritia cõtrarium eſt. Sed ſi etiam aliquando κατ᾽ ἀντιστροφὴν τὸ βίαιον, eſt quãdo ipſum aduerſarium ſuo telo vulneramus, quando accipio aduerſarij rationem, & illi vim facio. τὸ βίαιον eſt violenta argumentatio, & propterea dicitur ἀντιστροφή: vt in illo extremo apparet, quod Gellius citat lib. 5 cap. 10. conuertitur ex vtraque parte. Enathlus certa mercede cauſarum agendarum rationem à Protagora, inſigni eius artis magiſtro, hac conditione didicerat, vt ei merces tum deberetur, cum primum in foro cauſam viciſſet. Magiſter ſuo tempore mercedem petit & negantem diſcipulum in ius vocat. Vtitur autem aduerſus eum hoc argumento, Debes mihi omnino mercedem ſiue vincas cauſam, ſiue perdas: Nam ſi vincis debes, quia viciſti primam cauſam, ſi perdis, debes, quia à iudicibus condemnaris. Enathlus contrà argumentum conuertit. Nihil tibi debeo ſiue vincam ſiue perdam: Nam ſi vinco non debeo, quia à iudicibus non condemnor. Si perdo rurſus non debeo, quia primam cauſam, vt inter nos conuenerat, non vinco. Sequuntur terna & quaterna, quæ eleganter interponũtur inter ſuperiora duo, ita vt ornatus cum fiat maior, magis tamen occultatur in medio ſingulorum & binorum. Et iſtud eſt omnium pulcherrimum & ſubtiliſſimum genus compoſitionis, quod Cicero etiam complexus eſt & amauit. & ponitur hoc ex modo eius in oratore ex Milonis oratione: quia illi valde placuit, & ſenſit alijs placere. Iſtud orationem facit εὔχημον & εὔριθμον. Cum oratio incipit à ſingulis, & deſinit rurſus in ſingulis. vt, Eſt enim hæc &c. Lex

τὸ βίαιον.

ſcripta & nata ſunt inter ſe repugnattia,quæ aliquo modo differunt,illa vocantur repugnantia. Diſcere,accipere,legere ſunt doctrinæ & artis, Arripere ſunt naturæ,haurimus ſpiritu,exprimimus etiam complicatis palmis,quemadmodum differunt inter ſe ars & natura,ſic iſta terna diſcere,accipere,legere. Redit deinde rurſus ad ſingula. Inſtituti ſcilicet à præceptore,imbuti ſcilicet à natura. In Catilinam,quę orationes videntur mihi magis ſcriptæ,quam habitæ,ibi eſt ars magis oſtentata:& priore loco non habet vnam contentionem,ſed multas.&,hoc in loco)Hoc genus eſt omnium elegantiſſimum.

Concinnũ & acutũ genus Enthymematis.

Illud autem in cauſa Quintiana ex varijs compoſitum eſt,& in primo membro coniunctionem habet, in altero diſiunctionem,in 3.concluſionem contrariorum. Concinnum genus & acutum Enthymematis. Etiamſi veritate amicitia,fide ſocietas,pietate affinitas colitur,neceſſe eſt qui amicũ,ſociũ,propinquũ fama & fortunis ſpoliare conatus eſt,vanũ ſe,& impiũ,et perfidioſum eſſe fateatur. Aliquãdo cõtrariorũ enumeratio in cõtrarijs propoſitionũ partib.ponuntur, eaq́; nõ paria,& tamen manet illa quæ dicitur ἐναντίωσις,& ἀντίθετον Rhetoricũ, *vt in prima Philip. Charũ eſſe ciuib. bona de Rep. mereri, laudari, coli,glorioſum eſt: metui verò & in odio eſſe, inuidioſum deteſtabile,imbecillũ,caducũ.* Aliquãdo nec numerus ob*ſeruatur,neq; verborũ pugna eſt: ſed rerũ diſſimilitudo atq; diſparitas,vt 2.Phil.de Aedib. M. Varronis. ô tectũ ipſa miſera,quã diſpari domino: quanquã quomodo iſte dominus? Sed tamẽ quã à diſpari tenebãtur. Studiorũ enim ſuorum M.Varro voluit eſſe illud,nõ libidinum diuerſoriũ. quæ in illa villa ante dicebãtur? quæ cogitabantur? quæ literis mandabãtur? Iura po.R. monimẽta maiorum omnis ſapiẽtiæ ratio,omniſq́; doctrina. At verò te inquilino (nõ enim domino) perſonabãt omnia vocib. ebriorũ natabant pauimenta vino: madebant parietes: ingenui pu-*

M. Varronis laus.

ci

cum meritorijs, ſcorta inter matresfamil. verſabātur.
Hactenus de Verborū ſimilitudine, & de cōparatiōe,
quæ fit per contraria in figuris ſententiarū diſſeruimus.

SCHOLAE.

Hactenus demonſtratū eſt à nobis, contrariorum ἀντιθε-
ſpectari vel binis, vel ternis, vel quaternis, & quæ in ſin-
gulis varietas eſſet, & quæ varietas in collocando, ſed eſſe
quoddam genus Antitheſis, quo vtimur in Enthymematis,
in quibus concluſio fit ex repugnantibus. cum ex connexi-
one antecedentium & conſequentium facimus Enthyme-
ma negatiuū, qualis eſt illa tractatio in cauſa Quintiana. E-
tenim ſi amicitia) Antecedens eſt, amicus eſt conſequens.
ergo verus & nō fucatus. Sic ſocietas anteced. ſequitur præ-
ſtare fidē. Iſtud igitur Enthymema primò habet connexio-
nem antecedentiū & conſequentiū in prima ꝑpoſitione. vt,
Etenim ſi veritate.) In 2. mēbro propoſitionis diſiungit an-
tecedentia à conſequentib. & ponit repugnās: nam pugnāt
ſe propinquū eſſe ſpoliare. Tertiū membrū habet con
nē contrariorū, facit concluſionē negatiuā, vanum, id
nō verum, impiū, id eſt, nō pium, perfidioſū, id eſt, non fi
Eſt ſyllogiſimus hypotheticus, qui reducitur ad ſecun-
figurā. Quicunq; amicus eſt, illū oportet eſſe verū, fidelē,
Ergò qui fallit ſociū, qui fallit propinquū, amicū, neceſ-
eſt vt fateatur ſe nō eſſe verū, non fidelem, non piū. Iſtud
eſt diuerſum à ſuperiorib. ex antecedentibus conclu-
contraria. Cicero in 1. Philip. habet etiam σύνθεσιν ἰ-
&, facit ἰσόκωλον in diuerſis partibus propoſitionis: vos
propoſitionem conſtare ex ſubiecto & prædicato. E-
charum.) Subiectum in hac propoſitione eſt nume-
habet partes 5. charum eſſe, benemereri, laudari, co-
Prædicatum autem vnum eſt, glorioſum. In altero
membro. Metui verò & in odio eſſe, eſt ſubiectum ſo-
duarum partium. Prædicatum autem 4. partium, Inui
deteſtabile &c conſtat igitur illud Epichirema ex
ijs, ex duabus propoſitionibus, quæ habent contra-
prædicata, & numeroſitatem. Aliquando etiam fit com-
contrariorum, in qua nec numerus, nec verborum
varietas ſeruatur, ſed ſolum rerum diſſimilitudo, vt in
Philipp. vbi oratorem miſeret villæ, propter eius ex-
indignum. Etenim.) Ibi erat Enthymema, ſecun-
extremum habuit Epichirema. Tertium autem iſtud
eſt

eſt ἀποδεικτικὸν, factum propoſitione, & contrariorum ex ſitione, abſq; ſyllogiſmo. Generibus contraria eſt iſta tra tio, ſpecies verò contrariæ non ſunt poſitæ. Quis nega eſſe pugnam & diſſimilitudinem rerum? in ſuperiori ex verborum. Hinc virtus &c. Sed ſi quis velit habere varia tractationem contrariorum, videat illum locum in ſententijs, quem diximus de amplificatione.

De gradatione diſtinctione & reditione. CAP. XXIIII.

Κλίμαξ.

Climax negãdo facta.

Verò videtur imitatus etiã demoſthenẽ.

Climax interrogãdo.

Climax affirmando.

INter figuras concinniores Gradatio numeratur, qua alij κλίμακα vocant, Hermogenes κλιμακωτὸν nomina pluribus confecta ἀναστροφαῖς, hoc eſt verbis iteratis, c ius quoniam nimis eſt in dicendo inſignis concinnita, ſ ter eſt eo ornamento vſus Demoſthenes. Et illud vnum Rhetoribus proponitur in arte tradenda ex oratione falſa legatione. οὐκ εἶπον μὲν ταῦτα, οὐκ ἔγραψα δὲ, οὐδ' ἔ γραψα μὲν, οὐκ ἐπρέσβευσα δὲ, οὐδ' ἐπρέσβευσα μὲν, οὐ πεισα δὲ. *Negando iſta confecta eſt Gradatio, quem modum illa Ciceronis per contraria in Philip. Quid e per deos immortales poteſt Reip. prodeſſe noſtra lega prodeſſe dico, quid ſi etiam obſutura ſit: obſutura, quid ſi etiam nocuit. Vtrumq; exemplum & Demoſth. & Ci ronis vniuſmodi eſt, ab illo Virgiliano differens. Torua le ana lupum ſequitur, lupus ipſe capellam, Florentem C thyſum ſequitur laſciua capella. Te Corydon ô Alexi & quanquam illa Ciceronis pro L. Flacco conſimili rati & conſecutione rerum facta eſt: verum in re neceſſa vt ſi prætor dedit, vt eſt ſcriptum à quæſtore, numer Quæſtor à menſa publica, menſa aut ex vectigali, au tributo. Diximus Demoſthenem ſemel tantum aut bi ſu eſſe hac figura: & Cicero ſanè minimè crebrò vſu* *quanquam cùm vnam dicunt eſſe concinnitatem quam, tamen eſt etiam illa altera, quòd rarò in cauſa cadit huiuſmodi rerum ordo. Quanquam inſtitui poſſe ſi cauſarum efficientium multarum cõtinuatio eſt, tanquam in enumeratione ſtirpis & familiæ: quod quoties fit, tum non concinnitas, ſed rerum neceſſitudo hoc ornamentum quęſiſſe videbitur.*

SCHOLAE.

Hoc ornamentum eſt omnibus notum, & nomine & re ipſa: & tametſi rarum eſt, tamen eſt inſigne, ab omnibus cognoſcitur, quia apertè perſpicitur. Hermogenes vocat κλιμακωτὸν, quaſi Graduatum, ſi ita licet dicere, gradibus inflexum. Habet enim Hermogenes ſuas quaſdam propriorum inflexiones, quas alij non habent. Et dicit ſemel aut bis inueniri tantùm apud Demoſth. ſed ego non memini me vſpiam aliò, quàm in vno legiſſe apud Demoſth. Vbi Demoſth. volens dicere, Ego non rogationem tuli apud populum de mittẽdis legatis. Quid dico rogationem vbi ego etiam in legatis nõ fui, quid non fueram legatus? ego certè non ſuaſi, vt legatos mitterent. Eſt κλίμαξ facta negando. Cicero videtur idem voluiſſe facere quod Demoſth. fecit negando, hoc Cicero loco negantium interrogationum contrarijs verbis, loco correctionis. Quid enim) Demoſthenis exemplum factum eſt ἀποφάσει & Ciceronis correctione & contrarijs. Eſt bonus non eſt bonus. Fac aliam negationem æquipollentem. Eſt malus, ſed fluit magis quando fit affirmando. quando alterum ex altero efficitur, tum eſt plus ſuauitatis, vt Virg. Toruæ Leæna) & tum eſt ipſum κλίμα magis volubile. Cicero habet aliquando ſimile, ſed neceſſariò ordine rerum. Si prætor dedit) ſunt aliquando ordines rerum, & ordo cauſarum efficientium & effectorum, quæ neceſſariò ſunt enumeranda, vt totum illud principium Geneſeos. In principio creauit Deus cœlum & terram &c. eſt κλίμαξ neceſſarium. Sic Euangeliſtis nemo poteſt obijcere elegantiam. eſt enim neceſſaria narratio, quæ ſimpliciter, vt res geſtæ ſunt, recenſet omnia. In Genealogia itaq; Chriſti apud Matthæum eſt κλίμαξ, ſed non ad elegantiam compoſitum. Sic etiam praua familiaritas parit corruptionem morum, corruptio morum ſcor

Gradibus inflexum.

Climax ſi neceſſariò fit, non eſt elegantia.

tationem & ebrioſitatem: ebrioſitas profuſionem pecuniarum: effuſio pecuniarum, æs alienum, furtum & rapinas: furtum & rapinæ, crucem, exitium, & infamiam.

DE DISTINCTIONE.

Ἀλλοίωσις. Eſt figura philoſophorum & dialecticorum & pertinet ad διάκρισιν

Rutilius, vt eſt apud Quintilianum, inter figuras ἀλλοίωσιν numerauit, quam immutationem verbo Latino appellauit: vt videre eſt apud Quintilianum: eam ego διάκρισιν ſoleo nominare. Quæ rerum eſt differentium, verbis facta diſtinctio: ea fit hoc modo, quo illa pro Roſcio Comædo ſunt compoſita. Illa ſuperior fuit oratio neceſſaria, hæc erit voluntaria: illa ad Iudicem, hæc ad Caium Piſonem: illa pro reo, hæc pro Roſcio: illa victoria, hæc bonæ exiſtimationis cauſa cōparata. At illo modo in quo magis apparet verborum eſſe figura: Summa gratia & eloquentia, quarum alteram vereor, alteram metuo. Et ea explicatur magis, & fit oratio apertior, ſi accedat ἑρμηνεία, hoc eſt, dilucida interpretatio, vt in eodem exemplo, Eloquentia Q. Hortenſij ne medicendo impediat, non nihil commoueor, Gratia S: Neuij, ne P. Quintio noceat, id verò non mediocriter pertimeſco. Vel illo modo quaſi definiendo ὁρισικῶς. Aliud eſt iudicium, aliud arbitrium. Iudicium eſt pecuniæ certæ, Arbitrium incertæ: Ad iudicium hoc modo venimus, vt totam litem aut obtineamus, aut omittamus: Ad arbitrium hoc animo adimus, vt neque nihil, neque tantum quantum poſtulamus, conſequamur. Fit etiam illo pacto:

Veremur alicuius virtutē doctrinā, eloquentiam. Metuimus vim & poteſtatem. Diſtinctio fit verbis & rebus.

Compulerantq́; greges Corydon & Thyrſis in vnum,
Thyrſis oues, Corydon diſtentas lacte capellas.

Aut illo.

Tibi gratulor, mihi lætor, nobis omnibus gaudeo. Cui ſine illud eſt. Magis eſt quòd gratuler tibi, quàm quòd te rogem. Item illud: *Vnum illud neſcio, gratuler'ne tibi, an timeam: metuo enim ne pro vno duos hoſtes habeas.* Et, *Te mihi gratulari, quàm gratias agere male.* Item, *Iſtud crede mihi non eſt viuere, ſed bibere. Hæc cum in contrarijs adhibentur, fit illa de qua ſupra diximus* ἀντίθεσις: *qualis fuit diſtinctio anniuerſariorum & Tabularum. Diſtinctioni contraria eſt figura, quæ ex duobus vnum efficere conamur. Idem animus, par malitia, gemina audacia.*

SCHOLAE.

Quintilianus facit mentionem ἀλλοιώσεως, tanquam Rutilij propriæ figuræ, hoc eſt, à Rutilio obſeruatæ apud oratores, & poſitæ in numero figurarum. ἀλλοίωσιν uocat propterea quod faciat ἄλλο, καὶ ἄλλο rem aliam, quòd res quæ videntur eſſe eædem, ἀλλοίωσις facit vt ſint diuerſæ, diſcriminentur inter ſe & ſubſtantia & verbis. Fit autem verbis iſta figura, propterea inter figuras verborum numerentur. Huic contrariam figuram poſſumus nominare ἕνωσιν: quia ex duobus efficit ἕν: ἀλλοίωσις autem, ἄλλο. Definitur autem quòd ſit verborum differentium, verbis facta diſtinctio. Dico verbis, vt ſciatis quòd ſit figura verborum. Diſtinctione enim verborum res ipſæ ſeparantur, & diſtinctione rerum verba quoque diſtinguuntur. Exemplum de ἀλλοιώσει pro Roſcio Comœdo. Hæc figura pertinet ad genus dicendi, acutum, verſutum, ſubtile, ſtoicum. Eſt figura Dialecticorum & Rhetorũ. quẽadmodũ ad diſtinctiones rerum, adferunt etiã verborum diſcriminationem. Ego igitur voco διάκρισιν, quia aut res diſcriminantur verborum proprietate, aut verba quæ videntur idem, diſtinguit proprietate rerũ. Fit enim diſtinctio. Aut verba rebus diſtinguũtur, aut res verbis. Illa talia ſunt exempla. Illa ſuperior, &c. Vbi Cicero hactenus dixit pro Roſcio iuſſu & voluntate eius. Cõmendaturus aũt Roſciũ, aliquid de ſuo addit: & ne videatur laudatio profecta ab eodem Roſcio, ſeparauit illa à ſuperore oratione. Illa ſuperi-

ἕνωσις huic Διακρίσει contraria.

Διάκρισις.

or) διάκρισις, incipit quidem à contrarijs, ſed poſtea ſequitur differentia. Summa) Alterum exemplum, magis in illo apparet acumen verborum. Summa gratia.) ſubtilis diſtinctio, dicit ſe vereri eloquentiam, metuere gratiam. Veremur enim alterius virtutem, doctrinam. Metuimus autem vim & potentiam, omnis διάκρισις eſt figura, ſubtilitati ſeruiens, vt ſunt ea in paruis cauſis, ut in hac oratione, in diſputationibus Dialecticorum. Et propterea diſtinctiones ſunt plerunque obſcuræ niſi explicentur. Adfert Cicero explicationem. Eloquentia Q. Hortenſij) In verecundia commouerũt, ex commutatione coloris animaduertimus verecundiam, vt ille dixit. Erubuit, ſalua res eſt. Tertium exemplum habet diſtinctionem verborum factam rebus. Aliud eſt iudicium.) Eſt propoſitio iſta dialectica & διακριτικὴ propoſitio. Fit etiam aliquando diſtinctio verborum abſque explicatione rerum, vt in illo exemplo: Tibi gratulor) verbis vſus eſt diſtinctis, non tamen indicata diſtinctione. Gratulamur alteri propter bona fortunæ: Hortamur autem homines in officio. Ipſe tamen Cicero vtitur non diſtinctione, ſed verbis tantùm differentibus. Magis eſt.) Si quis bello capiat vrbẽ, tum ei dicere poſſemus, neſcio an gratuler tibi, an timeã. ſemper enim tales manent hoſtes curæ. Iſta fiunt in contrarijs, naſcitur illa figura ἐναντίωσις. Huic autem figuræ eſt contraria ἕνωσις. Et ſæpè fit, vt cum alter orator vtitur διακρίσει, alter vtatur ἑνώσει, vt pro Cecina, Ebutius dicit non eſſe vim. Aliud eſt) Qui Ebutij cauſam defendit vtitur διακρίσει, Cicero autem contrà ἑνώσει.

DE REDITIONE.

Προσαπόδοσις. *Προσαπόδοσις quam reditionem nominare poſſumus. propterea quod verbis reddatur ratio, aut verbis referendis atque reddendis, reditus fiat ad perficiendam ſententiam.* Non *tamen propriè vnius quàm communis multarum figurarum eſt ratio.* Nam *& in periodo ſpectatur: cuius reditus ἀπόδοσις & προσαπόδοσις dicitur, vt, qui amicum meum lædit, is me lædit. Et in approbando atque argumentando ſæpè fuit προσαπόδοσις*

1. In periodo.
2. In argumentando.

tione: vt, hæc nunc pecunia neceſſe eſt, aut expenſa data aut
ſtipulata ſit: Datã non eſſe Fannius confitetur: expenſam
latam non eſſe, codices Fannij confirmant: ſtipulatam
non eſſe, taciturnitas teſtium concedit. Hic &
propoſitio eſt tripartita diuiſione facta, & omnium trium
reddita ratio negando. Tale eſt illud Bruti de dictatura
Q. Pompei, quod exemplum Quintilianus poſuit.
Præſtat enim neminem imperare, quam alicui ſeruire:
ſine illo enim viuere honeſtè licet, cum hoc viuendi nulla
conditio eſt. Fit altero modo, vt rectè Quintilianus annotauit, 3.
cum poſt ſingula redditur ratio, vt in illo Antoniano:
ſed neque accuſatorem eum metuo, qui ſum
innocens, neque competitorem vereor, qui ſum Antonius,
neque conſulem ſpero, qui eſt Cicero. Eſt præterea 4. μερισμῷ.
προσαπόδοσις earum figurarum, quas μερισμοὺς & ὑποστάσεις 5. ὑποστάσει.
nominauimus. quæ fiunt particulis, quæ appellantur
à Grammaticis ἀποδοτικὰ μόρια, vt ſunt, Is, Qui, Ἀποδοτικὰ μόρια.
Tantum Quantum, Cum Tum. Sic vt, Talis Qualis. Sæpè
cum hac figura concurrit ſuperior diſtinctio, vt rurſus
pro R. Comœdo: Pecuniam petis Fanni à Roſcio, quã?
dic audacter & apertè: vtrum quæ tibi ex ſocietate debeatur?
an quæ ex liberalitate huius promiſſa ſit & oſtẽtata?
quorum alterum eſt grauius & odioſius, alterum
leuius & facilius. Hæc diſtinctio eſt rerum quæ qualitate
inter ſe differunt. Sequitur rurſus, cum diſtinctione etiam
reditio. Si qua enim ſunt priuata iudicia, ſummæ
exiſtimationis, & penè dicam capitis, tria hæc ſunt, fiduciæ,
tutela, ſocietatis: Aequè enim perfidioſum & nefarium
eſt, fidem frangere, quæ continet vitam: & pupillum
fraudare, qui in tutelam peruenit: & ſocium fallere,
qui ſe in negocio coniũxit. Quanquam in hoc poſtre-

mo non ſolum diſtinctio eſt, verum etiam illa contraria, quæ à nobis ἕνωσις eſt dicta.

DE DISSOLVTIONE & Iunctione.

CAPVT XXV.

Neq; omittendæ ſunt illæ duæ notiſſimæ & vulgatiſſimæ figuræ, quarũ altera ἀσύνδετον dicitur, hoc eſt, diſſolutum: & altera huic contraria πολυσύνδετον: quod iunctum Quintilianus interpretatur. Eſt igitur iunctio cum res verborum coniunctionibus copulatæ inter ſe dicendo continuantur, vt pro Cluentio: hic cum eſſet illo tempore puer, & illa quæſtio de patris ſui morte conſtitui diceretur, & illum ſeruum & ſibi beneuolum eſſe, & patri fuiſſe arbitrabatur. Iſtud cum *breuiter fit, vix pro figura haberi debet, nam* πολυσύνδετον *appellatur, hoc eſt pluribus iunctum.* Itaq; *acutum quidem illud, & latinum, non tamen* πολυσύνδετον: *Mathematici recondita in re & multiplici ſubtiliq; verſantur. Atque haud ſcio an illud figuratum: ego arma contra conſules imperatoreſq;* P.R. *contra Senatum populumq;* R. *contra Deos patrios araſq; & focos, contra patriam tuli. Nam ipſæ coniunctiones ſeparatæ ſunt verbi iteratione. Illiuſmodi verò magis* Poetarum *ſunt, quàm oratorum: tectumq; laremq;, armaq;, Amicleumque canem* Creſſamq; *Phareticamq;: vna enim coniunctione, facta eſt iunctura rerum. Vtriſque autem commune eſt, & oratoribus &* Poetis, *vti diuerſis coniunctionibus, cuiuſmodi Quintilianus oſtendit exemplo Virgilij:*

Arma virumq; cano.

πολυσύνδετον quo fit iunctio pluribus coniũctionibus.

Non figura dici poteſt, quando nõ eſt τὸ πολύ. πολυσυνδεσία fit, vna eademq; cõiunctione.

Multum ille & terris iactatus & alto.
Multa quoq́; & bello paſſus.

2.
Fit cõiunctionib. diuerſis ornatius.

Et Cicero, Patiebam & Reip. & dignitati ac gloriæ tuæ. Item, Hunc à tuis aris, cæteriſq́; templis ac tectis vrbis & mœnibus arcebis. Contrarium huic ornamento, vt diximus, diſſolutum eſt, ἀσύνδετον *nominatum, id fit vel verbis idem ſignificantibus. Sileatur de nocturnis eius debacchationibus ac vigilijs: lenonum, aleatorum, perditorum nulla fiat mentio: damna, dedecora, quæ res patris eius, ætas ipſius pertulerit, prætereantur: lucretur indicia veteris infamiæ: patiatur eius vita reliqua, me hãc tantam iacturam criminum facere. Vel fit verbis diuerſis idem ſignificantibus, vt, Pecunia attributa numerata eſt: profectus eſt quæſtor in prouinciã: venit in Galliam: expectatus ad exercitum cõſularem cum pecunia, prouinciamq́; deſeruit. Vel enumeratione, vt in ſuperiore exemplo, quod compoſitum fuit duobus generibus, hac ſcilicet enumeratione & verbis idem ſignificantibus: lenonum, aleatorum, perditorum nulla fiat mentio. Item, Horam nullam vacuam à ſcelere, crudelitate, flagitio reperietis. Pulchrũ verò genus eſt, cum hac poſtrema enumerandi ratio, verbis variatur iteratis, vt in illo exemplo 2. Philip. Itaq́; quem locum apud ipſum Cæſarem poſt eius ex Africa reditũ obtinuiſti? Quo numero fuiſti? Cum tu imperatoris quæſtor fueras? Dictatoris magiſter equitũ, belli princeps, crudelitatis author, prædæ ſocius, teſtamenti, vt ipſe dicebas filius appellatus es, de pecunia quam pro domo, pro hortis, pro ſectione debebas. Fit etiã diſſolutio interrogatione, vt in eodem loco: propemodum æqua & iuſta dicebas, à me C. Cæſar pecuniã, cur potius q̃ ego ab illo? an ille ſine me vicit? At ne potuit quidem.*

Ἀσύνδετον.

1.
Fit verbis idem ſignificantibus,

2.
Fit verbis diuerſis.

3.
Enumeratione.

4.
Verbis iteratis.

5.
Interrogatione.

Multiplex cõiunctio.

Sunt duæ notiſsimæ figuræ & vulgatiſsimæ apud omnes Rhetores, quarum altera vocatur ἀσύνϑετον, altera ϖολυσύνϑετον. Ασύνϑετον ἀπὸ τοῦ συντίθημι cõpouo dicitur. Et est cũ res variæ copulantur coniunctionib. in oratione continuanda. Dixi has eſſe notiſsimas, propterea quod etiam pueris notæ ſunt: vulgatiſsimas, queadmodũ crebro eis vtimur, nec eam ob cauſam ſunt negligendæ, ſed obſeruãdæ. Non enim vna & ſimplex eſt ratio harum figurarum tradendarum, & illa varietas ſi obſeruabitur, faciemus orationem longè elegantiorem & concinniorem. ϖολυσύνϑετον igitur eſt cum res multis coniunctionibus continuantur, & ideo dicitur ϖολὺ, non vocatur à Rhetoribus σύνϑετον, ſed ϖολυσύνϑετον id eſt, multiplex coniunctio. vt pro A. Cluentio. Hic eum) Ibi facta ϖολυσύνϑετον vna coniunctione &, &. Dixi igitur vocari eam ϖολυσύνϑετον ob id, quod fiat compoſitio pluribus coniunctionibus. Ita vt ſi illa coniunctio ſit breuis non meretur dici ϖολυσύνϑετον. Nam ſi non eſt τὸ ϖολὺ, non eſt hæc figura, vt Mathematici &c. Si hoc dicimus figuram eſſe, oportet dicere illam non eſſe parem vocabulo artis. Nam non dicitur σύνϑετον, ſed ϖολυσύνϑετον. Illud tamen eſt magis figuratum. Ego arma) Ibi eſt ϖολυσυνϑεσία, ſed dirempta iteratione verbi, contra. Omne igitur ϖολυσύνϑετον fit vel verbo eodem, vt in illo pro Cluẽtio. Si autem alteram accipias coniunctionem Que, raro vtuntur ea oratores, minus eſt oratorium. In Virgilio, Que, poſitum eſt quinquies, hoc non eſt oratorium. Non igitur iterant oratores ſæpius Que, niſi per interuallum. Poetarum eſt illud frequentibus geminare, ac iterare ſæpius neutrorum eſt. Quintilianus rectè monuit, quod aliquando fit aduerſis coniunctionibus, vt in exemplo Virgiliano. Diuerſis fit eleganter, cum ipſæ coniunctiones commutantur cum alijs coniunctionibus idem valentibus, efficientibus oſtendit id vt dixi. exemplo Virgiliano. Arma virumque cano &c. Ibi vſus eſt Poeta in deſcriptione Aeneæ. Et, Que, Quoque. Et illa varietate totum illud exordium abſoluit, & res varias contexuit Tale eſt exemplum apud Cic. Faciebam) Sic etiam in alio loco. Hunc) vſque eſt particularum varietate. Hæc varietas eſt diligenter obſeruanda. Nam facit Latinitatem illud, ſcilicet quod Ariſtoteles 3. Rhet. vocat Helleniſmũ, hoc eſt Latinitatem & Atticiſmum, apud Græcos eſt poſitus in eiuſmodi varieparticularum. Igitur fit πολυσύνδετον aut multis coniunctionibus, aut paucis. Si multis, tum eſt inſignis figura: ſi paucis tum obſcura. 2. aut fit eadem particula aut diuerſis. Eadem, & hoc fit vulgari & communi ratione, diuerſis fit ornatius. Id quod non eſt connexum coniunctionibus vocatur ἀσύνδετον, id eſt, non compoſitum, non iunctum. Illud fit variè, vel fit verbis idem ſignificantibus, cum res quæ poterant connecti vno verbo, ſeparantur verbis idem ſignificantibus, ἰσοδυναμία. Vel fit verbis diuerſis, diuerſarum ſcilicet rerum, non idem ſignificantibus. Vel fit enumeratione rerum ſingularum, vel fit iteratione verbi, vel interrogatione. Sic quinque modis vtimur iſta ἀσυνδέτῳ. Tractaui autem hæc pluribus, ne cum ſit hæc figura vulgata, putetur non eſſe obſeruanda, & vt ſciatis, quomodo illa ἀσυνδετία ſit tractanda, ſed quomodo verbis iteratis fiat (fit enim ſæpe, vt, euaſit, erupit, exceſsit) cras dicam.

DE INVERSIONE, ſeu ἀντιμεταβολή,

CAPVT XXVI.

E*T quoniam ſuprà aliquando inuerſionis facta mentio, quam* ἀντιμεταβολὴν *vocant, dicamus etiam de illa.* Eius *varietas ex ijs exemplis intelligitur, quæ poſita ſunt à* Quintiliano. *Nam aut negando fit in cauſis finalibus, vt: non vt edam viuo, ſed vt viuam edo: non ſanus eò ſum, vt ambulem, ſed vt ſanus ſim ambulo. Aut in cauſis efficientibus vetando, vt* pro Cluentio: *vt ſi ne inuidia culpa plectatur, & ſine culpa inuidia ponatur. Aut fit duobus attributis in altera parte conſentientibus, in altera pugnantibus, vt pro S.* Roſcio: *Etenim cū artifex eiuſmodi ſit, vt ſolus dignus eſſe videatur, qui in ſcena ſpectetur, tum uerò eiuſmodi eſt, vt ſolus dignus videatur, qui eò non accedat. Non enim pugnāt artifex eiuſmodi & vir eiuſmodi. At in ſcena ſpectari, & ad ſce-*

μεταβολὴ λέξεων ἐστὶ μετάθεσις.

1. In cauſis finalibus.

2. In cauſis efficientibus.

3. Duobus vtrinq; ſubiectis & prędicatis.

nam non accedere, aduerſantia ſunt. In quo illud eſt etiã ſingulare: quod bis poſitũ eſt, vt ſolus dignus videatur. Iſtud obſeruaui eleganter fieri ὑποθέσει τῇ κατὰ συγχώρησιν per conceſsionem vt in 5. Verr. de P. Vexio Silone. Qui iſti ita amicus & neceſſarius eſt, vt etiã ſi vir bonus nõ eſſet, tamen quod cõtra iſtũ diceret, graue videretur, ità vir bonus eſt, vt etiam ſi inimiciſsimus iſti eſſet, tamen eius teſtimonio credi oporteret. Neq; multum diſsimile eſt, illud Demoſthenis, eſt enim κατ᾽ ὑπόθεσιν: ſed habet ſolum inuerſionem perſonarum: ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἐκείνων προεῖλο σὺ τάδε οὐκ ἄλλος ἔγραψας ἂν οὕτως, ἂν σὺ νῦν δίκοντος ἄλλος οὐ γράψῃ. Et illud Ciceronis in Philip. commutationem habet perſonarũ: Si conſul Antonius Brutus hoſtis, ſi conſeruator Reipub. Brutus, hoſtis Antonius. Sed iſtud per contraria factum eſt: Demoſthenis exẽplo ſimilitudinem habuit, vt etiã illud Ciceronis pro R. Comœdo, verum longiuſculum. Quemadmodum ſi Fannius Roſcium fraudaſſe diceretur, vtrumq; ex vtriuſq; perſona veriſimile videretur, & Fanniũ per malitiam feciſſe, & Roſcium per imprudentiam deceptum eſſe. Si cum Roſcius Fannium fraudaſſe arguatur, vtrumq; incredibile, & Roſcium per auaritiã quicquam appetiuiſſe, & Fannium quicquam per ſe bonitate amiſiſſe. Habet hæc figura acumen & acrimoniam, & ad ea dicendi genera pertinet, quæ ab Hermog. δριμύτης & ὀξύτης nominantur.

4. ὑποθέσει κατὰ συγχώρησιν.

SCHOLAR. Græci verborum inuerſionem & tranſpoſitionem uocant ἀντιμεταβολήν, & nihil videtur eſſe aliud, quàm dictionum & verborum tranſpoſitio, quæ fit in ſubiectis & prædicatis, cum ſubiecta tranſponuntur ad contraria prædicata, & contraria prædicata ad ſubiecta. Prædicata verò prædicatorum nomina & verba, & ſubiecta etiam ſubiectorum nomina,

mina & verba. Quintilianus ponit aliquot exempla ἀντιμεταθέσεως, & iudicio illa delegit. Si quis enim hæc exempla diligenter obſeruet, inueniet quanta ſit iſtius figurę varietas. Et vtimur hac figura plerumq; in Ethicis, in moribus, in rebus vituperandis & laudandis, rebus pœna afficiẽdis, & honoribus afficiendis. Eſt figura qua vtimur in vita, vt apparet ex exemplis. Non ſanus ſum) Ibi ex non fine facimus finem per tranſpoſitionem. Vtimur etiam illa, in cauſis efficientibus, in medijs actionibus, qui modus etiam eſt morum, vt in illo, Vt ſine) Faciamus γνωμολογίαν. ſine inuidia culpa plectenda eſt, ſine culpa inuidia. Eiuſmodi ſententiæ ſunt acutæ & acres, quando eiuſmodi ſit verborũ tranſpoſitio. Primum igitur exemplum eſt in cauſis τελικοῖς finalibus, Alterum in cauſis efficientibus. Cum ſunt cauſæ remouendæ malè ex vita, tum poſſumus vti hac figura. Fit aliquando duobus vtrinque attributis, ſubiectis & prædicatis, in quorum altera parte duo ſubiecta ſunt conſentanea, in altera ſunt contraria, quæ eſt tertia varietas, cum duo cum duobus, bina cum binis, tranſponuntur. Vt Etenim) Eſt compoſitum ex plurib. partibus & diuerſa ratione. Eſt etiam ratio quæ fit ὑποθέσει per conceſſionem, cum concedimus aliquid conditionaliter, vt, Qui iſti) Ibi vir bonus tranſponit quod antea poſuit in ὑποθέσει. Cicero ponit in [illegible] in pronunciato. Et Demoſthenes habet ſimiles ἀντιμεταβολὰς, ὥσπερ.) Ibi σὺ antea fuit in propoſitione periodi, poſt in redditione poſita eſt. Metatheſis facta perſonarum in illa parte σὺ. Cicero habet ſimile 8. Philip. ſi benè memini. Si conſul.) In priore periodo Antonius occupauit priorem locum, in poſteriore ſecundum: in priore Antonius in re bona, in poſteriore in re mala: Brutus in bona. Cicero etiam adhuc habet exemplum per ſimilitudinem, & per contrarias propoſitiones.

CONCLVSIO PRIMI *& Secundi libri, & de reliquis figuris.*

CAPVT XXVII.

Atq; hæc de ornamentis Verborum, quæ quidem apud Hermogenem & apud Ciceronem inueniuntur. Nam mihi quoq; videtur, id quod Quintiliano etiam viſum fuit, Ciceronem quaſdam de induſtria in Oratore omiſiſſe figuras Verborum, quas libro 3. Craſſus enumerauerat. Et magis videtur eſſe ſententiarum ornamenta, Imminutio, improuiſa imago, ſibi ipſi reſponſio, digreſſio, permiſſio, contrarium. Sic primum, id eſt, quod amplificationi contrarium eſt, hoc eſt, extenuatio, & ſecundum perſonæ aut humani corporis deſcriptio, & tertium occupatio, & quartum id quod παρέκβασις dicitur, & quintum in occupatione confeſſio, & poſtremum argumentationis genus: ſed ſi verbo hæc fiant, non dicendi genere, haberi aliquid loci videntur inter figuras. Illa verò duo apud Ciceronem, quid ſibi velint videamus: nam inter verborum figuras poſuit, ad quod propoſitum ſubiecta ratio, & in diſtributis ſubiecta ratio. Quæ duo numero inter ſe differre videntur, & re nulla alia, & eſſe figura verbi videtur, verbi confirmatio vnius, aut plurium verborum, poſt ſingula adiuncta approbatio. Verbi verò confirmationem vocemus ἐπικατασκευὴν μιᾶς λέξεως. Aut Rutiliano nomine αἰτιολογίαν μιᾶς λέξεως. Et eadem vocabula definiamus in verbis pluribus. Vnius verbi hoc modo: Túne ciuis, qui patriæ hoſtis? hícne vir habendus eſt fortis, qui arma deſeruit?

De ἐπικατασκευῇ μιᾶς λέξεως vel αἰτιολογίᾳ μιᾶς λέξεως, Propoſiti vel propoſitorũ ratio.

ruit? Aut in laudando. Ego verò ciuis, qui arma furioſorum hominũ depuli. Cato eruditus, qui ita probatis fuit moribus. Multorum verò verborum eſt. cum in enumeratione ſingula verba confirmantur ratione ſubiecta: vt, facinoroſus, qui ciuem Romanum vinciueris, ſceleratus, qui verberâris, parricida qui necâris, pluſquam parricida, qui in crucem ſuſtuleris. Vanus qui amicum, impius qui affinem, facinoroſus qui ſocium, fama ac fortunis ſpoliare conatus eſt. Et fortaſſis illud Poſthumianum huius eſt loci, tametſi ratio proponatur: Si fuiſſet in rege fides, nihil ſapientius Poſthumo, quia feſellit rex, nihil hoc amentius dicitur.

Hæc igitur hactenus de ſententijs & earum figuris: item de verbis eorumq́ ornamentis: Sequitur vt de quatuor dicamus reliquis, de membris, clauſulis, iuncturis, numeris: quæ omnia ſubijcio compoſitioni, quam σύνθεσιν nominemus. Non quod illa ſuperiora non cadant in compoſitionem: ſed quod hæ quatuor connecti inter ſe propriè dicuntur atq́ copulari, vt aut volubilis fiat & numeroſa: aut tarda & impedita: aut ſuauis & grata: aut aſpera vel hiulca oratio.

Σύνθεσις.

Cicero libro tertio de Orat. præter ſuperiores figuras verborum, ponit etiam Imminutionem, improuiſam imaginem, reſpóſionem ſibijpſi, digreſſionem, permiſſionem, &c. Sex figuras ex ſententia Craſſi, in Oratore omittit has, & non numerat inter figuras verborum. Putat Quintilianus eum feciſſe propterea, quia doctus temporibus & vſu Cicero, putaret potius eſſe figuras ſententiarum, quàm verborum. Et hoc eſt verum, ſi imminutionem vocemus extenuationem. Scitis oratores αὐξάνειν multis modis, amplificare res, quæ non ſunt magnæ, quæ ratio fit comparatione, diſtributione, ratiocinatione, &c. de quibus in ſentẽtijs. Et huic contraria eſt ταπείνωσις. Si igitur αὔξησις numeran

SCOLAE.
Imminutio, improuiſa imago. Reſponſio ſibijpſi digreſſio, permiſſio.

Αὔξησις

ταπείνωσις.

da eſt inter ſententiarum figuras, oportet etiam eius contrarium ταπείνωσις ibidem numerari: Improuiſam imaginationem, ſi intelligit προσωποποιΐαν, deſcriptionem corporis, aut pulchritudinem, aut deformitatem, non eſt in verbis, ſed in deſcriptione corporis humani: ſic ſeipſum interrogare & ſibijpſi reſpondere, ſi eſt διαλογισμὸς, eſt figura ſententiarum, ſi eſt πρόληψις occupatio, eſt etiam inter figuras ſententiarum numeranda. Digreſſio παρέκβασις, tantum abeſt vt ſit figura verborum, verum vt etiam à quibuſdam numeretur inter partes orationis. Permiſſio ſi eſt, cōceſſio non eſt etiam huius loci. Si contrarium, Enthymema vocat Cicero, non eſt figura verbi, ſed eſt genus argumentationis. Et quidam putarunt illud inter figuras ſententiarum eſſe numerandum. Sed fortaſſis Craſſus per imminutionē intellexit ὑποκορισμὸν, & fit inflexione, vt homo homuntius, melius meliuſcule, blandus blandulus. Si ali vocat improuiſam imaginationem, id quod vocamus εἰκόνα deſcriptionem, quæ fit vno verbo: vt ſi video hominem eſſe deformem, dico eſſe Therſitem: ſi hoc intelligit [illegible], tum eius mentionem ante fecimus: cum ſubitò contra ſpem dicimus, Ecce Therſitem. Sibijpſi reſponſio ſi fit verbo, hoc eſt, ſi eſt ἀποστροφὴ ad ſuam perſonam facta. Quid agis mi Cicero? Te rogo mi Cicero, ſi hoc fit, poteſt aliquo modo numerari inter figuras verborum. Digreſſio quomodo poſſit inter figuras verborum numerari, non ſcio, ſi ſi vocet Digreſſionem ὑπέρβατον, permiſſionem, de quo antea. Si vocat digreſſionem, concedo. Conceſſio, poteſt eſſe figura, ſed minuta, de qua non diſputo amplius. Eſt contrarium, dicis ita, probus imò improbus, malus imò optimus. De iſto etiam nos antea diximus. Sed hæc de illis ſex figuris. Sunt tamen apud Ciceronem libro tertio de Orat. duæ figuræ, quæ mihi videntur eſſe de numero figurarum verborum. Ad propoſitum ſubiecta ratio, & in diſtributis ſuppoſita ratio. Ad propoſitum ſcilicet verbum, Illud propoſitum non ſignificat Propoſitionem, ſed verbum, vt Non te ciuem vocabo: confirma hoc. Es enim hoſtis patriæ: quid mi ciuis? qui patriæ conſeruator. Cum igitur in vno verbo fit, dicitur ἐπικατασκευὴ λέξεως. Cum autem fit verbis pluribus, tum Cicero dicit: In diſtributis ſubiecta ratio, id eſt, diſtributionem, in diſtributarum rerum nominibus ſubiecta ratio, vt ſi reſoluam illud. Facinus eſt vincire ciuem,

διαλογισμός.

πρόληψις.

παρέκβασις.

ὑποκορισμὸς

εἰκὼν.

ἀποστροφὴ.

Conceſſio.

ſi ciuem Romanum,&c. Ibi eſt incrementum, fac ex iſto incremento hanc figuram: Facinoroſus qui ciuem Romanum vincit, &c. Hæc vocat Cicero: In diſtributis ſubiectã rationem. Habetis apud Ciceronem Enthymema factum in Quintiana ratione. Etenim ſi fide) Hoc ego dixi [illegible] propoſitæ quæſtionis ſubiectam rationem. Reſolue & dic ita. Perfidioſus qui ſocium fama ſpoliare conatus eſt, &c. Hic eſt in diſtributis verbis, poſt ſingula verba interpoſita ratio.

Finis libri Secundi.

IOAN. STVRMII.

DE VNIVERSA RATIONE ELOCVTIONIS RHETORICAE.

Liber Tertius.

DE MEMBRIS ET Periodis.

CAPVT I.

DE ſententijs igitur, earumq́; figuris: item de verbis verborumq́; modis atq; exornationibus ſatis vt videtur hactenus dictũ eſt. Sequuntur reliquæ omnis dicendi generis quatuor partes: membra, compoſitio, clauſula, numerus: qua quatuor ex comparatorum numero ſunt apud Dialecticos. Membrum enim totius membrorum, alicuiusq́; ſui integri pars eſt: id quod periodus, hoc eſt, ambitus verborum dicitur: & compoſitio, verborum eſt collocatio. Clauſula verò, & membri, &

Membrum

ambitus eſt extremum: numerusq; omnium trium eſt veluti artificioſus ſonus oratoriæ dictionis. Sed quia doctrina periodorum omnia hæc quatuor complectitur, dicamus de hac ipſa: in eáque de his quatuor explicemus, quod quidem ad Oratorem videtur pertinere. Quam igitur Græci περίοδον vocant, Cicero verborum ambitum nominat, & circuitum, & continuationem, & circumſcriptionem, & comprehenſionem. Sed ambitus, atq; circuitus Græcorum eſt, περίοδος: circumſcriptio verò περιγραφὴ: comprehenſio, περίληψις: continuatio, cui verbo apud Græcos reſpondeat, non video: niſi ea ſit quæ eſt in verborum circumductionibus, & veluti cohærentia, quam Græci συνέχειαν nominant. hunc verborum ambitum Ariſtoteles lib. 3. Rhet. hoc modo definit: Vt ſit dictionis genus. per ſe, finem, & extremum, magnitudinemq; aſpectu pulchram habens. περίοδος, inquit, ἐστὶ λέξις ἔχουσα ἀρχὴν. καὶ τελευτὴν, καθ᾽ αὑτὴν, καὶ μέγεθος εὐσύνοπτον. Eſt dictio principium, & finem, per ſe habens, atque etiam magnitudinem, aſpectu concinnam. Quæ in definitione, illud notandum, eſt: quid ſit, quod μέγεθος vocet εὐσύνοπτον: quod eſt oculorum, & ſenſus videndi: non εὐάκουστον, aut εὐήκοον: quod audiendi ſenſus, & aurium fuiſſet uocabulum, cum propter aurium ſuauitatem hæc verborum circumſcriptio inuenta ſit ab oratorum magiſtris. Quanquam veteres Poëtæ & vocem & vultum ὄψιν nominarunt. Tria igitur Ariſtotelis definitio complectitur, principium, & finem, & magnitudinem. Principium Hermogenes in ambitu πρότασιν nominat, quaſi prioris partis in ambitu propoſitionem & finē ἀπόδοσιν: quæ eſt ἐπάνοδος, hoc eſt reditus ad perficiendum id, quod in propoſitione fuit inchoatum.

Periodi definitio.

Quanquam inde ἀπόδοσις dicta eſt, quod ad priorẽ partem pars altera quaſi reddatur atq; reſtituatur. Atque idcirco à reddendo quidam Rhetores redditionem nominant. Magnitudinem verò Hermogenes quatuor ambituum peridorum formis deſcribit. Vel enim omnem periodum aut vnius membri eſſe, aut duorum, aut trium, aut quatuor, ex quo nominati ſunt περίοδοι μονόκωλοι, δίκωλοι, τρίκωλοι & τετράκωλοι.

SCHOLAE.

Diximus hactenus de ſententijs, de methodis, de figuris verborum & ſententiarum. Primus labor Oratoris eſt in ſententijs, quæ ſunt velut anima oratoriorum corporũ, & ſine quibus reliqua nihil ſunt. Alter labor ſuſcipiendus eſt ab oratore in configurationibus ſententiarum in methodis: Tertius labor in verbis: quartus περὶ σχημάτων, verborum exornationibus. Ἔννοια eſt ſententia diligenter conſiderata & animo volutata, ἀπὸ τοῦ ἐννοεῖσθαι: Iuriſconſulti vocant διάνοιαν. μέθοδος ratio eſt expoliẽdi, exornandi ſententiam, quod apud alios eſt ſchemata ſententiarum. Modis) τρόπων, exornationibus, περὶ σχημάτων. Craſſus libro 1. vocat ornamenta verborum & ſententiarum. Compoſitio σύνθεσις & συνθήκη. Ex comparatorum) relatiuis, quæ in ſcholis relatiua vocant. Cicero vocat comparata alicubi.

Ἔννοια. Διάνοια. Μέθοδος.

Clauſula habet duplex relatiuum, eſt clauſula mẽbri claudendi, & periodi. quot enim membra ſunt non continuata, tot ſunt clauſulæ, ſic numerus & totius & ſingulorum: & eſt eius tripartita conſideratio: prima eſt in verbis: ſunt enim dactylica verba, vt ſcribere, anapęſtica vt miſeri. Altera in principio & in fine ſingulorum verborum oportet oratorem cogitare, quomodo incipiat & deſinat. Vt, Muſici habent ſua προαύλια & ἐπαύλια in fine. Sic Orator debet maximè numerum repræſentare in principio & fine. Tertia conſideratio numeri in ipſo toto ſpectatur, vt, Tytire tu patulæ, &c. dico eſſe dactylum, quia ibi regnat dactylus, alium ſpondaicum. ſic apud oratores periodi iudicantur vniuerſa conſideratione, quædam periodi ſunt dactylicæ, quædam anapeſticæ & trochaicæ, de quibus ſuo loco varietate triplici tractabimus. Hermogenes non fecit mentio-

Clauſula.

Cur Hermog. mentionem nõ fecerit periodorum.

nem periodorum, propter methodũ ſuam & artem. qui enim doctrinam periodorum tenet; hæc quatuor tenet. περίοδος dicta eſt ex περὶ, id eſt circum, & ὁδὸς via, quaſi ambitio, ἀπὸ τοῦ περιοδεύεσθαι, à commeando: ſic peregrinationes, viſitationes & luſtrationes vrbium vocãt περιοδεύσεις. Cicero in hoc vocabulo interpretãdo ſequitur vim Græci verbi, vocat ambitũ & circuitũ, quæ ſunt ſynonyma: ſed cũ circũſcriptionẽ vocat, aliud reſpicit, ſcilicet περιγραφήν. Vocat etiã cóprehenſionẽ, quod Græci περίληψιν, ἀπὸ τοῦ περιλαμβάνειν. vocat etiã continuationẽ, id eſt, συνέχειαν, cohærentiam, quòd verba & membra numeroſè cohæreant: propter verba, membra & numerum continuatio dicitur. Hactenus de verbis, ſequitur iam definitio. Ariſtoteles dicit eſſe λέξιν, id eſt, non verbum aut nomen, ſed genus dictionis, quod conſtat verbis: Apud Hermogenem λέξις nihil aliud eſt, quàm verbum cuiuſcunque ſit partis orationis: genus eſt hic dictionis, καθ' αὑτὴν in ſe vel à ſe comprehẽſam & contentam. εὐσύνοπτον eſt verbum translatum: ὄπτεσθαι ſignificat videri, oculis ſentiri atque percipi. periodi non videntur cum recitantur ab oratoribus, ſed audiuntur, ſcriptæ tamen videntur: huc fortaſſis Ariſtoteles reſpexit. Sed poetæ vocant ὄψιν & vocem & aſpectum ſeu vultum, vt ſit vtriuſque ſenſus & audiendi & videndi: vt ſit periodus orationis genus, quod gratum ſit & audientib. & legentibus.

Λέξις.

Ὄψις.

Et fateor hanc eſſe pulcherrimam formam circumſcriptionum: ſed poſſe etiam eſſe viriliorem & ampliorem: neq; ex definitione Ariſtotelis conſtat. non eſſe poſſe partes plures ambituum, comprehenſionum, quàm quatuor: neq; Demetrij Phalerij definitio ſpiritum oratoris ad hanc alligat neceſſitatem, qui his deſcribit verbis continuationem: περίοδός ἐστι σύστημα ἐκ κώλων ἢ κομμάτων εὐκαταστρόφων, πρὸς τὴν διάνοιαν τὴν ὑποκειμένην ἀπηρτισμένον. *Periodus eſt compoſitio, ſiue compages ex membris aut inciſis volubilibus ad ſententiã propoſitam perfectè accommodatis. etſi enim compages eſt membrorum aut inciſorum: non tamen idcircò neceſſe eſt quatuor eam, non amplius membrorum eſſe: ſed &*

Periodi alia definitio.

vt volubiliter fluant & ſententia accommodata ſint, vtamq; perficiant, id ſit ſemper neceſſariò. ſed etiam Hermogenis definitio aliquid videtur habere ab Ariſtotele & cæteris Rhetoribus diuerſum. Is enim libro de inuentione ſcribit, vt ſit ἡ ἀπαρτίζουσα τὸ ἐπιχείρημα, perficiens argumentū, καὶ συνάγουσα, in vnum cogens & coagmentans. Ita vt Hermogeni nihil aliud videatur hic ambitus, quàm argumenti concluſio & circumſcriptio, vno verborum ambitu coacta. idemq; videtur altera velle definitione indicare, quæ eſt, περίοδος οἷον, ἡ τοῦ ὅλου ἐπιχειρήματος ἀναγκαστικὴ σύνοδος οἷον κλεὶς τρόπόν τινα. Periodus eſt totius argumenti, id eſt, argumentationis cogens, coacta coitio quodam modo. Coactam enim vult argumentationis coitionem, & veluti aliquā clauem, id quod vnius ſemper rei eſt, ita vt Hermog. materies ſit ambitus argumentatio. Sed hæc opinio neq; ex definitione Ariſtotelis intelligitur, & Ariſtotelis exemplis contraria eſt, & repugnat Demetrij Phalerani & Dionyſij Halicarnaſſenſis ſententiæ. ſed animaduertere oportet Hermogenis inſtitutum: ibi enim de inuentione Oratoria præcepta tradit, & ornamenta indicat inuentionum, in illiſq; numerat periodum: accommodauit igitur definitionem ei rei de qua inſtituit docere, hoc eſt argumentationi. deinde apud Hermogenem ἐπιχείρημα eſt omnis propoſitio, ex qua concluſio aut conficitur, aut quomodo conficiatur, poteſt intelligi.

Tertia definitio.

Quarta definitio periodi.

Conciliatio definitionum.

Omnis oratio & omnis ſermo conficitur aut inciſim, aut membratim, aut περιοδικῶς: ita vt omnis oratio, vel ſit κομματικὴ, vel κωλικὴ, vel περιοδική. κόμμα vocant oratores quicquid eſt ſex, vel ſeptem, vel octo ſyllabarum. non faciā, non ſinam, non patiar. Vos iſthæc intrò auferte, &c. quicquid extenditur vltra octo ſyllabas, vſque ad quatuorde-

SCHOLAE.

κόμμα.

κῶλον.

cim,ad quindecim & ſedecim vocatur κῶλον. Hanc tua Penolope lentò tibi mittit Vlyſſes:tabellarios noſtros quotidie expectamus.περίοδος eſt aut inciſorum, aut membrorum,aut vtrorumque comprehenſio, & complexio, & coitio.

Inciſa.

Membra & inciſa propriè vocantur quæ ſunt in ipſa periodo:extra periodum etiam vocantur membra inciſa,ſed κατὰ κατάχρησιν.dicuntur igitur propriè, ſcilicet cùm in ipſa periodo ſunt, ἀκύρως cum extrà. Vnam definitionem periodi heri tradidimus,Ariſtotelis ſcilicet,quę tria habet, quæ diligenter ſunt obſeruanda: periodus contra debet habere ſuum principium,& finem.Tertio loco μέγεθος εὐσύνοπτον,non ſolùm quod perſpicuum eſt,ſed etiam pulchrũ. quod non ſolum recitata periodus debeat placere, ſed etiam ſcripta Hæc tria explicemus.

Principiũ ſeu propoſitio.

Quod Ariſtoteles vocat ἀρχὴν, Hermogenes vocat πρότασιν, id eſt, periodi partem primam.Propoſitio eſt collectiuum nomen, συλλογικὸν:nõ vnam intelligit,ſed multas propoſitiones,quæ cum finem antecedunt,vocantur propoſitio.Et quanquam te Marcelli,&c. quinque ibi ſunt membra, quæ ſumunt vnam propoſitioné,partem poſteriorem τὴν τελευτὴν vocat Hermogenes.

Finis periodi.

ἀπόδοσιν ἀπὸ τοῦ ἀποδοῦναι,quæ eſt debita reuerſio ad principium,non ἀπάνοδος,ſed ἀπόδοσις debita.& neceſſaria reuerſio πρὸς τὴν ἀρχὴν.

Magnitudines periodorum.

De magnitudine iam. hanc Hermogenes complectitur,quatuor generibus periodorũ, ſecundum membra periodi ſubſtantialia. Si enim periodus eſt vnius membri, vocatur μονόκωλος, in qua eſt reliqua inflexio. oportet enim eſſe propoſitionem & redditionem,ſed continuatam. Athenas profectus dies octo abſui. eſt περίοδος μονόκωλος,conſtans ex ſubiecto & prædicato. Animaduertitur ipſa ἀναστροφὴ & ἀπόδοσις, cum aliqua inflexio eſt,quæ animaduertitur inter ſubiectum & prædicatum,& iſta eſt μονόκωλος. Δίκωλος eſt duorum membrorum,nil mihi reſcribas,attamen ipſe veni.τρίκωλος eſt trium membrorum,quæ duæ res in ciuitate,&c. τετράκωλος quatuor membrorum eſt, ſi quando in agro, locisque deſertis,&c. Iſta diuiſione vult Hermogenes μέγεθος εὐσύνοπτον contineri:ſed eſt fatendum, quod hæc circumſcriptio ſit pulchra ad intelligendum, & hac diuiſione poteſt animo ſatisfieri. Sed ex definitione Ariſtotelis non apparet iſtud eſſe neceſſarium,neque cæteri ſunt in hac ſententia: & Quintilianus dicit mediam periodum eſſe ſex membrorum borum: oportet igitur alias eſſe plurium membrorum: & illa Ciceronis in Officijs eſt decem membrorum. Quanquam te Marce, &c. Illa verò. Etenim ſi veritate, amicitia, &c. eſt periodus ex inciſis ἐυκατάστροφον quod eſt volubile, profluens, non impeditum. Oratio oratorũ debet eſſe flexibilis & currens, ſed hoc diſcrimen eſt: oratores occultant numerum, Poetæ apertè captant. Hermogenes vult materiam vel ſubiectum periodi eſſe ἐπιχείρημα, ſed Demetrius διάνοιαν, quamuis ſententiam ἐπεξεργασμένον, dicitur quod eſt perfectè accommodatum: eſt artificioſè perficere, vt ſatis fiat auribus & ſententiæ. Deinde Hermogenes vocat λέξιν, genere verborum metitur: ita & Cicero vocat verborũ non rerum. Quarum enim rerum ſunt verba, earum & periodi ſunt. Quomodo hæ tres ſententiæ conciliabuntur? Definit περίοδον ἐπιχειρήματος non aliarum rerum, non omnium ἐννοιῶν. Quod in elocutione dicitur ἔννοια, id in libro de Inuentione dicitur ἐπιχείρημα καὶ ἐπιχείρησις. hæc mutatio nominum & in alijs artibus fit.

Periodus decẽ membrorum.

Materia periodi.

PARTES PERIODORVM.

Atque hac de definitione periodi hactenus. De partibus verò, & de materia, & varietate mox. ſed illud prius dicamus, non omnem ſententiam hoc verborum orbe abſolui. non enim neceſſe eſt, omnia in quadrum redigi: ſed vel inciſim ſæpè pronunciandum eſt: vt pro Plancio: Magnæ ſunt in te opes, latè patet gratia, multi amici, multi cupidi, multi fautores laudis tuæ: multi huic inuident. Aut membratim, vt in eodem loco, quaſi aut moueant animos teſtimonijs ſuis, aut gratum populo Romano ſit, aut ab eo facilius cauſam dignitatemq́ue, quam volunt conſequantur. Inciſim autem & membratim, trahitur oratio in cauſis veris, cùm aut arguimus accuſando & inſectando, aut refellimus defendendo atq́ue diluendo. ſed his ipſis inciſis & membris rectè animaduertitur ipſe ambitus: quam rationē Craſſo

Inciſim pronuncianda.

Membratim.

Inciſim & mẽbratim.

& Ciceroni video placuiſſe: & Craßi quidem illud in oratore adſertur exemplum à Cicerone: O Marce, diuiſe, patrem appello: duo inciſa, deinde membro quatuor erant, ſed vnum tantum à Cicerone ponitur. Tu dicere ſolebas, ſacram eſſe Rempub. poſt ambitus: quicunq; eam violaſſent, ab omnibus ijs pœnas eſſe perſolutas. deinde membra duo. incurriſti amens in columnas, in alienos inſanus inſaniſti. poſtrema comprehenſio: quæ tanquam crepidine dicit omnia ſuſtineri: depreſſam, cæcam, iacentem domum pluris quàm te & quam fortunas tuas æſtimaſti. Inciſorum verò & membrorum duo ſunt genera. Nam & membra quædam ſunt breuiora, quæ κομματικὰ appellantur ab Hermogene, & quædam inciſa longiora, quæ κωλικὰ nominari poſſunt. qualia illa erant, in Corneliana, membra: vt in Oratore ipſemet indicat Cicero, ô callidos homines, ô rem excogitatam, ô ingenia metuenda. hic ſi membra ſunt, vt Cicero eſſe vult, certè ſunt membra κομματικὰ. Nam κόμμα Hermogenes ſeptem metitur ſyllabis: talia etiam in periodo illa: duo eodem in loco: quem quaſi noſtrum feſellit: ita nos eſſe facturos. Quæ vltrà ſeptem ſyllabas extenduntur inciſa, illa κωλικὰ habeantur, tum, cum inciſis breuioribus interponuntur. ſeorſim enim poſita membris annumerantur.

κομματικὰ membra & κωλικά.

SCHOLAE. Diximus quatuor communia ἰδίων, ſcilicet membrorum compoſitionis, clauſularum, numerorum, doctrinam comprehendi ſub periodorum doctrina: à qua nos incepimus, & duas definitiones tradidimus in principio, vnam Ariſtotelis, alteram Demetrij. item duas Hermogenis, reliquum eſt vt de partibus dicamus periodorum, prius tamé admonendi ſumus, non omne genus orationis in periodos redigẽdum: quod ſophiſtis permiſſum eſt non oratoribus

ribus

ibus. Apud oratores eſt tripartita methodus loquendi ratio: Aut enim oratio inſtituitur inciſim, κομματικῶς, aut membratim κωλικῶς: aut περιοδικῶς, redigitur in quadrũ. Inciſum dicitur κόμμα ἀπὸ τοῦ κόπτεσθαι, quod incidit: & propriè dicitur quod non ſuperat octo ſyllabas: eſt minutiſſimum dicendi genus & velociſſimũ. Aut dilatatur & extenditur oratio paulò longius, & eſt ſecunda pars huius methodi, ſcilicet κῶλα, membra: quæ ab octaua ſyllaba dilatantur vſque ad decimam octauam: nonnunquam vſque ad 20. & 24. ſyllabam, quod propriè κῶλον dicitur. his duobus generibus vti debemus in arguendo & refellendo. Arguere nihil aliud eſt quàm criminari, inſectari, ἐλέγχειν: refellimus diſſoluendo. Vbi cum aduerſarijs congrediendũ eſt, ibi debemus vti oratione, quæ inciſim & mẽbratim inſtituta ſit. In dignitate, in laude, in hortationib. in amplificationib. vtendũ eſt periodis, oratione in quadrũ & in gyrũ redacta, vbi eſt plus oſtẽtationis. Hactenus qd inciſum, breuitate ſcilicet ſyllabarum: & quid membrum longitudine ſyllabarum. His enim inter ſe differunt. deinde vbi his duobus vtendum, in inſectando & reſpondendo, & hoc eſt diligenter obſeruandum. Tertiò animaduertendum eſt, quæ horum debeat eſſe collocatio, methodus. debemus incipere à minimis, & progredi ad maiora, ab his ad maxima. Cicero diligenter de hac tradit, ſed acutè in Oratore. placuit Ciceroni & Craſſo, vt oratio inciperet ab inciſis, tranſiret ad membra, conſiſteret in periodis. In metiendis ſyllabis oratorum ratio elidendi non eſt ſeruanda, niſi vbi aſper eſt concurſus vocalium, ibi relinquendæ ſunt vocales. Primum concinna eſt iſta progreſſio & naturalis, facit orationem elegantem & variam, facit eam trina ratione ſententiarum variari. Secundo loco conuenit lateribus & viribus oratoris, ſcit quibus in locis ſit reſpirandum. Tertiò loco iuuat memoriam & confirmat: igitur hæc res non negligenda eſt, ſed obſeruanda diligenter. Quartò loco conſideranda ſunt genera inciſorum & membrorum. Inciſorum ſunt duo genera, verum vnum, quod non ſuperat ſeptem ſyllabas, ἰδίως κόμματα hæc ſunt καὶ ἀληθῶς: alterum eſt κωλικόν, quod ſcilicet extenditur ad 8. aut 9. aut 10. ſyllabas. Membrorum etiam duo ſunt genera, aut ἰδίως, propriè, reuera, ὡς ἀληθῶς, quod ab 8. vſque ad 18. extenditur, & inter illum numerum conſiſtit, vt ſunt verſus Hexametri:

In arguẽdo commatica & inciſa oratione cõgrediendum.

In laude, hortatione & amplificationibus periodicè.

Collocatio inciſorum & membrorum.

Vſus huius doctrinæ.

Inciſorũ & membrorũ genera.

aliud non propriè membrum eſt, ſed habet quandam commutationem: quod rurſus bipartitum eſt, aut ferè ſunt inciſis paria. Tu dicere ſolebas, quicunque eam violaſſet, &c. aut extenditur vltra 18. ſyllabam, vocatur χοινοτενῆ, membrum oblongum.

2. Diuiſio. Membra alia reflexa, alia non.

Eſt etiam illa membrorum diuiſio, quod quædam omnino membra ſunt abſque vlla reflexione: vt contrà Rullum. Quid contra diſputari poteſt? ſtatutum à vobis & iudicatum eſt, hæreditatem iam credimus. tria membra directa abſque vlla inflexione; vt etiam illa: accedit eò mons Gaurus, accedent ſalicta ad Minturnas, adiungetur via Herculanea: Quædam verò reflexionem habent, & quendam quaſi circuitum propter inciſionem, quam διαίρεσιν in periodo puto appellari ab Ariſtotele: vt in illo Craſſi membro, Tu dicere ſolebas, ſacram eſſe Rempublicam: videtur enim poſt tertium membrum, ſolebas, facta inciſio. ſed hoc cùm ſit inciſis quæ appellauimus κόμματα apertiorem habet inflexionem: quo genere in grauitate ſæpius vtimur, & in diſtributionibus atq; enumerationibus: vt in eadem oratione. hoc capite Quirites omnes gẽtes, nationes, prouinciæ, regna, decemuirum ditioni, iudicio, poteſtatiq; permiſſa & condonata eſſe dico. Hoc genus alij pro membro habent. Hermogenes verò periodum eſſe vult μονόκωλον. Et quanquam Cicero in oratore breuiſſimum ambitum duorum vult eſſe membrorum: tamen Ariſtoteles libro tertio Rhet. ſimplicem periodum eam vocat, quæ eſt μονόκωλος, hoc eſt, vnius membri, quod genus tum demum periodus eſt cum eiuſmodi habet reflexionem.

De

De periodorum generibus quatuor.

OMnis igitur circumſcriptio vera aut μονόκωλος*, eſt vnius membri circumductione conſtans: vt ſunt illa in ſeptima Verrina. Certet mea diligentia cum illorum omnium cupiditate, veſtra integritas cum iſtius pecunia, veſtra conſtantia cum illius patronorum minis atq; potentia. Hoc genus ſi quis* δίκωλον *eſſe velit, & Ciceronis ſequi ſententiam, non maximopere repugno, modo illud ſtatuatur, eſſe quædam duorum membrorum genera, quæ pro monocolis haberi poſſunt: vt illa tres quas iam poſui comprehenſiones, à quibus illa duorum membrorum, quæ eodem in loco proxima inſequitur, plurimum differt. Tum demum illa ficta videbuntur, cum in contentionem certamenq́; venerint. ſint igitur illa tria ſuperiora vnius membri: aut ſi duorum ſunt, ſint ſanè obſcurata. Periodus etiam duorum membrorum aut eſt* ἄνισος*, id eſt, membris impar, vt, vnum hoc ſumo, quòd mihi apertum tuum ſceluſq́; manifeſta dat: alterum enim membrum* κομματικὸν *eſt, alterum verò iuſta magnitudine terminatum. Aut* ἰσόκωλος *eſt paribus vtrinq; membris, vt in quarta Verrina accuſatione: hic videte, in quos laqueos ſe induerit, quorum ex nullo ſe vnquam expediet.*

Periodus ἄνισος & ἰσόκωλος.

Superius tradidimus inciſorum & membrorum quandam diuiſionem. diximus inciſorum & membrorum duo genera eſſe: vnum proprium eorum, quæ intra ſuum certum definitumque numerum ſyllabarum conſiſtunt: non proprium quod numerum illum non ſeruat, ſed excedit, aut non attingit, κόμμα proprium & κωλικὸν membrorum

SCHOLAE.
Membra & inciſa, alia propria, alia impropria.

Membra ἐν θείᾳ directa & inflexa.

ſunt trium: proprium κομματικὸν & χοινοτενὲς, quòd vſque ad 24. & 30. ſyllabam extenditur. deinde ſunt membra ἐν θείᾳ, directa non obliquata: vt ſtatutum à vobis eſt, iudicatum eſt, &c. ſunt directa membra abſque ἀναστροφῆ & ἐπανόδου, ſine reuerſione, ſine inflexione. Quædam membra habent inflexionem propter διαίρεσιν: inciſionem, diſtinctionem vocant Grammatici. vt, Craſſus hic dicere ſolebat, ſacram eſſe Rempublicam, ibi eſt reflexio: has virgulas Grammaticorum vocat Ariſtoteles διαιρέσεις, quæ fit particulis, aut diſtinctione ſententiarum. ſic igitur illa διαίρεσις, in commatis & diſtinctionibus. hoc capite Quirites, &c. eſt μονοκωλία, facta διαιρέσεσι, & eſt membrum, χοινοτενὴς, oblongum: extenditur vltrà 30. ſyllabam. propter hanc reflexionem Hermogenis dicit eſſe periodum vnius generis.

Minima periodus eſt duorũ mẽbrorum.

Cicero dicit in oratore perfecto, minimam periodum eſſe duorum membrorum. Ariſtoteles duo tradit genera, vnum ἀφελὶς ſimplex, alterum ἐν κώλοις, quod eſt poſitum in membris. τὸ ἀφελὲς inquit ἡ μονόκωλος ἐν κώλοις, quod ex pluribus conſtat.

Cõciliatio Ariſtotelis & Ciceronis.

Quomodo hi autores erunt coniungendi, propter iſtam diuiſionem de membris & eorum reflexionem? Cicero dicit eſſe tripartitum, conſtare ex duobus. Hermogenes vnum appellat, aliud etiam eſt periodus & periodica compoſitio: periodus enim conſiſtit intrà ſingula membra, bina, terna vel quaterna; quod hunc numerum excedit, non eſt periodus, ſed periodica circumductio, vt illud, Quanquam te, &c. eſt περιοδικὴ περιβολή. Omnis vero periodus, aut eſt vnius membri, quod rectum & ambitum & reflexionem habeat. Vt illud exemplum. Certat mea diligentia, cum illorum cupiditate. ſed quomodo eſt μονόκωλος, cum ſit propoſitio & ἀπόδοσις? re ipſa illa periodus eſt diſtincta: eſt enim ex oppoſitis. Periodi bimembres quædam ſunt apertæ, quædam abſconditæ. Altera diuiſio ſequitur, illa duo membra in periodis vel æqualia ſunt vel inæqualia. Periodus δίκωλος aut eſt ἄνισος aut ἰκωλος.

Dicoli per interrogationem verborum.

Fiunt etiam aliquando δίκωλοι κατ᾽ ὑπέρβατον, hoc eſt verborum traiectione, vel ἐπεμβολῇ, id eſt interpoſitione verborum, vt dubites duorum'ne an trium membrorum ſint periodi: vt, Multa mihi neceſſariò Iudices

preter-

prætermittenda ſunt, vt poſſim aliquo modo aliquando de his rebus, quæ meæ fidei commiſſa ſunt, dicere. Aliquando ita collocantur verba in δικώλοις, vt quatuor membrorum eſſe videantur. Vt pro Sexto Roſcio. Quoniam cuius conſilio occiſus eſt video: cuius manu ſit percuſſus non laboro. Talis illa pro Rabirio Poſthumo etiam, nec ei regi, qui alienus ab imperio eſſet: ſed ei, quocum fœdus feriri in Capitolio viderat. ergò hæc dubia partibus. Illi verò ambitus, atq; illius modi alij multi certi. dubitis igitur Alexandriam clam petentibus, quibus apertiſſimè pugnantibus reſtitiſtis.

SCHOLAE.

Quemadmodum in periodis monocolis dubium videri poteſt, ſit ne vnum an duo membra: ſic δίκωλος contra videtur, & trium aut quatuor membrorum. ὑπερβατὰ faciunt & ἐπεμβολαὶ, vt ex duobus membris fiat vnũ, vt videatur duo. Sententiæ dirimuntur vel traiectione vnius verbi, vel interpoſitione aliorum: multa mihi, &c. eſt ἐπεμβολὴ. ſunt tres ſententiæ, dicemus ne igitur δικωλίαν an τρικωλίαν? dicimus eſſe δίκωλον actu, ſed poteſtate & reſolutione eſt τρίκωλος, idque Rhetorico metaplaſmo, transformatione. alterum exemplum Roſcianum habet quatuor δικώλεις. quoniam video, vna, cuius conſilio ſit occiſus. altera, cuius manu. tertia, quarta, non laboro, ſed eſt δικωλία actu, tametſi diſtinctione ſint quatuor: duæ ſunt ſolum verborum percuſſiones & duo ſpiritus.

Dicolon actu.
Tricolon poteſtate.

Continuantur etiam aliquando dicoli, vt τετράκωλα videantur: vt, hæc vtrum eſſe nobis conſilia ſiccorum, an vinolentorum ſomnia: & vtrum cogitata ſapientum, an optata furioſorum videntur? propter hoc genus duo ſtatuenda ſunt genera duorum membrorum in periodis. Vnum ſimplex & ſeorſim poſitum. alterum coniunctum atq; continuatum.

Omnis

SCHOLAE. Omnis periodus δίκωλος, vel eſt apertè δίκωλος, abſque vlla dubitatione, cum duo membra apertè coeunt, vel eſt compoſita, vel ὑπερβάτῳ, vel continuatione, id eſt, συνεχείᾳ, cum binæ periodi continuantur, vt videãtur eſſe quatuor, traiectione vnius verbi.

Aliquando duorum membrorum comprehenſioni additur κατὰ ἐπισυνάψιν tertium membrum: vt in quinta accuſatione. nam ſi poteſt iſta pecunia ſine aratorum iniuria detrahi, Populus Romanus habeat. hactenus periodus duorum membrorum: ſequitur adiectio per ἐπισυνάψιν. præſertim in tantis ærarij anguſtijs. In hoc genere periodorum etiam eſt illa obſeruãda varietas quòd in illis quas vocauimus ſuprà ἀνίσους, propter imparia membra quædam μακρόκωλοι vocantur propter finem longiorem, vt in ſexta accuſatione. cum quæſtor eſſet, nihil mihi ab illis demonſtratum prius. Item in eadem oratione: Idq́; hoc tam nefario ſcelere concepto, nihil poſtea tota in Sicilia neq; ſacri neq; religioſi eſſe duxit. Hoc igitur vnum genus eſt in imparibus, alterum eſt earum, quæ vocantur μείουροι, decurtatæ, ſcilicet in extremo fine, quaſi clauſula, aut veluti cauda breuiore: vt pro Cornelio Balbo. Quid eſt Iudices non ſolum in legibus poſitum, ſed etiam in priuatorum voluntate? Craſſo apud Ciceronem libro tertio de Oratore, illud primum genus magis probatur, quàm hoc poſterius, & apud Ciceronem eſt frequẽtius, ita vt Cicero in eo ſermone, non ex ſententia Craſſi, ſed ex ſuo ſenſu præcepiſſe videatur. ſed quæ hic præcipiuntur de duorũ mẽbrorũ varietate, illa etiam in duobus inſequentibus generibus, quorum vnum eſt trium membrorum, alterum quatuor, obſeruanda ſunt.

Quid ſit periodus, & quot ſint periodi partes, & quomodo partes ſint diſtinctę nominibus ab Ariſtotele & Hermogene expoſuimus. Diximus omnem orationem abſolui vel inciſis vel membris, vel periodis & comprehenſionibus. Inciſum verum propriumque terminatur 7. 8. ſyllabis: quicquid extenditur & prolongatur, ad 12. & 18. vocatur κῶλον. Id ſi extendatur ab 18. vſque ad vigeſimum quartum aut triginta, vocatur membrum quaſi cordatum, χοινοτενὴς, extractum & deductum, vt corda. Vtilitas huius diuiſionis eſt, vt ſciamus orationem aliquando inſtituendam eſſe minutim & quandoque punctim. Nam inciſa ſunt in oratione, vt verberationes, gladiationes, quæ fiunt punctim. Quæ autem verberationes fiunt cæſim, fiunt membris longis & periodis. Aliquando igitur curta dicitur eſſe oratio, aliquando intermedia, aliquando longa. Quando autem dicendum ſit membratim, quando per inciſa, & quando periodicôs, id trademus tum cùm de dicendi figuris & ideis explicabimus. Membra ſunt duplicia, primùm 1. Membrorū diuiſio.
genus eſt abſque vlla reflexione, quæ non habent κάμψιν ἀνταπόδοσιν: deinde poſitum & pronunciatum, vt, nos quotidie veſtros tabellarios expectamus, nulla eſt ἀνάκαμψις, ἐπιστροφή. Si aūt dicam, nos tabellarios veſtros, homines diligētiſſimos & ſtudioſiſſimos veſtri quotidie expectamus, &c. fit ἀνάκαμψις & ἐπίθεσις, eſt mēbrū περιοδικὸν & dicitur μονόκωλος. Iſta immutantur ſæpè, & amittunt ſuam ſpe- 2.
ciem, quædam κόμματα ſunt κωλικὰ, quę excedunt ſeptem ſyllabas, quædem membra contra ſunt κομματικὰ: quædā igitur membra dicuntur propriè & quædam impropriè.
Sic etiam fit in ipſis membris alia ratione; quæ reſpiciunt 3.
periodos, eſtque membrum ἄνευ περιόδου, vt, nos quotidie tabellarios veſtros expectamus: eſtq; μονόκωλον, Nos tabellarios veſtros ſtudioſos veſtri, &c. eſt periodus propter ἀνάκαμψιν. Alia diuiſio, membra quædam μονόκωλα videntur eſſe periodi δίκωλοι, vt in illo, certet mea diligētia, cum
illorum omnium cupiditate, eſt μονόκωλος, ſed propoſitio 4.
eſt diducta omninò à redditione, eſt facta τμῆσις & τομὴ periodi. Veſtra integritas cum iſtius pecunia, teſtium conſtātia cum illius minis & potentia, Tres μονόκωλοι continuatæ. Igitur omnis μονόκωλος vel eſt aperta & ſimplex, vel videtur eſſe duorum membrorum. Nunc de duobus generibus membrorum: δίκωλοι vel ſunt apertè δίκωλοι, viden-

tur omnino eſſe duorũ membrorũ: vt, vnũ hoc ſum, quod
mihi apertum ſcelus dat, eſt duorum membrorum ſine om-
3. nni controuerſia, aliquando dubitatur. Tertio loco oſten-
Διακωλία μακρόκωλος dit quod in δικωλίᾳ quædã ἄνισοι ſint imparibus membris,
quædam ἰσόκωλοι. ἄνισοι ſunt vel μείουροι vel μακρόκωλοι.
μακρόκωλοι cum poſterius membrum eſt priori longius:
μείουροι cum finis breuior principio. μείουρος à μείων minor,
Pulſus μείουρος vel μύουρος. & μείουρος quaſi ἧσσον οὐρά, minor cauda & finis. Alij μυού-
ρους vocant, medicorum vocabulo, cum pulſus in ægrotis
deſinere incipit cum συστολῇ eſt cuius cuita non conuenit
cum extenſione venæ: διαστολὴν in fine vocant pulſum μύου-
ρον, à cauda muris acuminata. pulſus in agente animam
fit in fine curtus: & hæc lectio magis placet, à μῦς μυὸς, nam
hoc genus eſt imbecillum apud Oratores. μακρόκωλοι im-
plent intelligentiam & aures: nam requirit vt finis reſpon-
deat principijs: igitur laudatur à Craſſo, quia eſt firmius, ve-
hementius, lacertoſius. Alterum eſt debile & imbecillum.
& medicorum igitur vocabulo nominatur propter infirmi-
tatem extremam. Illa diuiſio poteſt coniungi cum ſuperio-
4. re: quia conſtituunt vel ἀνίσους periodos, vel ἴσους. Quarto
loco oſtendit, quomodo δίκωλοι fiunt per hyperbaton tra-
iectione, vt illa videatur facere trimembrẽ periodum pro-
pter interpoſitionem: Quoniam cuius conſilio, &c. quæ
conficit quaſi tertium membrum propter traiectionem &
interpoſitionem. Vbi eſt traiectio, ibi interpoſitio: vbi eſt
interpoſitio, ibi eſt traiectio verborum: vt illud, multa mi-
hi neceſſariò prætermittenda ſunt, vt poſſim aliquando
his de rebus. Iam ὑπερβολῇ, quæ meæ fidei commiſſæ ſunt,
iam perfectius dicere, quod videatur eſſe periodus trico-
lus, videtur ex σχηματισμῷ: Orator collocatione fecit bimẽ-
brem ipſo ὑπερβατῷ: nam incluſit tertium membrum ſe-
cundo. Hyperbata enim non faciunt tria membra, ſed mẽ-
brum inchoatum, dilatatum χοινοδέτησει, non duo dirimit:
ſi quis tamen dicat eſſe trium membrorum, ego illi ſuum
iudicium relinquo: ſi ſunt δίκωλοι, poteſtate ſunt: & μετα-
μετασχηματισμός. σχηματισμῷ commutatione ſunt τρίκωλοι. μετασχηματισ-
μὸς eſt cum σχῆμα facit nouam formam propter ornamen-
tum verborum: ſed non ſolùm δίκωλοι videntur eſſe μονό-
κωλοι & τρίκωλοι, ſed etiam τετράκωλοι vt in illo, quoniam
cuius conſilio occiſus ſit video: membrum vnum, ſecun-
dum membrum, cuius manu percuſſus ſit non labora-

primum videtur habere ſignificationem ſubiecti, alterum prædicati.

Διαστολαί.

Διαστολαὶ tamen non faciunt membra. Membra ſunt ſententijs & continuatione ſpiritus æſtimanda, non διαστολαῖς Grammaticorum, vt, nec ei regi, qui alicuius ab imperio eſſet, ſed, &c. eſt periodus habens quatuor ſectiones, primo διαστολὴ ibi eſt, nec ei regi, ἀπόδοσις, qui alienus ab imperio eſſet: Tertium, ſed ei, quartũ, qui cum &c. eſt τετρατομία. Διαστολαὶ fiunt inter illa relatiua, ei & qui, Relationes non conſtituunt membra noua, ſed τομάς.

Relationes.

7.

Ita quædam periodi, ſunt manifeſtè δίκωλοι, quædam habent dubitationem, quæ reſolutiones ſunt trium mẽbrorum, ſed cõtinuatione & ſpiritu ſunt δίκωλοι: vt, dabitis Alexandriam clàm petentibus. Hactenus de δικώλοις & ſimplicibus, ſequitur de cõpoſitis.

Δίκωλοι cõpoſita.

Aliquando δίκωλοι continuantur, vt videantur eſſe τετράκωλοι, aut plurium membrorum, idque συνέχεια dicitur, & verba ponuntur ad extremum, Vtrum cogitata ſapientum, &c. membrum tertium eſt περίοδος δίκωλος σύνθετος, ſed reſolutione poteſt fieri τετράκωλος.

8.

ἐπισύναψις medicus eſt.

Octauo fiunt periodi δίκωλοι κατὰ ἐπισύναψιν. Illa eſt medicorum, qui periodos aut continuat, aut aliquid adijcit. eſt duplex eius vſus, aut facere συνέχειαν periodorum, vt, quæ duæ res in ciuitate, &c. quorum alterum, &c. eſt συνέχεια. ſi dixiſſet harum vnam, feciſſet ſeparationem & intercapedinem: ſed adiunctiones fecit, συνέχειαν. Alterum officium ἐπισυνάψεως eſt adijcere aliquid ad ſubſtantiam periodi: vt in quinta Verrina. nam ſi poteſt iſte, &c. detrahi populo Rom. etiam liberè, &c. perfecta periodus, cum ἐπισυνάψει. Præſertim, eſt igitur δίκωλος ἐπισυνάψει facta τρίκωλος. referenda periodus omnino eſt ad δικωλίαν. Hæc de periodis duorum membrorum.

De periodis trium membrorum.

τρίκωλος.

Hermogenes periodum τρίκωλον *vocat, in qua duobus propoſitis diſtinctis* διαφόρων, *diuerſis membris, vtiq; vnius ſufficit membri relatio, quam* ἀπόδοσιν *nominat: eius tale adfert exemplum ex Demoſthene.*

ſthene. ὧν οὖν ἐκεῖνος μὲν ὀφείλει τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ πολιτευομένοις χάριν· ἡμῖν δὲ δίκην προσήκει λαβεῖν, id eſt, quarum igitur rerum ille quidem debet his, qui pro ſe Rempublicam geſſerunt, ſententiasq́ dixerunt, habere gratiam, vobis autem pœnam decet ſumere. Hæc duo ſunt diſtincta membra, hoc eſt ſententijs diuerſa, & interuallo diſcriminata: ſequitur clauſula periodi, quæ facit tertium membrum. τούτων οὐχὶ νῦν ὁρῶ τὸν καιρὸν τοῦ λέγειν, id eſt, de his non video tempus dicendi eſſe. Atq; hæc Hermogenis eſt definitio. ſed non video iſtud eſſe perpetuum, & aliquando in τρικωλίᾳ animaduertitur initium ambitus, quem Hermogenes propoſitionem, πρότασιν vocat, vno membro conſtitui: finem verò perfici duobus: vt in quinta accuſatione, non fugio, ne hos quidem mores, πρόθεσις, dummodo ex his, ea, quæ probat populus Romanus exempla, non ea quæ condemnat, ſequamur. propoſitio vnius membri, eſt ipſa autem redditio duorum. In his etiam illa eſt varietas quod vel omnia tria membra paria ſunt, quæ efficiunt periodos, quas vocant, ſumpta à Mathematicis vocabulo Græci ἰσοπλεύρους: vt eſt illa. Quamobrem, mi Cicero, cura vt in hac cauſa hanc laudem conſequamur. neq; refert, ſi vna aut duabus ſyllabis membrum vnum ſit aut breuius aut longius. Itaque illa eſt etiam trium parium membrorum, & quaſi aq

Periodi ἰσόπλευροι.

lium laterum apud Demoſthenem. πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρ ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις, ὅσαν εὐν αν ἔχων διατελῶ τῇ τε πόλει καὶ πᾶσιν ἡμῖν, τοσαύτ ὑπάρξαί μοι παρ' ὑμῶν εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα. Vel d in his paria membra ſunt & tertium impar, quod eti Mathematicorum verbo ἰσοσκελὲς dicitur: vt, quæ re civitate plurimum poſſunt: hæ contrà nos ambæ faci

ἰσοσκελὶς·

in hoc tempore, ſumma gratia & eloquentia. In hac comprehenſione *poſtremum membrum duobus prioribus breuius eſt.* In illa *pro Sexto Roſcio, primum breuius eſt duobus inſequentibus. Videant ne turpe miſerumq́ ſit, eos, qui equeſtrem ſplendorem pati non potuerunt, ſerui nequiſſimi dominationem ferre poſſint. In iſta verò membrum impar in medio poſitum eſt. Verùm quod auſus eſt, quod ſperauit, ſeſe apud tales viros aliquid ad perniciem poſſe innocentis, id ipſum queror. Ex his tribus exemplis etiam illud eſt animaduertere, bina illa membra paria, tertio aut minora eſſe poſſe aut maiora, ſed illa maiora in grauitate adhiberi, minora in celeritate.*

SCHOLAE.

Superioribus ſcholis diximus, omnem orationem conſici aut inciſim, aut membratim, aut periodicè. Et periodicè quarta ratione, Vel μονοκώλοις vel δικώλοις aut τρικώλοις aut τετρακώλοις. Et quia hactenus de μονοκώλοις & δικώλοις: Reliquum eſt quod dici poteſt pro hoc tempore περὶ τρικώλων period. Hermogenes in tractatu de periodis, dicit Tricolon periodon eſſe, in qua duobus propoſitis diſtinctis membris vtriuſque vnius membri ſufficit relatio. Igitur propoſitio dicitur eſſe duorum ſemper membrorum, redditio vnius membri, iuxta ſententiam Hermogenis, & adfert exemplum ex Philippicis iſtud, ὧν μὲν οὖν, &c. eſt χοινο membrum, ὑμῖν δὲ, &c. Propoſitio duorum membrorum, Redditio οὐχὶ τούτων, &c. Oſtendi autem ex Cicerone, non neceſſarium eſſe, vt propoſitio ſit duorum membrorum, vt ex Accuſatione quinta, Non fugio ne hos quidem mores, &c. Propoſitio vnius membri, redditio duorum membrorum. Ita aliquando in δικωλίᾳ ſæpenumero eſt duorũ mẽbrorũ propoſitio, aliquando etiã vnius: ſed id pertinet ad partes ſubſtantiales, ad collocationẽ membrorũ. Propoſitio vel habet duo mẽbra vel vnũ, & id ſpectatur ex collocatione partiũ. Eſt alia diuiſio, quę ſumitur ex partiũ quantitate & forma, ex qua conſtituitur diuerſa periodorum figura: ſcilicet, quod omnes τρίκωλοι ſunt vel ἰσόκωλοι vel κωλεῖς vel ἄνισοι per omnia, propter membrorum breui tatem, & prolixitatem: Sunt triã vocabula Mathematicorum. Apud Euclidem habetis, qui ſunt trianguli ἰσόπλευροι, qui habent latera, id eſt, membra æqualia. Sunt igitur illa, in quibus omnia tria membra ſunt paria. Quamobrem mi Cicero) ſunt ſeptem ſyllabæ, membrum commaticum. Cura vt in hac cauſa) etiam ſunt ſeptem: vt hanc laudem conſequamur) Omnia ſunt paria. frequenter vtuntur Oratores in venuſtate, vt in exordijs, cũm volũt eſſe graues venuſtè: ſed in magnificẽtia, in magnificis ædib. & veſtibulis etiã venuſtatem oportet eſſe: Si magnificentia eſt deformis, amittit nomen ſuum: Ita veſtibula omnia ſolent eſſe venuſta in domo, in oratione, vt apud Demoſthenem, πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες, &c. ſunt 22. ſyllabæ, deeſt tamen vna & altera ſyllaba, vt habetis in Herennianis, vbi eſt compar. Non refert ſi vna ſyllaba aut altera deeſt. ἴσον) tantundem: Omnia ſunt paria, & nulla in his eſt varietas. Paritas habet eandem collocationem. II. ἰσοσκελής, qui habet duo paria & tertium impar: Vt, quæ res in ciuitate duæ plurimum poſſunt: Membrum 14. ſyllabarum. Hæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore.) etiam 14. tertium eſt 7. hoc genus eſt pulchrum & venuſtum. Eſt impar numero medio, & in tereiſo, eſt impar ex dimidiata, ſcilicet quãtitate. Et eſt impartitum hoc genus propter collocationem. primum eſtr. niuſmodi. Hinc membrum impar, vel ponitur poſtremo loco, vel primo, vel medio. habet collocationem liberam: pro Roſcio primum eſt breuius, & ſequentia ſunt longiora. Sit) vndecim ſyllabarum, & iuſta magnitudo membri eſt decem ſyllabarum. Potuerunt) 16. ſyllabarum. poſſint) eodem modo vt poſterius. In media parte. Verum quod auſus eſt.) ex Verrina quinta, 6. ſyllabæ. Innocentis.) χωοντνὶς in medio. queror.) ſex ſyllabarum. Ergo omnis periodus habet vel propoſitionem duorum membrorum vel tnius. Deinde trimembris, vel eſt ἰσόπλευρος vel ἰσοσκελής, vel ἄνισος, quod genus caret obſeruatione ferè in æquicruris, & ἰσοπλεύροις opus eſt cura & μελέτη. tertium non opus habet cura, quia in eo ſpectamus venuſtatem vt appareat, vel ἰσοπλευρία vel ἰσοσκελία.

Compar.

Paritas.

Aliquando hoc genus conformatur collocatione verborum, vt quatuor membrorum eſſe videantur. Vt, ô cœ *ſuetudo peccandi, quantam habes iucunditatem in improbis, cum pœna abſuit, & licentia conſequuta eſt. Sed nō refert ad quam formam periodorum referatur, modo intelligatur, in his hanc varietatem eſſe, vt communis ſit vtriuſque generis: id quod etiam in* μονοκώλοις *& δικώλοις fieri obſeruauimus: quemadmodum etiam fit in ambitu aliquando quatuor membrorum, vt vel plurium vel pauciorum eſſe videatur.*

De ambitu quatuor membrorum.

D*Icamus igitur de ambitu quatuor membrorum, qui à Græcis* τετράκωλος *eſt nominatus. Is ex ſententia Hermogenis eſt, qui in vtraq; propoſitione reditum, & in reditu propoſitionem habet, hoc eſt, qui duplicatam continet in ſe & propoſitionem & redditionem, atque id illius propoſuit exemplum in oratione cōtra legem Leptinam habita.* ἐν μὲν τῷ γράψαι μηδένα εἶναι ἀτελῆ, τοὺς ἔχοντας ἀφείλετο τὴν ἀτέλειαν: ἐν δὲ τῷ προσγράψαι, μηδὲ τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι δοῦναι, τὸ δοῦναι ὑμῖν ἐξεῖναι. *Talis eſt illa in principio pro Aulo Cecinna: Si quantum in agris locisq; deſertis audacia poteſt, tantum in foro atque iudicijs impudentia valeret, non minus nunc in iudicio A. Cecinna S. Erucij cederet impudentiæ, quantū in vi facienda ceſſit audaciæ. Et illa in ſexta accuſatione. Equidem cæteris iſtius factis atque flagitijs ita moueor, vt ea reprehendenda tantum putem. Hoc verò tantum dolore afficior, vt nihil mihi indignius ferendum videatur. Et conſimilis illa in Piſonem. Atque haud ſcio, an maluit te videri nullo pudore* *ſuiſſe in literis mittendis, an amicos tuos plus habuiſſe & pudoris & conſilij, quam aut te videri prudentiorem fuiſſe quàm ſoles: aut tuum factum non eſſe condemnatum iudicio amicorum. Sed fit aliquando, vt tertium membrum aliquod commune ſit vtrique pari principio ſc. & fine: vt pro L Murena. Quare ego te ſemper in noſtrum numerum aggregare ſoleo, quod virtute & induſtria perfeciſti, vt cum Equitis Romani eſſes filius, ſumma tamen amplitudine dignus putarêre. Sic illa pro domo ad pontifices incertam habet membrorum collocationem, quò fuit referenda. Nam nunc quidem Iudices non ſolùm domo, de qua cognoſcitis, ſed tota vrbe caret, in quam videor eſſe reſtitutus. ex hoc duplici genere circumſcriptionum, alterum perſpicuam habet Hermogenis collocationem: Alterum confuſam. in quo diſtincta eſt, & perſpicua membrorum diſpoſitio. id illuſtrius eſt, & plus videtur habere curæ atque meditationis, & fertur numeroſius.*

Diximus ſecundum Hermogenem periodum τρίκω-
SCHOLAE. λον debere habere propoſitionem vnius membri, & ἀπόδο-
1. σιν duorum membrorum: illiusq; oſtendimus exemplum
ex Demoſthene, & Cicerone: & illud non eſſe perpetuum
oſtendimus, ſed propoſitionem eſſe aliquando duorum &
2. ἀπόδοσιν vnius, & contra quàm doceatur ab Hermogene.
Tertiò demonſtrauimus tria eſſe genera τρικώλων, ἰσόπλευ-
3. ρον, quod tria habet latera paria: ἰσοσκελὲς, quod duo paria
& tertiũ impar habet. Quartò oſtendimus ἰσόπλευρον par
ſemper eſſe vnius modi, & habere pariter membrum: pri-
4. mum non differre à ſecundo: nec ſecundum à tertio, nu-
mero ſcilicet ſyllabarum. alterum verò habere varietatem.
aut membrum eſſe duobus paribus minus aut longius.
Deinde id quod eſt impar, aut poni in principio, aut in fi-
ne, aut in medio. hæc ſunt demonſtrata omnia. Poſtremò
5. aliquando trimembre habent collocationem verborum,
vt putentur referri ad τετρακώλους: de quibus iam, idque ſo-
lum

lum fieri verborum tractatione. vt poſſit τρίκωλος habere τετρακωλίαν, vt illud: O conſuetudo peccandi, &c. Membrum vnum coniungendum cum periodo: quantam habes iucunditatem in improbis) ſecundum. cum pœna abfuit & licentia conſecuta eſt) tertium. diſſolubile poteſt habere διάστιξιν, poteſt ſeparari, habere diſtinctionem: & licentia conſecuta eſt.) Pronunciatione facis τετράκωλον, diremptione verborum, & ſic vox Oratoria facit periodi quantitatem pronunciatione: O conſuetudo peccandi, &c. quomodo explicabimus nos? non peccamus ſi dicamus τρίκωλον, vel τετράκωλον. quomodo? poſſumus tres interſpirationes facere, & quatuor: ſi non poterimus in pronunciando, non poſſumus etiam opinando quod vtiliter coniungitur opinione id etiam pronunciatione. Hæc de puris periodis trimēbribus. τετράκωλος definitur non ad hunc modum. quod habet quatuor membra: ſitque ἔχουσα τέσσαρα κῶλα, ſed quod habet in propoſitione redditionem, & in redditione propoſitionem, hoc eſt, quæ habet duas propoſitiones, & duas redditiones, quæ eſt geminata redditione & propoſitione. ſic τετράκωλος eſt δίκωλος compoſita, contenta, continuata vno verborum ambitu. Ex μονοκώλω & ex δικώλω compoſita eſt τρίκωλος. quia igitur compoſita eſt periodus, dicitur in vtraque propoſitione debere habere redditum. Poſſunt eſſe tres definitiones τετρακώλου. Prima eſt periodus quatuor membrorum. Secunda; eſt periodus δίκωλος duplicata vel compoſita. Vtramque definitionem vitauit Hermogenes. Primam propter artificium collocationis, nam pulcherrima forma huius generis eſt. ſcilicet habere duplicem propoſitionem & redditionem, propter εὐμορφίαν & εὐειδὲς, quæ fit collocatione: accepit poſteriorē. Vitauit etiā ſecundū: Vult enim Hermog. verſari in ſimplicib. & primas ſpecies integras. Vult quatuor ſpecies obſeruari, non tres. Et eſt vtile illud retinere, non eſſe cōtinuatam δίκωλον, τετράκωλον, ſed quadripartitam eſſe varietatem, id eſt, μονοκωλία, δίκωλ. τρίκωλ. τετρακωλία. Exemplum eſt illud quo explicat ſuam definitionem. ἐν μὲν τῷ γράψαι. Propoſitio, quia ſcripſit neminem eſſe debere immunem, τοὺς ἔχοντας) ἀπόδοσις, ipſa propoſitio. ἐν δὲ τῷ προσγράψαι. Non licet dare cui velit: τὸ δοῦναι.) Quartum, Non ſolum obſeruanda hic ſunt quatuor membra, eſſetq; μακρὸς periodus, ſed etiam membrorum neceſſitudo, & co

Definitio τετρακώλου examinatur.

Tres definitiones τετρακώλου.

hęrentia, & continuatio: debet eſſe duplex pronunciatio & συζυγία, & ſic definitio Hermogenis oſtendit elegantem collocationem, & pronunciationem oratoriam: debet eſſe vna interſpiratio in medio. Deinde altera etiam fit propoſitione & redditione. Attuli plura exempla huius rei: quia eſt genus frequens & numeroſum: habet iuſtam magnitudinem, exilius & minutius quàm πνεῦμα. Numeroſius quàm μονοκωλία, δικωλ. τρικωλ: Eſt vtuntur in ſententiis terminandis, & in Enthymemate compoſito. quo? Ipſe ſpoliauit eos, qui ſunt conſecuti immunitatem. Ratio: quia ſcripſit neminem debere eſſe immunem. Spoliauit populum iure donandi, quia aſcripſit, licere nulli cuiquam dare. Ita ſpoliauit populum & Rempublicam, quia in compoſitis ſyllogiſmus vtimur hoc genere: igitur plura attuli exempla, poſſuntque adferri infinita: Illud pro Cecinna exemplum autem eſt factum ad deſcriptionem Hermogenis. Valeret.) Vnum membrum, & redditio propoſitionis, id intelligitur ex particulis tantum, quantum: ſunt particulæ ἀποδοτικαὶ Hermogenes vocat figuram, σχῆμα, ἀνταπόδοσιν, cũ duæ ſententiæ coniunguntur per Tantum & quantum, & ſimiles particulas. quod ibi vocatur ἀνταπόδοσις in Elocutione, hoc hic ἀπόδοσις, quæ fit neceſſitudine particularum. Non minus.) Altera propoſitio. Quam.) redditio. Ergo habet duas propoſitiones & redditiones. Sic in ſexta Accuſatione. Equidem.) πρότασις. Vt ea.) Redditio Altera propoſitio, quæ conficit tertium membrum. Hic verò tantum Vt.) ἀποδοτικὴ rurſus. Tertium exemplum, ex orationem Piſonem: Vt videatis quod in accuſando plerunque vtimur hoc genere. Et exemplum Hermogenis ad inuidiam pertinet, alterum ad inſectationem Ebutij. Ita tertium exemplum etiam ad accuſationem pertinet, & eſt veluti geminatas alapas ferire huiuſmodi periodis. Ita in Piſonem, quem percellit. Quam aut te videri, &c. Iſta habent perſpicuam collocationem, & facta ſunt ad iſta præcepta. Aliquando fit τετρακωλία contra præcepta: vt pro Murena. Quare ego te ſemper in noſtrum numerum aggregare ſoleo. Quod virtutes, &c. ſecundum membrum, putarere.) Videtur propoſitio eſſe trium membrorum, & redditio vnius. Noſtrum numerum.) bonorum ſcilicet virorum & optimatium: Ego puto iudicio fieri, non neglectione. Superius genus oſtendit ſtylum acuratum & curam: Hoc genus eſt

remiſſius

Vſus τετρακωλίας.

Idem ἀπόδοσις, redditio.

Vſus τετρακώλου in accuſationibus.

Confuſa τετρακωλία fit iudicio oratorum.

remiſſius, & videtur adhiberi in moderatione: cum minus vehementer orator velit ferire: vt pro Murena, tribuit laudem aduerſario, remiſit de ſua acrimonia, concedit aliquid laudis. Igitur remiſit etiam aliquid in vehemẽtia periodi, pro alapa adblanditur extremis digitis, pro pugno explicat manum.

Ambitus periodici. Differũt periodum facere, & periodicè loqui

Vera igitur verborum circunſcriptiones ſunt, quæ hunc numerum non exuperant, & in quibus propoſitio eſt reditusq́; ſententiarum, qualem vult eſſe Hermogenes. Qui verò ambitus ad hanc verborum præſcriptionem reduci non poſſunt, ij ab Hermogene περιοδικοὶ nominantur: apud quem plurimum differt periodum facere & loqui periodicè: propterea quod periodus certo numero initio redituq́; membrorum terminata eſt & deſcripta. Periodica verò compoſitio libera eſt atque ſoluta ab hac neceſſitate. Quis enim illos eſſe dicit periodos ex Hermogenis ſententia in tertia accuſatione? Pater dat filiæ: prohibes? leges ſinunt: tamen te interponis: & tamẽ aliquid ſimile habẽt duorũ membrorũ cõuerſionibus. Illa verò tertia periodus in eodẽ loco apertior eſt. De ſuis bonis ita dat, vt ab iure nõ abeat. Sic illa in ſequentia periodica ſunt. At ego concedo, prohibe ſi potes, ſi habes qui te audiat. Si ita dicas. Quod ego concedo, prohibe id, ſi potes: ambitum legitimum effeceris. Hæc igitur & breuitate & diſiunctione non periodi ſunt, ſed periodica, hoc eſt, ſpeciem quandam habentia periodi. Sic periodicum illud eſt continuatione plurium membrorum, vt vnum eſſe videatur, pro L. Murena. Et primo M. Catoni vitam ad certam rationis normam dirigenti, & diligentiſſimè perpendenti momenta officiorum omnium, de officio meo reſpondebo. Membrum eſſe videtur χοινώνης, hoc eſt oblongum, periodicum, cum tamen in tria *diſſoluatur. Quorum primum eſt. Et primum M. Catoni de officio meo reſpondebo. Alterum, vitam ad certam rationis normā dirigenti. Tertiū, & diligentiſſimè perpendenti momēta officiorū omniū: bina etiā mēbra, ſæpe inciſis & enumeratione dilatātur* περιοδικῶς: *vt cōtra Rullum: Atque ego à primo capite legis vſque ad extremum reperio, Iudices, nihil aliud cogitatum, nihil aliud ſuſceptum, nihil aliud actum. hucuſque membrum vnum productum, ita vt vnum tria eſſe videantur. ſequitur alterum eadem ratione dilatatum. Niſi vt decemreges ærarij, vectigalium, prouinciarum, omnium totius Reipub. regnorum, liberorum, populorum, orbis denique terrarum domini conſtituantur legis Agrariæ ſimulatione ac nomine. (quod Græci dicunt* προφάσει*) quanquam hoc genus* πνευματικὸν *eſt, de quo pòſt dicetur. Neque illa in tertia accuſatione quatuor membrorum ita diſtincta eſt, vt Hermogenis præceptum requirit. Ipſa enim* ἀπόδοσις *poſtremo membro in vno verbo perficitur. Ille miſer cum eſſet, tum proditione iſtius nefaria, tum improbo & falſo eiuſmodi teſtimonio, tū multa ex maxima parte iſtius furtorū ac flagitiorū inuidia flagrabat.*

SCHOLAE. Hactenus quæ à nobis propoſita ſunt poſſunt redigi in hanc ſummam: quòd omnis periodus aut eſt μονόκωλος, aut δίκωλος, aut τρίκωλος, aut τετράκωλος, conſiſtit intra membrum vnum, aut duo, aut tria, aut quatuor. Membrum vnum facit periodum, in qua eſt propoſitio & redditio, quædam ἀνάκαμψις: nam ſunt membra ſine reflexione, vt: Nos tabellarios veſtros quotidie expectamus: Eſt directum abſque inflexione, ſi addas optimos atque diligentiſſimos homines, facis periodicam inflexionem, qui habet acutas aures, facile poteſt iudicare eſſe circumductionem aliquam, ſiue ponas verbum in medio ſiue fine. Periodus duorum membrorum eſt, in qua membrum vnū pro-

poſitionis & vnum redditionis eſt, abſque dilaceratione.
τρίκωλος vbi redditio duorum propoſitio vnius. τετράκωλος
vbi in propoſitione redditio & in redditione propoſitio.
Quicquid non terminatur in his, & dilatatur vltra quatuor
membra, vocatur. Periodicum, & dicitur locutus eſſe Periodicū.
Orator περιοδικῶς, id eſt, non eſt reuera periodus, ſed habet
ſpeciem. Sunt duo cauſæ efficientes periodum certam,
αἴτια ποιητικά: quanquam Hermogenes habet tres: ſed nolo
exactè obſeruari. Ego explicabo tres cauſas ſecundum Cauſæ periodi certæ.
Hermogenem. Prima eſt ipſa ſententia, ἔννοια: illa debet eſſe
ἐπιχειρηματική, argumentoſa: incipere & abundare ἐπιχειρήματι, 1.
quia non eſt periodus hęc, niſi ſit ſententia argumentoſa.
Secunda cauſa eſt quantitatis. prima eſt materialis: 2.
Altera eſt numeri: quòd periodus poteſt eſſe vnius, duorum,
& trium, & quatuor membrorum, & non amplius.
Tertia eſt continuatio, illa membra debent continuari in- 3.
telligentia auditoris, & pronunciatione oratoris, vt auribus
ſatisfiat, numero & animo, ſcilicet ſententia. Quidquid
non ſeruat ex his tribus, dicitur periodicum. pater dat filię,
prohibes: ex tertia accuſatione, eſt periodicum, quomodo?
diſſolutione, diſiunctione, pater dat filiæ, ſententia eſt perfecta, μεταποίησις & μεταχηματισμὸς
probatur μεταποιήσει vel μεταχηματισμῷ, quibus veteres
exercebant iuuentutem diſſoluendo periodos: aliquando
addebant pueri, ad tria membra quartum: aliquando
tranſponebant, ex redditione faciebant propoſitionem:
aliquando χιασμὸν, id eſt, decuſſationē, transferebant mēbra
quaterna. hanc exercitationē vocarūt μεταποίησιν & μεταχηματισμόν.
Et eſt vtilis exercitatio. Nam doctrina periodorum
fit illuſtrior, & ſtylus acutior, & habitus comparatur
Oratorius: vt hic, pater dat filiæ: fac vt ſit periodus,
Quod pater dat filiæ, id prohibes nebulo: extēde, continua
& dilata: apparet quod prior forma non fuit periodica. Itē:
Tametſi leges ſinunt, tamen te interponis, ibi aperta eſt ἀπόδοσις.
Ita Cicero, pater dat, &c. At ego concedo, &c. Vis videre,
adde μεταποίησιν, dic ita: quod ego concedo, prohibe
id ſi potes, eſt periodus. Totum ſitum eſt in continuatione
membrorum. Tertium exemplum ex oratione pro Murena,
Primum M. Catoni, &c. ſentētia nondum perfecta. Omnium.)
nondum perfecta. Reſpondebo.) ibi ſententiam
perficit: & eſt μονόκωλος, cum ſint tria membra, ſed diſſolutione
ſunt tria membra. Continuatione fecit μονόκωλον

ἀπεριοδικῶν. Benè videtur eſſe μονόκωλος, ſed eſt τρίκωλος, ἀναλύσει, μετασχηματισμῷ. Contra Rullū eſt pulcherrimū genus, quod videtur eſſe pluriū membrorū, eſt tamen δίκωλος. Atque ego à Primo capite legis, &c. membro ſunt adiuncta inciſa, vnum, alterum, tertium. Vna propoſitio & continuatio verborum, enumeratione Inciſorum, facta ἐπιμονῇ. Si dicis eſſe vnum membrū, potes tria facere ex eo μετασχηματισμῷ. Si dicis eſſe τρίκωλον, dico ergo eſſe μονόκωλον vna continuatione, ſcilicet compoſitione. Videamus finem. Niſi vt decem reges ærarij, vectigalium, &c. habes enumerationem factam inciſis quinis & ſenis: dicimus ergò non veram periodum, ſed periodicon, ſpeciem habens periodi: ſed non ſeruat medium præſcriptum ab oratoribus. In τετρακώλῳ poteſt etiam eiuſmodi violatio eſſe præcepti Hermogenis. Ille miſer.) Membrum commaticum. Tum proditione.) ſecundum. Tum improbo.) tertium. Flagitiorum.) Propoſitio. Reflexio eſt in postremo, nō membro, ſed verbo: quare periodicum? quia τετράκωλον debet habere duas propoſitiones, & duas redditiones. quid diſcriminis eſt inter iſta duo genera? quod eſt inter neceſſitatem & libertatem. Nam vera adfert certam

Periodus & periodicū quid differant.

ſeruitutem, extra quatuor non poteſt excedere. deinde nō ſolum numerum, ſed etiam certam ſpeciem. Tertiò propoſitionem certam & certam redditionem, ἀπεριοδικὰ autem ſunt libera, non opus eſt continuare, ſeruare numerum, & curioſam adhibere obſeruationem. Quam habet vtilitatem? Varietatem orationis: quoniam primum genus habet certam redditionem & propoſitionem, & certum numerum. Neceſſe eſt vt habeat peculiarem ſuauitatem, animus cauſam non poteſt intelligere: quæ dicūtur continuatione & numero aliter delectāt, quàm illa quæ libera ſunt; quæ differunt materia vel quantitate, & continuatione illa differunt etiam voluptate & faſtidio: & hæc orator poteſt ſubitò facere & animaduertere inter dicendum. Oportet ſcire conſuetudinem oratorum: adſerebant duo in ſcriptum, non totam orationem ſcriptam habebant: aliquando habebant exordium, ſi opus eſſet operoſo exordio. Item locos communes ſcribebant, reliquum tribuebant ſuę induſtriæ & facultati. Id in ſermonibus de oratore poteſt obſeruari, quæ adiunguntur ad ſcripta, ſint ſimilia ſcriptorum, cum ſcribimus, obſeruamus iſtas concinnitates: Periodos

Oratorum conſuetudo.

γράγνωρίμως: contraria contrarijs opponimus, paria paribus reddimus, &c. Cum ſubitò dicimus vagamur. Igitur neceſſitas & voluptas inuenit hanc diſtinctionem. vt Oratio varia eſſet, neceſſitate, materia, numero, voluptate, cõtinuatione, acumine, ſplendore.

Magis etiam, cum hoc genus illi verborum circuitus, qui hunc membrorum numerũ excedunt, pro periodicis & non periodis Hermogenis habentur, apti tamen ad dignitatem atque grauitatem. Sunt enim περιβολικοὶ, pertinentes ad orationis denſitatem, quam μεσότητα Græci nominant, cuiuſmodi illa prima initio officiorum. Quanquam te M. fili annum iam audientem Cratippum, idq; Athenis, abundare oportet præceptis inſtitutisq; Philoſophiæ: membrum iſtud oblongum atque productum eſt. quod χοινοτενὲς verbo Hermogenis appellauimus. Sequitur alterum mediocre membrum. Propter ſummã & doctoris authoritatem & vrbis: & huic continenter annexum tertium Quorum alter te ſcientia augere poteſt, altera exemplis: Propoſitio igitur trium membrorum eſt, ſequitur ἀπόδοσις membrorum quatuor, quorum primum etiam productum. Tamen vt ipſe ad meam vtilitatem ſemper cum Græcis Latina coniunxi: & ſecundum etiam longum atque περιοδικόν. Neque id in Philoſophia ſolùm, ſed etiam in dicendi exercitatione. Tertium verò breuius eſt. Idem tibi cenſeo faciendum. Et huic annexum quartum: vt par ſis in vtriuſque orationis facultate. Septem igitur membrorum iſte circuitus eſt. quo genere in exordijs magnarum rerum atque cauſarum vti oratores ſolent: aut cum aliquid occupandum atque diluendum eſt: ita vt in eadem comprehenſione ἀντίθεσις ſubiectio, cum ipſa λύσει, refuta-

μεσότης.

tione ſit coniungendum. Vt in hoc ipſo exordio officiorum: & in principio pro Milone primus ambitus, in quo primum membrum conſimiliter eſt χοινοτενὲς conformatum. Et ſi vereor, Iudices, ne turpe ſit, pro fortiſſimo viro dicere incipientem, timere: adiuncta ſunt deinde duo inter ſeſe implicata traiectione verborum, quam ὑπέρβατον vocant. Minimeq; decẽt, cum T. Annius Milo magis de Reipublica ſalute, quàm de ſua perturbetur, me ad eius cauſam parem animi magnitudinem afferre non poſſe. Trium igitur membrorum principium atque propoſitio eſt: totidem etiam reditus habet: quorum primum eſt iuſta magnitudine. tamen hæc noui iudicij noua forma terret oculos: alterum breue atque κομματικόν. Qui quocunque inciderint: tertium rurſus magnum. Veterem conſuetudinem fori, & priſtinum morē iudiciorum minimè vident. Inter hos duos ambitus hoc intereſt, quòd hic poſterior fuit veluti in poeſi & χορῷ, membrorum numero ἰσόστροφος: illa verò prior membro vno in reditu, tanquam in ἀντιστροφῇ, Vno tripudio longior. Contrà verò fit pro P. Seſtio, Nam cum principium ſit ſyllabarum triginta triū, reuerſio quadraginta ſex eſt ſyllabarum, hoc eſt, dimenſione dimidiata. Quamobrem ille ambitus factus eſt κατὰ περικοπὴν μείουρος, & quanquam membrorum numero eſt ἰσόστροφος, tamen breuitate ἀνισόκωλος. Nam tametſi primum membrum breue eſt, Si quis antea mirabatur Iudices: tamen quod ſequitur productum, & longius quaſi proſiliens. Quid eſſet, quod pro tantis opibus Reip. tantáque dignitate imperij, nequaquam ſatis multi ciues forti & magno animo inuenirentur: & oblongum etiã tertium. Qui auderent ſe & ſalutem ſuam in diſcrimen

offerr

efferre, pro ſtatu ciuitatis & pro communi libertate. Hactenus propoſitio longa atque circumducta: ſequitur reditus decurtatus & illa, quã nominaui περικοπὴν, in qua tamen ſecundum ſit longius primo, & tertium ſecundo productius. Ex hoc tempore miretur potius, ſi quẽ bonum & fortem ciuem viderit, quàm ſi quem aut timidum, aut potius ſibi quàm Reipub. conſulentem.

SCHOLAE.

Diximus quæ nam eſſent veræ periodi, id eſt, de μονοκώλοις, δικώλ. τρικώλοις, & τετρακώλοις, quæ ſcilicet habent iuſtam propoſitionem & redditionem atque continuationem membrorum. Et quæ eſſent ſecundum Hermogenem argumentoſæ, ſcilicet, quæ in argumentis adhibentur & proponendis & concludendis. Oſtendimus ſecundo loco quæ eſſent periodica in his ipſis quatuor monocolia & dicolia, tricolia & tetracolia. Periodus eſt verus ambitus: periodicon eſt circumſcriptio, quę habet ſpeciem ambitus, quòd propoſitio & redditio non eſt collocanda ſecundum præcepta, & continuatio non eſt qualis eſſe debet aut quòd non adhibita ſit argumentando. hæc de vera diuiſione membrorum. quicquid vltra quatuor membra producitur perpetuò eſt periodicon, non periodus. Et huiuſmodi periodi, aliquando habent quinque membra, aliquando ſex, aliquando octo. Iſta videtur eſſe iuſta magnitudo horum periodorum, ſcilicet membra octona. Cauſa eſt, quamobrem Quintilianus dicit, mediam periodum eſſe quatuor membrorum, id eſt, τετράκωλον. Si hoc eſt verum, oportet plenam periodum eſſe octo membrorum. Ita verò ipſe vocat medias. Periodicas verò plenas: quanquam exemplar primum Quintiliani, quo vſus ſum Louanij, habebat ſex membra, vt dubitem quæ lectio melior ſit, ſex membrorum, an verò poſterior. media periodus eſt octo membrorum: & reuera inuenitur extenſa vltra octo membra. Sed ad rem. Extenduntur periodi, propter rei magnitudinem, propter reorum pericula, propter argumentoſitatem, vt ita dicam, cum argumenta proferuntur, quæ cum grauitate non poſſunt ſeparari. Igitur eſt genus [illegible], inſeruit ideæ, quæ dicitur Circumductio, cum multę

Media Quintiliano periodus

Plena periodus.

Lectio Quintiliani varia.

Extenſio periodorum.

ſententiæ vno ambitu circumducuntur; vt cum volumus occupationem comprehendere, id eſt, obiectionem aduerſarij, aut amici, ad quem ſcribimus. Quid opus eſt pater ad me ſcribere de philoſophia, cum habeam præceptorem Cratippum, & ſum Athenis? obiectio filij, Cur ad me de Officijs. Cum occupatio igitur, id eſt, ἀντίθεσις comprehendenda, & ſimul etiam λύσεις, vt illa cum dicit, coniunge Græca cum Latinis meo exemplo: & ſimul additur cauſa finalis & præſtantiſſima, τελικὸν αἴτιον: vt par ſis in vtrunque, &c. Cum hæc ſint omnia cōprehēdenda, habet locum hoc genus periodi in oratione ampla, graui, ἐλεγχώδη. Vt ſatisfaciat igitur Cicero filio, & occurrat cogitationibus, dicit ita: Quanquam te M. fili, &c. non ſolùm eſt ἀντίθεσις, ſed etiam eſt argumentoſa: oportet te, &c. quare? quia es Athenis, quia audis Cratippum, & iam audis annum. exemplis.) rerum geſtarum bona fide occupat, quod obijci potuit. Secundo opponit rationes ſuas rationibus filij. Tamē vt ipſe, &c. Videamus quæ ſunt membra. Primum eſt iſtud: Quanquam, &c. Philoſophiæ membrum oblongum, deinde περιοδικὸν, & hoc facit orationem rotundam & volubilem: cum membra faciunt quaſi periodos. Idque.) ἀνάκαμψις per ἐπεμβολὴν facta χηνοτενὶς. In hoc vocabulo χηνοτενὶς eſt translatio ſumpta ex architectura, quòd chorda prolongata & extenſa dicitur χηνοτενὶς. Propter.) ſecundum. Quorum.) tertium, Cur periodicum? propter duas particulas alter, & altera. Propoſitio trium membrorum, ἀνίσων etiam trium. Tamen.) membrum iuſtum. Neque id.) ſecundum. idem tibi.) tertium. Vt par ſis.) quartum: poſtrema ſententia habet cauſam finalem. Redditio eſt quatuor membrorum, & habetis coniunctam ἀντίθεσιν cum ἀφαιρέσει. Similis eſt illa pro Milone, habet. ἀντίθεσιν & λύσιν eadem ratione. Etſi vereor.) vna occupatio. Poſſe.) prima pars periodi trium membrorum. Primum eſt oblongum, quale eſt illud. Quanquam te M. fili, &c. quid ſequitur? duo membra implicata: habet aliam collocationem quam periodus officiorum. Minimeque.) vnum. Cum Titus.) ſecundum, ex duobus fecit vnum περιοδικὸν. propoſitio igitur eſt trium membrorum: Redditio eſt totidem. Tamen.) primum. Qui quocunque.) ſecundum: Iſta periodus est facta vt ſuperior, ſed ſuperior eſt ſeptem membrorum, igitur ἰσόκωλα. hic autem ſunt ſex, & omnia paria. Quæ ratio poetarum eadem oratorum: & puto oratores imitatos fuiſſe poetas, & poetas monuiſſe oratores, quomodo facere debeant periodos. Habetis στροφὰς, quæ eſt prima congeries verſuum. primum σύστημα: ἀντιστροφὴ eſt relata congeries, fit ordine inuerſo & pari numero: Si στροφὴ habet ſex verſus, ἀντιστροφὴ etiam ſex: hoc requirit concinnitas, & cum ἀντιστροφὴ eſt par, dicitur ἰσόστροφος, quia par ſit numerus verſuum, & tripudij, & ſaltus: nam ſaltabant cum ſyllabis & verbis: quot verſus, tot dimenſiones & progreſſiones. Cum autem finis non reſpondebat principio, erat ἀφελκωτὴ, quaſi præciſio: quòd poſterior pars pauciores fecit progreſſiones in tripudio & ſaltatione. Quod igitur attinet ad has periodos, Prima eſt ἰσόκωλος, Secunda eſt ἰσόστροφος, habet parem numerum vtrunque membrum. Illud etiam diſcrimen eſt, quod prima eſt μακροκωλία, in fine, eſt enim quatuor membrorum: pro Milone eſt μυουρίς. Sed hoc magis apparet in periodo pro P. Seſtio, quæ ad hunc modum facta eſt. Si quis.) Primum: ferè continua periodus. Quid eſt quod.) ſecundum membrum, eſt pro periodo ferè quatuor membrorum. Qui audirent.) Tertium πρότασις hæc eſt, ἀπόδοσις eſt decurtata, μυουρὶς, habet poeticam veluti ἀφελκωτὴν. Ex hoc) membrum breue, &c. Quid ſit ἀφελκωτὴ, qui ſcire volet, numeret ſyllabas ἀρχῆς ſiue propoſitionis & redditionis: Præciſa & dimidiata dimenſio ablata eſt. Hæc periodus non laudatur libro tertio à Craſſo, igitur huiuſmodi periodi ſolent emendari ἐπισυνάψει alterius periodi, in qua ſit contraria forma, quemadmodum craſtina die oſtendemus.

Orat. poetas imitati.

στροφὴ, ἀντιστροφὴ.

ἀφελκωτὴ.

Hoc genus Craſſo apud Ciceronem remiſſius eſſe videtur quàm illud alterum μακρόκωλον, in quo finis eſt prolixior: ſed ſolet iſtud leue & remiſſum illo altero contrario emendari, periodo in ſequenti. Quemadmodum factum eſt in hoc ipſo loco pro P. Seſtio. Nam cum propoſitio ſit vnius membri, in ambitu ſequenti quæ eſt? Nam ſententiæ vno ambitu circumducuntur: vt cum volumus occupationem comprehendere, id eſt, obiectionem aduerſarij, aut amici, ad quem ſcribimus. Quid opus eſt pater ad me ſcribere de philoſophia, cum habeam præceptorem Cratippum, & ſum Athenis? obiectio filij, Cur ad me de Officijs. Cum occupatio igitur, id eſt, ἀντίθεσις comprehẽdenda, & ſimul etiam λύσεις, vt illa cum dicit, coniunge Græca cum Latinis meo exemplo: & ſimul additur cauſa finalis & præſtantiſſima, τελικὸν αἴτιον: vt par ſis in vtrunq; &c. Cum hæc ſint omnia cõprehẽdenda, habet locum hoc genus periodi in oratione ampla, graui, ἐλεγχώδη. Vt ſatisfaciat igitur Cicero filio, & occurrat cogitationibus, dicit ita: Quanquam te M. fili, &c. non ſolùm eſt ἀντίθεσις, ſed etiam eſt argumentoſa: oportet te, &c. quare? quia es Athenis, quia audis Cratippum, & iam audis annum. exemplis.) rerum geſtarum bona fide occupat, quod obijci potuit. Secundo opponit rationes ſuas rationibus filij. Tamẽ vt ipſe, &c. Videamus quæ ſunt membra. Primum eſt iſtud: Quanquam, &c. Philoſophiæ membrum oblongum, deinde περιοδικόν; & hoc facit orationem rotundam & volubilem: cum membra faciunt quaſi periodos. Idque.) ἀνάκαμψις per ὑπερβολὴν facta χοινοτενής. In hoc vocabulo χοινοτενὴς eſt translatio ſumpta ex architectura, quòd chorda prolongata & extenſa dicitur χοινοτενής. Propter.) ſecundum. Quorum.) tertium, Cur periodicum? propter duas particulas alter, & altera. Propoſitio trium membrorum, ἀπόδοσις etiam trium. Tamen.) membrum iuſtum. Neque id.) ſecundum. idem tibi.) tertium. Vt par ſis.) quartum: poſtrema ſententia habet cauſam finalem. Redditio eſt quatuor membrorum, & habetis coniunctam ἀντίθεσιν cum ἀφαιρέσει. Similis eſt illa pro Milone, habet. ἀντίθεσιν & λύσιν eadem ratione. Etſi vereor.) vna occupatio. Poſſe.) prima pars periodi trium membrorum. Primum eſt oblongum, quale eſt illud. Quanquam te M. fili, &c. quid ſequitur? duo membra implicata: habet aliam collocationem quam periodus officiorum. Minimeque.) vnum. Cum Titus.) ſecundum, ex duobus fecit vnum περιοδικόν. propoſitio igitur eſt trium membrorum: Redditio eſt totidem. Tamen.) primum. Qui quocunque.) ſecundum: Iſta periodus eſt facta vt ſuperior, ſed ſuperior eſt ſeptem membrorum, igitur ἀνισοκωλια. hic autem ſunt ſex, & omnia paria. Quæ ratio poetarum eadem oratorum: & puto oratores imitatos fuiſſe poetas, & poetas monuiſſe oratores, quomodo facere debeant periodos. Habetis ϛροφὰς, quæ eſt prima congeries verſuum. primum σύϛημα: ἀντιϛροφὴ eſt relata congeries, fit ordine inuerſo & pari numero: Si ϛροφὴ habet ſex verſus, ἀντιϛροφὴ etiam ſex: hoc requirit concinnitas, & cum ἀντιϛροφὴ eſt par, dicitur ἰσόϛροφος, quia par ſit numerus verſuum, & tripudij, & ſaltus: nam ſaltabant cum ſyllabis & verbis: quot verſus, tot dimenſiones & progreſſiones. Cum autem finis non reſpondebat principio, erat ἐκκοπὴ, quaſi præciſio: quòd poſterior pars pauciores fecit progreſſiones in tripudio & ſaltatione. Quod igitur attinet ad has periodos, Prima eſt ἀνισόκωλος, Secunda eſt ἰσόϛροφος, habet parem numerum vtrunque membrum. Illud etiam diſcrimen eſt, quod prima eſt μακροκωλία, in fine, eſt enim quatuor membrorum: pro Milone eſt μυουρὶς. Sed hoc magis apparet in periodo pro P. Seſtio, quæ ad hunc modum facta eſt. Si quis.) Primum: ferè continua periodus. Quid eſt quod.) ſecundum membrum, eſt pro periodo ferè quatuor membrorum. Qui audirent.) Tertium πρότασις hæc eſt, ἀπόδοσις eſt decurtata, μυουρὶς, habet poeticam veluti ἐκκοπὴν. Ex hoc) membrum breue, &c. Quid ſit ἐκκοπὴ, qui ſcire volet, numeret ſyllabas ἀρχῆς ſiue propoſitionis & redditionis: Præciſa & dimidiata dimenſio ablata eſt. Hæc periodus non laudatur libro tertio à Craſſo, igitur huiuſmodi periodi ſolent emendari ἐπισυνάψει alterius periodi, in qua ſit contraria forma, quemadmodum craſtina die oſtendemus.

Orat. poetas imitati.

ϛροφὴ, ἀντιϛροφὴ.

ἐκκοπὴ.

Hoc genus Craſſo apud Ciceronem remiſſius eſſe videtur quam illud alterum μακρόκωλον, in quo finis eſt prolixior: ſed ſolet iſtud leue & remiſſum illo altero contraria emendari, periodo in ſequenti. Quemadmodum factum eſt in hoc ipſo loco pro P. Seſtio. Nam cum propoſitio ſit vnius membri, in ambitu ſequenti quæ eſt? Nam *vt omittatis de vniuſcuiuſque caſu cogitare: ecce quàm prolixus reditus integra facta circunſcriptione. Vno aſpectu poteſtis intueri eos, qui cum Senatum, cum bonis omnibus Rempublicam afflictam excitarint: & latrocinio domeſtico liberarint: mœſtos, ſordidatos, reos de capite, de fama, de ciuitate, de fortunis, de liberis dimicantes. Et huic ſimilis annexa eſt altera. Eos autem, qui omnia diuina & humana vexarint, perturbarint, euerterint, non ſolùm alacres, lætosq; volitare: ſed etiam voluntarios fortiſsimis atque optimis ciuibus periculum moliri: de ſe nihil timere. & quæ ſequitur quarta comprehenſio periodica eſt ſex membrorum, quorum primum eſt: In quo cum multa ſint indigna. alterum membrum: Tum illud indigniſsimum, nihil minus eſt ferendum. Tertium, quàm quòd iam non per latrones ſuos. Quartum, non per homines egeſtate & ſcelere perditos. Quintum, ſed per vos nobis, per optimos viros optimis ciuibus. Quanquam hoc in duo membra ſecari poteſt. Sequitur poſtremum, periculum inferre conentur. Quinta verò conuerſio vna propoſitione & vna reuerſione, vtrinque inciſis eſt dirempta: quod genus vehementiſsimum eſſe ſolet, cum ſuperioribus continenter connexum eſt, quod ornamentum à Græcis ἐπισυνάψις dicitur. Eos quos lapidibus, quos ferro, quos facibus, quos vi, manu, copijs delere non potuerunt: hactenus propoſitio ſex inciſorum: ſequitur redditio trium inciſorum: hos veſtra authoritate, veſtra religione, veſtris ſententijs ſe oppreſſuros arbitrantur. Quanquam hæc ipſa comprehenſio propter celeritatem, quæ eſt γοργότης appellata ab Hermogene, inter veras periodos haberi poteſt.*

Diximus quicquid quatuor membra excedit, hoc eſſe periodicum, non veram periodum, ſed περιγραφὴν περιοδίων: quæ habet ſpeciem periodi, periodo tamen prolixior: propterea principium Ciceronis ad filium eſt περιβολὴ vel διεξοδικὴ periodus magis, quàm periodus. deinde ſecundum exemplum explicaui pro T. Annio Milone: Et ſi vereor Iudices, &c. oſtendi quomodo differant hæc à priori: diximus in quo dicendi genere vtimur huiuſmodi genere periodorum, ſeptem, octo, decem, membrorum. Quanquàm octo raro excedit, eſt περιβολητικὸν, id eſt, pertinet ad Ideam περιβολικὴν, id eſt, circunductionem, quæ eſt pars μεγέθους, id eſt, orationis grandis atque ἀξιώματος: & debemus vti in rebus numeroſis & argumentoſis. Numeroſis, id eſt, quæ habent diuiſionem, cum res multæ ſunt enumerandæ: in rebus argumentoſis, in quibus ſunt occupationes & refutationes, & vtriuſque rationis firmæ oppoſitiones: vt oportet te abundare præceptis. Quæ eſt ratio? q(uia) audis Cratippum Athenis: quorum alter poteſt te præceptis augere, altera exemplis inſtruere: & audis iam annum. Tamen debes Græca coniungere cum Latinis. Quare? quia ego idem feci: ſecunda ratio: & feci non ſolum in philoſophia, ſed etiam in orationibus. Finalis ratio, vt par ſis, &c. Ita vtrinque ſunt rationes. Cum argumentoſa huiuſmodi propoſita eſt materia, dicimur facere περιοδικὴν περιγραφὴν, ſed non omnino prolixam. Medius numerus eſt ſex membrorum, plenus eſt octo: quod vltra excedit, videtur parum laudabile. Tertiò cœpimus exponere periodos ex oratione Pro Seſtio. Vbi tertium membrum? ibi. Cõſulentem.) numero membrorum propoſitionem habet, quæ ſit ἀπόδοσις, ſed nõ numero ſyllabarum: redditio enim breuior eſt, q̃ propoſitio periodi. Redditionem alij vocant ἐπάνοδον: cum finis eſt curtior, eſt periodus μείουρος. genus eſt remiſſius, non cadit fortiter vt illud alterum. μακροκωλίᾳ vtimur in rebus vehementibus, in remiſſis, μειουρίᾳ: ſed cum hæc eſt remiſſior, ſolet corrigi μακροκωλίᾳ, in quo finis eſt prolixior, quàm principium, vt in iſto loco. Nam vt omittatis, &c. membrum vnum mediocriter longum, vno verbo fecit prolixius cogitando: Eſtq́; forma bona, quæ implet aures eorum qui auſcultant. Eos) vnum membrum. Dimicantes.) finis prolixior, ſed eſt periculoſum vti μακροκωλίᾳ. Oportet facere periodos, vt ſpiritus poſſit ſufficere: Si anima

Inciſa iuuãt ſpiritũ.

non eſt prolixa, oportet certè augere: quomodo In ciſis, quæ faciunt inter ſpirationem, vt poſſis laudabiliter, fortiter, peruenire ad finem. Euerterint.) propoſitio. Nolli̇m.) Redditio. Sunt tres periodi. Primo μονόκωλος. Secundo ſequentes longiores. Quarta ſequitur commatica. Eſt verſus μακροκώλης, membris ſex, vel ſi vultis ſeptem; Vnum poſſumus interſcindere. Et quos.) quinta μονόκωλος. rurſus videtur principium eſſe vehementius, habet duplicem iactationem, & enumerationem inciſorum, facta ἐπαναφορᾷ. Alterum genus eſt factum diſſolutum. Duplex genus inciſorum: Vnum Inciſorum ἐπαναφορᾷ factum: Alterum diſſolutum. Iſte finis eſt breuior: ſed non ſequitur emendatio. μονυρία fit fortior numero. Numeri quidam ſunt tenues, Iambicus, Pyrrhichius, Trochæus. Sunt graues, vt Moloſſus, diſpondæus, dichoræus. Ita quia principium eſt ſemius, compenſat Cicero numero Oratorio. Oppreſſoros.) eſt diſpondæus. Arbitrantur.) Dichoræus. Iſta clauſula igitur eſt διχορεική: & quod breuitate omiſſum eſt, & generale, & δισπονδειακή, numeri cõpenſatio. Et hoc eſt artificij obſeruare, & ita tractare: factũ hoc eſt virtute orato

μονυρία fortior vt fiat.

De ſpiritu oratorio.

CAPVT II.

Est aliud genus in orationis curſu circunſcriptionis, quod πνεῦμα *dicitur ab Hermogene. Et ab eodem definitur hoc modo:* Πνεῦμά ἐστι σύνθεσις λόγ διάνοιαν ἀπαρτίζον κώλοις καὶ κόμμασι, μετρ᾽μενον πρ τὴν διάρτωσιν τοῦ πνεύματος καὶ τὴν φωνὴν τοῦ λέγοντος. *Spiritus eſt compoſitio, ſententiam perficiens membris & inciſis, dimenſam ad moderationem ſpiritus, & ad vocem oratoris. Vult enim eſſe genus orationis velut contextum, quæ ſententiam perficiat, dimenſum membris atque inciſis, moderatum ſpiritu, voceq́ue oratoris. Atque eius id profert exemplum ex oratione quam De-*

moſthenes

tiones pro Cteſiphonte habuit. ἀλλ' ὁ τὴν εὔβοιαν σφετεριζόμενος καὶ κατασκευάζων ἐπιτείχισμα ἐπὶ τὴν ἀττικὴν, καὶ μεγάροις ἐπιχειρῶν: καὶ καταλαμβάνων ὠρεὸν καὶ κατασκάπτων πορθμὸν: καὶ κατασὰς ἐν μὲν τῷ ὠρεῷ φιλιστίδην, τύραννον: ἐν δὲ ἐρυθραίᾳ κλύταρχον, καὶ τὸν ἑλλήσποντον ὑφ' ἑαυτῷ ποιούμενος: καὶ βιζάντιον πολιορκῶν: καὶ πόλεις ἑλληνίδας: τινὰς μὲν ἀναιρῶν, εἰς τινὰς δὲ φυγάδας κατάγων: πότερον ταῦτα πάντα ποιῶν, ἠδίκει καὶ παρεσπόνδει, καὶ ἔλυε τὴν εἰρήνην, ἢ οὔ, *id eſt, tum qui Eubœā ſibi arrogauit: & qui parauit arcem inſeſtam Atticam: qui Megarenſes aggreſſus erat: qui occupauit Oreon, & euertit Porthmon: qui præfecit Oreo Philiſtidem, Aerythrea Clytarchum, qui Helleſpontem ſibi ſubiecerat: & Byzantium expugnarat: & ciuitates Græcas ſuſtulit: partim in aliquas exules reduxit: Vtrum qui hæc omnia fecit, iniuriam faciebat & pacis conditiones violabat, & pacem diſſoluebat, nec'ne?*

Ergo omnis oratio perficitur aut κόμμασι aut κώλοις, aut periodis: Aut περιοδικῶς, ſpecie periodi, aut πνευματικῶς, id eſt, ſpiritu oratoris. Iſta inter ſe differunt. Comma ſeorſim ſpectatur, κῶλον ſeorſim ſpectatur & ponitur. Periodicon quod ſpeciem habet periodi, πνεῦμα ſpiritus Oratoris. Periodus illa dimenſa eſt τετρακωλία: periodicon excedit, ſed non laudabile vltra octauam, niſi ſint membra breuiſſima. Ergo omnia ſunt moderata, habent numerum ſuum. Membrum non excedit triginta ſyllabas, Periodicō raro octauum membrum: πνεῦμα non habet numerum, poteſt produci vſque ad triceſimum membrum. Quid igitur πνεῦμα? Nihil aliud niſi πνευματικὴ περιγραφὴ, id eſt, oratio facta & aggregata ad ſpiritum oratoris, accommodata pronunciationi oratoris, quod poteſt longiſſimè produci, antequam perueniatur ad extremum. ἐστι.) Eſt orationis compoſitio, id eſt, multorum verborum, & ſententiarum, & inciſorum, & membrorum. διάνοιαν.) id eſt, extremam ſen-

SCHOLA

Differunt ἔννοια ſentētia, & Διάνοια ſenſus.

tentiæ, ſummam, ſcilicet rei. ἔννοια eſt vnius rei, ſpectatur in ſingulis propoſitionibus. Sed illa continuata per ſententias vocatur διάνοια. Εννοια eſt ſubiecti & prædicati, ſingulorum propoſitionum: Διάνοια eſt multarum ſententiarum & propoſitionum, ſentētiarum plurium ſenſus extremus, ſententia vnius rei. & ſenſus rei vniuerſæ, ſententia & ſenſus argumentationis, ἐκ κώλοις.) diuiſum membris & inciſis. πρὸς διάρτωσιν.) pro viribus oratorij ſpiritus, pro productione, & facultate ſpiritus oratorij.

Quamobrem etiam illud apud Ciceronem pro S. Roſcio pro pneumate habendum eſt, & non pro periodo, neque periodico: ſi hac indigna ſuſpicione careat, animo æquo ſe carere ſuis omnibus commodis dicit. Periodus iſte eſt δίκωλος: ſequitur πνεῦμα plurium membrorum: Rogat oratq́ te Chryſogone, ſi nihil de patris fortunis ampliſſimis in ſuam rem conuertit: ſi nulla in re te fraudauit: ſi tibi optima fide ſua omnia conceſſit. Hactenus membra, ſequuntur duo inciſa: Adnumerauit, appendit: ſi veſtitum, quo ipſe tectus erat, annulumq́ dedit, os ſuum tibi tradidit, ſi ex omnibus rebus, ſe ipſum nudum, ne præterea quicquam excepit. Hactenus propoſitio & inchoatio τῆς διανοίας, vt vocat Hermogenes: ſequitur abſolutio. Vt: ſibi per te liceat, innocenti, amicorum opibus, vitam in egeſtate degere.

SCHOLAE.

Dixi ſuperioribus proximis ſcholis de Spiritu orato-
1. rio: Omnemque orationem confici, aut Inciſim, quod genus eſt γοργότητος, id eſt, velociſſimum, maximè concitatum: quo vtuntur oratores in Idea, quæ vocatur γόργοτης id eſt, celeritas. Alter modus eſt in membris poſitus, cum
2. membris oratio abſoluitur, abſque continuatione, ἀσυνεχείας: Cum ſingula membra incipiunt & perficiunt orationem.
3. Tertius modus ſcribendi & loquendi, poſitus in periodis μονόκ. δίκωλ. τρίκωλ. τετρακώλοις, quæ habent iſtam propoſitionem & redditionem.
4. Et quartus modus

eſt

[illegible]ικός, in quo tametſi non veræ ſint periodi: eſt tamen ſpecioſa & periodica compoſitio: imitatrix veræ periodi. Inter quem modum, tertium & quartum, hoc intereſt: Tertius eſt Rhetoricus, Oratorius, ſecundum præcepta: Quartus autem eſt naturalis, imitatur magis naturam, ita [illegible] & tertius modus quaſi quartum ſuperet. Quintus modus eſt πνευματικὸς, id eſt, ſpiritus oratorius, id eſt, eſt oratio accommodata ad oratoris ſpiritum, oratio aggregata ad ſpiritum & vocem: & ad vires & latera oratoris: & hoc loco πνεῦμα ſpiritus dicitur per Hypallagen & Metonymiam: Spiritus eſt pronuncians verba, cum ſit cauſa efficiens periodus pronunciata, & circuitus, ſunt effectus ſpiritus. πνεῦμα hic ſignificat effectũ, id eſt, ſpiritus oratoris oratione, expreſſus, pronunciatus, ſcriptus, ambitus, cognitus, lectus, viſus in charta, id eſt, Oratio tam magna, tam prolixa, quàm fuit magnus & prolixus ſpiritus, quo oratio fuit pronunciata. Et ſi non eſt αἴτιον ποιητικὸν, ſed ποιητὸν: ideo non opus eſt vocare, vt Trapezuntius, productionem ſpiritus. Sed ſpiritus repręſentatus, & expreſſus: hoc ſatis, quoniam additur & nomen. Hermogenes definit, ἐστὶ σύνθεσις compoſitio σύστημα λόγου ἔννοια, eſt ſententia paucis concepta verbis: & ſpectatur in ſingulis propoſitionibus, & dicitur ſententia propriè. Διάνοια eſt ſenſus fuſus per multas ſententias, & protractus, dilatatus, ſparſus, manans per multas ſententias. Διάνοιαν) id eſt, ſenſum multiplicem. hoc dicit ꝓpterea, quòd vtimur πνεύματι in μερισμοῖς, cõgerie in [illegible], in conuerſionibus: quando totum partimur in partes: quando omnes res geſtas Imperatoris, omnia ſcelera, ab ſceleroſo perpetrata: quando omnia conſilia prudentis Senatoris enumeramus, vtimur πνεύματι. μετρούμενον.) dimenſum. κώλοις.) ſcilicet pluribus. Cur πνεῦμα dicitur? πρὸς τὴν διάθεσιν τοῦ πνεύματος, &c. id eſt, ꝓ facultate, & ꝓ voce ſpiritus oratoris. Igitur dicitur ſpiritus, quia accommodata eſt ad vires vocis. Ita Hermogenes vult eſſe orationis compagem & ſyntheſin, quæ ſenſum multiplicem perficiunt. Hermogenes ponit exemplum eius aptum, ex quo poſſumus videre, qualis debeat eſſe. σύνθεσις compoſitio, ita componi debet, vt inchoatæ ſint ſententiæ in prima parte, non perfectæ: hæc eſt methodus πνεύματος, Vt in principio inchoetur, & perficiatur in extremo: & ideo habet aliquid periodicũ, vt in illo exemplo Demoſthenis pro Cte-

5.

πνεῦμα quid.

ἔννοια, διάνοια.

πνεῦμα cur?

μέθοδος πνεύματος.

teſiphonte. ἀλλ' ὁ τίν.) Membrum πνεῦμα, vt metitur Hermogenes. καὶ κατασκευάζων.) qui Atticam conſtitut infeſtam: qui Megarenſes attentauit: qui Oreum occupit: & qui Porthmum euertit: Oreo præfecit Philiſ & in Erithræa Clytarchum: qui Helleſpontum ſibi ſubiecit: & Byzantium occupauit: (eſt inciſum) & Græcas ciuitates ſuſtulit: exules reduxit. Hactenus διάνοια, indu pluribus membris, ſcilicet vndecim, tandem perficitur p πότερον, &c. vtrum cum hæc faceret, iniuriam fecit, & uit pacta? Illud πνεῦμα debet tam late extendi, quàm la pater partitio. Incipimus totum hominem ſecare ana cè in partes iſto πνεύματι. Hæc continuatio eſt illuſtr adfert obſcuritatem. Cicero vtitur etiam frequenter, imò in pleriſque ferè omnibus orationibus, illo prolixo genere; eſt ſæpe prolixus æquè ac Demoſthenes. Apud Ciceronem plerumque præcedit periodus: & ſequitur πνεῦμα. ſicit.) periodus præpoſita ſpiritui, δίκωλος. Rogat o &c. Sententia inchoata, quid rogat? quid? nondum ſed præmittit hypoteſin: Hypoteticè multa enumerat. Sequitur enumeratio & odium, quæ accipit de vniuerſi nihil.) Secundum membrum. Si nulla in re.) Tertium huc, ὑπόθεσις. Conceſſit.) quartum. Quintum eſt comma ſextum etiam comma. Si veſtitum.) Septimum. Tradi Octauum: Excepit.) Nonum: quid regnat? Iam perfi ſententia. Sententia inchoatur primo membro & perfitur poſtremo. Et interpoſita ſunt decem membra. Iſta tio non eſt κωλική: non κομματική, non periodus, non periodicum, ſed πνεῦμα duodecim membrorum. Videamus alterum exemplum.

πνεύματος extenſio.

In his duobus exemplis par numerus eſt membr & eadem ratio: inchoatur enim ſententia primo bro, & perficitur poſtremo. Conſimile etiam illud ſecunda accuſatione, quod inchoatur à periodo λῳ. Hoc munus ædilitatis meæ popul. Rom. ampliſſi pulcherrimumq́; polliceor. Sequuntur inciſa plura ueo prædico, ante denũcio, q̃ aut deponere, aut recip aut accipere, aut polliceri. Deinde adiecta ſunt

bi

[illegible] Qui aut ſequeſtres aut interpretes corrumpendi iudicij eſſe ſolent, quiq; ad hanc rem aut potentiam, aut impudentiam ſuam profeſſi ſunt. Hucuſque inchoata ſen[illegible] enumeratione dilatata eſt: ſequitur perfectio: Abſtineant in hoc iudicio manus, animoſq; ab hoc ſcelere [illegible]. Quidquid in corrumpendis iudicijs fieri ſolet diſtributione complexus eſt, eamq; ſpiritu oratorio perorauit. & hic modus proprius eſt commorationum atque diſtributionum, quæ à Græcis ἐπιμοναὶ vocantur, & μερισμοὶ & διαιρέσεις.

SCHOLAE. Exempla docent.

Nihil eſt melius, nihil aptius, quod doceat, quàm exemplis, & facilior eſt inſtitutio ſtyli cum exempla proponuntur. Igitur addo ſecundum, quod ferè eſt ſimile duobus ſuperioribus, niſi quod hoc habet plura cómata, eſt ma[illegible]ißum & κομματικὸν & γοργότερον concitatius: habet [illegible] καταφορὰν accuſatorium impetum. Eſt enim παθητικώτατον in mouendis affectibus, hic modus eſt aptiſſimus cùm volumus aduerſarium percellere: vt Craſſus dixit apud Ciceronem. dixit enim percellere, quod eſt territando propulſare, & quaſi proſternere, & hoc fit [illegible] modis. Hic propoſitum eſt minari aduerſarijs, & confirmare bonos iudices, corrumpentibus iudicia vult incutere metum: & hic eſt φόβος. Iudices bonos vult confirmare & eſt θάρσος, id eſt confidentia, animi fortitudo, & altitudo, ſpes bona & fiducia. ſed ille metus eſt ἐνεργείᾳ, id eſt, expreſſus verbis. ipſum θάρσος latet δυνάμει, id eſt, potentia. qui territat aduerſarios, conſolatur ſuos, qui in fugam conuertit hoſtes, eodem facto auget animos militib. ſuis. [illegible] Orator adferens metum aduerſarijs, adfert fiduciam [illegible] ſpem addit animis. Polliceor:) Propoſitio θαρσυντικὴ confirmans iudices: Polliceor me fore ædilem vehementiſſimum. Igitur adiunxi μονόκωλον iſti exemplo, quia pertinet ad contrarium motum. Nunc ſententiæ φοβητικαὶ quæ pertinent ad metum: Monemus clàm, prædicimus palàm? [illegible] denunciamus, id eſt, ante tempus & abſentibus, vt non [illegible] ſit excuſatus moneo, prædico præſentibus, abſentibus denuncio, quomodo? qui aut deponere, &c. Reorum

καταφορά.

Differunt monere prædicere Antedenunciare.

Methodus corrumpendi iudicij.

eſt deponere pecuniam,vel nos per amicos in loco pignoris,& hypothecæ amici noſtri deponuntur,aduerſarij recipiunt,tanquam ſequeſtres.Methodus hæc eſt corrumpendi iudicij.Tertio loco oportet habere qui accipiant,ſcilicet Iudices Reus deponit,Recipit ſequeſter:oportet eſſe ſitibundum Iudicem qui accipiat. ſed ſi non ſit pecunia præſens, opus eſt promiſſione. Promittimus cum non ſunt pignora,vel cum plura promittimus. Igitur polliceri eſt porrò promittere:preter pecuniam oſtenduntur magna promiſſa: apud hos homines oportet habere ſequeſtres , ij non ſunt ſolùm apud quos deponitur, ſed qui etiam ſunt cognitores,arbitri,& iudices. Interpretes.)quorſum hoc? Siculi erant Græci.Oportebat ibi habere interpretes:quandoque ſignificat,non ſolùm explicatorem alienæ linguæ ſed etiam internuncium. Ideo Mercurium non ſolum vocamus nuncium deorum, ſed etiam Interpretem & interceſſorem. Quique.) quod genus hominum eſt aptum in corruptionibus? Primò auari, de his hactenus. qui præterea? impudentes.quid ſi ſint perſonæ viles abſque gratia & potentia? minatur potentibus & impotentibus, quare potentes oportet etiam habere. Vt abſtineant.)perfectio. Manus.)id eſt,in accipienda pecunia.Animos.)ad perſuadendum,ne quidem vt cogitent accipere pecuniam.

Sequeſter.
Interpres.

Et illud in tertia accuſatione non diſſimile, niſi quòd in ſequentia pendent ex primo membro. Non eſt, nunc in hoc homine quicquam peccandi locus, Iudices, non eſt reus, non id tempus, non id conſilium metuo, ne qui arrogantius apud tales viros videar dicere: ne actor quidem eſt is, cui reus tàm innocens, tàm perditus, tàm victus, aut occultus ſurripi, aut impunè eripi poſſit. [illegible]μα eſt æquè vehemens vt illud alterum in ſecunda accuſatione, eódem pertinens ad territandos, ſcilicet aduerſarios. Atque hac moderatione inciſorum & membrorum ſæpè vtitur Cicero: ſed non raro etiam inuerſionibus vtitur, conglobationibus πνευματικοῖς: vt pro domo ſua ad Pontifices. Quid cum Gabinio Syriam dabatur: Mac nis Piſoni vtrique infinitum imperium, ingens pecunia: vt tibi omnia permitterent, te iuuarent: tibi manum, copias: tibi ſuos paratos centuriones: tibi pecunias: tibi familias compararent: te ſuis ſceleratis concionibus ſubleuarent: ſenatus authoritatem irriderent: equitibus Romanis mortem proſcriptionemq́; minitarentur: me terrerent minis: mihi cædem & dimicationem denunciarẽt: meam domũ refertam viris bonis per amicos ſuos complerent, proſcriptionis metu: me frequentia nudarent: virorum bonorum me præſidio ſpoliarent: Senatum pro me non modo propugnare, ampliſſimum ordinem, ſed etiam plorare & ſupplicare mutata veſte prohiberent. Hactenus ſenſus vnus continuatus eſt quem διάνοιαν vocat Hermogenes: ſed nõdum abſolutus neque perfectus: abſoluitur autem vno inciſo. Ne tum quidem vis erat? Monet me hoc exemplum, vt vos moueam, huic generi oratorij συνδέματος contrarium eſſe genus quoddam compoſitionis, quod diſſoluitur ἐπαναλήψει verbi, in prima ſententia poſiti. Vt in hoc exemplo. Cum Cicero illud ἐπιχείρημα propoſuiſſet. Quod ſi per vim tuliſti? tamen ne lex eſt? aut quidquam iure geſtum videri poteſt, quod per vim geſtum eſſe conſtet. Addidit enumerationem argumentorum, non συνδεματικῶς continuatam: ſed ἐπαναλήψει deductam, & περιοδικῶς in ſingulis rebus & factis: hoc pacto: An ſi in ipſa lapidatione tua, capta iam vrbe, lapides iacti, ſi manus collata non eſt: idcircò tu ad illam labem atque eluuiem ciuitatis ſine ſumma vi peruenire potuiſti? Ambitus hic vnus eſt. ſequitur alter: Cum in tribunali Aurelio conſcribebas palàm: non modò liberos, ſed etiam ſeruos, ex omnibus vicis concitatos: vim tum videlicet non parabas? Ad-

ditur & tertius. Cum edictis tuis tabernas claudi iubebas, non inde vim imperitæ multitudinis: ſed hominum honeſtorum modeſtiam prudentiamq́ quærebas? Sequitur quartus. Cum arma in ædem Caſtoris comportabas, nihil aliud, niſi vti ne quid per vim agi poſſit machinabare? Et quintus: Cum verò gradus Caſtoris conuelliſti ac remouiſti, tum, vt modeſtè tibi agere liceret, homines audaces, ab eius templi aditu atque aſcenſu repuliſti? & poſtremò ſextus. Cum eos, qui conuentu virorum bonorum verba de ſalute mea fecerant, adeſſe iuſſiſti: eorumq́ aduocationem manibus, ferro, lapidibus diſcuſiſti, tum profectò oſtendiſti: vim tibi maximè diſplicere? Hoc igitur annotandum eſt, cum continuandæ ſunt enumerationes duæ aut plures, πνευματικῶς oportere commutare orationis curſum. Sed plerunq́ primo loco poni ſolet hoc genus diſſolutum, reſumptione verbi, quam ἐπανάληψιν nominauimus, vt ne ſpiritus oratoris longius producatur quàm ferre poſſit, aut illius robur, aut eius qui audit voluntas: & poſteriore loco ponere ipſum πνεῦμα profluens.

SCHOLAE. Diximus orationem in dicendo ab oratoribus aliquando à minimis progredi ad maxima: aliquando à maximis regredi & retrocedere, & reuerti ad minima: aliquando hæc variè commutari. Nam hic tripartitus ordo, adfert admirabilem voluptatem audientibus, vel legentibus. A minimis aſcenditur, cum incipimus ab inciſis, & fit progreſſio ad membra, periodos, periodica: periodus [illegible] ad πνεῦμα. Dixi eſſe diſcrimen inter periodum & πνεῦμα & periodicon. Periodus non excedit quatuor membra, Periodicon aſcendit ad ſex & octo membra: πνεῦμα non habet certum numerum, & poteſt eſſe decem membrorum, & 12. & 20. & 30. &c. Orator nullum ſibi habet præſcriptum finem. Cum enim vtitur πνεύματι, tum regnat in animis,

Vſus πνεύματος.

cum

quo percellit auditoré, cum congreditur cum aduerſario, cum agitur de capite rei & cauſæ: & vſus eius eſt in diſtributionibus & conglobationibus. Duo autem ſunt genera conglobationum, διαιρέσεων. Primum fit ἐπιμονὴ ἰσοδυναμῶν rebus eódem ſpectantibus: cum videtur diuerſum dicere, & idem dicit: quod vocatur in Quintiliano, congeries. Ego appellaui ἐπιμονήν. Quid tuus ille Tubero, &c. Eſt πνεῦμα, & congeries, & commoratio: non eſt diuiſio totius in partes, ſed congeries rerum eódem ſpectantium. Aut vtimur in διαιρέσει, cum diſtribuimus & enumeramus acta, & res geſtas, multiplicem vim & ſcelera. Eſtque πνεῦμα κατὰ διαίρεσιν. Iſtud πνεῦμα habet duplicem diuiſionem: Aut eſt moderatum, manet inter decem & quindecim membra, & non excedit vlterius, vt exemplum fuit Demoſthenis, & trium quæ dictaui ex Cicerone. Aliquando autem protrahitur longius, quod ad longitudinem oportet adhibere, & ad methodum, ſcilicet cum enumeratio eſt futura nimis longa, exempli gratia: cum ab vno homine 40. ſcelera ſunt facta, vt hic à Clodio. quid fecit Cicero? debet πνεῦμα continuare, tanquam filo hiſtorico? non vtitur μετασχηματισμῷ, id eſt, configuratione, & ſecat πνεῦμα, ſed vtitur aperta enumeratione: in qua eſt duplex σχῆμα verborum, & periodi & περιβολῆς. Superiora igitur exempla fuerunt moderata. In numeroſioribus rebus factis, peccatis, delictis, rebus præclarè geſtis, opus eſt pneumate longiore. Cuiuſmodi exemplum eſt pro Domo. Quid?) Eſt interrogatio inchoata, non autem perfecta, & inchoatio facit πνεῦμα. Syria.) membrum. Piſoni.) comma. Imperium.) membrum commaticum. Pecunia.) comma. Permitterent.) Membrũ commaticum. Iuuarent.) commata. Me terrerent.) Rurſus poſt membra commata. Prohiberent.) vltimum. Ne tum quidem vis erat.) interrogatio perfecta. Multæ res ſunt numeratæ. Syria.) primũ Piſonis.) 2. permittit.) 5. Corpus.) 8. Pecunias.) 10. familias. 11. equitib.) 14. Vis.) 15. Cædem.) ſextũ decimum. Meam domum.) 18. Nudarent.) 19. Senatum.) 20. Iam perfectio πνεύματος. Eſt duplicatum πνεῦμα. Nam Demoſthenis primum, & tria Ciceronis conſiſtebant intra duodecim & decem. Sed hic locus requirebat duplicem enumerationem, erat vehementiſſimus locus, Prima factorum Clodij enumeratio, deinde factorum ab alijs. Noluit igitur continuare πνεύματα, ſed diſſecuit & abſoluit pri-

ἐπιμονή.

Congeries.

2.

1. πνεῦμα duplex moderatum.

2. Longũ.

mum. Non κόμμασι non colis, ſed periodis, & verbi vnius ἐπαναλήψει, ſcil. vi. Et diuidit ἐπαναλήψει verbi, enumerationem. Volo totum locum recitare. Quid.) ἐπιχείρημα, propoſitio argumentationis Rhetoricæ, & caput eſt: propoſitum eſt caput ὁριστικὸν. Non eſt lex? quare? quia per vim lata. Lex eſt, quæ conſule rogante & populo iubente fixa eſt, id eſt, tota facta eſt. Vtitur igitur propoſitione & argumentatione, qua probaturus eſt non eſſe legem. quid probaturus eſt? Vim eſſe factam, idque rebus geſtis à Clodio, & Clodianis, & à ſocijs, ac conſpiratione. Sine ſumma vi.) Repetitio verbi vis. Vim tum.) Sententia variatur varijs modis, ſed repetitur verbum. Cum arma.) Ironica interrogatio. Modeſtè.) ſine vi, contrarium poſuit loco verbi. Diſplicere.) Eſt πνεῦμα? Non: ſed eſt πνεῦμα diſcerptum, diſiunctum: quomodo? Periodicôs periodis ſex. hic vides aliquo modo, quomodo verum πνεῦμα faciendum, quam rationē poſtea ſum tractaturus. Primum igitur perficit periodis. Hermogenes dicit, non fieri periodis, dicitur igitur eſſe diſcerptum πνεῦμα. Iam aliud πνεῦμα verius, quod fit inciſis & membris: & non repetitur verbum. Ibi in ſingulis periodis perficiebatur interrogatio, hic non perficitur. Vis erat.) Hoc genus eſt γοργότερον, eſt celerius: nam ſpiritus magis feſtinat, & fertur vſque ad extremum. Prius genus eſt tardius, & minus velox: nam ſingulæ interrogationes perficiuntur ſingulis periodis. Poſteaquam res multas recitauit, & ſint adhuc multa condenſanda, oportuit adhibere eiuſmodi πνεῦμα. Hoc igitur modo varianda eſt oratio, & ſimilibus rationibus, cum enumerationes ſunt plures continuandæ. Cum verò ſtatim aliquid ſubitò præter expectationem eorum, qui audiunt aliquid enumerandum eſt, breuiores eſſe oportet, & concitatiores ſpiritus, vt celerius ſatisfiat iudicibus: vt in oratione, quam habuit ad Quirites poſt reditum ab exilio. Ego autem, in qua ciuitate nihil valeret ſenatus, omnis eſſet impunitas, nulla iudicia, vis & ferrum in foro verſarentur, cum priuati ſe parietum pręſidio, non legum tuerentur, &c. πνεύματα aliquando afferuntur prouiſa, vt auditor intelligat fore, quòd aliquis velit enumerare omnia mala, illæ poſſunt eſſe prolixiores enumerationes. Sed cum ſunt ἀπροσδόκητα, non præuiſa, ne offendant, oportet eſſe breuiora, & concitatiora, & celeriora. Sic Cicero volens dicere. Ego putabam nullam eſſe Rempub.

ἐπανάληψις

Lex.

πνεῦμα diſcerptum.

πνεύματα prouiſa & ἀπροσδόκητα.

antequam venit ad extremum, enumerat ſigna. Vtimur enim enumeratione etiam in ſtatu cõiecturæ. Ego autem.) διάνοια imperfecta. Cum quo.) membrum commaticum. Sunt res quatuor enumeratæ, eſtque moderatum πνεῦμα, oportet variare, ſed de conſecutione illa ſeorſim.

De periodorum conformationibus.

CAPVT III.

Habent ambitus ſuas quaſdam conformationes apud Hermogenẽ, quas σχήματα nominat: eas hoc
in loco non alienum eſt à noſtro inſtituto percurrere. Ac quidem illud genus minutulum eſt artis obſerua
tione, quod in caſibus conſiſtit: ex quo aliæ dicantur ὀνο-
μαστικὸν habere σχῆμα, cuius illud adſert exemplum: ὁ
γὰρ οἷς ἂν ἐγὼ ληφθείην, ταῦτα πράττων, καὶ κατασκευα-
ζόμενος οὗτος ἐμοὶ: πολεμεῖ, κἂν μὴ βάλλει καὶ τοξεύει. 1.
id eſt, Quibus ego capior, ea agit & parat hic mihi, me-
cum bellum gerit, etiamſi nondum feriat, telumq́ emit-
tat. Talis illa apud Ciceronem ὀνομαστικὴ: quæ res in ciui
tate duæ plurimum poſſunt: hæ contrà nos ambæ faci-
unt in hoc tempore. Aliæ enim γενικὸν σχῆμα habent: cu- 2.
ius illud eſt exemplum. ὧν οὖν ἐκεῖνος ὀφείλει τοῖς ὑπὲρ
αὐτοῦ πεπολιτευμένοις, χάριν, ὑμῖν δὲ δίκην προσήκει λα-
βεῖν τούτων. οὐχὶ τὸν καιρὸν τοῦ λέγειν, id eſt, Quarũ igitur re-
rum ille debet, propter ea quæ pro eo in Repub. conſuluit,
gratiam: vobis autem pœnam decet ſumere, eorum non
nunc tempus eſſe dicendi. Et apud Ciceronem pro P.
Quintio talis: Ergo hercle, cuius bona ex edicto poſſiden-
tur, huius omnis fama & exiſtimatio cum bonis ſimul

poſſidetur. Aliæ κατὰ δοτικὸν σχῆμα propter caſum dati,
vt, οἷς γὰρ ἔστιν ἡμετέροις ἔχει χρῆσθαι· τούτοις ἅπαντα
τἄλλα ἀσφαλῶς κέκληνται. id eſt. Quibus enim dum ſunt
noſtri, poteſt vti: his autoribus omnia cætera tuto poſſidet.
Similis illa Ciceronis in eodem loco pro Quintio:
Cui magiſtri fiunt, & domini conſtituuntur: qui, qua lege
4. & qua conditione pereat, pronuncient: huic acerbiſſimum
viuo, videntiq́ funus ducitur. Aliæ κατ' αἰτιατικὸν
propter caſum accuſantem, vt: εἶτα ὧν ἡ τύχη, καὶ τὸ
δαιμόνιον, φίλον μὲν λυσιτελεῖ, συμφέροντα δὲ ἐχθρὸν
ἀμφανίζει, τοῦτον ἡμεῖς φοβούμεθα. Et Cicero pro lege Manilia
ſimili modo: Cum tantam multitudinem, tanto ſtudio
adeſſe videatis: quantam non iterum in eodem homine
præficiendo videmus. Quod ſi hæc vera ſunt vt ſunt: et
ſi ſunt annotanda: erit etiam verum & annotandum,
quòd auferendi caſus quintam formam conſtituat apud
5. Latinos: Quem caſum, ἀφαιρετικὴν nominemus [illegible]
& periodum κατὰ ἀφαιρετικὸν σχῆμα: Vt quæ rei, qui
caſus apud Græcos Grammaticos non eſt: ei Græcum tamen
nomen imponamus: Vt rurſum pro Quintio: De quo
libelli in celeberrimis locis proponuntur: huic ne perire
quidem tacitè obſcureq́ conceditur. Quanquam in hoc
exemplo reuerſio eſt δοτικὴ: quod plerumque apud Latinos
accidit in hoc caſu & in hoc verbo. Illud verò vtrunque
eundem habet caſum: Quo enim homine nihil propter
virtutem glorioſius, eodem etiam propter eandem
virtutem nihil beatius. Vocandi caſum, quem Græci κλητικὴν
vocant, oratorijs ſpiritibus, de quibus dictum eſt,
Hermogenes putat magis eſſe accommodationem, quam
periodum: id quod verum eſt. Sed tamen in verſu, ne dum
in oratione aliquando videtur hic caſus facere ambi

Dic mihi Damœta, cuium pecus, an Melibœi?

Et periodi illæ, quas vocauimus μονοκώλους, hoc caſu habent ſuas inflexiones: Atque etiam δίκωλοι, vt apud Martialem, cum membratim dici poterat:

Hæc faciunt vitam beatiorem.

fecit προσφωνήσει & caſu vocandi periodum duorum membrorum,

Vitam quæ faciunt beatiorem,

Iucundiſſime Martialis hæc ſunt.

Diximus in his eſſe obſeruationem artis minutam. Sed tamen adfert delectationem, propter varietatem: ſi non eodem ſemper habitu eademq́ue conformatione vtamur, et tum præcipuè, cùm vno in loco, & in vna amplificatione hæc varietas adhibetur, quemadmodum apparet ex loco illo cauſæ Quintianæ: vide exempla quæ ſuprà tradidimus.

SCHOLAE.

σχήματα periodorum.

Hermogenes in tractatu paruulo de periodis, tradit periodorum quædam σχήματα & μεθόδους, id eſt, ornamenta verborum & ſententiarum: & prima pars illius doctrinæ conſtatur in caſibus: eſt πλαγιαστικὴ. Caſus enim nominum efficiunt periodi σχῆμα, ita fit vt ambitus ſit ὀνομαστικὸς, id eſt, Nominatiui caſus: aliquando γενικὸς: Aliquando δοτικὸς, aliquando αἰτιατικὸς; aliquando κλητικὸς, aliquando ἀφαιρετικὸς. Et σχῆμα fit vel ὀνομαστικὸν, vel γενικὸν, vel δοτικὸν, vel αἰτιατικὸν, vel κλητικὸν. Et apud Latinos ἀφαιρετικόν. Hæc eſt Grammatica quidem obſeruatio, oſtendere caſus nominum, & modos verborum. Sed neceſſe eſt etiam oratorem Grammatica præcepta repetere, & obſeruare, propter genus dicendi purum: vt oratio natiuam habeat elegantiam. Quia igitur Hermogenes tradidit hanc varietatem, non eſt prætermittenda. Et inter σχήματα primum obſeruatio caſus: vt σχῆμα primum ſit ὀνομαστικὸν, vt ὁ γὰρ [illegible] [illegible], &c. qui enim, ὃς γὰρ, vel ὅστις, ὅτ[illegible], &c. Eſt Nominatiuus caſus, κατὰ τὸ ὀνομαστικὸν σχῆμα. Ego addidi exempla Ciceronis, vt doctrina magis eſſet perſpicua, quàm hæc

Caſus.

ὁ γὰρ,&c. ὄντος.) Demoſthenis exemplum eſt ſingulare, Ci-
ceronis eſt σχῆμα πληθυντικὸν: Secundum σχῆμα eſt γ
ſus generantis, ὧν ἂν ἐκεῖνος ὀφείλει τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ, &c. quam
Achiuis gratiam Philippus debet, ob conſilia pro ſe Reipu-
blicæ data: δοτικὸν & πληθυντικὸν σχῆμα. Sic Cicero vbi ex
gerat crudelitatem Neuij, quod ſuum propinquum proſe-
quatur tam crudeli maleficio, ſcilicet de probro, vtitur abla-
tiuis. Tertium σχῆμα eſt caſus dantis, οἷς γὰρ οὖσιν ἡμετέρων.)
quibus enim ſcilicet malis,&c. Cicero in eodem loco va-
riat periodos: eſt πολυπτωσία in Cicerone. Quartum αἰτια-
τικὸν σχῆμα. εἶτα ὃν ἡ τύχη καὶ τὸ δαιμόνιον,&c. quem fortuna
& deus amicum inutilem, inimicum aũt vtilẽ declarauit,
hunc nos metuimus? Cum tantam, &c. tantam quantam:
& hæc varietas ſpectatur in alijs etiam nominibus, non in
pronominibus ſolùm. Latini habent quintum σχῆμα Abla-
tiuum caſum: Tametſi Græci carent ablatiuo: tamen Lati-
ni poſſunt appellare verbo Græco, vt in exemplo in quo
eſt Genitiuus, Datiuus, Accuſatiuus & Ablatiuus, de quo,
hic eſt magna differentia, inter genitiuum Græcorum,
datiuum & Latinum ablatiuum: Aliquando redditio ha-
bet eundem caſum. Vt in Tuſcul. queſtionibus. Quo enim
homine nihil propter virtutem glorioſius,&c. Reſtat Voca-
tiuus, cuius Hermogenes non ponit exemplum, quo vti-
mur plerunque ἐν πνεύματι in ſpiritu orationis. quid ſit ſpi-
ritus oſtendimus paulò antè: ſed exemplum eius pone-
mus tñ, cùm agemus de ſpiritibus: habent enim aliquid pe-
culiare. Cum πνεῦμα eſt faciendum contra aduerſarium,
fit caſu vocandi, & προσφωνήσει, quæ eſt appellatio & inter-
pellatio. De hoc poſtea. Vocandi caſus facit aliquando pe-
riodum: videtur cauſa efficiens eſſe periodi. Igitur imperi-
tiores Grammatici, cum dicunt. Hæc ad te, mi Cicero, hæ
ſcripſi, faciunt parentheſin, quare? quia facit περιοδικὴν ἀνα-
κάμψιν: facit vt ex membro fiat μονόκωλος. Vt: Hæc ad
ſcripſi. Hæc ad te mi Cicero ſcripſi: ſed annotare parenthe-
παρένθεσις. ſi non eſt neceſſarium exercitato: qui ſcit membra dire-
cta & non directa. Dic mihi Dameta cuium pecus? inter-
poſitio facit periodum, Ita caſu vocatiuo fecit ſæpè perio-
dum Martialis: quamuis Grammaticus poteſt videre q
ſit caſus: ſed puer Grammaticus neſcit, quòd his fiant b
πολυπτωσία næ periodi: & quod debeat captari πολυπτωσία, oportet f
cere σχηματισμόν. In his obſeruationibus eſt vtile & ſua

facc

facere μετασχηματισμὸν, i. caſus variare, & id in eodem loco: vt incipiamus à Nominatiuo, & tranſeamus ad alios, quæ ratio dicitur Grammaticis πολυπτωσία, caſus variatio, illa à Rhetoribus dicitur μετασχηματισμὸς, variatio primi σχήματος: vt ſi primum ſit ὀνομαστικὸν: Secundum fiat γενικόν. Igitur in voluptate & dilectatione hæc Grammaticorum πολυπτωσία eſt captanda. Fit enim oratio εὐσχηματιστὸς, vt habeat pulchram formam, & facit genus dicendi, quod vocatur κάλλος.

μεταχημα-
τισμος.

Hoc igitur vnum eſt conformationis genus, poſitum in caſuum varietate, itaque verborum. Sed eſt etiam alterum ſententiarum: hinc periodi apud Hermogenem nominatæ ἀποδεικτικαὶ: cuiuſmodi eſt illa in oratione de lege Leptinæ: ἐν μὲν τῷ γράψαι μηδένα εἶναι ἀτελῆ τοὺς ἔχοντας ἀφείλετο τὴν ἀτέλειαν: ἐν δὲ τῷ προσγράψαι μηδὲ τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι δοῦναι ἡμῖν, τὸ δοῦναι ὑμᾶς ἐξεῖναι. *Sunt autem dictæ ἀποδεικτικαὶ idcirco, quòd rem propoſitam confirment, atq; demonſtrent: idq́; aut declarando planius, aut argumentando: Declarando, vt pro P. Quintio: cum propoſuiſſet: quarum alteram C. Aquili vereor, alteram metuo: addidit explicationem perſpicuitatis gratia. Eloquentia, P. Hortenſij ne me dicendo impediat, non nihil commoueor: Gratia Sexti Næuij, ne P. Quintio noceat, id verò non mediocriter pertimeſco. Argumentando verò duobus modis fit demonſtratio: Aut enim propoſitionis approbatione, aut concluſione. Approbatione hoc pacto, vt Cicero poſt illam propoſitionem pro P. Quintio grauem & vehementem: Cuius verò bona venierunt, cuius non modo illa amplißima fortuna: ſed etiam victus veſtitusq́; neceſſarius ſub præcone cum dedecore ſubiectus eſt, is non modo ex numero viuorum: ſed ſi fieri poteſt, infrà etiam mortuos mandatur. Hactenus*

Periodi Apodicticæ.

Argumētatio periodica apodictica.

propoſitio ambitu περιοδικῷ circumducta ſex membrorum: Sequitur ἀποδεικτικὴ illa περίοδος, confirmans id quod dictum eſt: & concitatum in Iudicum animis miſericordiæ motum: hoc pacto: Etenim mors honeſta ſæpe vitam quoq; turpem exornat. Vita turpis ne mortem quidem honeſtæ locum relinquit. Hoc genus ſolet ſubijci poſt vehementem animorum motum, vt non videatur eſſe abſque ratione ab Oratore concitatus. Concluſione autem hoc pacto: Ergo herclè, cuius bona ex edicto poſſidentur, huius omnis fama & exiſtimatio ſimul cum bonis poſſidetur. Hæc igitur varietas eſt eorum comprehenſionum, quæ vocantur ἀποδεικτικαί: cui etiam addi poſſunt ἐπιχειρηματικαί: hoc eſt, quæ inſeruiunt propoſitionibus, & anteponuntur argumentationibus.

Periodi ἐπιχειρηματικαί.

ἐπιτιμητικὴ periodus.

Eſt etiam apud Hermogenem periodus nominata ἐπιτιμητική, qua in vituperando, & in caſtigando vtimur, tum iudice & populo: tum etiam noſtris aduerſarijs: vt Demoſthenes, οὐχ αἰσχύνεσθαι, εἰ μὴ δ' ἃ πάθοιτ' ἂν, εἰ δύναιτ' ἐκεῖνος ταῦτα ποιῆσαι, καιρὸν ἔχοντες οὐ τολμήσετε. Sic in decima Philippica Cicero: Vos autem patres conſcripti, ſi M. Brutum deſerueritis & prodideritis, quem tandem ciuem habebitis? quem ornetis? Diximus etiam huius generis eſſe, quæ in aduerſarium torqueantur: vt ſunt ὀνειδιστικαὶ appellatæ, exprobrantes. Veluti in Antonium ſecunda Philippica: Illud tamen audaciæ tuæ, quod ſit iſti in quatuordecim ordinibus, cum eſſet lege Roſcia decoctoribus certus locus conſtitutus, quamuis fortunæ vitio, non ſuo decoxiſſet. Sed quid opus eſt hoc in loco iſta enumeratione? nam quot ornamenta ſunt ſententiarum, totidem etiam ſunt conuerſionum. Itaq; illa vehementiora, inſignes ambitus faciunt: Iracundia, Obiurgatio,

Depre

Deprecatio, Obſecratio, Optatio, Læſio. Execratio. Promiſſio etiam, atq; exhilaratio. & quicquid ſimilium eſt figurarum. Et quot verborum ſunt ornamenta, tot etiam comprehenſionum. Ergo periodos conformant ſimiliter cadentia, & deſinentia, Paria paribus relata, contraria contrarijs reſpondentia, traiectiones item & interpoſitiones verborum.

SCHOLAE.

Periodi habent ſua quædam σχήματα, id eſt, ſuas quaſdam habitudines & conformationes, quaſdam proprias & peculiares formas, atque figuras. Quemadmodum enim in corpore hominum & animalium varietas eſt formarũ, quæ ſpectatur, vel colore ipſius corporis, vel corporis delicatione, vel dico membrorum delineatione) Sic etiam colore, & membrorum lineamentis homines inter ſe diſtincti ſunt certis modis:) Sic etiã periodus à periodo differt: Primùm propter ornamentum verborum, deinde ſententiarum, propter habitus verborum & ſententiarum: Et propterea vnum genus poſuit Hermogenes, quod ſpectatur in caſibus: Vt quædã ſint periodi, ὀνοματικαὶ, quædam γενικαὶ habitum genitiui habent: quædam δοτικαὶ, quædam αἰτιατικαὶ, quædam ἀφερετικαὶ habentes σχήματα. Sed non ſolũ caſus conformant periodos, ſed etiam ornamenta verborum: vt quædam habent πολυπλωσίαν, quædam ſunt ὁμοιοτέλευτοι, quædam ὁμοιόπτωτοι, quædã κατ' ἀντίθεσιν, ἢ ἀντίθεσιν: quædam ſunt ἰσόμεροι, paria paribus reſpondentia, bina binis, terna ternis: quædam κατ' ὑπέρβατον, quædam ἐμβολικαὶ interpoſitione factæ: Et hæc varietas partim eſt in caſibus, partim in ornamentis verborum, quæ ſicut ornant habitus periodorum: ita & σχήματα διανοίας, quę ab Hermogene vocantur μέθοδοι: ſic vnum genus ponit Hermogenes ἀποδεικτικὸν, id eſt, Periodum demonſtratiuam: qua vtimur in probando: Quot igitur partes ſunt probationis, tot genera periodorum ἀποδεικτικῶν, quot partes probationis, quot partes ſubſtantiales, perpetuæ & neceſſariæ, quæ dicuntur προτάσεις ἀναγκαῖαι: tot ſunt genera periodorum. Omnis argumentatio habet propoſitionem: Cum proponimus ἐπιχείρημα eſt ἀποδεικτική, quomodo? ἐπιχειρηματική. Deinde eſt propoſitionis approbatio, κατασκευή, illa

Ornamẽta verb. & ſent. periodos conformant.

1. Partes probationis.

2.

3. periodus eſt ἀποδεικτικὴ κατασκευαστική. Pars tertia eſt concluſio: quæ periodus eſt ἐνθυμηματική: habet coitionem totius argumentationis, propoſitionis, & concluſionis. Quicquid igitur ἀποδεικτικὸν eſt: eſt ἐπιχειρηματικὸν, κατασκευαστικὸν & συμπερασματικὸν, id eſt, ἐνθυμηματικὸν Ad quid prodeſt hæc annotare? vt ſciamus in argumentando res differre. vti periodis, vbi ἀπόδειξις eſt, ibi rectè inſtituitur periodus. Etenim ſi amicitia, fide, &c. periodus eſt ἀποδεικτική, eſt etiam ἐνθυμηματική: debemus igitur argumentationem rotundam facere: hinc delineationem primæ figuræ faciunt rotundo circulo: illæ Barbara, Celarent, &c. debent fieri rotundæ, & volubilitatem habere. ἀποδικτικῆς exemplum ponit Hermogenes: ἐν μὲν τῷ, &c. ἐξεῖναι.) ſcilicet ſpoliauit.

Vſus periodi in argumentando.

Eſt τετράκωλος ἀποδεικτική: oſtendit illam legem officere eis, qui accepiſſent immunitatem. Sed non ſolùm vtimur in argumentando, ſed etiam in perſpicuitate, & declarando,

In perſpicuitate.

cum eſt ἐξήγησις & ἐπεξήγησις, cum obſcurum reddimus illuſtrius, oratione volubili rotunda, id eſt, periodo. Quæ res in ciuitate, &c. ſatis apertum eſt. Quarum alteram, &c. hoc obſcurum eſt propter verba: Quid vereris, & quem metuis Cicero? quia obſcuritas eſt in verbis, breuem ſubiecit periodum, explicandi cauſa: Eloquentia, P. Hortenſij, &c.

Vereri.

Commoueor.) id eſt, vereor. Eſt in vitijs vitandis. Veremur res magnas, ſcilicet obſeruando: quid metuis? Gratiã S Næuij. Eſt τετράκωλος ἐμφανήσεως σαφηνείας ἕνεκα, cum perſpicuè velimus explanare aliquid. Vt enim in ædibus, non ſatis eſt eſſe lumina, & aditum lucis, ſed oportet eſſe pulchrum, vel pulchritudine, vel quadratura, vel circulo, vt aditus luminis ſit venuſtus: ita Oratores faciunt aditus pulchros hoc genere periodorum. Cicero pro Quintio, cum vellet excitare motum γενικῶς generaliter: Motus enim, vel inſtituitur finitè, cum notatione perſonæ: vel in locis communibus inſtituitur modus infinitè.

Motus duplex.

finitis libenter vtimur in oratione: Vt in Roſciana, ibi elegantulus producitur Roſcius: Quintius agreſti vita & horrida, cum infinitum motum tractare volumus & concitare, debemus id facere περιοδικῶς argumentando. Nam duplex eſt motus, abſque argumentatione, aut cum argumẽtatione. Abſque argumentatione vtimur in narrando, quando oſtendimus necem factam, hominem vulneratum. Cum argumẽtatione, vtimur in locis communibus, ne videamur temerè concitare. Nam qni concitant abſq; ratione, potius clamatores quàm oratores dicuntur. qui cauſam non oſtendit odij, clamator eſt, igitur ratione oportet mouere: Igitur vehementer interdum proponunt, id eſt, παθητικῶς, & acriter, id eſt, τραχίως, ἐπιτιμητικῶς, ὀνειδιστικῶς. Cuius verò bona.) ἐπιχείρημα, pronunciatum magis clamore & concitatione ſui animi & Iudicum. quid clamas? cur expalleſcis? cur Iudicē cōcitas? iſtud eſt περιοδικόν. Sed quę figuræ ſunt periodorum, eædem etiam περιοδικῶν. Igitur non ſolum graue eſt ἐπιχείρημα, ſed vehemens etiam: poſt magnum clamorem & motum. vehemens approbatio, & ratio. Cur ita clamas? Etenim, &c Hoc eſt verè & argumentosè mouere. ἐπιχείρημα eſt παθητικὸν, ratio eſt affirmans. Tertium ſubiungitur ἐνθύμημα Ergo herclè.) Eſt concluſio δίκωλος: Sunt igitur tres partes ἀποδείξεως: vno in loco pro Quintio. Primus ambitus eſt ἐπιχειρηματικὸς. Secudus κατασκευαστικὸς. Tertius eſt συμπεραστικὸς. Secuudum genus conformationis vocat ἐπιτιμητικὸν Hermogenes, quo vtimur in caſtigandis vitijs iudicum, quo emendamus vitia populi, cum pudorem & timorem adferimus auditori.

Figuræ periodorũ & periodicorum eædẽ.

Eſt in complexionibus verborum quædam quaſi tranſformatio, quam appellamus μεταπλασμόν. Ea eſt duplex: Vna oratoria, in vſu poſita, quam nomino μεταχηματισμόν. Altera exercitationis, & Rhetoricarum ſcholarum, quæ dici poteſt, μεταποίησις. Quæ verò ipſius vſus eſt transformatio, ea, & cum auditur delectat, & cum domi legitur, & eiuſmodi eſſe debet, vt mollior fieri non poßit. Altera verò cum in oratore bono adhibetur, rarißimè efficit aliquid melius. Cum verò in vitioſo ſcriptore: facile apparet, quid inter artem, & naturam viciosam interſit: aut etiam ingenium non eruditum dicendi doctrinā, quanquam probatur acumine, &, prudentia, intelligentia. Sed priori loco de μεταχηματισμῷ diſſeramus. Ea eſt, cum membratim & inciſim facta oratio, primo loco conuertitur, poſt in periodos, & perio-

μεταπλασμὸς periodorum.

μεταχηματισμος.

di periodicis commutantur, & vtrunque periodorum genus inciſis membriſq́; excipitur: Aut hæc ipſa, vel inuerſo ordine, vel tranſpoſito variè permutantur, aut cum membra ſpiritu oratorio continuantur: Aut hic ipſe ſpiritus ſuperiora aliquando antecedit, aliquando ſequitur, aliquando diuidit interpoſitus. Hæc varietas tantam vim habet ad delectandum, vt ipſa ornamenta verborum & ſententiarum, nullam pulchritudinem orationi adſerre queant perfectam: niſi hac varietate eſſent diſtincta: quod vt planius intelligatur, adſerenda nobis exempla ſunt. Et primum exordium Quintianum: quæ oratio tametſi in priuata cauſa, tamen accuratè à Cicerone adhuc iuuene admodum ſcripta. In hac primo loco illa periodus poſita eſt ἰσοσκελὴς, duobus paribus membris, & tertio impari, & imminuto. Quæ res in ciuitate duæ plurimum poſſunt, hæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore: Summa gratia & eloquentia. Et huic annexa ſunt κατ' ἐπισυνάψιν duo altera membra, non vero illo ambitu, & tamen περιοδικῶς quodammodo: Quarum alterum. C. Aquili vereor, alteram metuo. Si harum dixiſſet, non fuiſſet facta illa, de qua dixi, ἐπισυνάψις. Si contraria eſſet adhibita ratio, quæ διάζευξις dicitur, eſſet maior interſpiratio facta, maiuſq́; interuallum: Quanquam Græci illud ipſum περιοδικώτερον continuaſſent: ὧν τὴν μὲν αἰδοῦμαι, τὴν δὲ φοβοῦμαι. Tertio loco hæc duo membra ſequuntur, duæ conuerſiones μονόκωλοι κατ' ἐπεμβολὴν verborum continuatæ. Eloquentia Q. Hortenſij, ne me dicendo impediat, nonnihil commoueor: Gratia S. Næuij ne P. Quintio noceat, id verò non mediocriter pertimeſco. Et vt illa duo ſuperiora membra proxima περιοδικῶς continuata erant, Sic hæ

duæ

dua conuerſiones ita ſunt contiguæ, vt ex duabus vna facta eſſe videatur. Sed hæc perinde habenda ſunt, atq́; ab oratore pronunciantur, quæ cum vno ſpiritu, vocisq́; ſono continenti, abſque interſpiratione efferuntur, tanquam ſaltatio triplicata pro vna decurſione verborum habenda ſunt. Hæc igitur adhuc varietate diſtincta, ſunt certa: vt terna, bina, geminata: inſequitur rurſus trium membrorum vt prima ἰσοσκελὴς: ſed membrum impar in medio loco collocatur. Neque hoc tantoperè quærendum videretur, hæc ſumma in illis eſſe, ſi in nobis ſaltem eſſent mediocria. Et huic ipſi annexum eſt membrum breui interſpiratione. Verùm ita ſe res habet. Et huic membro contextæ duæ periodi κατ' ὑπέρβατον, μονόκωλοι copioſiores, enumeratione & inciſis, quàm illæ ſuperiores duæ, vt. Ego, qui neque vſu ſatis, & ingenio parum poſſum, cum patrono diſertiſſimo comparer: hic vnum eſt ambitus. Inſequitur alter. P. Quintius, cum tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ ſunt, cum aduerſario gratioſiſſimo contendat,

SCHOLAE. Diximus ſuperiore proxima lectione de periodorum figuris & conformatione, quod aliquando accipiant nomen ab ipſa conformatione: vt ſi ſit ἐπιτίμησις, id eſt, figura ſententiarum. vocetur περίοδος ἐπιτιμητικὴ, vel κατα τὸ ἐπιτιμητικὸν χῆμα: Si periodus doceat, vocetur ἀποδεικτικὴ: Si ſit argumentoſa vocetur ἐνθυμηματικὴ: Si ſunt confecta χήματα nominatiui caſus ὀνομαστικὴ: Si alio caſu, habeant etiam illius caſus nomen, in figuris verborum. Hic de METAPLASMO, transformatione periodorum: Is eſt mutatio & variatio, cum ipſarum peridorum: tum etiam χημάτων, & inciſorum, & membrorum & periodorum. Spirituum variatio delectationis & concinnitatis cauſa: nec ſolùm horum, ſed etiam figurarum. debemus delectare varietate membrorum, periodorum, figurarum. Eam transformationem oco docendi cauſa μεταπλασμὸν: Hermogenes & cæteri μεταποίησις

Græci non diſtinguunt μεταπλασμὸν, μεταποίησιν & μετασχηματισμὸν: Veritas & neceſſitas docēdi, cogit vt diſtinguā. μεταπλασμὸς eſt γενικὸν, quaſi totius rei transformatio.

1. Duplex Metaplaſmus.

Eſtque duplex. Aut eſt oratorius, adhibitus ſerijs cauſis, deportatus ab oratore in forum, ſi ſit iudicium: In curiam, ſi ſit ſenatus, in campū Martium, ſi ſit cōcio, in ædem Telluris, ſi cœtus populi: Illa varietas, quę arte & induſtria captata eſt, & latet, & intelligitur ab artifice, vocatur μετασχηματισμὸς, transfiguratio, cum periodi & orationes aliud atque aliud σχῆμα & figuram obſeruant.

2.

Altera ſpecies dicitur, μεταποίησις, id eſt, confectio periodi, facta à ſtudioſo dicendi, à diſcipulo Rhetoris: μετασχηματισμὸς eſt vſus: μεταποίησις eſt Rhetoricæ exercitationis. Inter hæc duo igitur diſcrimen eſt: quemadmodum inter vſum dicendi in rebus ſerijs, & exercitationem: artis in vmbris & officinis Rhetorum. Ille μετασχηματισμὸς factus ab oratore eſt inemendabilis, non poteſt corrigi: Et cum vultis iudicare, de ſcriptoris oratione, adhibete hanc rationem, ſi membra tranſpoſita, aut periodi diductæ, aut coniunctæ: ſi aliquid melius ſit veſtra μεταποιήσει, debetis ſcire, non eſſe peritum & politū.

Iudicare oratores.

Cum nihil poteſt corrigi: neceſſe eſt iudicari illum ſcriptorem optimum eſſe, cuius ſcriptum eſt diuulgatum. Eiuſmodi veteres adhibebant ad bonos oratores, vt adoleſcentes compararent habitudinem, vt diſcerent numeroſè loqui vt oratores, & ad ſuas etiam accommodare declamationes: Et præceptor, cum afferebatur declamatio, emendabat illam μεταποιήσει: fecit periodum emendatiorem: vt ſcirent adoleſcentes, quid ſibi etiam domi eſſet faciendum. De his duobus igitur generibus μεταπλασμοῦ eſt hic dicendum. μετασχηματισμὸς eſt variatio inciſorum, membrorū, periodorum, periodicorum, & ſpirituum, cùm ordine ſeſe illa conſequuntur, aut inuertuntur, aut commiſcentur inter ſe à membris ad periodos, ad πνεύματα, aut contra incipit πνευματικῶς. & deſinit in Inciſis: aut vario ordine miſcet: Sed quomodo fieri debeat, oportet oſteudere in integra parte orationis, & quia alia compoſitio narrationis, perorationis, &c. oportet μεταπλασμοὺς obſeruare omniū partium orationis. Et quia narrationes ſunt quædam ſimplices, quædam compoſitæ ad perſuadendum: Simplices habenr numerum & ſua membra: alteram etiam ſententiæ ſtructuram, quò ad ornatum, vt exemplum de Syracuſarū

aude

laude:Sed ad hoc inſtitutum,afferam exemplũ pro Quintio,vbi videbitis rarò duas periodos continuari eiuſdem generis. Incipit verò ambitu. Quæ res, &c.quod χῆμα huius periodi?eſt τρίκωλος,habet ſubſtantiam membrorum trium:alterum χῆμα eſt ἰσοσκελὲς:Mathematici vocant duo latera paria,& tertium impar,vel maius vel minus. Primum eſt 14.ſyllabarum. ſecundum eſt etiam 14. tertium eſt impar.Quarum alteram.)iſtud ſecundum habet duo membra aliquo modo periodica,περιοδικόν τι.habet ſpeciem ambitus,& continuationem ſententiarum neceſſariarum:Omnis continuatio vel fit ſenſu,vel verbis,vel propter neceſſitatem ſententiarum,vt ſentẽtiæ ſequantur poſt ſentẽtiã, vel propter verba,vel propter vtrunque.Hic eſt torrens orationis:flumen eſt continuatum, non hiulcum, non diductum.Quorum,&c.particula hæc attexit duo membra prę cedenti periodo. Vereor.) interſpiratio non eſt modo neceſſaria:quia ſententiæ poſſunt ſeparari:non eſt tam neceſſarius curſus quam in tribus ſuperiorib.eſt igitur δικωλία ἐνδική,non periodus. ſunt membra duo.Græci cõtinuaſſent magis:ſi ſermo Græcus fuiſſet adhibitus, eſſet vera periodus:poſt ſequuntur duo μονόκωλοι: ſed ſunt inter ſe ſimiles,vtraque κατ' ἐπεμβολὴν facta.Eloquentia.)quomodo eſt ἐπεμβολή?quia potuiſſet dicere, Eloquentia, Q. Hortenſij commoueor:fuiſſet membrum directum: & μονόκωλος eſt ex duobns membris,a ltera eſt ſimilis.Gratia Sexti,&c. videtis varietatem:eſt τρικωλία. δικωλία,μονοκωλία. Ergò hoc differunt: primum eſt triplicatum:Secundum eſt duplex: Tertium eſt geminatum μονόκωλος iterata. Neque.) Membrum abſque periodo, ſimplex & directum abſque inflexione.poſtea periodi per ἐπεμβολὴν,quæ factæ ſunt inciſis. Quomodo differant à ſuperioribus dicolis proxima lectione indicabo.

Continuatio duplex.

Hactenus ſex conuerſionum varietates:& omnes numero membrorum legitimo periodorum : ſequitur liberior & periodica nouem membris circumducta περιβολῆς. *Illud quoque nobis accedit incommodum , quod M. Iunius,qui hanc aliquoties apud te egit : homo & in alijs cauſis exercitatus,& in hoc multùm & ſæpe verſa-*

tus, hoc tempore abeſt noua legatione impeditus, & ad me ventum eſt, qui vt ſumma haberem cætera, tempori quidem certè vix ſatis habui, vt rem tantam, tot controuerſijs implicatam, poſſem cognoſcere. Fortiorum laterum eſſe, ambitus eſt: & vt ſit in Syllogiſmis Dialecticorum, compoſitus. Poſt hunc vero quaſi voci laboranti ſubſidio veniens orator, addidit breuiorem duorum membrorum, quæ propter verborum formam ὀνομασικὴ eſt: & ſententiæ exornationem, ἀποδεικτικὴ dicitur. *Ita quod mihi conſueuit in cæteris cauſis eſſe adiumento, id quoque in hac cauſa deficit.* Et poſt hanc conuerſionē, quaſi augeſcente, & confirmato ſpiritu, duo δίκωλα coniugatæ ſunt, quaſi duo boū paria. *Nam quo minus ingenio poſſū, ſubſidio mihi diligētiā cōparaui: quæ quāta ſit: niſi tēpus & ſpaciū datū ſit, intelligi nō poteſt.* Et poſt hanc rationē Cōcluſio ſequitur, rurſus compoſita ex duobus conuerſionibus, vna trium, alera duorum membrorum. Eſt autem hac concluſio directa ad ſpem atque hilaritatem. *Quæ quò plura ſunt. C. Aquili, eò te, & hos qui tibi in conſilio adſunt, meliore mente noſtra verba audire oportebit.* Periodus trium membrorum, inſequitur continenter altera, quæ duorum eſt: *Vt multis incommodis veritas debilitata, tandem æquitate talium virorum recretur.* Et hanc concluſionem exornauit contrarijs ſententijs, contrarioq́ue iudiciorum euentu, παθητικῶς, cum contrario motu animorum, nempe doloris & deſperationis. *Quod ſi tu iudex nullo præſidio fuiſſe videbere, contra vim & gratiam, ſolitudini atque inopiæ: ſi apud hoc conſilium, ex opibus, non ex veritate cauſa pendetur: profectò nihil eſt iam ſanctum atque ſyncerum in ciuitate, nihil quod humilitatem cuiuſquam grauita*

&

& virtus iudicis conſoletur. Et poſtremo vna periodo trium membrorum, vtrunque genus ſententiarum, quorum alterum ad lætitiam, alterum ad dolorem dirigi diximus, comprehendit: Certè aut apud te, & eos, qui tibi adſunt, veritas valebit: Aut ex hoc loco repulſa vi & gratia, locum, vbi conſiſtat, reperire non poterit. Hæc periodus duo membra minora paria habet, tertium impar & longum.

SCHOLAE. Hactenus oſtendimus vndecim genera periodorum & membrorum, in hac priore parte exordij Quintiani: Cum ſint partim periodi, partim membra, partim periodica, partim σωματικὰ, in his nullum eſt alteri ſimile, ſiue id orator natura fecit & exercitatione, ſiue de induſtria. Puto tamen de induſtria feciſſe: ſcripſit enim Cicero hanc orationem adoleſcens, natus annos viginti ſex, quæ ætas eſt proxima adhuc ſcholis Rhetorum: & redolet Rhetorum ſcholis: & habet recentem memoriam præceptorum, præſertim in rebus faciliimis. quid enim facilius, quàm ſcire, eſſe μονόκωλος, δίκωλος, τρίκωλος, τετράκωλος, aut πολύκωλος? Tametſi illa ſunt plura numero, quinque aut ſex: tamen ſunt [illegible], & eſt præceptum generale, Variare orationem & hoc cōmune eſt omnium ſcriptorū, Variant ſua poetæ, Hiſtorici, oratores oportet vt ſit ποικιλία compoſitionis. Cicero igitur, cuius aures perſonabant ipſa præcepta, illa de induſtria eſt ſectatus. Vt enim à principio incipiamus. Primum eſt τρίκωλος ἰσοσκελής. Quæ res, &c. 14. ſyllabarum membrum mediocre. Tertium eſt dimidiatum, ſcilicet 7. ſyllabarum. Hanc periodum excipiunt duo membra. Quarum, &c.) κατ' ἐπισύναψιν, agglobatione verbis facta continenter: quia non fecit παραδιαστολὴν & διάστιξιν, non dixit harum. ἐπισύναψις eſt methodus oratorius, qua efficitur, vt oratio fluat continenter & perpetuò. non eſt periodus ſed membra coniungit periodica. Ergo iſta duo differūt, prius eſt periodus, poſterius periodicon. Iam ſequitur tertiū, ſcilicet duæ periodi κατ' ἐπεμβολὴν μονόκωλοι; quid vereris? quid metuis? Eloquentia.) &c. inchoatum membrum nondum perfectum: & deinde ἐπεμβολή: Sunt duo periodi μο-

Prima oratio Ciceronis fuit Quintiana.

Epiſynapſis

δίκωλοι, eadem figura & σχήματι, traiectione. quare? quia eſt idem metus: metuit eloquentiam, verecundiam, gratiam, & metuit propter periculum. In periculis pertimeſcimus, in impudentibus veremur, quia idem eſt metus, quamuis duplex eſt finis, in vno opinionis impudētiæ: in altero periculi: vtitur eiuſdē figurę periodis: has periodos igitur ego cōiungo: μονόκωλος duplicata vno in loco poſita: Nam illa duo etiam verbis diſtincta ſunt, Eloquentia, &c. ſed tamen ſpiritu poſſunt continuari, nec dubito eſſe continuata à Cicerone. Poſt illud quarto loco τρίκωλος ἰσοσκελής, vt ſuperior, eſt ſimile primo, id eſt, membrorum numero & figura ἰσοσκελία, difficilis eſt collocatio. Membrum breue eſt poſitum in medio, & ibi poſtremo loco erat membrum breue poſitum. Ita quarta σύνθεσις & σύνθηκη, compoſitio. Quinto loco membrum vnum: vt primum, exceptum eſt duob. membris, ſic quartū hoc vno membro. Verùm ita ſe habet.) Poſt membrum μονόκωλοι κατ᾽ ὑπερβατόν. Comparer.) Vna periodus. Qui neque vſu.) ἐπεμβολὴ verborum. Cum patrono.) perfectio inchoati membri. P. Quintius.) poſt perſonam ἐπεμβολή. Hæc pars ſexta habet duas μονοκώλους ὑπερβάτῳ, & ſectione membrorum, vt videatur eſſe tertiæ parti ſimilis: ſed iſta μονοκωλία differt à tertio inciſis, διαιρέσει, ἐπεμβολὴ habet diuiſionem. Cui tenues.) vnum. Copiæ.) tertiū. Ergo iſtud ſextum differt à tertio. quomodo? enumeratione, numero rerum, iſtæ ſunt copioſiores. Ergo hactenus ſex varietates periodorum. Prima σύνθεσις eſt τρικωλία: ſecunda duo cola habet. tertia duo μονόκωλα. quarta τρίκωλον. quinta membrum vnum. ſexta δίκωλα numeroſiores. Ergo nihil ſimile eſt, omnia inter ſe differunt. Hactenus enumerauit Cicero duo incommoda obſtantia, Eloquentiam, & gratiam: iam addit tertium incommodum: in ſeptima ſcilicet compoſitione, quæ eſt περίοδος. Sequitur σύστημα & compages nouem membrorum. Illud quoque.) vnum: ſed nondum ſententia perfecta Quod.) Homo.) 3. Verſatus.) 4. Abeſt.) 5. Impeditus.) aliud. Eſt commaticum. Cætera) 8. Cognoſcere.) eſt ambitus nouem membrorum. Hæc eſt compoſitio inſtituta vt ſaltatio. Primò paruus eſt curſus, deinde quàm poſſunt longiſſimè ſaltant: Erraui ſunt decem membra. περιβολικῶς facta eſt periodus. περιβολὴ eſt continuata & numeroſa dicen figura cum in vna re multa ſunt continuanda, & comme-

Peribole.

moranda,neceſſe eſt,vno quaſi verborum curſu vt percurramus. Et eſt hoc genus fortiorum laterum, quia ſpiritus producitur, & vox tandem deficit.niſi inueniatur remedium,quid igitur facit Orator?reficit ſpiritum, venit primum ad minutā orationem, excipit illam ambitu decem membrorum, δικωλία. Iam tres periodi ἀποδεικτικαί: Prima eſt concluſio & propoſitio ſimul. Id.) prima eſt ὀνομαστική. Eſtque propoſitio argumentationis,igitur ἀποδεικτική. Altera periodus rationis. Nam quo,&c. altera habet ὑπέρβα-ον. Iam ſequitur nono loco concluſio,quæ eſt facta ex duabus quæſtionibus:prima eſt trium, altera duorum membrorum. Habetis duos inter ſe contrarios motus,pulchra eſt tractatio:primum dirigit orationem ad lætitiam. Libro tertio Rhetoricorum habetis figuram, quæ dicitur Hilaritas,cum oratur dirigitur ad ſpem. Secunda periodus ad deſperationem dirigitur. Tertia coniungit vtrunque,Vnus affectus ſeorſim poſitus , & alter deinde,coniunctim vterque. Quæ quo plura.) Membrum vnum. Adeſt.) ſecudū. Oportebit.)prima periodus,ſequitur lætitia:Vt multis incommodis,&c. Poſtremum verbum oſtendit metum. Recreabit.)eſt hilaritatis & lætitiæ,ta,te,ta,tur, eſt orario ſuauis,vt etiam numerus ſit adaptatus lætitiæ. Iam mœror. Quòd ſi tu iudex &c. Contra vim.)poteſt fieri interſpiratio oratoris,eſt πνεῦμα. quid? Profectò nihil tam ſanctum atque ſyncerum,&c.breue πνεῦμα. Iam vtrunque coniungit. Certè aut apud te,&c id eſt, habebimus exitum lætum huius iudicij. Poterit.)eſt τρίκωλος, duabus periodis tractauit lætum motum, πνεύματι iuſtiore:quod 12. membris dilatauit,tribus membris perſtringit.

Ex his apparet quomodo μετασχηματισμὸς ab oratoribus inſtituatur, & quomodo à nobis inſtitui debeat, cum idem facere volumus : ſiue in veris cauſsis, ſiue in li exercitatione, vt non vnus ſit orationis, neque cur- m,neque habitus,differens membrorum numero & modo,& conuerſionum varietate, longitudine, connexione,diſiunctione, celeritate, & mora. Ac niſi prolixum eſſet,huius fortaſſe doctrinæ eſſet demonſtrare,quomodo hæc ratio in cæteris orationis partibus & locis etiam debeat accōmodari. Sed quia prolixū id eſt oſtendere, ad alteram partem METAPLASMI transeamus, quam μεταποίησιν appellauimus, cum ad aliorum ſcripta, hāc immutandi & transformādi rationem applicamus. Sed hoc diximus inter bonum & malum intereſſe ſiue oratorem ſiue ſcriptorem, quod in malo ſemper aliquid efficitur melius transfigurando: In bono nihil melius: quanq; Cicero in Oratore in L. Craſſo effecit aliquid melius, in quo libro his verbis vtitur. Ex hoc genere illud eſt Craſſi: miſſos faciant patronos, ipſi prodeant: niſi interuallo dixiſſet, ipſi prodeant ſenſiſſet profectò effugiſſe ſenarium. Omnino melius caderet: prodeant ipſi. Ergo in hoc exem plo Cicero aliquid melius in optimo oratore: ſed tamē e bono aliquid melius, nō autem ex malo. At in illo in eiuſdem Craſſi exemplo, effecit aliquid de induſtria Cice deterius. Patris dictum ſapiens temeritas filij compro uit: hoc dichoræo, tantus clamor concionis, excitatus vt admirabile eſſet. Quæro núm ne id numerus effecerit verborum immuta ordinem: fac ſic, Comprobauit filij meritas, iā nihil erit. Ex hoc intelligitur Ciceronis exe plo fuiſſe etiam Romanis vſitatum μεταποιῆσαι, h eſt, aliter facere id quod factum eſt, etiam in alieno ſ pto. Hoc igitur inter doctum & indoctum interſit: q indocti oratio, ſit immutatione melior: vel potius ex la & vitioſa, ſit bona & probata oratio: Eruditi verò ue numerus ſiue compoſitio in ambitum non melior f ſolet: non quod ille imperitus aliquando non bene, quod non aliquando bonus dormitet Homerus, Orat bonus: ſed quod dormitet rariſſimè: ille verò rudis ſ ſemper dormitat: Quomodo igitur facienda ſit hæc

mutati

Immutatio nes periodo rum Ciceronis.

Aliquando etiā bonus dormitat Orator.

mutatio & cōformatio, noua verborum in ambitu Her mogenes conatur oſtēdere, qui illam Demoſthenis ponit mprehenſionem, quæ variè poſſit commutari. Eſt au- m quatuor membrorum. ἐν μὲν γὰρ τῷ γράψαι μηδένα ἀτελῆ τοὺς ἔχοντας ἀφείλετο τὴν ἀτέλειαν: ἐν δὲ τῷ ροσγράψαι, μηδὲ τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι δοῦναι ἡμῖν, τὸ δοῦναι μᾶς ἐξεῖναι. *Nam primo loco hoc modo immutat tran- ſitis extremis atq; reuerſionibus.* ἐν μὲν γὰρ τῷ προσ- γράψαι μηδὲ τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι δοῦναι ὑμᾶς ἀφείλετο: ἐν τῷ γράψαι μηδένα εἶναι ἀτελῆ τὴν ἀτέλειαν τοὺς ἔχον- *as. Et & quanquam Hermogenes arbitratur iſta poſſe ſq; moleſtia,* ἀλύπως, *vt ipſe vocat, immutari: tamen go non video, quî fieri poſſit, vt qui primum audierit, ontentus ſit iſto altero.*

SCHOLAE.

Ex illis vndecim Conuerſionibus ſententiarum in O- tione pro P. Quintio poteſtis animaduertere cuiuſmodi t μετασχηματισμὸς apud oratores, id eſt, transformatio ſiue anſfiguratio atque varietas membrorum, inciſorum, & riodorum. Nam cum fuerint vndecim à nobis poſitæ omprehenſiones, ita tamen inter ſe differebant, vt nulla teri eſſet ſimilis, ſed eſſe differētiam, vel in collocatione, l longitudine, vel numeroſitate & ſimplicitate, vel conti- uatione, vel in diſiunctione, & interſpiratione, motu & in ruallis, vt fecit in priore parte exordij Quintiani, & in to oratione ferè. Idem faciendum eſt nobis in exercitatio- e, vt illud ipſum aſſequamur, vt oratio vbiq; ſit varia, ſem r noua forma ſentētiæ prodeat: qđ tametſi videatur diffi le eſſe facultate ad conſequendū: tn̄ ſi præcedat L. Craſſi mendatio & ſcriptio, & μελέτη, facile poſſumus facere, vt iquā facultatē in his reb. aſſequamur. Sed quia μετάπλα vel μεταπλασμὸν, diuiſimus in duas, vt ita dicā, ſpecies, σχηματισμὸν & μεταποίησιν: & diximus μετασχηματισ- eſſe vſus, & variarū cauſarū, & ſeriarū actionū, & de ea ſa diximus. Reliquū eſt, περὶ τῆς μεταποιήσεως, quæ eſt trāſ guratio ſcripti alieni aut noſtri, exercitationis cau- inſtituta: Eſt enim iſtud ἔργον ῥητορικὸν σχολαστικὸν: o vti debemus in literis, Bibliothecis & Muſæis.

Oratio ſit varia.

μεταποίη-σις quid.

Illa inſtituitur vel in bono oratore, vel in malo & vitioſo:
In bono vtiliter priore loco: Nam cum mutamus aliquid
facto apparet quod fit deterius. Et hoc eſt diſcrimen inter
doctũ & indoctũ, quòd doctus videt eſſe aliqd numeroſum
& profluens, tametſi transfigurationem non audit. Indoctus
non poteſt animaduertere, niſi transfiguratione facta.
Igitur priore loco in bono vtiliter, vel in malo & poſteriore
loco: poſſumus etiam adhibere in noſtris ſcriptis, ſi inuenimus
in transfiguratione aliquid melius. Iſta conſuetudo
fuit & apud Romanos, vt apparet in Cicerone: qui in L.
Craſſo ex bono fecit melius, ex bona ἀναπαύσει fecit meliorem.
Interuallo) interſpiratione. Patronos.) ipſi prodeant:
dixit poſt interuallum. Pronuncia abſque interuallo, & facies
Senarium Iambicum. Senſiſſet.) poſt pronunciationẽ.
Effeciſſet.) clàm eo, ſe imprudenter effudiſſe ſenarium. Periodi
igitur ſunt partiendæ pronunciatione: nam membra
ſunt æſtimanda vt pronunciantur ab oratore, quod ſupra
etiam dixi. Omnino melius.) melior eſſet ἀνάπαυσις. Eſt
μεταποίησις. Ipſi.) deſijſſet in Moloſſum: fecit melius, quomodo?
ex compoſitione bona, hoc eſt, ex numero molliori,
fecit fortiorem. Craſſi erat Iambus, Cicero fecit robuſtius,
quia nolebat digladiare, ſed ſeriò agere: deſinit in Moloſſo
cane, excepturus morſus aduerſariorum. Addidit aliud
exemplum, vbi fecit ex bono dererius. Patris dictum ſapiens,
temeritas filij conturbauit.) verba Craſſi, dichoræus.
Fac ſic.) id eſt, μεταποιεῖ μεταποιήσει, reſpiciunt verbum
Græcum: fac aliter. Nihil erit.) id eſt, inutiliter cade
numerus te offendet. Ita ex bono poteſt fieri melius: ſed
rius, plerunque fiunt deteriora. In ſcripto docti homi
poſſumus aliquando, ex bono facere melius, & tum d
citur dormitare Homerus, qui nuſquam malus eſt, ſed d
citur dormitare, quia cum aliquid benè dicat, tamen interdum
poteſt dici aliquid melius, & ita Orator conten
bono non querit melius: Sed indoctus eſt contentus
malo: nuſquam apud bonum oratorem inuenies aliqu
malum, apud malum plerunque facies multa meliora. Exempla
ſunt odioſa, alioqui ego facerem. nam qui non
exercitatus, neceſſe eſt eum labi, quamuis bona natur
præditus. Apud Ciceronem apparet, quòd eius ratio
non fuerit ignarus. Apud Hermogenem de periodis co
uertit vnam periodum Demoſthenis ter, id eſt, oſtend
quatu

Periodi pronũciatione æſtimandæ.

Ex bono melius & deterius.

Dormitat Homerus.

quatuor nouas formas, & ἀλύπως abſq; moleſtia: non quòd melius aliquid fecit: ſed quia commutatio fuit non moleſta: Cicero autem laborioſum & alicuius iudicij dicit: Hermogenes dicit non eſſe faſtidioſos & non offendere. ἄλυπος eſt. ἐν μὲν, &c. mẽbrum primum. ἀτέλειαν.) ſecundum. ἐξεῖν.) tertium. ἐξεῖναι.) quartum Ita à Demoſthene eſt poſitus, quo χηματισμῷ non poteſt fieri melior, ſed immutari poteſt abſque magna offenſione. ἐν μὲν γαρ.) extrema duo præponit, ſecundam propoſitionem & ſecundam redditionem. Ego non video, poſtquã audiui iſtam periodum Demoſthenis: ego in altera hic requiro verbum ἀφείλετο Sed tamen Hermogenes dicit eſſe ἄλυπον. Addamus duas reliquas.

Deinde immutat coniunctione propoſitionum atque reuerſionum, ἐν μὲν γὰρ τῷ χςάψαι, μηδένα εἶναι ἀτελῆ, καὶ ἐν τῷ προσγράψαι μηδὲ τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι δοῦναι. *Hactenus propoſitiones, ſequuntur reuerſiones.* καὶ τοὺς ἔχοντας ἀφείλετο τὴν ἀτέλειαν: καὶ ὑμᾶς τὸ δοῦναι ὑμῖν ἐξεῖναι. *Fero iſtud quidem abſque moleſtia, vt ſentit Hermogenes, ſed primum amplectitur tamen maiore aurium voluptate. Tertia transfiguratio fit, cum ex reuerſionibus, fiunt propoſitiones: in hoc exemplo hoc pacto* καὶ τοὺς ἔχοντας ἀφείλετο τὴν ἀτέλειαν: καὶ ἡμᾶς τὸ δοῦναι ὑμῖν ἐξεῖναι, *Sequuntur propoſitiones.* ἐν τῷ γράψαι μηδένα εἶναι ἀτελῆ: καὶ ἐν τῷ προσγράψαι, μηδὲ τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι δοῦναι. *Quatuor igitur formas ſiue figuras vnus hic ambitus recepit: quarum prima Demoſthenis cæteris anteponenda eſt, ſed tamen illæ exercitationis cauſa, non reijciendæ. Eſt etiam in hac præceptione transfigurandi* χιασμὸς, *quæ eſt partium in periodo quaſi decuſſatio, vt Hermogenes in illa Demoſthenis fecit,* ὅσῳ μὲν γὰρ φίλιππος πλείονα ὑπὲρ τὴν ἀξίαν πεποίηκε τὴν ἑαυτοῦ, τοσούτῳ θαυμασότερος παρὰ πᾶσιν νομίζεται, φαίνεται ὅ-

χιασμός.

σῳ δὲ ὑμεῖς χεῖρον, ἢ προσῆκε κέχρησθαι τοῖς πράγμασι, τοσούτῳ πλείονα αἰσχύνην ὠφλήκατε. In hoc enim genere vtraque reuerſio, vtrique propoſitioni poteſt reſpondere, eoq; inter ſe partes tranſponi poſſunt, & veluti decuſſari. Primum enim propoſitio prior, cum poſteriore reuerſione coniungatur. Aut contra ipſa reuerſio, propoſitioni præponitur priori, hoc pacto. ὅσω γὰρ φίλιππος πλείονα ὑπὲρ τὴν ἀξίαν πεποίηκε τὴν ἑαυτοῦ: τοσούτῳ πλείονα ὠφλείκατε αἰσχύνην, Vel contra. τοσούτῳ πλείονα αἰσχύνην ὠφλείκατε, ὅσῳ φίλιππος πλείονα ὑπὲρ τὴν ἀξίαν πεποίηκε τὴν αὐτὴν. Hic igitur vnus eſt modus decuſſandi duplex. Alter eodem modo duplex, in quo poſterior propoſitio priori reuerſioni coniungitur. Aut contra, prior reuerſio poſteriori antepenitur, Hoc modo: ὅσῳ γὰρ ὑμεῖς χεῖρον ἢ προσῆκε κέχρησθε τοῖς πράγμασι: τοσούτῳ θαυμασότερος παρὰ πᾶσι φαίνεται. Vel contra: τοσούτῳ θαυμασότερος παρὰ πᾶσι φαίνεται: ὅσῳ ὑμεῖς χεῖρον κέχρησθε τοῖς πράγμασι. Eſt etiam huiuſmodi apu Ciceronem in quarta Verrina: quæ eodem modo quat poteſt decuſſari. eſt autem illa: Qua gratia, ne quid ti prodeſſe poßit. ego mea diligentia effeci: vt etiam obeſ debeat: tu tua ſapientia curaſti, &c. Nam primo mo dupliciter fit commutatio. aut enim hoc pacto: Qua gr tia ne quid tibi prodeſſe poßit: tu, tua ſapientia cur Aut illo pacto: Tu tua ſapientia curaſti, vt ne hac gra tibi prodeſſe poßit. Altero modo etiam dupliciter. Na vel hoc pacto: Vt etiam obeſſe debeat, ego mea diligen effeci. Vel ſic: Ego mea diligentia effeci, vt etiam ob debeat. Quoties duarum rerum, etiam contrariar aut differentium eædem ſunt cauſſæ conficientes, to ties poſſumus hoc genus χιασμοῦ vſurpare, & hoc peri genus conficere.

Dixim

SCHOLAE.

Decuſſatio periodorũ.

Diximus μεταποίησιν pertinere ad officinas & ſcholas Rhetorum, & eſſe exercitationis: Vt μετασχηματισμὸς eſt vſus, afferendus in iudicium, vel ſenatum, vel populum, ab oratore vel ſcriptore. μεταποίησιν verò inſtitui in ſcholis Rhetorum: & fieri in μονοκώλοις, δικώλοις, τρικώλοις, & τετρακώλοις. Ipſe autem Hermogenes oſtendit quomodo ſit facienda in τετρακώλοις, qui enim in quatuor membris poteſt conficere, poteſt etiam in alijs tribus generibus: qui poteſt transformare τετράκωλον, poteſt etiam alias. Nam omnes iſti numeri, vnum, duo, tria, continentur in quatuor. Exemplum proximum quadripartitam habuit configurationem abſque χιασμοῦ. Eſt etiam quædam ratio transfigurationis, quæ dicitur χιασμὸς: id eſt, Decuſſatio, forma crucis Sancti Andreæ: Crux Burgũdiaca habet χιασμὸν, Vt in oppoſitionibus Dialecticis contradictoriæ opponuntur: Omnis homo animal: Quidã homo animal: Nullus homo animal: Quidam homo animal. χιασμὸς dicitur, quia habet formã literæ χ. vt agricolarum, qui decuſſant puluinos. φαίνεται)



Methodus inueniendi χιασμόν.

Prima propoſitio, & prima redditio: duplex propoſitio & redditio. Ambitus q̨ poſſunt ſemel χιάσασθαι, poſſunt etiã quater χιάσασθαι. Obſeruaui χιασμὸν vnum in Piſonem, ſed non potui hodie reperire: Et in quarta Verrina quem inueni: Quæ gratia, &c. Vbicunque videtis duarum rerum contrariarum aut differentium eſſe cauſas conficientes, poteſt eſſe decuſſatio: Philippi diligentia eſt dedecus Athenienſium: Gloria Athenienſium eſt dedecus Philippi: hæc eſt methodus inueniendi χιασμὸν: vbi hoc videtis, eſſe cauſas conficientes rerum contrariarum eaſdem: ibi videte num poſſitis demonſtrare.

Non autem omnis τετράκωλος decuſſari poteſt, etiamſi tranſponi poſſint partes: quemadmodum apparuit ex illo exemplo, quod ex oratione contra Leptinem adduximus: & quemadmodum etiam apparet ex illa Ci σῳ δὲ ὑμεῖς χεῖρον, ἢ προσῆκε κέχρησθαι τοῖς πράγμασι, τοσούτῳ πλείονα αἰσχύνην ὠφλήκατε. *In hoc enim genere vtraque reuerſio, vtrique propoſitioni poteſt reſpondere, eoq́; inter ſe partes tranſponi poſſunt, & veluti decuſſari. Primum enim propoſitio prior, cum poſteriore reuerſione coniungatur. Aut contra ipſa reuerſio, propoſitioni pręponitur priori, hoc pacto.* ὅσῳ γὰρ φίλιππος πλείονα ὑπὲρ τὴν ἀξίαν πεποίηκε τὴν ἑαυτοῦ: τοσούτῳ πλείονα ὠφλείκατε αἰσχύνην, *Vel contra.* τοσούτῳ πλείονα αἰσχύνην ὠφλείκατε, ὅσῳ φίλιππος πλείονα ὑπὲρ τὴν ἀξίαν πεποίηκε τὴν αὐτήν. *Hic igitur vnus eſt modus decuſſandi duplex. Alter eodem modo duplex, in quo poſterior propoſitio priori reuerſioni coniungitur. Aut contra, prior reuerſio poſteriori anteponitur. Hoc modo:* ὅσῳ γὰρ ὑμεῖς χεῖρον ἢ προσῆκε κέχρησθε τοῖς πράγμασι: τοσούτῳ θαυμασότερος παρὰ πᾶσι φαίνεται. *Vel contra:* τοσούτῳ θαυμασότερος παρὰ πᾶσι φαίνεται: ὅσῳ ὑμεῖς χεῖρον κέχρησθε τοῖς πράγμασι. *Eſt etiam huiuſmodi apud Ciceronem in quarta Verrina: quæ eodem modo quate poteſt decuſſari. eſt autem illa: Quæ gratia, ne quid tibi prodeſſe poſsit, ego mea diligentia effeci: vt etiam obeſſe debeat: tu tua ſapientia curaſti, &c. Nam primo modo dupliciter fit commutatio. aut enim hoc pacto: Quæ gratia ne quid tibi prodeſſe poſsit: tu, tua ſapientia curaſti. Aut illo pacto: Tu tua ſapientia curaſti, vt nè hæc grati tibi prodeſſe poſsit. Altero modo etiam dupliciter. Na vel hoc pacto: Vt etiam obeſſe debeat, ego mea diligenti effeci. Vel ſic: Ego mea diligentia effeci, vt etiam obeſ debeat. Quoties duarum rerum, etiam contrariaru aut differentium eædem ſunt cauſſæ conficientes, toties poſſumus hoc genus* χιασμοῦ *vſurpare, & hoc perio genus conficere.*

Dixim

SCHOLAE.

Diximus μεταποίησιν pertinere ad officinas & ſcholas Rhetorum, & eſſe exercitationis; Vt μετασχηματισμὸς eſt vſus, afferendus in iudicium, vel ſenatum, vel populum, ab oratore vel ſcriptore. μεταποίησιν verò inſtitui in ſcholis Rhetorum: & fieri in μονοκώλοις, δικώλοις, τρικώλοις, & τετρακώλοις. Ipſe autem Hermogenes oſtendit quomodo ſit faciendũ in τετρακώλοις, qui enim in quatuor membris poteſt conficere, poteſt etiam in alijs tribus generibus: qui poteſt transformare τετράκωλον, poteſt etiam alias. Nam omnes iſti numeri, vnum, duo, tria, continentur in quatuor. Exemplum proximum quadripartitam habuit configurationem abſque χιασμῷ. Eſt etiam quædam ratio transfigurationis, quæ dicitur χιασμὸς: id eſt, Decuſſatio, forma crucis Sancti Andreæ: Crux Burgũdiaca habet χιασμὸν, Vt in oppoſitionibus Dialecticis contradictoriæ opponuntur: Omnis homo animal: Quidã homo animal: Nullus homo animal: Quidam homo animal. χιασμὸς dicitur, quia habet formã literæ χ. vt agricolarum, qui decuſſant puluinos. φαίνεται)

Decuſſatio periodorũ.

ὅσῳ X τοσούτῳ

aut contra

ὅσῳ τοσούτῳ

Prima propoſitio, & prima redditio: duplex propoſitio & redditio. Ambitus quæ poſſunt ſemel χιάσασθαι, poſſunt etiã quater χιάσασθαι. Obſeruaui χιασμὸν vnum in Piſonem, ſed non potui hodie reperire: Et in quarta Verrina quem inueni: Quæ gratia &c. Vbicunque videtis duarum rerum contrariarum aut differentium eſſe cauſas conficientes, poteſt eſſe decuſſatio: Philippi diligentia eſt dedecus Athenienſium: Gloria Athenienſium eſt dedecus Philippi: hæc eſt methodus inueniendi χιασμὸν: vbi hoc videtis, eſſe cauſas conficientes rerum contrariarum eaſdem: ibi videte num poſſitis demonſtrare.

Methodus inueniendi χιασμόν.

Non autem omnis τετράκωλος decuſſari poteſt, etiamſi tranſponi poſſint partes: quemadmodum apparuit ex illo exemplo, quod ex oratione contra Leptinem adduximus: & quemadmodum etiam apparet ex illa Ci ceronis. Si quantum in agro lociſq́; deſertis audacia poteſt: tantum in foro atque in iudicio impudentia valeret, non minus nunc A. Cæcinna S. Ebutij cederet impudentiæ, quantum in vi facienda ceſsit audacia. Hæc enim ſæpius poteſt commutari, non tamen ſemel decuſſari. Sed eſt etiam reliquis periodorum adhibenda μεταποίησις, transſiguratio hæc Rhetorica, vt in τρικώλῳ, cum apud Ciceronem illa periodus ſit: Quæ res in ciuitate duæ plurimum poſſunt, hæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore: Summa gratia & eloquentia. Membrum tertium, quod diximus eſſe paruum & impar, duobus paribus hîc in fine locatum, poteſt poni in medio, vt: Quæ res in ciuitate duæ plurimum poſſunt: Summa gratia & eloquentia: hæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore. Aut illo modo: Contra nos res duæ faciunt in hoc tempore, Summa gratia & eloquentia: quæ res in ciuitate ambæ plurimum poſsunt. Et in hoc genere animaduertendum eſt, quòd aliquando fit tranſpoſitio, vt non opus ſit verbum aliquod immutare: ſæpe tamen neceſsitas cogit, vt verba commutentur, vt in priori commutatione huius periodi, eadem remanſerunt verba, in poſteriore verò neceſſaria fuit commutatio, vt Latinis ſatisfieret auribus, & numerus eſſet plenior. Sed non ſolùm tranſpoſitione fit commutatio, manente eodem ambitu, ſed etiam ſeparatione, & diſtinctione partium, partis alicuius aut plurium, à periodo facta, vt: Quæ res in ciuitate duæ plurimum poſsunt, hæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore. Sunt autem iudices hæ: Summa gratia ſummaq́; eloquentia. In periodis duorum membrorum, vnus ſolùm eſt commutandi modus. Vt: Quantum in foro, impudentia poteſt: tantum in *agro locisq; deſertis audacia: Aut contra: quantum in agro locisq́; deſertis audacia poteſt: tantum in foro atq; in iudicio impudentia valet.*

Dixi omnem τετράκωλον poſſe μεταποιήσεσθαι, non autem poſſe χιάσασθαι. Hoc oſtendit Hermogenes vno exemplo, ex oratione contra Leptinem. ἐν μὲν γὰρ τῷ γράψαι, &c. Dixi enim habere quadruplicem abſque decuſſatione commutationem. Ita periodus illa: Quæ gratia, &c. Cum poſſit decuſſari, tamen illa æquè pulchra periodus non poteſt decuſſari. Si quantum in agro, &c. Poteſt mutari, ſed non decuſſari. μεταποίησις ſit, non χιασμὸς. Non minus audacia. Vel quantum in, &c. poteſt μετατίθεσθαι, non decuſſari. Duo ſunt neceſſaria in χιασμῷ. Primum vt fiat decuſſata tranſpoſitio. Deinde vt maneat eadem vis ſententiarũ: id quod non poteſt fieri niſi contrariarum rerũ ſint eędem cauſæ efficientes. Hermogenes tantum oſtendit hanc rationem in τετρακωλίᾳ: quare? quia in alijs eſt facilis ratio: vt in illo. Quæ res, &c. vel rettò commeat, vel medium in primo loco ponitur. Minus membrum ponitur primo, medio & poſtremo loco. Cicero retinuit eam, quæ eſt in oratione, & quod non ſolùm horrebat, ſed pertimeſcebat, illud poſuit in fine, verba ſignificantiſſima & pleniſſima.

SCHOLAE.

Neceſſaria in χιασμοῦ.

DE COLLOCATIONE ORATORIA.

CARVT IIII.

REſtant igitur reliquæ partes tres ex octo: quæ in omni dicendi genere ſpectandæ ſunt: quarum prima eſt Collocatio Oratoria, quam Græci σύνθεσιν vocant. Ea eſt verborum compoſitio rebus dicendi generibus, auribusq́; eorum, qui audiunt apta atq; conueniens. Et Hermogenes quidem, tum clauſulam, quam Græci ἀνάπαυσιν vocant, tum ῥυθμὸν, hoc eſt numerum

ἀνάπαυσις.

ῥυθμός.

ab hac collocatione ſeparat, tanquam tres formas ſiue partes ſub vno genere, aut toto vno comprehenſas. Nos verò dicendi cauſa aliter hoc verbo vtemur, & numerum atque clauſulam in cæteris collocationis partibus, ſiue præceptis, comprehendemus. Omnis igitur oratio, aut iuncta eſt accuratè: quæ compoſitio à Græcis & ἀκριβὴς & ἐπιμελὴς dicitur: aut ſoluta liberius, quæ ab yſdem λογόδης dicitur, συνθήκη. Itaque prioris generis virtus eſt quæ ἐπιμέλεια dicitur & ἀκρίβεια: ſiue τὸ ἐπιμελὲς καὶ τὸ ἀκριβὲς τῆς συνθήκης. quod cum floridum vehementer eſt, κεκαλλωπισμένον nominatur. Alterius verò laus eſt ἀπλότης, quæ etiam alio nomine dicitur καθαρότης: propterea quòd minimè ſit arte fucata, ſed natiua ſit, vt ſermonis quotidiani, ex quo nomen habet, vt λογοδεστέρα nuncupetur, aptior ſcilicet λόγοις, hoc eſt ſermonibus. Ac mea quidem ſententia non ſolum, aut poetæ, aut oratores probati, ſiue etiam ſcriptores laudati, nullius neglecta eſt, atque abiecta collocatio: cum hæc inter ſe & ſpecie omnes differunt, Sic enim Platonis Socratici ſermones numeroſè ſeruntur ac fluunt: quod genus ſcripti, quod quidem immortale eſſe debeat, poteſt carere collocatione: & epiſtolæ Græcorum, vt Demoſthenis, Platonis, Baſilij, Chryſoſtomi, Gregorij Libanij, oſtendunt etiam hoc genus ſermonis, non debere liberum eſſe & ſolutũ ab omni cura. Neſcio equidem an Ciceronis illæ epiſtolæ familiariter ſcriptæ, minus curæ habeant & ſtudij, quam orationes aliquot eius in locis quamplurimis. Nec Catonis quidem liber de Agricultura, Si non artificioſa, tamen diligenti collocatione non carent: id ſi quis non credit, diſſoluat, et quod compoſitum apud eum eſt, perturbet: ſentiet quod nos dicimus, id eſſe veriſſimum.

mum Ergo de hac præcepta, & ab alijs tradita, vt à Cicerone, Hermogene, Quintiliano, Halicarnaſſæo, Demetrio, & quædam à nobis etiam obſeruata, hoc in loco colligentur, noſtro arbitratu tamen, pro hoc inſtituto, noſtriſq; exercitationibus. Et principiò placet illa partitio trium membrorum, quòd in omni (collocatione) compoſitione trib. opus eſt: Ordine, Iunctura, Numero, hoc eſt, τάξει, συνθέσει, ῥυθμῷ. In quibus ordo eſt graduum, & quaſi locorum: Iunctura conſecutionis, quæ eſt verborum: Numerus verò ſoni, vociſq; & ſpaciorum, qui in ſyllabis ſentitur, ſeu ſpectatur mora aut celeritate. In ordine verò primum verborum conſideranda eſt poteſtas. quæ eſt tripartita. Nam & ſignificantia ſunt verba, & ſonantia, & plena, hoc eſt, ἄσημα, & ἄφωνα, & πληρῆ.

SCHOLAE.

Non opus eſt, vt opinor, repetere quod ſæpe dictum eſt, in omni figura ſpectanda eſſe octo: Membra, ſententiã, ſententiarum ornamenta, verba, verborum ornamenta & mẽbra, & συνθήκην, & clauſulam, & ῥυθμὸν.i. numerum. Sæpe enim dictum eſt & repetitum: Hactenus itaque abſoluimus quinque partes. Tradidimus præcepta ſententiarum, ornamentorum ſententiarum, verborum genera, & verborum ornamenta, id eſt, σχήματα: quinto loco membrorum oſtendimus varietatem, Pars numero ſexta eſt συνθήκη, id eſt, cõpoſitio. Vtuntur autem ſcriptores vtraque inflexione, vocant σύνθεσιν & συνθήκην. Hermogenes ſeparat iſta, τὴν συνθήκην, ἀνάπαυσιν & ῥυθμόν: ſed magis Rhetoricè quàm Dialecticè: magis vt ſuo inſtituto explicet ipſum Demoſthenem, quàm vt verborum ſequatur neceſſitatem, & regulã Dialecticorum. Ego vſurpo generalius quàm Hermogenes, & ſub συνθήκη comprehendo omnia, quæ ſunt in compoſitione conſideranda, & ex quibus ipſa conſtituitur. Igitur ad hæc præcepta reuocabimus quædam ſuperius tradita, & quædam σχήματα: quædam ornamenta verborum, de periodis, de varietate membrorum & inciſorum. & ſub συνθήκῃ complectemur etiam Numerum & Clauſulam. Non

Summa omnium.

Compoſitio.

Numerus, Clauſula.

enim ſolùm debemus eſſe diligentes compoſitores in fine, ſed etiam in tota periodo: Ergo vtor generaliter & συνθηκῶς hoc vocabulo, quòd ſub ſe contineat multa præcepta. Dico autem eſſe verborum compoſitionem. Cicero etiam vocat collocationem: Quintilianus compoſitionem. συνθήκη igitur eſt verborum collocatio: verborum eſt præcipuè, conueniens rebus, id eſt, ſententijs, & generibus dicendi, & auribus. Nam tria ſunt ſpectanda in compoſitione, vt conueniat rebus ipſis: ſint res, quæ proprium quoddam genus requirant collocationis, peculiarem aliquem ſonum: quod demonſtrandū erit exemplis: res magnæ vt ſunt, ita verba genus dicendi requirunt. Sic alia eſt compoſitio in perſpicuitate, alia in aſperitate: alia in vehementia, alia in σεμνότητι grauitate: alia in ἤθει, alia in γλυκύτητι, alia in cæteris. Ergò ſecundo loco dicitur orator conſiderare dicendi genus. Primo loco debet ſatisfacere auribus audientium, quid auribus placeat aliorum, debemus æſtimare noſtris auribus: quando aliquid aſperum eſt, quod aures radat cum moleſtia: non debemus ſtylum deponere. Et quando aures non ſunt plenæ: non eſt ſatisfactum auditoribus, & immortalitati. Victurus geniū debet habere liber: Iſte genius debet implere aures. Definitio autem, vt relatiua debent definiri, aliquando per eadem: Collocatio eſt rebus apta, & dicendi generibus, & auribus qui leguntaut audiunt: Non igitur vtor, vt Hermogenes, qui illa diſiungit: ex illis tribus facio vnum genus, & compoſitioni ſubijcio duo. Hoc videtur Cicero feciſſe, & Quintilianus. Græci ſunt minus Dialectici, non aſtringunt ſe ad regulam Dialecticorum, ſed pro ingenij commoditate faciunt. Omnis συνθήκη, aut eſt ἐπιμελής, aut λογόδης. Non omnis compoſitio eſt ἐπιμελὴς & ἀμελής. Iſta diuiſio eſt compoſitionis non bonæ: ſed omnis bona & oratoris, & ſcriptoris compoſitio eſt ἐπιμελής, diligenter adhibita: aut λογόδης, quod eſt minus accurata, accommodata ſermonibus: id eſt: Omnis compoſitio, aut valdè eſt accurata, aut habet aliquam remiſſionem: Si dico, aut eſt ἐπιμελής, aut ἀμελής, eſt mala diuiſio. Sed omnis compoſitio habet aliquid ſingulare: aut accommodatum quotidiano ſermoni. Compoſitio ἐπιμελὴς & exacta, eſt accurata apud Ciceronem: & eſt ſecundum præcepta: quæ habet curam & meditationem. λογόδης eſt, in qua eſt liberius ſtudium, minus anxium, conueniens ſcilicet ſermonibus, vt non

1. Tria in compoſitione.

2.

Græci minus Dialectici.

Diuiſio συνθήκης.

Diuiſio mala.

Bona.

Accurata.

λογόδης.

non videatur ars : diligentia non extet : ſed tamen efficiat λόγον, id eſt, ſermonem purum & elegantem : Ergo prioris generis verbum eſt ἀκρίβεια, accuratio & diligentia. λογόδης in qua apparet ſpecies λόγου, id eſt, ſermonis, ſcilicet boni. non enim ἀπὸ τοῦ λέγειν tantum ſed ἀπὸ λόγου, id eſt, à ratione dicitur. Igitur alterius huius eſt λόγος, id eſt, certa ratio conueniens humilitati rei. Ergo iſta differunt tantum cura: Cura perfecta, cura remiſſa : differunt, vt pulchrum quod extat, & pulchrum occultatum, vt veſtitus mundus & ornatus: vtrunque genus veſtitus decet hominem, ſcilicet, ſanus & elegans, & conueniens nuptijs: ita iſta duo: Sed cùm diligentia eſt adhibita ad pompam, dicitur κεκαλλωπισμένον; compoſitio, quæ habet cincinnos, calamiſtros, καλλοπισμὸν, vt facies non tantum ſana, ſed venuſta ſit. Quantũ ad ſcriptores: Nullus ſcriptor bonus habet orationem incompoſitam, diſſolutam, & collocatione perturbatam: nullus eſt cuius non ſit benè collocata oratio, qui quidem ſit probatus. Sed veterum aliqui non habuerunt de hac re præcepta, & tantum aſſecuti ſunt, quantum natura potuerunt, vt qui ante Thucydidem ſcripſerunt, & puto Thucydidem plus præſtitiſſe natura quàm arte. Quantum igitur ad veteres: Vetuſti & primi habent diligentem compoſitionem: diligentia aſſecuti ſunt, vt oratio eorum ſit εὔθετος : Cuiuſmodi eſt oratio Catonis in libro de re Ruſtica, accipite exordium, præcepta Villici: & patris familiàs, enumerationem ſuppellectilis: tranſponite aut auferte aliquid, videbitis ſemper aliquid deterius fieri. Apud Catonem igitur & Thucydidem eſt diligens compoſitio, nam bona natura præditi diligentes fuerunt. Poſt illos ſecuti ſunt alij, apud quos compoſitio non ſolum habet ἐπιμέλειαν ſed ἀκρίβειαν; eſt τεχνικὴ συνθήκη: cuiuſmodi compoſitio eſt Iſocratis, qui numerum inuenit Oratorium : cuiuſmodi libri Ciceronis, vt apparet ex tertio de Oratore, & in Bruto, ibi oſtendit Cicero quòd diligens fuerit. Sunt igitur illa duo genera: Vnum priorum ἐπιμελὲς: Secundum poſteriorum, τεχνικὸν, quod eſt ebſolutum natura & arte. Alij diligentia & natura ſcripſerunt, hi addiderunt artem. Nos agemus de poſteriore, quomodo collocatio poſſit fieri non ſolum diligenter ſed etiam artificiosè.

Scriptores veterum probati.

De Thucydide iudicium.

Cato.

Iſocrates.

Significantia.

Significantia verò ſunt, quæ rerum ſunt magnarum, ſiue bona hæ res ſint, & expetendæ, ſiue mala atque fugiendæ. Sonantia ſunt numeroſa, aureſq; implentia. Ergo illa priora, animo debent ſatiſfacere, hæc poſteriora audienti ſenſui placere. Plena ſunt, quæ vtrunque aut delectant, aut perueniunt intelligenter ad ſenſum animumq; eorum qui audiunt. Hæc cuiuſmodi ſint, cum de verborum generibus ageremus explicauimus: & apparent in oratorum exemplis. Huius igitur loci illa norma & regula tenenda eſt in verbis collocandis, ne in augendo maiora minoribus anteponantur: in minuendo ne hæc illis. Itaque rectè iſta progrediuntur, & exurgunt. ciuem Romanum vincire, verberare, in crucem tollere. Et illa: Facinus, ſcelus, parricidium. Item, Fauces, latera, gladiatoria totius corporis firmitas. Ergò ſecundum præcepta Cicero hac vſus eſt collocatione. Tu iſtis faucibus, iſtis lateribus, iſta gladiatoria corporis firmitate: Immuta iſta: Gladiatoria corpois firmitate, iſtis lateribus, iſtis faucibus: nec ſonus idem eſt, nec eadem ſententiarum vis intelligitur. Ordinis etiam eſt, non generis formis interponere: ſed ea aut primo loco collocare: aut in extremo annectere, quorum alterum diuidentis eſt, alterum rem totam conſtituentis.

Sonatia.

Plena.

SCHOLAE.

Diximus ſuperiore proxima lectione, quam Quintilianus vocat compoſitionem, & Cicero in partitionibus collocationem, eam vocari à Græcis σύνθεσιν, ἀπὸ τοῦ συντίθεσθαι, quæ pertinet ad Oratorem maximè. non eſt enim ſolum inuentionis argumentorum, ſed etiam eſt oratorum: Igitur hoc loco vocamus σύνθεσιν, id eſt, compoſitionem. Diximus præterea tria eſſe genera compoſitionis, quæ retenta ſunt in ſcholis Rhetorum & obſeruata. VNVM, ſcilicet ἐμμελὴς & ἀκριβὴς, id eſt, accuratum: tinctum diligentia, compoſitum, factum ad amuſſim. ALTERVM λογάδες, aptum ſermo-

Tria genera cõpoſitionis.

ſermoni quotidiano, habens ſpeciem orationis diſſolutæ, cum minimè ſit diſſolutum. TERTIVM autem eſt, quod vocatur κεκαλλωπισμένον, floridum, venuſtum, comparatum oſtentationi: cuiuſmodi eſt videre apud Iſocratem, & fuit videre apud Gorgiam & Rhetores Græcos. Cum iſta ſunt tria genera συνθέσεως, 1. Primum adhibetur ab oratore in rebus magnis, in graui genere dicendi, in genere ἀξιωματικῷ, ἐν μεγέθει, λαμπρότητι, σεμνότητι; in rebus ad vitam, ad ſalutem pertinentibus; in rebus lætis, deſcriptionibus vrbium, & fontium: vt in Oratore Ciceronis, vbi dicit numeroſam eſſe compoſitionem, quam adhibuit in deſcriptione Syracuſarum. Secundo genere vtimur ἐν λόγοις, διαλόγοις, in epiſtolis, tradendis artibus & diſciplinis: Cato & Varro illo ſunt vſi. 2. Tertium eſt vmbræ, ocij, pertinens ad vmbracula. 3. Rhetorum, ad ſophiſtas. Tertio loco oſtendimus diſcrimẽ inter veteres ſcriptores & poſteriores. Iudiciũ de veterum ſcriptis. Primam ætatem voco Thucydidis, & qui ante eum fuerunt: quanquam quidam illis nolunt tribuere artem & doctrinam numerorũ: oportet tamen illis tribuere ἐπιμέλειαν, ſed ἄνευ τέχνης: adhibuerunt diligentiam, & bonitatem naturæ, qua fecerunt genus ſimile artificioſo. Credo etiam Gorgiæ orationem magis fuiſſe diligentem, quàm artificioſam. Poſt Iſocratem autem, ortum eſt nouum genus ſcriptorum artificioſum: Thucydid. Demoſth. Thucydides diligens collocator: Demoſthenes artificioſus: & quicunque ſimiles ſunt Thucydidi, ſunt diligentes collocatores: qui Iſocrateam doctrinam ſecuti fuerunt, artificioſi. Hæc ſunt tria genera collocationum. Et hæc differentia inter vetuſtos, & poſteros illorum eſt. Dixímus deinde in omni compoſitione tres res conſiderare oportere, cum quis vult in manus ſtylum accipere. & verba collocare: 1. τάξιν. 2. σύνθεσιν 3. ῥυθμόν. τάξιν Quintilianus vocat ordinem: is ſpectatur locis & gradibus. Verba enim quædam ponenda ſunt primo loco, quædam ſecundo loco, quędam tertio loco. Iunctura autem, id eſt, σύνθεσις, ſpectatur cohærentia & conſecutione verborum, & connexione: & vt ita dicam συνεχείᾳ, continuatione. Iunctura. Quod igitur diſcrimen inter primum & ſecundum? quod inter conſequens & profluens: Numerus eſt ſoni: τάξις eſt loci: σύνθεσις cohærentiæ: ῥυθμὸς moræ & ſpacij in ſyllabis & dictionibus. Numerus. Hinc compoſitiones habent ſua nomina: Vbi ordo eſt, dicitur oratio naturalis, quia prima primo loco ſunt poſita, poſtrema poſtremo: propter σύνθεσιν dicitur oratio profluens, aut hiulca, ſcilicet vocalibus: aut aſpera, aut liquidis conſonantibus mollis. Propter numerum dicitur compoſitio δακτυλική, ſi dactylus regnat: Aut Iambica, ſi idem pes primas partes habet: Aut dichoræa, cum idem excellit: de his poſtea.

Ordo.

Primum igitur conſiderandus Ordo: ordinatè coniungenda, benè, ἀλύπως. vbi conſideranda venit poteſtas verborum, id eſt δύναμις ονοματων καὶ ρηματων; τῶν λέξεων σημανοία hæc igitur conſideratio poteſtatis verborum debet facere collocationem εὔσημον, hoc eſt officium. loci huius finis ſit, vt verba ſint εὔσημα: Verba notent rem ſignificanter & benè: Verba aũt quæ εὔσημα ſunt, debẽt eſſe ſignificãtia, ſonãtia, plena. Significãtia vt ſint, eſt neceſſitatis: debemus ſemper ſcribere ſignificãter. Vt aũt ſonãtia ſint, eſt voluptatis: quãtum diſcrimen eſt inter neceſſitatem & voluptatẽ, tantum eſt inter ſignificantia & ſonantia. Plena quæ vtrunque habent, quæ ſunt perfectæ laudis.

Significantiora an ſonantiora p̄ponenda.

Sceleratum dicere eſt ſignificans verbum: fac ſonantius dic ſceleroſus: Nam, atus, & oſus, implent aures. Ergo prima cura eſt ſignificationis, & poteſtatis: Secunda cura ſoni: tertia plenitudinis, vt ponas plenum in fine. Sed ſi deſit ſonans, & ſignificans ſit melius? Verbum ſignificans ſit vnius ſyllabæ, & ſonans trium: fur eſt ſignificantius quàm ſceleratus, quia ſpecies ſunt ſignificantiores quam genera: Vir malus, eſt valde ſignificans: πονηρὸς ἔστι, κακὸς ἐστί; fac ſignificantiora: deſcende ad ſpecies, latro es: homicida es, generale, parricida eſt ſignificantius. Neceſſitas ſemper præferenda voluptati. Vbi autem etiam locus datur ſono, illa verba ſunt deligẽda: ſignificantia ſatisfaciunt animo: ſonantia auribus, plena vtriq;. primum igitur poteſtas conſideranda.

1. στοιχεῖν, in ordine obſeruādum.

Sequitur REGVLA ſeu στοιχεῖον: In augendo minora maioribus nõ anteponenda: debemus maiora priore loco collocare: Contra in minuendo, minora non poſtponenda maioribus: ſed maiora minoribus. Exempli gratia apud Ciceronem, facinus eſt vincire, &c. Tollere.) eſt bona collocatio, quia minora ſunt poſita poſteriore loco: Vincire non eſt dolorificum, ita vt verberare: Verberatum in crucem tollere eſt æquè maius. Igitur vincire, verberare, necare, in crucem tollere, eſt εὐταξία, quia minores res ſunt priore loco poſitæ. Ita in nominibus eſt facta gradatio, facinus, ſcelus: vtrum numeroſius ſit, facile videtur. Sonantius poſuit priore loco, tres breues

ſylla

ſyllabæ, & duę breues, minutus numerus eſt minus grauis, quàm non diminutus: facinus eſt πρᾶγμα, χῆμα, πραχθὲν, eſt generale, eſt vocabulum medium, præclara facinora, & malum facinus: ſcelus eſt facinus improbum & nefarium, poſtea venit ad ſpeciem: propè parricidium., quod eſt omnium ſcelerum maximum, dicit propè, quia nimis ſignificans, ne ſimus immodeſti: ſunt vitia gentium quarundam, nimis ſignificanter loqui. Cicero oſtenſurus, quantum vini veriſimile fuerit Antonium exhauſiſſe: latera ſunt ampliora quam fauces: deinde accipit totum corpus: ſequitur ἐνταξίαν, id eſt, verborum poteſtatem: vna pillula fauces implet: ſed latera multos cyathos requirunt. Hæc igitur prima eſt regula, minora maioribus non anteponere in amplificando. In minuendo contra. Non tollere in crucem, nou verberare, non vincire, nulla crux ibi fuit, nulla nex, nulla verberatio, imò ne cuſtodia quidem. Secunda regula. Non ſpeciebus genera miſceantur, non debemus dicere, Vir bonus, fortis, prudens: vir fortis ſequitur genus, bonus, eſt collocatio non arrificioſa: Homo ſumma prudētia, eximia virrute, ſumma temperantia præditus: eſt κακοτεχνία, quia commixta genera cum ſpeciebus. Oportet genera præponere vel poſtponere. Omni virtute præditus eſt, prudentia, iuſticia, modeſtia. Item prudentia ſumma, admirabili temperantia, denique omni virtute præditus eſt, eſt συστάσεως: διαιρετικῶς genera primo loco ponuntur, συνθετικῶς poſteriore loco.

2. στοιχεῖον.

Illa verò puerilia, tametſi plerunqne obſcurata, veruntamen puerilia, ſi pro perpetuis habentur: vt in ſexu maior dignitas viri, quam mulieris, adoleſcentis quàm puellæ in collocando habeatur. Item in temporibus & in factis ſi præcipitur, vt prima poſtremis non poſtponantur: nec vltima medijs anteponantur. Item, vt verbo potius claudatur membrum aut ambitus, quàm nomine: nam ſæpè cōtra fit, ſæpe etiam contra faciendum eſt. Sed illud rectè hîc præcipitur, vt quæ meliora eſſe videantur, illa præferantur in collocando: Sæpe enim ita dicendum eſt: Non virum decet rixari, non fœminæ decorum eſt.

Item: Non à patribus ſenibus manus abſtinuerunt. non à matribus. item: adoleſcentes ſua habebant literarum Gymnaſia, puellæ etiam virgines exercebantur hac diſciplina. In his ordo ſeruatus eſt, ſed ſæpè immutatur, vt cum dicitur: Mulier imperabat: ferebat mulieris imperium vir. Virgines erudiebantur: neglecta erat iuuenum diſciplina. Idem fit in enumeratione factorum, cum facta generibus virtutum aggregantur, non autem temporum ordini. Illud etiam non malè præcipitur, ne more tragicorum adiuncta, aut præpoſitiones, aut quæ vocantur aduerbia longo interuallo, ſua nomina & verba aut conſequantur, aut antecedant: Aut, vt ne diuerſa adiuncta tranſponantur, vt in Hexametris Heroicis verſibus fieri ſolet, ibi enim non malè:

De Epitheſibus.

Agreſtem tenui Muſam meditaris auena,

at orator: agreſtem muſam, tenui auena meditaris. Et bene iudicauit, qui illa Mecænatis exultantia, & laſciua duxit eſſe. Sole & aurora rubent plurima: inter ſaxa mouet aqua fraxinos: Ne exequias quidem vnus inter miſerrimos viderem meas. Melius enim: plurima ſole rubent, plurima aurora, ſacra aqua intermouit fraxinos. Ne exequias quidem meas vnus inter miſerrimos viderem. Obſcuritas etiam in ordine vitanda eſt, quæ fieri ſolet verborum traiectione, quam aut ὑπέρβατον nominant, aut παρένθεσιν. Denique ordo rectus & artificioſus eſt: cum animo auribusq́; ſatisfactum eſt, retenta torij ſermonis conſuetudine.

SCHOLAE. Præcepta τάξεως ſex.

Diximus in compoſitione tria eſſe conſideranda. Ordinem, Iuncturam, Numerum. Ordo eſt locorum & graduum, Iunctura conſecutionis, Numerus ſoni & vocis. Et quantum attinet ad ordinem, abſoluimus totam iſtam do-

ctrinam ſex præceptis: Primum vt poteſtas verborum con
ſideretur, ἡ δύναμις & ἰυμονοία, id eſt, ſignificatio, vt oratio
in augendo paulatim verbis creſcat, id eſt, vt minora maio-
ribus anteponantur, priore loco dicam vincire, ſecundo ver
berare, tertio necare, quarto in crucem tollere. Primo loco
facinus, ſecundo ſcelus, tertio parricidium: ex qua colloca-
tione efficitur huiuſmodi oratio: facinus eſt vincire ciuem
Romanum, ſcelus verberare, propè parricidiũ necare: quid 2.
dicam, in crucem tollere? Secundum præceptum eſt, vt ge-
nera non interponantur ſpeciebus, ſed anteponantur, vel
poſtponantur, vel omittantur, quod adhuc non diximus.
Poſſum dicere: Iuſtiſſimus eſt, prudentiſſimus, temperan-
tiſſimus, fortiſſimus, omni virtute præditus. Primum dici-
tur eſſe διαιρετικὸν: ſecundum συςατικὸν. Cum partes præ-
ponuntur & ſubiungitur genus: diſſolutio autem manet,
cum genus omittitur: & res eſt amplificata diſtributione.
Tertium præceptum fuit ſexus, temporum, & factorum: 3.
quòd in ſexu debetur maior dignitas viro, quàm mulieri.
In temporibus priore loco debent poni præterita, deinde
præſentia, tertio loco futura. In factis, primò debent poni
prima. ſecundò ſecundaria, tertiò quæ tertio loco facta
ſunt, qui eſt ordo hiſtoricus: ſed hoc tertium debet fieri ple
runque, non ſemper: non debet haberi pro vniuerſali. Pri-
ma duo habent τὸ κατὰ παντὸς: Tertium debet æſtimari iu
dicio oratoris: nam tempora rerum diſcrimina afferunt oc
caſionem immutandi. Quartum eſt ἐπίθετον, vt adiecti- 4.
ua non traijciantur, aut tranſponantur. Eſt alia compoſitio
oratoria, alia poetica. Poetæ faciunt χιασμὸν in ſuis adiecti-
uis: vt Agreſtem tenui, &c ſunt tranſpoſiti caſus ſed eſt cõ-
poſitio poetica: poetæ tamen non ſemper faciunt: faciunt
in Elegiacis:

Laſſaret viduas pendula tela manus.

Heroici ſeruant collocationem oratoriam, vel non vtuntur
adiectiuis, vel oratorio more vtuntur, ſi vtiliter interponi
poſſunt. Vt homo omnium hominum longè doctiſſimus:
hæc vtiliter interponuntur. Tractationes debent eſſe con-
ſentaneæ conſuetudini. Quintum pertinet ad omnia: eſt 5.
generale. Collocatio eſt mala, quæ facit obſcuritatem. Non
debet ſcriptor deponere ſtylum, quamdiu aliquid obſcu-
rum eſt. Sed iam de verbis dicendum. Igitur ὑπέρβατα &
cornua librariorum, ſunt vitanda. Oratores παρενθέσει vtũ-

Cornua librariorum.

tur, poſtquam res benè eſt amplificata, & benè intelligitur, quamdiu res eſt non probata, & non indicata, debemus abhorrere ab huiuſmodi ſcriptis: nam & animus & aures offenduntur: quantumuis aliquis habet quid ocij, tamen faciunt faſtidium. Sextum eſt commune: Omnis compoſitio debet ſatisfacere intelligentiæ auribus: Nihil debet habere ſuperfluum: debet animo ſatisfacere, id eſt, debet eſſe aperta & ſignificans & auribus ſatisfaciens: vt ne aliquid ſit ſuperfluum, Cum aures plenæ ſunt, debet orator deſiſtere, aut ne quid deſit, ne ſit decurtatatum prouidere. Commatia apud poetas tragicos fieri poſſunt: & acatalecta, & hypercatalecta etiã laudantur, ſed in periodo aures non poſſunt ferre. Deinde ne quid ſit aſperum: ſed de aſperitate alibi, nam pertinet ad iuncturam.

DE IVNCTVRA VERborum.

Atque hæc de ordine. qui cum benè inſtitutus eſt, εὔτακτος oratio dicitur. Conſecutio atque iunctura ſequitur verborum: quam σύνθεσιν nominauimus: Cuius officium eſt εὔφωνον benè ſonantem orationem efficere. Euphonia. *Quod verbum non ſolum delectationis atque voluptatis eſt: ſed etiam decori atque conuenientiæ. In his ſit illud primum præceptum, ne in ſyllabarum coitione aliquid efficiatur, quod à verecundiæ appro[illegible]tione abhorreat, quod vicium, etiam à vulgo animaduertitur. Et idcirco conſuetudo loquendi peperit, vt nobiſcum dicatur, non cum nobis, vt eſt apud Ciceronem in oratore perfecto. Raro iſtud accidit: ſed cum accidit, mutandum eſt.* Hiulcitas. *Deinde hiulca vitanda oratio eſt, quæ vocalium literarum colliſione, quam σύγκρουσιν τῶν φωνηέντων Hermogenes vocat. Quanquam in hac etiam parte, illud vitium vitandum eſt, quod idem ſcriptor*

χρολμικρολογίαν vocat, hoc eſt, nimis ſollicitam diligentiam, etiam in minimis. Aliquando enim neceſſariò colliduntur, vt apud Ciceronem: Summa gratia, & eloquentia. Item, credo ego vos mirari Iudices: in quibus fortaßis Synalephe facta ab Oratore eſt: non ſecus atque apud Vergilium:

Multum ille, & terris iactatus.

Sed tamen in illo, non videtur eſſe facta, & meliora videntur ſeorſim pronunciata. Ego omni officio, cæteris ſatisfacio omnibus, mihi ipſe non ſatisfacio. Deinde quædam etiam vocales ſuauiter concurrunt, idq́ in verſu:

Vt: Et longum, formoſe vale, vale, inquit, Iola. Item:

Et ſuccus pectori, & lac ſubducitur agnis. Item:

Vt vidi, vt perij, vt me malus abſtulit error.

Ergò ita hoc vicium cauendum eſt: vt ne offendat auditorem, aut lectorem oratio, nêue oris fiat in oratore, aut recitatore hiatus, vel moleſtus vel deformis. In Conſonantibus etiam quædam concurrunt inſuauiter: Pompeius magnus, bene: Magnus Pompeius, mediocriter: Magnus Xerxes, moleſte. In omnibus iſtis hæc tria tenenda ſunt: vt moleſtia vitetur: decorum ſeruetur, concinnitas aliquando etiam captetur, in quibus hoc intereſt, quod moleſtia ſemper fugienda: oportet enim ἀλύπως εἰπεῖν ϗ ἀκροᾶσθαι. Decorum etiam aliquando ingratam captat negligentiam, vt in illo: Ego omni officio, cæteris ſatisfacio omnibus, &c. Eſt enim hæc negligentia index ſimplicis & iucundi ingenij. Concinnitas in imitationibus adhibenda eſt. Ergo in illo principium triſte ſono literarum: Quæ [illegible] plura ſint, C. Aquili, eo te, & hos, qui tibi in conſilio adſunt, meliore mente noſtra verba audire oportebit. Sed exitus habet imitationem lætitiæ. Et quanquam illud prius fragoſum eſt: Vt multis incommodis ve

Concinnitas.

ritas debilitata: tamen illud ſuaue, & veluti poſt tenebras lucem intuentis. Tandem æquitate talium virorum recreetur. Et cum poeta dicit:

Et ſecum ſola ſicca ſpaciabat arena.

Non tam cornicis ambulatio intelligitur, quàm ſonitus arena ſentitur: non cornicula pedibus, ſed poeta compoſitione excitatus. At ille prior verſus:

Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce.

imitationem habet anniculæ garrulæ, & rauce cornicantis, ipſius etiam quaſi aduentantis pluuiæ, atque tempeſtatis.

SCHOLAE. Iunctura ſequitur σύνθεσιν verborum compoſitionem. Dionyſius Halicarnaſſæus fecit librum περὶ συνθέσεως ὀνομάτων: doctiſſimus & elegantiſſimus liber eſt: ibi vocit[illegible]θετον, quæ facit orationem εὔφωνον, τάξιν quæ εὔτακτον, id eſt, bene diſpoſitam: σύνθεσις facit εὔθετον & εὔφωνον, efficit quaſi numerum. Sed voco εὔφωνον, non ſolùm quod affert voluptatem: ſed etiam quod decorum habet & conuenientiam: cum ſonus non ſolum delectat, ſed etiam eſt decorus: ſi ſit res magna, ſit ſonus orationis magnus, ſi parua, ſit exilis, ſi mediocris, ſonus etiam mediocris. Illud paruum, & magnum & mediocre voco εὔφωνον, id eſt, curſum [illegible]. Quintilianus enumerat præcepta abſque exemplis, quæ ſecutus ſum: quia is bene ſcripſit poſt Ciceronem.

εὔφωνον.

1. Præcepta iuncturæ. Videndum ne fiat aliquid deforme, quòd nos & alios pudeat: habetis in Oratore, quod veteres Romani dixerint [illegible] non cum nobis, efficit aliquid deforme & impudens. Non volo diu immorari, quia huiuſmodi à vulgo ſtatim intelligitur: quod bonus vir non vult obſeruare, illud vitandum ipſi.

2. Secundum præceptum. Ne oratio ſit hiulca, & hians, quæ fit vocalibus cum a, a continuatur, & o, o, & u, u, [illegible] concurrunt: huiuſmodi coitiones vocant [illegible] vocalium: nam vocales faciunt orationem hiulcam. Iſtud præceptum non eſt perpetuum. Vitanda eſt enim μικρολογία Hermogenis, id eſt, nimia accuratio. In dicendi genere perſpicuo non vult eam retineri: neque in εὐκρινείᾳ, neque in aſperi-

μικρολογία.

aſperitate, neque in σεμνότητι vult adhiberi. Vocales autem rectè concurrunt, cum fit ſuauiter ſynalœphe abſque impedimento, id eſt, coitio & κρᾶσις: vt pro P. Quintio: Summa grati' & eloquentia: non dixit Summa gratia & eloquentia. Ita pro Roſcio pronunciauit: Cred' ego, &c. & non tamen offendit. Cum igitur poteſt fieri ſuauis ſynalœphe, non vitanda eſt vitium; ſed captanda, quia eſt ſignificatio ſimplicis ingenii, & emendatur pronunciatione. Aliquando motus omnino requirit hiulcam orationem: decorum eſt excludere ſynalœphen, & facere coitionem vocalium. Cicero ſollicitus, cum haberet maxima beneficia à Lentulo, quaſi ſuſpirans dicit: Ego omni officio, &c. & cum corrigeret epiſtolā, ita reliquit, & ſine dubio Lentulus ita legit: Eg' omni, &c. requirit hiulca oratio os hians & apertū. Prima igitur cauſa eſt Synalœphe: ſecunda quando poteſt fieri decorè, in re difficili, moleſta: Tertium tempus eſt negligendi iſtud præceptum in iſtis vocalibus, quæ conſequuntur ſe ſuauiter: vt, Eidem, illius, vs ante v, ſuaue eſt: & e ante i, cui tu dediſti, eidem ego etiam dedi, fuit, fluit ſuauiter: hoc apparet ex verſibus poetarum. Et longum vale. &c. Non fecit συναλοιφήν: Cur non abſorpſit? quod licet in ſingulis dictionibus, & in vna decorum eſt, immò etiam in duabus decorum.

Hiulca oratio nō ſemper vitāda.

Hiulcæ orationis cauſæ.

Varietas in compoſitione ſemper aucupanda eſt, quæ primum in vocalibus poſita eſt: vt,

Arma virumq; cano Troiæ qui primus ab oris, &c.

Singula enim verba in his extremam diuerſam ab antecedente & inſequente habent. Eſt etiam in conſonantibus. Res eſt ſolliciti plena timoris amor. Ille verò, habet aliquid ſimilitudinis:

Non ego deſerto iacuiſſem frigida lecto. Et,

Obrutus inſanis, eſſet adulter aquis.

Potiſſimum quia aquarum idem eſt vbique ſtrepitus, idem retentus eſt ſyllabarum ſonus. Eſt etiam hæc varietas in commutatione breuium & longorum verborum, atque *nominum, ſi inter ſe commiſceantur. vt, Etſi vereor Iudices, ne turpe ſit pro fortiſsimo viro dicere incipientem timere. Iterationem ſyllabarum in continentibus verbis vituperant, vt in illo:*

O` fortunatam natam me conſule Romam.

Eſt quidem iſtud malè ſonans, ſed neſcio cur illud Quintilianus excidiſſe Ciceroni arbitretur in epiſtolis. Res mihi inuiſa viſa ſunt, mihi certè poſitum eſſe videtur de induſtria. Neque illud diſſolutum, aut durum: Quid non metuit & videt inuidia. Item. Oculi etiam occultata poſſunt cernere, ſed crebritas in his Comica & Plautina vitanda eſt: cuiuſmodi eſt illud Soſiæ in Amphytrione, idem verbum nimis iteratum: vigilans vidi, vigilans me video: vigilans fabulor, vigilantem ille me iamdudum vigilans pugnis contundit. Illud præceptum Quintiliani verum eſt. Monoſyllaba plura malè continuari: verumtamen eſt aliquando faciendum: & fit ſæpè non inſuauiter, modo non nimis multa. vt, Quæ res in ciuitate du: tria contexuit Cicero monoſyllaba, abſque moleſtia, ſed addidit quartum τετρασύλλαβον. Neque ſolum monoſyllaba vitanda ſunt in continuatione, verum etiam ba breuia plura, quàm aures patiuntur. Contra etiam polyſyllaba malè condenſantur: ſed vt dictum eſt, facilis aut volubiliter cum ſuauitate, aut grauiter cum ornatu erunt comminiſcenda. Sunt etiam verborum ornamenta multa, quæ collocationem adiuuant, vt ſimiliter cadentia & deſinentia: paria paribus relata: & contraria contrarijs reſpondentia: Item, iterata & geminata, & relata verbis: quæq; his ſimilia ſunt ornamenta verborum. In quibus tamen omnibus, illud rectè præcipitur. Vt, Ne quid nimis. Delectant quidem opera vermiculata: ſe *tus: ſed longioribus interuallis minus offendunt, & placent magis. Atque hæc de verborum iunctura. dicendum etiam eſſet quomodo inciſa & membra, & partes circumſcriptionum atque periodorum, debeant collocari: niſi de his eſſet ſuprà à nobis ſatis copioſè explicatum.*

SCHOLAE.

Illam doctrinam de ordine, quem vocamus τάξιν, quæ εὐταξίαν efficit, & oratorem laudabilem facit, abſoluimus ſeptem præceptis. Sequitur de ſecunda parte, quæ conſideranda eſt in collocatione: quæ vocatur iunctura, συνθήκη verborum, quæ etiam facit orationem εὔφωνον atque εὐσύνθετον, bene compoſitam & collocatam. Hanc doctrinam complexi ſumus præceptionibus octo, quarum prima eſt ipſius honeſtatis & verecundiæ: vt ſemper ita collocentur verba, ne ex coitione ſyllabarum nomen conficiatur, quod obſtet verecundiæ, ſiue fiat in Latina lingua ſiue Græca, ſiue vniuſcuiuſque propria lingua: & ſicut Cicero dicit, cum potuiſſent maiores Romani dicere cum nobis, noluerunt, non ſolum propter moleſtiam ſyllabarum in pronunciando, ſed obſcœnitatem, vt oſtendit de oratore perfecto: cuiuſmodi illud ſit, melius intelligitur, quàm honeſtè poſſit exemplis indicari. Secunda regula pertinet ad moleſtiam, & deformitatẽ oris: ſicut prima ad deformationẽ verecundiæ, vt vitetur vocalium concurſus. Hiulca oratio eſt, cum poſtrema ſyllaba antecedentis verbi deſinit vocali: & prima in ſequentis incipit à vocali: illa conuerſio dicitur σύγκρουσις ſed Hermogenes vtiliter præcipit, quod μικρολογία ſit vitanda. Non debemus eſſe nimis ſolliciti, & nimis ſæpe vti apoſtrophis. Cicero in illa diligentiſſimè ſcripta epiſtola, incipit: Ego omni officio ſatisfacio, &c. in ea non poſſum dicere, eſſe neglectam compoſitionem. Nam ibi compoſitio hians & χαίνουσα accommodata eſt moleſtiæ cogitationum: putabat enim ſibi vitam acerbam, quod non poſſet idem facere: vbi dolor eſt, ibi halitus, ſuſpiria, clamor. Aliquando igitur neceſſariò concurrunt, aliquando eliduntur per συναλοιφήν. Cum ſcilicet ex ſynalœphe non naſcitur obſcura intelligentia. Tria ſunt tempora quando negligenda eſt iſta regula. Primum in imitatione difficilium rerum & cogitationum. 2. Cum poſſumus vti συναλοιφῇ, & contra

1. Præcepta iuncturæ octo.

2.

Synalœphe vtendum.

hære vocales. 3. Cum ipſæ vocales ſuauiter ſeſe conſequuntur: dicimus, is, eius, ei, in plurali numero ij. ſiat, ſuis, eodem, idque ſuauiter. Præcepta illa ſunt ſuauia in Bucolicis ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα, καὶ ἁ πίτυς αἰπόλε τῆνα. tam e Vergil. dicit ſuauiter: Et longũ vale, vale inq̃t, quare? quia e, & i, antecedunt ſe recte & conſequuntur, vt vidi, vt perij, vt, e, i, & v. Igitur tria ſunt tempora, quibus liberi ſumus à μικρολογία:

Vocales ſuauiter conſequentis ſunt		
e	ant.	o
e		i
i		a
e		a
i		o
u		i
u		a
i		i

Libertas à μικρολογία. Cum concurſus vocalium adfert grauitatem & curam: aut cum fit ſuauiter Synalœphe, aut vocales ſe ſuauiter conſequuntur.

3. Tertia regula pertinet ad Conſonantes. habetis diuiſionem literarum apud Grammaticos, quòd quædam ſunt ſemiuocales, quædam liquidæ, quædam duplices: Semiuocales ſuauiter concurrunt: ſed S. & X. malè coniunguntur: propterea benè eſt, Pompeius magnus: Magnus Pompeius minus ſuaue, Magnus Xerxes, eſt aſperum. Sic R. & S. ſi ſequantur. S. ars ſtultorum nulla eſt. Sic S, nimis poſitum ſæpe facit orationem inſuauiorem. Igitur cum oratores debent continuare ablatiuos pluralis numeri, leniunt coniunctione Que, vt. præceptis inſtitutiſque philoſophiæ. cum in vno membro ſæpe vtendum eſt S. ſolent facere ἐπεμβολὴν aliorũ verborum.

4. Quartũ præceptũ pertinet ad communes. Oportet tres fines habere collocatorem: Vnus finis eſt ἀλυπία, ne ſonus ſit moleſtus auribus & pronuncianti: vt oratio continuetur ἀλύπως, abſque deprauatione oris, & moleſtia ſpiritus. Secundus finis decorum, ne quid contra decorum facias. Tertius finis ἐπιμέλεια, diligens compoſitio, quæ eſt poſita in imitatione rerum. Ita primum eſt, ne moleſtent aures collocationes, atque vt ſeruetur decorum: grauibus rebus accommodanda grauis cõpoſitio: & ἐπιμέλεια ἐν τῷ μιμεῖσθαι, cum imitamur. Motus oratione, & res quas deſcribimus oratione. Cicero compoſuit illud principium Quintianum ad miſericordiam: cõmo-

Collocatoris tres.

memoradit ificōmoda, gratiam Neuij, Eloquentiam Hortenſij, abſentiam Iunij, & temporis breuitatem: Quæ quō plura ſunt, eo te, &c. ibi nō obſeruauit concurſũ vocaliũ. C. Aquili audire oportet: & eſt oratio χάσκουσα, ſed deſinit in ſuauitate. Tandem æquitate talium virorum, &c. Prima cōpoſitio eſt difficilior, in moleſtia, dolore, metu: tandem deſinit in recreatione, abſque concurſu vocaliũ, & poſtulatione miſericordiæ recreatur ipſe. Vergilius collocationē etiā adaptauit ad imitationē, cum impenderet procella tempeſtatis: tum cornix, &c. Et ſecũ. Eſt verſus compoſitus ex vocalia, ſonanti & plena, vt pluuia implebat cœlum: imitatus eſt nigrorē nubiũ, & raucedinē corniculę. Et ſecũ ſola, &c. Vtitur quatuor. S. & repræſentat ſibilum, & ſonitũ, & ſtrepitum arenæ, vt non tam arena audita ſit in ambulando, q̃ in oratione. Quintum præceptum eſt, Varietas vltimarum 5. ſyllabarum, ne verba deſinant in eadem litera ſemper. Et ſecũ ſola ſicca. a, a, a, id autem fecit cura: alioquin captata eſt, ποικιλότης verborum. Illa varietas vel eſt in vocalibus. Arma, ibi eſt, a, Qui, ibi, i, ibi o, vs, & is, nulla ſyllaba alteri ſimi- ποικιλότης. lis eſt in toto verſu. Illa compoſitio eſt elegans, nihil eſt mali. Si aliquādo eædem ſunt ſyllabæ in longo membro: quæ varietas vocalium, ea etiam debet eſſe conſonantium. Res eſt ſolliciti, &c. etiam in collocatione verborũ: verba vnius ſyllabæ debemus implere etiam longiorib. Octauũ præceptũ eſt tripartitum: ſed ꝓxima lectione repetā & abſoluā.

DE NVMERO SEV ΡΥΘΜΩ,

CAPVT V.

NVMERVS igitur ſequitur oratorius, quem ῥυθμὸν nominant, ac poetarum quidē verſus, tamet- ῥυθμὸς. ſi ſuum numerum habeant peculiarē, tamen μέτρα vocantur. quæ ab oratore vitari debent. Habēt enim certam pedum dimenſionem certos etiam pedes. vt Heroicum, dactylum habet, & ſpondeum. Sapphicũ carmē ſpondeũ, dactylũ, atq; choræũ. Oratorum aũt periodi, & earũ partes, quæ mēbra vocātur, omne genus pedũ recipiunt. nō temerè tamē quoſuis, ſed cōuenientes rei, de qua

Oratoris oratio ſoluta quidem non tamen diſſoluta.

agitur, et generi dicēdi propoſitū eſt, cōgruētes. Quāobrē quoniā poetarū dimēſio, certis eſt aſtricta legib. verſuum atq; pedū: hoc genus oratorij numeri liberū eſſe dicitur atq; ſolutū: nō tamē diſſolutū eſſe debet, ſed numeroſum. Quamobrē primo loco de pedib. agamus, qui aut ſimplices ſunt, qui binis aut ternis cōſtāt ſyllabis: aut cōpoſiti, ꝗ plurib. ſyllabis cōficiuntur. Binis ſyllabis cōtinetur quatuor pedes: ſpōdeus duab. longis, Pyrrhichius duab. breuibus, Iambus breui & lōga, Choraeus lōga & breui, quem alij trocheū nominā̄t. Octo ſunt ꝗ ternas ſyllabas habēt: Dactylus longā & duas breues: Anapeſtus duas breues et longā, ꝗ oēs noti ſunt pedes, neq; opus habēt exēpliſ. Amphimacrus verò breuē in medio duarū longarū habet, vt audiēs: Amphibrachus lōgā inter duas breues, vt refecit: Bachius breuē & duas lōgas, vt recurrēs: Palimbachius, duas lōgas et breuē, vt perfecit, Tribrachus verò quē alij trocheū nominā̄t, & Ariſtocordacē tres breues, vt fugio, Moloſſus tres lōgas, vt perſtringēs. Atq; hi ſunt Quintiliani pedes ſimplices, quos in orationē oēs venire putat, hoc eſt nō accerſiri: ſed vltrò quaſi occurrere, vnà cū ipſis ſentētijs earūq; verbis. Craſſus apud Cic. li. 3. de Orat. et ipſe Cicero in oratore pauciores numerat, oēs tamē numeros quaſi permiſtos & confuſos in oratiōe eſſe arbitratur. Ex cōpoſitis pedib. Cicero duos ꝓbat, Paeana & dichoreū: ex quib. dichoraeus eſt vniuſmodi ſemper lōga & breui, rurſusq; lōga & breui, vt cōprobare, pertimeſco, arbitrabar. Paean verò quadruplex eſt, quatuor ſyllabis cōſtās, quorū primus eſt ex lōga et trib. breuib. vt eſt apud Diomedē, vt accipere, colligere. Secūdus ex breui, lōga et duab. breuib. vt reſecerat. Tertius ex duabus breuib. longa & breui, vt Repetiuit. Quartus ex tribus breuibus & longa vltima, vt meminerint.

Diximus de ordine qui facit εὐταξίαν, & compoſitionem εὔτακτον. Item de iunctura, quæ vocatur σύνθεσις & συνθήκη, & efficit orationem εὐσύνθετον. Iam dicendum de ῥυθμῷ numero, qui debet orationem efficere εὔρυθμον, id eſt, bene numeroſam. Numerus autem eſt verborum ſonus in inciſis, periodis, membris. Primũ ſinguli pedes ſuos habent numeros, & ſingula verba. Nam dictio ſcribere, habet numerum dactylicum. Fugit irreparabile verbum: fugit habet Pyrrhichicum, miſerè numerum anapeſticum, miſera tribrachicum. Nos agimus non ſolùm de numero pedum, ſed ſententiarum. Igitur dico numerum eſſe non ſolùm verborum, ſed etiam commatum, & membrorum extra periodos, atque etiam in periodis: periodi ſonus concinnus & conueniens. Eſt autem duplex: Poeticus & Oratorius. Poeticus eſt ſeruilis, aſtrictus certis legibus, ſed eſt ſeruitus liberalis & oblectans. Numerus Poetarum eſt, quòd in ædibus & familia ſeruus ſymphoniacus, & muſicus, medicus, geometricus; & ipſi poetæ habent eum ſeruilem & aſtrictum legibus. Igitur ſingula genera carminum habent ſuos pedes, Heroicum conſtat ex dactylo & ſpondeo. Ita Phalecium, Saphicum, Ionicum. Sed hi numeri vocantur verſus & μέτρα. Oratorius autem generali vocabulo dicitur ῥυθμὸς. ῥυθμὸς poeticus eſt μέτρον; oratorius dicitur generaliter ῥυθμὸς. Et quia poeticus eſt obligatus, igitur Oratorius dicitur ſolutus; vt dicamus numerũ aut eſſe aſtrictum, aut liberum. Liber dicitur non quòd ſit diſſolutus. Solutum vocamus legibus, qui donatus eſt priuilegio propter virtutem & merita, & depoſitum meritum Reipub. qui non tenetur legibus cæterorum. Sed diſſolutum dicimus in malam partem, qui deformibus eſt moribus. Vt autem hanc doctrinam conſequamur, oportet ſcire genera pedum: vt Græci vocant πόδας, ita Latini etiam pedes: faciunt enim vt verſus currant. Neque dulci mala vino, labor audax patriæ verbera linguę. Horat. Eſt verſus tripudians, illa volubilitas fit pedibus. Spondeus facit orationem tardam. Magnum Iouis incrementum. Pyrrhichius, & tribrachus, & anapeſtus faciunt celerem & velocem. Dichoręus facit medium genus, vt comprobauit: cadit numeroſè, mediocriter, non tam tardè vt ſpondeus, nec tam celeriter, vt pyrrichius. Omnis igitur pes vel ſimplex eſt vel compoſitus, ἁπλοῦς aut σύνθετος. Simplices

Numerus quid.

μέτρα.

Solutus.

Diſſolutũ.

Pedum genera.

Simplices pedes.

qui conſtant vel binis vel ternis ſyllabis; qui ex binis conſtãt, ſunt 4. Spondeus ille tardus, qui dictus videtur ἀπὸ τοῦ σπένδεσθαι, à fœdere ſanciendo & libãdo, in quibus requiritur grauitas, cõſtantia & firmitas conſiliorũ & promiſſorũ. Igitur cõſtat ex duabus lõgis, vt atrox: Malo me Galathea petit, laſciua puella. Cõtrarius eſt pyrrichius, qui conſtat duab. breuibus, fugit bonꝰ quoq;. Chorius eſt vilior pes. Et vtimur eo in humili genere & ſubtiliori & ſuauiori: ſed de virtutibus pedũ ſuo loco. Primus eſt Iambus pes quotidiani ſermonis, & propterea comici poetę vtũtur eo libere: verſus plerũq; ſunt Iambici: vt, Vos iſthæc intro auferte, abite, Soſia, &c. Iambo contrarius eſt Choræus: voco eum quẽ etiam Cicero Choræum vocat; priore longa & poſteriore breui, quod Choro conueniat & ſaltationi honeſtiori. Eſt grauitas in prima, & celeritas in ſecunda, qui pes geminus facit numerum grauiſſimum. Igitur Craſſus clamores excitauit illa ſententia: patris ſapientiam, temeritas filij comprobauit. Alij vocant Trocchæum. Ego voco trochæum, qui conſtat tribus breuibus, de quo ſcelere.

Duplices pedes,

Duplices ſunt octo. Primus eſt Heroicus ille Dactylus, ipſum vocabulum adfert, & nomen & exemplum. Huic contrarius Anapæſtus, qui conſtat υ υ –, repetens ſua gaudia, &c. Tertius Amphimacrus, quod habet breuem extremis longis – υ –, vt audiens, pes non malus: ducit enim mediam ſyllabam tanquam ægrotam audiens dicto. Amphibrachus υ – υ refrixit, relegit. Semper ego auditor nunquámne reponam? &c. Quintus eſt Bachius υ – – conueniens bachanalibus & dithyrambicis, quæ ſcripta ſunt in honorem Bachi, vt pæonica in laudem Apollinis, vt recurrens. Huic contrarius Bachius inuerſus – – υ, vt clamabat. Septimus pes eſt Tribrachus, habet tria nomina Primũ quod nos vſurpamus à tribus ſyllabis: alij trochæum vocant, quod ſit τροχερῶς, celeriter currens, ἀπὸ τοῦ τρέχειν: ſed nos nominauimus, qui conſtat prima longa & altera breui. Ariſtoteles vocat Cordacem, quia eſt κορδακικώτερος, habet tres breues, vt fugio. Octauus pes Moloſſus. Habet tres longas, firmior quàm ſpondeus, & fortior ac grauior: vt Moloſſus canis nihil reformidans, orationem efficiens ſtabilem, non vlterius currentem, quo vtimur in ſeparandis periodis, membris & inciſis. Ita ſunt 4. binarum ſyllabarum: octo, plurium. Sic ſunt quatuor ζυζυγίαι. oc[illegible] nedum, inter ſe ſcilicet contrariæ: Dactylo Anapæſtus, Amphimacro Amphibrachus, Bachio Palimbachius, Tribracho Moloſſus. Hos pedes placuit Quintiliano colligere, vtitur verbo venire notanter, & ſignificanter, id eſt, vltrò non accerſitus: quare? cùm verbū occurret, quod non conueniat cum noſtro numero, debemus quærere numeroſius: ſi ſpondeus non placet frangens, dic confringens, & erit numeroſius. Compoſitos pedes habet Cicero duos, Dichoræum, & Pæonem. Ipſe autem Hermogenes ad duplices adijcit aliud ἐπίτριτον & Ionicum, cui adijcit Ithyphallicon: Dichoræus habet duos choræos; arbitrabar, comprobauit. Ille eſt vniuſmodi, non variat: pæan autem. Grammatici faciunt diſcrimen: Pæan eſt ipſum carmen, Pæon eſt pes conficiens illud carmen, pes laudatus ab Ariſtotele, præſertim tertius. Cicero hoc diſcrimen non tenet: ſed Græci vocant tantùm παιῶνα pedem. Diomedes vocat Pæonem, quem ſecutus ſum. Igitur oſtendimus quatuor nunc pæonas, primus - v v v cum prima ſyllaba eſt longa: ſecundus v - v v cum ſecunda: tertius v v - v cum tertia: quartus v v v - cum quarta; Accipere, reſecerat, repetiit. Vltimus eſt languidior: vt, Meminerint: dico languidum: nam vltima etiamſi ſit longa, tamen poteſt haberi pro breui, & eſt quaſi Pyrrhichius compoſitus, attamen firmior propter vltimam longam, quia poteſt diutius conſiſtere.

Ciceronis pedes.

Atque hæc de pedibus: ſequitur præceptio, in qua illud primum eſt, vt oratoria oratio omnis ſit numeris variis temperata: ita vt neq; diſſoluta ſit, neq; tota numeroſa. Numerus verò ab eo pede maximè nomē habet, qui in ambitu & clauſulis principiiſq; ambitus repetitur crebrius. itaq; aut dactylicus dicitur numerus in ambitu: aut ἰαμβικὸς, aut χορεικὸς, aut σπονδαϊκὸς, aut παιωνικὸς, aut quicunque pedum ſuperat, is nomen dat numero. Deinde ſcire oportet, qui numerus, quibus dicendi generibus congruat: Iambus enim frequentior eſt in

Præceptiones de pedibus.

tenui & remiſſa figura, Pæan & dichoræus in graui, maximè tertius pæan, Dactylus in illa temperata atque intermedia dicendi forma. Ergo ex hac tripartita contemperatione etiã de cæteris poterit iudicari pedibus. Nam & ſpondeus grauior Pyrrhichio: ergo alter tenuitati, alter dignitati conueniens eſt. Et Bachius grauior Palimbachio, & Moloſſus tribracho: & Amphimacrus conſtantior Amphibracho. Sunt etiam quidam pedes numero ſyllabarum & ſpacijs pares, vt Dactylo Anapæſtus, Iambo choræus: quidam moris tantùm ſyllabarum & ſpacijs, nõ autem earum numero, vt Iambus Dactylo, Tribrachus Iambo & Choræo. Tertio loco præcipitur, vt ne induſtria appareat, & delectationis aucupium, id quod conſequemur varietate, vt in oratione pro Milone: Etſi - vereor - Iudices - ne tur - pe ſit - pro for - tiſſimo - viro - dicere in - cipien - tem timere. Primus pes ſpondeus eſt, ſecundus Anapæſtus ſpondeo par mora & interuallo, non ſyllabis: tertius amphimacrus, utroque grauior: quartus rurſum ſpõdeus: quintum locum Iambus tenet, ſexto loco ſpondæus: ſeptimo iterũ Amphimacrus, octauo Iambus ſecũdus, nono amphimacrus tertius, decimo tertius anapæſtus. Poſtremo dichoræus. Quantò illud ſciendum eſt, adiuuari numerũ in latendo verborum & ſententiarum luminibus, quibus ipſe obſcuratur, vt non videatur, & delectet tamen. Paria enim paribus comparata, & contraria contrarijs compoſita, per ſeſe efficiunt numerum concinnitate latentem. & ipſæ interrogationes oratoriæ, & indignationes, optationes, cæteræq́; figuræ ſimiles, etiamſi numerum aucupati ſumus, tamen eundem celant. Nemo enim creditur ſimul & indignari, & voluptatem quæſiuiſſe verborum *potuiſſe : etiamſi verſus ſit , putatur non quæſitus : vt. Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem, cùm acceſſor vltrò? Item, O curas hominum, ô quantum eſt in rebus inane. Quis leget hæc? min' tu iſtud ais? nemo herculè, nemo, vel duo vel nemo.*

SCHOLAR.

Superioribus ſcholis explicauimus de 4. pedibus duarũ ſyllabarum, & de octo pedibus ſyllabarũ trium, vel plurium. Poſtremò de coniunctis duobus, pæane & dichoreo. oſtendimus in ſingulis ſyllabis numerum & eorum ſpatia & moras, id eſt, prolixitates & breuitates. Poſt Enumerationem ſequuntur præcepta, quomodo numerus conſtituendus. Primum habet iſtud generale, quòd oratio omnibus numeris aut pluribus debet contemperari; debent adhiberi numeri vel omnes vel aliqui ; pedes vel omnis vel varij. Deinde eſt τελικὸν αἴτιον cauſa finalis, vt neque diſſoluta ſit, neque appareat aucupium voluptatis. Licitum eſt mihi omnes adhibere, aut plures in periodo; ſed ita vt oratio non ſit captata. Eſt præceptũ καθόλου, ſeruandum in omni dicendi figura, graui, media, & tenui, in perſpicuitate, in aſperitate, in vehementia, in ſplendore, in morato genere, in ſuaui forma, in omnibus idæis, vt fiat contemperatio vel omnium, vel variorum, vt oratio non ſit diſſoluta numero, neque nimis concinnata, ne aucupium appareat. Qui autem numerus apparet crebrior, is dat nomen numero. Si enim ſpondæus repetitur, dicitur ῥυθμὸς σπονδαικὸς, Pæanicus ſi pæan ſuperat, Dichoraicus ſi dichoreus, qui pes magis regnat & delectat. Hoc eſt primum præceptum: & de nomine numeri, ac eius varietate in oratione. Secundum præceptum pertinet ad τὸ πρέπον: oportet ſcire qui numeri, quibus conueniant dicendi generibus. Iambus ſermoni quotidiano, igitur vſurpatur in genere leui, exili, remiſſo, Pæon qui conſtat ſyllabis 4. eſt prolixior, præſertim tertius, qui habet ſyllabam longam tertiam; aut ſecundus, qui ſecundam habet longam, conuenit grandiloquentiæ, μεγαλοφωνία : Dactylus intermedio, non tam velox vt Iambus ; nec tam tardus eſt vt pæon, qui habet iſtos tres, poteſt iudicare de omnibus pedibus, quantum attinet ad decorum. Si iambus exilitati conuenit, conuenit

Primum præceptum de pedibus.

Nomen numeri.

II.

conuenit etiam qui ei par eſt, vt trochæus, tribrachus: nam pares ſunt non ſyllabarum numero: ſed ſpacio & mora. Si Dactylus conuenit medio generi, conuenit etiam Anapæſtus. Ergo Bachius conuenit graui generi, Palimbachius contra mediocritati, lenitati, & tenuitati. Si Moloſſus canis eſt grauiſſimus & latrans vehementius, & conuenit grauitati: igitur Pyrrhichius exilitati: hoc præceptũ habet demonſtrationem ex tribus pedibus, ex quibus reliqui coniiciuntur pedes. Tertium præceptum, quod

III. numerus non debet apparere, debet celari induſtria: induſtriam voco ἐπιμέλειαν, id eſt, diligentiam in aucupando & concinnando numero. Cælatur autem varietate: illa eſt, vel in omnibus vel in pluribus: ſed raro in vnam periodum poſſunt incurrere omnes pedes. Etſi vereor Iudices, &c. Eſt ſine dubio numeroſiſſimum exordium, & numerus captatus: ſed non apparet, vt in carmine heroico, Tityre tu patulæ, &c. Captatus & ibi numerus: quia certi pedes ſunt: Integer vitæ, ſceleriſque purus, &c. In oratoribus latent, quare? quia non ſunt aſtricti. Ita Cicero dicens pro fortiſſimo viro, in ſummo periculo exilij & capitis, conſtituit numeros graues, eſt ἀμφιμακρικὸς oratio, & σπονδειακὸς, & deſinit in dichoræo. Etſi) Incipit à ſpondeo, Vult ſe confirmare, & conſiſtere in cauſa. Vereor) Anapæſtus, quando vnum verbum poteſt pedem conſtituere, debet haberi illud verbum pro pede. Iudices) Vtrunque natura longũ. Ne turpe) Cogor diuidere verba, quia, Ne, non poteſt pedẽ facere, eſtq; ſpondeus. pe ſit) iambus, Claudicat parum orator. Miſo requirit ſpondeum, pro fortiſſimo dicere, fuiſſet dactylus: ſed non debuit, quia fecerat Apoſtrophen Cicero. dicere incipientem timere) Dichoræus. Ita habetis Spondeum, Anapeſtum, Amphimacrum, Iambum & Dichoræum. Grauitas eſt captata ſpondeo & amphimacro, & dichoræo. illi tres pedes regnant.

IIII. Quartum præceptum, pertinet etiam ad occultationem, occultatur numerus dicendi luminibus: nam vbi omnia ſunt luminoſa, & perſpicua, & illuſtria: ibi numerus in tenebris, & vmbra latere videtur, vt paria paribus relata. Hæc autem etiam in figuris oſtendimus: ita altercationes, interrogationes ſunt numeroſæ, vt pro Quintio, Cùm interrogat Næuium: in oratione pro Cæ[illegible], vbi oratores congrediuntur: quia orator valde eclaclamat & indignatur, idcirco non apparet numerus. Ita in poeta: Illa meretrix Thais, quàm eſt numeroſa: item dubitans ille amator? Quid igitur faciam? & eſt [illegible] confectum principium: videtur diſſolutum eſſe, cùm ſit numeroſiſſimum, ſed propter hæſitationem & interrogationem loquentis: non apparet. Ita Perſius:

O curas, &c.

De his ornamentis verborum & ſententiarum, quibus occultatur numerus, his verbis Cicero in oratore ad Brutum: loquens enim de induſtria quadrandæ orationis. Latebit, inquit, eò magis, ſi & verborum & ſententiarum ponderibus vtemur. Nam qui audiunt hæc duo, animaduertunt, & iucunda ſibi cenſent, verba dico & ſententias: eáque dum animis attentis admirantes excipiunt: fugit eos, & præteruolat numerus: qui tamen ſi abeſſet, illa ipſa delectarent. Quintum præceptum eſt, vt ne nimius ſit curſus numerorum, ne poëma eſſe videatur. Numeroſa enim oratio ea dicitur oratoris, quæ neque claudicans ſit, neque fluctuans: & quæ conſtanter ingrediatur. Ergo non immoderata eſſe debet, neque anguſta neque diſſoluta oratio. Sextum eſt præceptum de periodo tota, quod tametſi clauſulæ, quas Græci vocant ἀναπαύσεις, maximè numeroſæ eſſe debeant: tamen inde ab initio ambitus ita connectenda ſunt verba: & accerſendus numerus: vt æquabiliter, non diſſolutè, ad extremum perueniat oratio, neque prima vltimis ſint diſſimilia: neque inter vtraque ea videatur eſſe diſſimilitudo, qua æra lupinis differunt. Quamobrem illa tria æquabiliter retineri debent, Compoſitio, Concinnitas, Numerus: quarum compoſitio verborum eſt, Concinnitas ornamentorum, Numerus pedum.

cùm

SCHOLAR.

Quatuor ſuperiore proxima lectione præcepta tradidimus, quæ retinenda ſunt in hac doctrina numerorum: quorum quartum fuit numerum latere & abſcondendũ eſſe ornamentis verborum & ſententiarum. Sunt enim quædam ornamenta, quæ per ſe numerum perficiunt, vt paria paribus comparata, & contraria contrarijs oppoſita, vt habetis in Orarore. Sic etiam ſunt ornamenta quædã, quę ita delectãt, vt auditor de numero non cogitet: vt ſunt ſubiectiones ob oculos ὑποτυπώσεις, ſuffigurationes, interrogationes, optationes, exclamationes: vt oſtendi exẽplis poetarũ. illi cùm habeant numerum certum & aſtrictũ paucis pedibus; tamen ita componunt, vt videatur oratio eſſe ſoluta. Quid faciam? non eam? &c. Illa ἀπορία & κοινωνία, & interrogatio & reſponſio, ita placent legentibus, vt de numero non cogitent. Ita Perſius etiam videtur, non tam numerum expreſſiſſe, quàm rem ipſam, eſt διαλογικὸς, vt videatur non fuiſſe ſollicitus de numero.

Quadrata oratio.

Igitur Cicero dicit de quadranda oratione: Quadrata oratio eſt, quæ eſt periodica, vt ſunt bimembres & τετρακωλίαι, tametſi etiam τρικωλα, & μονοκωλία: aliquando vocamus in orbẽ coarctatam orationem, idem hìc quadratum eſt, quod rotundũ. Circulus laudatur, quòd ſit figura capaciſſima ſaltem. ſed fundamentum virtutum eſt τετραγωνία; Vt igitur laudatur figura quadrata, & corpus circulare; ita oratio quadrata, & rotunda.

Rotunditas orationis,

Rotunda quia pleniſſima, Quadrata, quia conſtans & firma. Igitur dicit quadrandam, id eſt, cogendam in orbem & periodũ.

Pondera orationis.

Pondera vocat lumina, quia quadratio eſt corporũ; igitur vocat pondera, id eſt, lumina grauia; admirantes) ſcilicet verba & eorum ornamenta. Illa) ſcil. ornamenta.

V.

Quintum præceptum eſt moderationis, Vt ne nimis ſit oratio numeroſa; vt numerus non ſit nimius, & nimium concinnatus: oportet eſſe induſtriam, ſed moderatam:

Modus numeri.

modus autem oſtenditur per differens genus: cùm dicitur oratio eſt numeroſa nimis, cùm videtur eſſe poema. Igitur oportet omnem ſimilitudinem verſus vitare; non oportet tres Iambos continuare; non addere dactylum ſpondeo, aut ſpondeo dactylo, ne fiat numerus heroicus. quid vult igitur? Tũ dicitur oratio numeroſa, cùm nõ eſt claudicãs & fluctuans. quę eſt claudicãs & fluctuans oratio?

Oratio claudicans.

Claudicans quæ eſt impedita curſu & interrupta. Fluctuans, quæ eſt lubrica, vt fluctus ſunt. Oportet autem eſſe ἰσοβαινίας, æquabiliter incedentem. In claudicatione nõ eſt æquabilitas, pes dexter officium facit non ſiniſter: fluctuat oratio tanquam vndoſa aqua: oportet ingredi cõſtanter, incedere, vt Iuno. At ego quæ incedo diuûm Regina, &c. Neque anguſtam, ſcilicet duobus modis. Primò cura & ſollicitudine, & quaſi ſeruitute: ſecundò numero minuto. Diſſoluta eſt neglectione, & omiſſione, & præteritione numeri: Non ſit poetica, non ſollicita, non negligens. Sextum præceptum eſt de periodo. An in tota periodo debeat eſſe numerus: an in præcipua parte, id eſt, in principio & clauſulis. Eſt tripartita quæſtio, in tota periodo, pars prima, pars media, pars poſtrema. Quibuſdam ſatis, ſi clauſula ſit numeroſa. Cicero reſpondet, oratio debet ſui eſſe ſimilis, ab initio vſque ad finem. Nam ſi principium eſt neglectũ, & finis accuratus: non eſt ſimilis ſui: Igitur obſeruandus eſt numerus in principio, magis tamen in fine. plura ſunt præcepta clauſularum quàm finis. Principium non ſit poeticum, non habeat verſum Iambicum, aut Heroicum. Illud principium apud Liuium, facturus ne operæpretium ſum: à verſu incipit. Eſt quidem numerus captandus, ſed diſſimilis verſui ab Anapæſto, à Cretico, à Bachio & Palimbachio incipiendum. Debet autem ſumma diligentia adhiberi in fine: ſed tamen ſi non ſpacium ſit captandi numeri, debemus eum iuuare compoſitione, & concinnitate. Si compoſitio concinna requiritur, in principio & fine, ergo etiam numerus: ſic oportet oratorem eſſe concinnum, oportet etiam totam orationem eſſe concinnam & numeroſam.

Anguſta.
Diſſoluta.

6.
An tota oratio debeat eſſe numeroſa.

Liuius à verſu incipit.

Sed tamen quia clauſulæ maximè expectantur: Videndum eſt qui pedes clauſularum ſint inſigniores, & qui pedes quos vel antecedant laudabiliter, vel conſequantur. Et Cicero Creticum laudat in fine, quem nos Amphimacrum appellauimus, ſecuti Grammaticorum vocabulum: Pæana poſtremum veteres laudarunt in clauſulis, propter vltimam longam, inter quos eſt Ariſtoteles. Ciceroni verò minus probatur: ſed tamen primus Pæan principijs conuenit, Tertius probatur magis in fi-

Pedes clauſularum.

ne: quàm cæteri, propter longam ſecundam ſyllabam cũ finem. Dichoræus in primis inſigniter claudit periodum, vt, Temeritas filij comprobauit. Spondeum hebetem putat Cicero eſſe: & tardum, & tamen efficere clauſulas, cum quadam ſtabilitate atq; dignitate: inciſis verò & membris eſſe conuenientiorē. ſed ſpondeum rectè præcedit Creticus ſiue Amphimacrus, criminis cauſa. Si tribrachus ſpondeum antecedat, videtur Quintiliano numerus fieri mollior, vt temeritates, Aut Anapæſtus minus rectè præcedit, vt, reperit fundum. Item, Spondeus Iambo rectè anteponitur, vt, ſunt improbi. Item Bachio: vt magnos patronos. Dochymus optimus eſt ſemel poſitus authore Cicerone, vt amicos tenes. Conſtat autem dochymus quinque ſyllabis, prima breui, duabus longis, breui & longa. Moloſſus a Quintiliano laudatur, ſi pes breuis antecedat, vt eſt Choræus, veluti illud: Scimus vbicunque ſunt, eſſe pro nobis. Duo ſpondei geminati, poeticum & Heroicum numerum efficiunt. Idem efficit Dactylus ſpondeo antepoſitus. idem quoque Choræus ante Bachium. Magnus eris, ſi magna ſequaris. Spondeus verò Bachio, melius anteponitur. vt de virtute multum remiſit. Item: Moloſſus. vt, Quia formoſus placebat.

Dochymus

SCHOLAE.

Quantum ad tria loca periodorum, plura præcepta tradita ſunt fini periodorum, quàm reliquis partibus, quæ tamen numero non debent carere. Sed qui ſcit qui ſtabile in clauſulis: Scit etiam quid conſtans in principijs. Vt Rhetores conſumunt præcepta de ſtatibus in genere Iudiciali, non in deliberatiuo & laudatiuo. Ita pedum compoſitionem poſſumus oſtendere in clauſulis periodorum. Qantum igitur ad pedes clauſularum, Cicero Creticũ laudat, q incipit à firmitate, & in ea deſinit. laudatur igitur propter moram, firmiter figit pedem, & firmiter figendo deſinit, conſtanter incipit & ceſſat. Veteres laudarum

Pedes in clauſulis doceri poſsũt.

ſunt Pæona quartum in fine, is eſt qui tres habet breues, & vnam longam, vt, Meminerint. Ariſtoteles putabat, in fine poſitum, eſſe bonum & numeroſum. Cicero putat illam cauſam non eſſe bonam, quomodo enim poteſt ſtabile eſſe, quod pro breui habetur? Pæona tamen primum laudat Cicero in principijs, vt, colligere, quia grauiter incipit. Nos debemus accipere in clauſulis Pæona tertium, *υ υ - υ*, repetiui. Eſt ſimilis Pyrrhichio & ſpondeo, & ſpondeum rectè præcedit pes breuis. Inter omnes pedes Cicero grauiſſimum putat eſſe dichoræum. Oſtendit exemplo Lucij Craſſi, qui illo clamores & turbas excitauit. vt, Comprobauit. Spondeus eſt hebetes & tardus Ciceroni: Hebetem vocat, quia facit aures hebetes, & nimium quaſi implet, facitque vocem obſcuram: ſed tamen orationem ſtabilem: Quemadmodum aliquando in vitis rauca vox placet: ità ſpondeus placet propter tarditatem. Hæc tamen hebetudo & tarditas corrigitur præpoſitione & poſtpoſitione aliorum pedum, qui ſunt temperatiores, & velociores: quomodo illa compoſitio facienda ſit proximè oſtendam.

Palimbachium etiam Moloſſus rectè antecedit, vt videtur Quintiliano: vt, reſpondit non velle: & illud Quintiliani exemplum. Et ſpinis reſperſum. Item Bachius Palimbachium præcedit numeroſè: vt. Quod hic poteſt, nos poſſimus. Dactylus etiam laudatur in fine, vt. Muliercula nixus in littore. Amphibrachius quoque vtilis eſt ἀναπαύσεσι, vt, pudet dediſſe. Anapæſtus iteratus Quintiliano placet, & eſt numeroſus: vt, Nam vbi libido dominatur innocentiæ, leue præſidium eſt. Sed idem magis laudat ſpondeum ante Anapæſtum, & illud idem exemplum immutat ſic: Leue innocentiæ præſidium eſt. Hæc igitur pedum ſit varietas, in qua liberum volumus eſſe oratorem, & numeris eorumque pedibus, ſuo arbitratu vti, modo numeroſum & conuenientem, & conſtantem, non fluctuantem orationis, aut curſum efficiat aut moram.

Et primum præceptione hæc ars breuis & facilis eſt, noſſe ſcilicet pedum nomina & ſpacia, quæ moris & celeritatibus metiuntur. Et ſcire, qui pedes & numeri, quibus locis conueniant, & qui quos rectè aut antecedant aut conſequantur. In ſcribendo etiam facilius eſt obſeruare, & facere quod præcipitur: in dicendo verò, & cum ſubitò loquendum eſt, difficile videtur, & arduum hanc facultatem adhibere. Sed multum poteſt ſtyli exercitatio, & declamandi conſuetudo, vſusq́; dicendi, & verborum copia facultatem præbet oratori ad deligendum. Singula enim verba ſæpè ſecum pedem numerumq́; afferunt. nam & Dactylica verba ſunt, vt ſcribere, & Pæonica vt coniÿcere, & dichoraica, vt arbitrari. denique quot pedum, tot verborum ſunt nomina, quæ eos pedes recipiũt: qui verò numeri, quibus conueniant orationis partibus, & quibus congruant dicendi generibus, id apparebit, cum de dicendi generibus præceperimus. De quibus deinceps diſſerendum eſt.

SCHOLAE.

Pedes ἀρχόμενοι & ἀναπαυτικοί.

1. κρητικὸς eſt Amphimacrus.

.2 Ciceronis & Ariſtotelis diſſidiũ de Pæone.

Superiore proxima lectione cepimus agere de pedibus ἀναπαυτικοῖς, id eſt, qui conueniant clauſulis: Sunt enim pedes qui inchoant numerum periodi, & ſunt qui finiũt: propterea ſunt ἀρχόμενοι, qui conueniunt principijs, & ἀναπαύοντες, qui periodum terminant. Inter ἀναπαυτικοὺς ponit Cicero τὸν κρητικὸν, qui vocatur apud Grãmaticos Amphimacrus. attulimus vocabulum Grammaticorum; propterea quod iuuet memoriam. Creticus adfert conſuetudinem gentis, quia iſte populus iſto libenter vtebatur: oportet tamen ſcire hanc diſtinctionem propter ſcriptores. Creticus igitur conuenit principijs, vt, accipit. Ac: eſt longum, ſi, breue, vt apud Terentium, dehinc occipit, finit Cretico. Secundus pes eſt Ariſtotelicus Pæon poſtremus, qui habet vltimam longam, meminerint, didicerint. Hic valde fuit probatus antiquis, imprimis Ariſtoteli propter vltimã longam. Cicero non vituperat, ſed rationem non putat eſſe fir-

ſe firmam,quare videatur eſſe ſtabilis: Ariſtotelis ratio eſt
hæc,quia vltima eſt longa:Cicero dicit, eſſe infirmam rationem,
quia vltima eſt cõmunis.Ego cum Ariſtotele ſentio.
Eſt ſtabilis propter vltimam longam:eſt poteſtatis & voluntatis
noſtræ:eſt longa quando volo,poſſum immorari.
Eſt artis Pæana quartum facere ſtabilem,id eſt, moram facere
in pronũciãdo, & rectè:quia ſi poſtremus pes firmiter
fixerit ſeſe,non curo,ſi præcedentes ſint breues, non quid
fieri poſſit,ſed quid fieri debeat reſpicit Ariſtoteles:Si quis
breuem faciat,pronunciat vitioſius: licet enim interſpirare
3. & moram facere.Tertius eſt rurſus Ciceronis Pæan poſterior,
id eſt,tertius.Cicero videtur duo genera facere Pæonum,
eſt bonus tertius, quia eſt par Pyrrhichio & trochæo,
duas breues habet & longam tertiam: vt referebat, benè cadit:
4. hæc ſimiliaque multa referebat. Quartus pes eſt Ciceronis,
probatus etiam à Quintiliano,qui ſecutus eſt Ciceronem,
5. eoque vſus plurimum eſt.L.Craſſi Dichoræus,Arbitrabar,
pertimeſco,comprobauit. Quintò de ſpõdeo, qui
per ſe eſt pes tardus, quemadmodũ Cicero dicit,& hebes,
quia implet aures inſuauiter:vt ſi quis ſufflet in aures, qui
flatus eſt obſcurus in acumine in audiendo: eſt tardus etiã
ſcilicet impediens curſum orationis,quæ debet ferri vt imber
monte decurrens:ſed tamen facit clauſulas βεβηκυίας,
præſertim inciſis & membris:etiamſi eſt hebetior in periodo,
tamen moderatur celeritate inciſorum ſpondeus,Veni,
vidi,vici.In ſignificatione celeritatis fecit Cæſar tarditatẽ
verborum, & compenſauit celeritatem tarditate. Spondei
etiam habitudo & tarditas emendatur pedibus antecedentibus.
præcedentes ſunt, qui antecedũt vltimam ſyllabam,
ergo obſeruandum eſt, qui pedes rectè coniungantur cum
ſpondeo.Corrigitur primum Cretico,ſi præcedat Amphimacrus:
vt,criminis cauſſa, à eſt longa: quia ablatiuus cri,
longũ natura,mi,breue natura:nis longa poſitione. Deinde
Tribrachus, ille enim confirmatur, & retinetur ad extremum
oppoſitione ſpondæi, vt temeritatem. Tarditas
correcta eſt tribus breuibus,temere. Ne quid temerè facias,
& cætera. Tertia compoſitio eſt, ſi præcedat Anapæſtus:
Nam cum is præcedit, facit quaſi Pyrrhichium & Moloſſum,
fit numerus Moloſſicus, reperit fundum, vel reperis
fundum. Sed quando poteſtis pedes numerare,ſingulis
verbis debetis facere. Quarta cõpoſitio eſt Iambi.Iambus

Spondeus corrigitur pedibus alijs.

etiam præcedit,vt,Si volet Conſul.vis conſulem velle? interrogatio,volet conſul. Iambus etiam rectè ponitur in fine,ſi præcedit ſpondeus: vt, ſunt im-probi. Rectè etiam bachius præcedit ſpondæum.Bachius eſt ᴗ - -,magnos patronos. Hæc de ſpondeo finali & penultimo λυκτικῷ, & cum ſecundo loco cis finem ponitur. Septimo loco ponitur δόχμιος, qui eſt compoſitus pes , ex bachio & Iambo, vt,amicos tenes , exemplum valde vſurpatum à Rhetoribus , ſic eſt ſpondeus rectè ante Iambum. Octauo loco præcipitur de Moloſſo,is laudatur ſi breuis antecedat, eſt bonus coniunctione , καθ' ὑπόθεσιν , eſſet nimis tardus, quando antecederat ſpondeus. Igitur rectè choreus antecedit poſteriore correpta ſyllaba , vt, illud ſcimus, vbicunque ſunt, eſſe pro nobis. Eſſe.) ibi incipit numerus. Nono loco rurſus de ſpondeo, quod vitandus ſit numerus heroicus in fine,ne videatur ἀνάπαυσις eſſe poetica, & hemiſtichium poeticum. Si hoc verum eſt. oportet ſpondeum non geminare,quia efficit poeticum finem. Probatur ille. Magnum Iouis incrementum: grauiſſimi heroici finiuntur duplici ſpondeo: Dactylus igitur ante ſpondeum eſt malus , vt ſcribere iuſſit: propterea etiam Choræus ante Bachium malus eſt . quomodo malus ? cum efficit numerum heroicum, vt magna ſequaris : eſt idem numerus heroicus,magna ſequuntur. quia ſi dactylus malus eſt ante ſpondeum,eſt etiam Choræus malus ante Bachium : nam eſt idem numerus,quod ad Oratores attinet.

Diximus de Amphimacro , qui & Creticus dicitur, quod laudetur in fine . deinde de Pæone poſtremo & tertio. Tum etiam tertio loco de ſpondeo , quomodo variè cum cæteris componitur. Quarto de bachio pede compoſito. Quinto de Moloſſo. Sequitur Bachius. Diximus etiam de ſpondeo iterato vitioſo , præſertim ſi dactylus præcedit. Bachius iteratus & geminatus eſt numeroſus in fine,vt refecit dolentes,refecit eſt bachius. Sed Choreus ante Bachium eſt vitioſus , efficit numerum poeticum : magna ſequaris. Magni nomen habes,ſupereſt,vt magna ſequaris : eſt bonus verſus,ſed ſpondeus eſt melior ante Bachium,propter Bachij primam breuem , vt, de virtute multum remiſit. Laudant etiam Moloſſum ante Bachium : facit enim numerum ſtabilem & firmum,conuenientem grauitati , magnis ſententijs , vt, formoſus videtur.

Idem Moloſſus laudatur ante Palimbachium, is eſt qui habet duas priores longas, & vltimam breuem. propter hanc vltimam, fit numerus mollior, & magis hebes pes, contrarius Bachio. Reſpondit non velle. Etiam Bachius, ante Palimbachium bonus eſt & numeroſus, vt pro Q. Ligario. Quod hic poteſt, nos poſſumus, poteſt nos, Bachius, poſſumus, Palimbachius, vltima breui. Sequitur Dactylus, laudatur in fine, cum poſtponitur ſpondeo ante poſitus:

Tityre tu patulę, recubans ſub tegmine fagi.

Interuerte & fit numerus oratorius, vt in ſeptima Verrina, muliercula nixus in littore. In fine etiam laudatur Amphibrachus, pudet dediſſe. Dactylus & Amphibrachus boni, ſi dactylus bonus oportet etiam Amphibrachum, ſi dactylus laudatur ſuo numero, mora, & ſpacio, oportet etiam hunc laudari, qui eundem habet numerum. Quintilianus laudat etiam Anapæſtum iteratum, & non improbauit Bachium iteratum, Leuepræ - ſidium: Quintilianus facit Craſin in poſtremis, ſidiumſt. Si ſpondeus præcedat, putat melius eſſe. & inuertit exemplum, innocentiæ præſidiumſt, quod quàm verum ſit, non poſſum intelligere. Cicero qui habuit optimas aures ad iudicandum, nihil tale tradit. Igitur placet mihi ille numerus prior magis. Tamen conſiſtit Quintiliano etiam ſua ratio, ſed q̃a eſt optimus ſcriptor, ita maluit, admitto Anapæſtum iteratum tanquam bonum, Hæc de varietate pedum. Ea eſt difficilior apud Oratores quàm poetas, propter multiplicitatem. Nam in Heroico duo tantùm pedes. In Phalæcio ſcitis eſſe tres pedes, In Iambico, vnus Iambus ſufficit: videtur difficilior cura in paucis quàm in pluribus, hoc verum eſt, ſed tamen in pluribus poteſt facilior eſſe delectus: quod numero obeſt, illud prodeſt delectu. Si non habes ſpondeum aut dactylum, accipe Amphibrachum & dactylum. Etſi quam difficultatem affert numerus, compenſetur delectu verborum. Deinde Numerus iſte eſt finitus: ſunt ſolum duodecim pedes. Et additis compoſitis fiunt quindecim, quibus quidem omnis conficitur varietas, qui pedes nominibus inter ſe ſunt perſpicui, & quantitatibus ſatis noti. & pedum multitudine. Nihil difficultatis eſt in cognoſcendo & in memoria, facile poſſunt memoria teneri quindecim. Regulæ

Quintilianus diſſentit à Cicerone.

An varietas pedum difficilior ſit apud oratores quàm poetas?

quæ ſunt, omnes ferè ſunt dictatæ. Vna communis, Vitemus poetica, & retineamus has coniunctiones. Sed mirabiliter prodeſt ſtylus & exercitatio, In ſcribendo obſeruate principia & fines periodorum, vt numerum capteris varium. Non eodem modo oratio inchoetur & deſinat, ſed ſingulæ periodi afferant noua principia numerorum, & nouos exitus. Nam ſemper deſinere in dactylo, malum eſt. Sæpe iterare Bachium malum eſt. mutatio & varietas eſt bona, & in hac mutatione varietatem parit ſtyli exercitatio & declamatio, vt res ſit cognitione parua, & paucarum horarum exercitatione difficilior, & quæ habeat tamen ſuam ſuauitatem. Hæc de Numeris, Clauſulis, & Collocatione, & varietate numeri. Sequuntur Ideæ.

DE IDEIS.

CAPVT VI.

7. Ideæ.

AC dicendi quidem genera de principio partiti ſumus: & primum illos quatuor Craßi modos tradidimus. Primum, Apertum, Ornatum, Aptum. Deinde illa tria communia poetatrum & Oratorum genera, Graue, Subtile, Intermedium: quæ tria ſub apto dicendi genere continentur. Tum ſeptem Hermogenis formas, quas ἰδέας *vocat, quibus Demoſthenis orationem conſtitui putat,* σαφήνειαν, μέγεθος, κάλλος, γοργότης, ἦθος, ἀλήθεια, Δεινότης. *Oportet enim, vt omnis oratio clara ſit & aperta, & vt ſuam habeat quaſi magnitudinem, quæ dicendi eſt amplitudo: ſed eam pulchram, non deformem, tum volubilem, celerem, non pigram, neque tardam: deinde vt mores habeat perſonarum expreſſos ſignificatione virtutum aut vitiorum: paterca vt vera, non falſa, & probabi-*

habilis, non diſſentanea videatur. Poſtremò vt aliquid efficiat grauiter & cum decoro. Ex quo nata ſunt ſeptem illa dicendi genera Demoſthenis. Perſpicuum, Amplum, Venuſtum, Velox, Moratum, Verum & Graue.

SCHOLAE.

Hactenus igitur abſoluimus octo partes, quibus ex partibus ἰδέα conſtituitur & conficitur. Et vſi ſumus Methodo διαιρετικῇ. Diuiſimus autē iſta partim partiēdo partim enumerādo. Enumerauimus omnes figuras, & varietatē illarū. Partiti ſumus genera dicēdi, figuras verborū & ſententiarum, genera periodorum: item omnem varietatem periodorum, quæ, vt dixi, tradidimus διαιρετικῶς. Sequitur σύνθεσις COMPOSITIO, vt oſtendamus quomodo ex his octo partibus ſingula conſtituantur dicendi genera. Sed apud Scriptores bonos ſunt tres partitiones traditæ de generibus dicendi: quarum Prima eſt Ariſtotelis, quā Craſſus ſequitur lib. 8. de Oratore. Ariſtoteles enim lib. 3. Rhet. habet virtutem primam orationis σαφήνειαν, id eſt, puritatem, diluciditatem, habet κοσμὸν, ἑλληνισμὸν, id eſt puritatem, vt oratio ſit Attica & Græca & Romana, non barbara. Deinde σχηματισμὸν habet, id eſt, ornatum, quibus σχήμασι oratio ornari poſſit. Poſtremò præcepta πρέποντος. Craſſus dicit eſſe quatuor dicendi modos, vocat τρόπους. Vnus eſt dilucidus, quæ eſt perpetua virtus orationis, ſemper debet oratio eſſe aperta & perſpicua. Vbi igitur hyperbata, Aenigmata, Allegoriæ? Aenigmata quibus vtuntur oratores: vel nolunt intelligi vel volunt. ſi nolunt: &, vt Cicero vult Atticum ſollicitum habere, eſt etiam ſuaue: alteri etiam moleſtia eſt grata. Illa non obſtant huic præceceptioni: optabile eſt vt ſemper ſit perſpicua. Deinde ſequitur oratio pura: puritas eſt linguæ natiuæ, & noſtri ſoli & patriæ. Vt apud Romanos quæ Latina, apud Græcos quæ Græca, apud Athenienſes quæ Attica. Et vocat puram orationem Craſſus ἑλληνισμὸν, eius præcepta petuntur à Grammaticis, ne ſit confuſio & perturbatio generū, numerorum & modorum. Pura quæ eſt ſecundum præcepta Grammatica, quæ non habet γλώττας, id eſt, aliena, nec priſca, neque habet modos huiuſmodi barbarorum ORNATA eſt εὐσχημάτιστος, quæ habet inſignia lumina ſenten

Διαιρετικῶς hactenus.

Συνθετικῶς.

Tres diuiſiones generū dicendi.

Perſpicuitas.

Aenigmata vnde oratoribus.

Puritas.

Ornatus

Aptitudo.

tiarum & verborum, pulchra habet χρώματα. Apta oratio, id eſt, decora, πρέπων λόγος, conueniens rebus ſubiectis, humilis humilibus, grauis grauibus, intermedia medijs. 2 Hęc partitio eſt Ariſtotelica. Secunda diuiſio eſt communis poetarum & oratorum. Donatus in commentarijs in Vergil. dicit tria genera eſſe dicendi, Medium, Graue, Tenue. Et dicunt quòd Bucolica ſint exilitatis, Georgica mediocritatis, Aenæis grandiloquentiæ & grauitatis. Hæc etiam diuiſio eſt Oratorum, quam Cicero ſecutus eſt, in fragmento de optimo genere dicendi, contra eos, qui videri volebant Attici. Habet etiam in oratore hanc diuiſionem: Tenue, vt oratio cõtra legem Leptinæ: Graue, vt Philippicæ maiores: Mediocre, vt Philippicæ mediocres. Sed vt poſſimus iſta in ordinẽ redigere, dicere debemus, quatuor eſſe dicendi modos, & aptum eſt Tripartitum. Aut enim graue, aut humile, aut intermedium. Iſta tria ſunt comprehenſa ſub illo quarto, decoro ſcilicet: Ergo hæ duę partitiones non adferunt diuerſitatum opinionum, ſed 3. conſenſionum artis. Sequuntur 7. Demoſthenis dicendi genera, iſta ſeptem cadunt in ſingula tria, Humile, Graue, Intermedium, quia Demoſthenes habet iſta omnia, Tenue contra Leptinem, Graue contra Midiam, Mediocre contra Ariſtogitonem: iſta conſtituuntur ex ſeptem alijs: vt ſubtile habet aliquando elationem, genus graue habet aliquando remiſſionem vſque ad medium, Intermedium aliquando declinat ad exilitatẽ, aliquando exurgit ad grãdiloquentiã. Iſta temperatura in dicendi generibus, fit ſeptem dicendi ideis Demoſthenis: quibus eſt vtendum in omnibus generibus, & Hermogenes ſeptem inuenit virtutes & ideas in Demoſthene, primũ, perſpicuitatem, quia eſt neceſſaria interpres cogitationum. Oportet habere μέγεθος, vt plenè intelligas & iuſta ſit magnitudo. Ita ſuam magnitudinem habet oratio, non ſolùm pro Milone, verùm etiam pro Ligario, & pro A. Cecinna, Sed illam magnitudinem oportet eſſe pulchram, vir magnus ſit & pulcher. Illud μέγεθος reſpicit tria dicendi genera, eſt magnitudo grauitatis, mediocritatis & ſubtilitatis. Oportet igitur conſtituere quo vti velis κάλλος, qua venuſtate: nam quemadmodum non eſt laudabile, corpus & magnũ & pulchrum: ſi non poteſt incedere & currere cùm opus eſt. Oportet virilem & formidabilem eſſe inimicis: igitur ne-

neceſſaria eſt γοργότης celeritas virilis, efficiens aliquid contra aduerſarium. Hora præter. jt.

DE ΣΑΦΗΝΕΙΑ.

Perſpicuitas.

PRimùm igitur de APERTO dicendi genere explicandum, quàm figuram Hermogenes ΣΑΦΗΝΕΙΑΝ nominat. Hęc tametſi potiſsimum in dicendi genere ſubtili atque ſubmiſſo proprium locum habere videtur: Eſt tamen etiam in illo graui & amplo. & his duobus interiecto atq; intermedio adhibendum. Non enim obſcurus atque confuſus, ſed illuſtris debet eſſe, & quaſi luminoſus in dicendo omnis ornatus oratorius. Huic perſpicuo generi contrarium eſt obſcurum, quàm ἀσάφειαν nominant. Heracliti vitium perpetuò fugiendum illi, qui ſua ſcripta velit habere genium, vt ille poeta loquitur, eſt optandum. Hęc ſiue virtus dicendi, vt Ariſtoteles vocat, ſiue figura, vt Herennianus magiſter, ſiue forma atq; idea, vt Hermog., duas eſt diuiſa in partes, quarũ vna eſt, καθαρότης, modus loquendi, vt Craſſus vocat apud Ciceronem, purus. Altera εὐκρίνεια, quam nos docendi cauſa Dilucidit atem aut Claritatem nominemus, ſed Græci εὐκρινὲς vocant, quod ad intelligendum atque iudicandum ſit perfacilè, hoc eſt, clarum atque diſtinctum. Hęc puritas à Romanis Latinitas dicitur, à Græcis ἑλληνισμὸς, qui cùm eſt optimus Athenienſium Atticiſmus eſt appellatus. Percurramus igitur omnes octo eas partes, quibus ſingulas figuras confici diximus, & videamus quę nam & quales huic puro generi conueniant. Ac Hermogenes puras ſententias eas vocat, quę communes ſunt omnium hominum, & quę per omne genus hominum commeant: aut commeare videantur. Item, quę per ſe notę

Obſcuritas Heracliti.

ſunt, quibus contraria ſunt recondita & ſenſu inuoluta, quas σαϑεῖας & περινενοημένας Hermogenes nominat, huius generis ſunt de rebus domeſticis, de vxore & liberis, de frumento & cellis frumentarijs: de pace & bello ciuilibusq́; rebus, omnibus notis atque cognitis: de virtutibus, & præclarè factis, de vitijs & ſceleribus. Omne hoc genus notum eſt ſententiarum. Literæ verò & doctrinæ multa habent recondita, vt Augurum & aruſpicum tripudia, & mathematicorum problemata, atque theoremata, & Phyſicorum principia, artium ſcilicet & doctrinarum: vt vocabula, ſic res etiam atque ſententiæ vulgo inaudita.

SCHOL AE. Septẽ Hermogenis ideæ.

Diximus Hermogenem obſeruaſſe Demoſthenis genus dicendi confectum eſſe ex ſeptem Ideis, quarum prima eſt σαφήνεια: oportet enim orationem eſſe claram, apertam, dilucidam atque perſpicuam: quam ideam Ariſtoteles libro 3. Rhet. vocat ἀρετὴν, dicit vnam virtutem eſſe orationis, σαφῆ εἶναι τὸν λόγον, eſt perpetua virtus: & res non caret ratione. Nam oratio eſt noſtrarum cogitationum & conſiliorum interpres & nuncia: oportet igitur omnem interpretationem eſſe claram vt intelligatur: Ergo perpetua eſt virtus. Deinde oportet vt oratio ſuam habeat iuſtam magnitudinẽ, veſtibula & principia cauſarũ ampla, ſic narrationes, ſic cõfirmationes, ſic refutationes, ſic perorationes ſuam habent quaſi magnitudinem, ſic membra ſunt parua & longa, ſic periodi ſunt ὀλιγόκωλοι, & periodi πολύκωλοι: oportet igitur vt conſtet oratori de orationis amplitudine. ſed non ſatis eſt orationis habere lumina, & eſſe ſatis magnas, oportet vt appareat architecti ars, vt habeant ſuum ornatum, vt veſtibulum ſit elegans, ſint diętæ pulchræ & venuſtæ. quod in ædibus neceſſarium eſt, eſt in oratione etiam: Vt ſit perſpicua, vt ſit ampla, vt habeat pulchritudinẽ. Quarta virtus nõ apparet in architectura, ſed in animantibus, quæ ſeſe mouent, ipſa γοργότης celeritas. Dicimus hominem laudari primùm, quia eſt bene coloratus, non obſcurus. Deinde ſi ſit magnus, non pu-

ſiſo & nanus. Tertiò ſi ſit pulcher: nec ſolum iſta ſunt tria: ſed motus & mobilitas, agilitas, qui bene poteſt currere, ſaltare, qui corpus habet volubile, qui habet bonam conſtitutionē. Nec oratio ſit quaſi ſus ignauus, ſemper dormitans, oportet aliquando rapi quaſi imbrem. V. virtus ἦθος, ſignificatio ingenij, morum: vulgò dicitur, Veſtis facit virum, hoc commodius de oratione, Oratio virum indicat, quem ſeſe ore ferens, quàm forti, &c. Aeneas oratione conſecutus eſt, vt Didoni videretur vir prudentiſſimus, fortiſſimus, iuſtiſſimus: nam oratio erat ἠθικὴ. Habere igitur oportet ſignificationē bonorum morũ, & noſtrorum reorum & vitiorum aduerſarij. Verris, Ebutij, Gabinij, & quicquid ſimilium eſt monſtrorum: non ſatis eſt eſſe coloratum, magnum, pulchrum, velocem: ſi ſit homo vitioſus, oportet præditũ eſſe virtute ethica: nam nihil turpius eſt, quàm vanitas in homine, dicere mentiris, dicere non probabilia, & contra naturam aliquid. Oportet igitur vt ſit VI. virtus ἀλήθεια, id eſt, genus dicends probabile, cuius virtus eſt docere. Sed hæc omnia oportet aliquid efficere, & aptè atque decorè, quemadmodum decet perſonas iudicum & ſenatorum & reorum, & locum præſentem & cauſam & tempus. Oportet habere orationem grauitate efficacem, illam Græci vocant δεινότητα, id eſt, vim grauem oratoris, aliquid decorè efficientem, quę poſtrema idea plerumque tribuitur oratoribus perfectis, δεινοῖς ὁ λέγειν, & δεινὸς βουλεύειν: quibus intelligunt oratorem grauem, & efficientem quod vult: qui aſſequitur illa tria, vt concilient, & vt doceat, & perturbet, ſi patiatur cauſſa: Doceat argumētando, & delectet conciliando, amore, gratia, beneuolentia: perturbet mouendo, ira, inuidia, ſæuitia, clementia, illa dicitur δεινότης. Hæ ſunt ſeptem virtutes, quæ conſiderandæ ſunt in oratore. Oratio illa eſt optima oratoris, quæ aperta, ampla, pulchra, velox, morata, probabilis & grauis. Poſſet aliquis interrogare: An ea 7. ſeorſim ſpectentur an concurrant? CONCVRRVNT, COMMISCENTVR. Omnia cadunt in illa tria genera, in Subtile. Graue & Intermedium. Nam ſubtiles orationes habent ſuam perſpicuitatem, magnitudinem, pulchritudinem, celeritatem, mores, probabilitatem, grauitatem. Sed aliquando genus dicendi, aut periodus, aut oratio, aut argumentatio accipit nomen à figura excellente & ſuperan-

Oratio facit virum.

re. Si enim orator eſt totus in hoc,vt aliquid ornet,atque amplificet, dicimus eſſe Ideam magnam & ἀξιωματικήν;ſi argutè argumentatur, & callidè diſtinguit & definit,dicimus eſſe Σαφήνειαν ſolam. Narrationes, principia, confutationes,amplificationes,perorationes, accipiũt nomen Ideę ſuperantis. Alioquin Ideæ cõmiſcentur. Primo igitur loco περὶ τῆς σαφηνείας,quam Craſſus vocat modum apertum loquendi, & apertè loqui eſt Σαφῶς λέγειν, ἀπλῶς; Huic contraria eſt ἀσάφεια, vt illa virtus eſt perpetuò ad orationem accerſenda. Ita hoc vitium perpetuò fugiendum, & ideo exploſum eſt ex ſcholis Rhetorices præceptum. Heracliti σκότιζον ille σκολισμὸς eſt exploſus etiam ex ſubſellijs Oratorum. σαφήνειαν diuidit in duas ſpecies Hermogenes, & prima pars vocatur καθαρότης, pars ſecunda εὐκρίνεια, Oratio diſtincta, clara. Purum voco quod eſt Latinum & conſuetudinis; quod noſtræ eſt notitiæ. Et iſtud purum apud Græcos dicitur ἑλληνικὸν & ἑλληνικῶς λέγειν: apud Romanos dicitur Latinè loqui:& virtus latinitas. Igitur barbara verba faciunt orationem impuram, etiam inepta & obſcura vox. Puritas pertinet quidem ad Grammaticos, ſed eſt retinenda in ſcholis rhetorum,& ſubſellijs oratorum. Vt hominem vocamus impurum, qui eſt ſordidatus & inuenuſtus & ſordidus. Ita orationem impuram,quæ verba habet barbara: quę conſuetudinem retinet barbarorum. εὐκρίνεια à iudicando dicitur oratio diſtincta,perſpicua,quæ ad intelligendum eſt facilis. Latinus ſermo non poteſt iſtud vocabulum interpretari. εὔκρινος λόγος iudicabilis oratio: de qua poteſt fieri iudiciũ,propriè quę bene eſt diſtincta. Et puto eſſe, quod Cicero dicit, diſtinctè loqui: quod apparet ex alio verbo διάκρισις. εὐκρίνεια eſt διάκρισις εὖ ἔχουσα, id eſt, bona ἀγαθὴ ἐπαινετή, i. laudabilis. eſt intelligentiæ: cùm oratio intelligitur clarè & apertè. Cùm igitur Σαφήνεια ſit diuiſa in duas partes. Oportet videre quibus ex partibus conficiatur prima pars, quæ lumina habeat, quæ verba & quæ γνώμας: quæ cola & periodos, vt quã ſtructuram, & quas clauſulas,& numeros habeat pura oratio. Sententiæ puræ vocantur ab Hermogene κοιναὶ ἁπάντων: cõmunes omnium hominum. Quicquid dicimus de pace: de virtute: de rebus œconomicis: politicis intelligitur. quare? quia nõ ſunt contra conſuetudinem. ſententię conſuetudinis, ſunt communes

τῆς σαφηνείας διαίρεσις.

1. καθαρότης.

2. εὐκρίνεια.

Dinctè loqui.

Quæ nam ad καθαρότητα pertinent.

1. ἔννοιαι κοιναὶ ἁπάντων.

dunes omnium. Deinde dicit εἰς ἅπαντας ἀνελθοῦσαι: ad omnes pertinentes: quæ verſantur in hominum commercijs. Aut δοκοῦσαι ἀνελθεῖν, quæ videtur eſſe communis conſuetudinis. Poteſt enim aliquid dici, quod ignoretur: tamen probabile eſt, poſſe intelligi: His generibus contraria ſunt βαθεῖαι reconditæ, vt vocat Cicero, de Natura ſcilicet Dei: de motibus cœleſtibus: Et συνενοημέναι, id eſt, quæ ſunt ſenſu implicatæ. Cùm vna ſententia tres afferat alias ſententias: vt ſunt cæterarum artium, vt theoremata & problemata Mathematicorum. Vulgus non intelligit quæ ſit materia prima, quæ ſint αἴτια & αἰτιατὰ: quid ἄτομοι & ἐντελέχεια: quæ anticipata Stoicorũ, & ſimilia: res tales ſunt, quæ non probantur in vulgus: Sic Cato afferebat genus orationis, quod nõ probabatur in vulgus, vt παραδόγματα Stoicorũ. Cùm igitur ſententiæ communes his miſcentur, naſcitur impura oratio. debet oratio eſſe vnius generis. Igitur inepti ſunt qui hodie ſcribunt, cùm oratio & hortatio eſt ad virtutem & concordiam: qui afferunt res obſcuras ex alijs artibus: fit genus ἀκαθαρὸν, & variarum rerum mixtura. quomodo ſententia poteſt eſſe impura & pura? Purum quod non inquinat conſuetudinem, conſuetudini conſentaneũ, non inſolẽs. Sed de his proxima lectione.

2. εἰς ἅπαντας ἀνελθοῦσαι.

3. δοκοῦσαι ἀνελθεῖν:

Inepti ſcriptores, qui res obſcuras alijs ex artibus adferunt.

Hermogenes verò ita præcepta puritatis atq; claritatis tradit, vt ea videãtur ad ſubtile atq; ſummiſſum dicẽdi genus referri: id quod apparet exẽplis quæ adducit ex Demoſthene Σαννίων ἐστὶ δή πού τις ὁ τοὺς τραγικοὺς χοροὺς διδάσκων, *id eſt, Sannio eſt quidã qui tragicos choros docet. Itẽ,* Ἀδελφὰς ἔχομεν γυναῖκας ἐγώ τε καὶ Σπουδίας *id eſt, Sorores habemus vxores, egoq; et Spudias iſte. Si hæc puritatis ſunt, oportet illa eiuſdẽ eſſe naturæ. Heri veni in Cumanum, cras ad te fortaſſe: ſed cùm certum ſciam, faciam te paulò antè certiorem. Item, Amo verecundiã, vel potius libertatẽ loquẽdi. atq; hoc Zenoni placuit, homini me herculè acuto, etſi Academia noſtra cũ eo magna rixa eſt. Quanq̃ hæc poſtrema ſentẽtia potius philoſophorũ eſt, quã vulgi. Sed ſunt quidẽ hæc et tenuia*

Hermogenis de puritate & claritate doctrina.

& ſubtilia. Verùmetiam in amplitudine neceſſe eſt eſſe puritatem. Sed de hac tum dicemus cùm ad illud genus veniemus dicendi, quod περιβολὴ dicitur: quæ maximè amplitudinis eſt. Illud verò hîc monendum duximus, quod in diſtinguendis hiſce dicendi formis: Primùm contraria conſideranda ſunt genera, quæ ſunt vitiorum: vt τῇ σαφηνείᾳ contraria eſt ἀσαφήνεια obſcuritas: & καθαρότητι τὸ ἀκάθαρον impurum: & εὐκρινείᾳ δυσκρίνεια: in quarum altera parte virtutes ſunt laudabiles in oratore: in altera vitia vituperanda. Deinde animaduertitur differentia in virtutum contubernio: vt huic ipſi σαφηνείᾳ quaſi contraria eſt περιβολή: genus dicendi coagmentatum, exaggeratum, atque circumductum: in quo niſi perſpicuitatis remedia adhibeantur, neceſſe eſt in obſcuritatẽ vt delabatur oratio. De hac igitur puritate ampla & ornata, & copioſa, tum dicemus cùm ad hanc figuram venerimus. Sequuntur ſententiarum tractationes, quas Hermogenes μεθόδους vocat: quibus quidam quaſi habitus ſententiarum efficitur: atque idcirco à nonnullis rhetoribus σχήματα vocantur διανοίας. Atque hæc figura vnum ſolũ eiuſmodi habet, ſiue ornamentum, ſiue figuram, ſiue tractandi artificium: ſimplicem ſcilicet expoſitionem, quam Græci ἀφήγησιν ἁπλῆν vocant: vnde ἀφηγηματικῶς λέγειν apud Græcos dicitur, hoc eſt, ſimpliciter & directè rem exponere. Huic generi narrandi atque exponendi, expediendiq́; ſententias, contrarium eſt alterum quod προσληψιν dicitur. Cùm ad ſpeciem accerſitur genus: ad partem accommodatur totum: ad finitum adiungitur infinitum: ad rem geſtam apponitur locus, tempus, cauſſæ, facultates: euenta etiam rerum aſſumuntur, enumerando & di-

In diſtinctione generũ dicendi cõtraria
1. conſideranda.
2. Quaſi contraria.

μέθοδος τῆς καθαρότητος.

ἀφηγηματικῶς λέγειν.

diſtribuendo. Quæ omnia ſunt περιϐολητικὰ, non obſcura illa quidem: eſſent enim vitioſa: ſed complexionibus, atque enumerationibus ſupra conſuetudinem vulgi orationè ampliata. Verba puritatis ſunt ea, quæ natiua πεφυκότα vocantur: nata cum ipſis rebus, apud eos homines, quorum eſt ſermo. Imprimis verò ea verba, quæ rem propriè atque ſubtiliter diſtinguunt. Vt, Quarum alteram vereor, C. Aquili, alteram metuo. Tum etiam puræ ſunt translationes notarum rerum ipſæq́; translationes potiſſimum notæ, hoc eſt, in conſuetudine poſitæ, & à populo vſurpatæ. Verecundæ etiam debent eſſe puræ translationes, & parcæ, ne aut profuſa ſit oratio, aut impudens: quorum alterum prodigi hominis eſt, alterum impuri. Sed hîc ſcire oportet ea verba, quæ καθαρὰ vocantur, differre ab iis quæ nominantur ἐναργῆ, id eſt, euidentia. καθαρὰ enim rem apertam faciunt: ἐναργῆ verò euidentem. Et euidentia eſſe poſſunt ea, quæ nominantur σκληρὰ: Cuiuſmodi Hermogenes in Demoſthene notauit ἐκνενευρισμένοι, & πεπρακὼς ἑαυτῶν, & περικόπτων καὶ λωποδυτῶν τὴν ἑλλάδα, καὶ ἁρπάζων: quæ omnia idcirco dura videntur, quòd non ſint conſuetudinis: quæ non ſe patitur verborum inſolentia vitiari.

Puritatis verba quæ,

μεταφορικά.

Diſcrimen inter καθαρὰ & ἐναργῆ.

Dictum eſt ſupra, quod prima & perpetua virtus orationis ſit perſpicuitas: Prima ſcilicet, loco & tempore. Inprimis enim debemus ſuſcipere curam perſpicuitatis, vt oratio ſit plana & aperta. Et eadem virtus debet eſſe perpetua, id eſt, in omni forma dicendi, in amplitudine, & remiſſione. Deinde dictum eſt, quòd σαφηνείᾳ contraria ſit ἀσάφεια. Cuiuſmodi perhibetur fuiſſe Heracliti, cuius præceptum fuit: σκότισον, obſcura loquere. Sed hoc vitium eſt perpetuò fugiendum. Tertium fuit diuiſio perſpicuitatis in partes duas: in puritatem, & orationem diſtinctam atque claram, bene intellectam. Idcirco καθαρότητα vocamus puritatẽ: &

SCHOLAE.
Perſpicuitatis ſemp ratio habenda.

Purū quid. εὐκρίνειαν, claritatem, & orationē diſtinctam, vocabulo Ciceronis, Craſſi & Antonij. Purum dicitur qud non eſt contra conſuetudinē: quod non eſt ἐξωτικὸν, & barbarū, & peregrinū: quod noſtri cibi & potus eſt. Sic piper Germanicū putatur Italis & Gallis immundū, quod nigrū eſt nō quòd ſit immundū: ſed quòd non ipſorū ſit conſuetudinis. Hęc virtus dicitur Latinitas Helleniſmꝰ: quia cōmuniter huiuſmodi ſentētijs homines & verbis vtūtur: apud Athenięſes vocatur Atticiſmus, quod præ cæteris excellit. Habebant ſuā conſuetudinē Aſiatici: & illorū puritas dicitur Aſiaticiſmus. Sic Rhodij ſuam peculiarem habebāt puritatem. εὐκρίνεια, quia facilè poteſt iudicari & intelligi: cùm intelligitur, quid dicatur, & quid primum ſit & poſtremum, & quid intermedium: apppſita oratio ad intelligendum & iudicandum.

Puritas vt comparāda

Quomodo conſequimur puritatem, quantum attinet ad iſtas octo partes? Nam omnis figura conſtituitur iſtis octō: Sententijs, ſententiarum ornamentis, verbis, σχήματι, membris, cōpoſitione ἀναπαύσει & ῥυθμῷ. Oportet igitur videre, quomodo hæc ex his conſtituatur.

Sententiæ puritatis.

Primo igitur loco ſunt ſententiæ conſiderandæ Sententiæ debent eſſe appoſitæ opinionibus hominum & vulgi. ſunt quædam ſententiæ omnibus notæ, quæ vocantur κοιναὶ ἁπάντων, non ſolùm noſtræ Reipubl. ſed etiam aliarum, Deinde ſunt ſententiæ per ſe notę: ſententię conſuetudinis & vulgi. Orator non debet afferre ſententias de ἐντελεχείᾳ, id eſt, perpetuo motu animæ, de principijs, de forma, de fine, de 4. elementis, de diſceptationibus inter Academicos & Stoicos. Non enim approbantur, nec intelliguntur, Vos iſthęc intrò auferte. Oſtēdebat capos & piſciculos: eſt ſentētia communis. Audiui Archillis, &c. Sunt ſententiæ communes: ſciunt quid ſit partus: quod vitium ebrietas in obſtetrice. Oportet igitur in hoc genere eſſe ſententias κοινὰς & γνωρίμους. Notum eſt, quod noſtræ eſt

Sententiæ puritati cōtrariæ.

conſuetudinis. Huic contrariæ ſunt βαθείας, profundæ, reconditæ περινενοημένας, inuolutam ſententiam habentes. Cùm vnum dicimus & tria volumus complecti & comprehendere. Quantum ad ſententias attinet: Demoſthenes ponit illa exempla contra Midiam: Sannio eſt quidā, qui docet tragicos choros. Nam ſciebant Athenienſes, qui eſſent τραγῳδοδιδάσκαλοι: quid χοροὶ, & quid choros ducere. Item contra tutores ſuos: Sorores habemus in Matrimonio ego & Spudias. Demoſth. erat nothus & ſpudias: quòd duo habeant duas ſorores diuerſas, omnes intelligunt. Heri veni in Cumanum: Omnes Itali ſciunt Cumas: ſed non quiuis poteſt id ſcribere vt Cicero, quod apparebit ex ſequentibus. Etſi Academiæ) hoc eſt βαθὺ, obſcurum: pertinet ad altercationem Academicorum & Stoicorum. Stoici non ſpectabant turpitudinem in verbis: quem locum habetis explicatum primo Officiorum: & ſententia impura vulgò, non in ſchola philoſophorum. Hermogenes putat puritatem eſſe tenuis dicendi generis, & verum eſt. puritas maximè ſpectatur in libro Catonis de Agricultura: eſt enim ſubtilis oratio & maximè pura. Ita apud Terentium: Vos iſthæc intrò auferte, &c. Item pro A. Cluentio in breuibus narrationibus. Item in Verrina. Sed etiam puritas eſt orationis amplæ & περιβλητικῆς. Oportet eſſe purum oratorem etiam in ornatu: ſed puritas non vulgaris. Ita ſunt duo genera puritatis. I. vulgi, quam quiuis præſtare ſe putat: ſed non poteſt, quod ille de bono poeta bonus poeta tradit: cùm oratio ſimilis eſt quotidiano ſermoni. II. non eſt vulgaris puritas ſupra conſuetudinem vulgi, in amplitudine. Igitur poſſumus ſequi Hermogenem in præceptis communis qualitatis. Hic igitur ad diſcernendum figuras, oportet hanc ſequi partitionem, quod in omni figura primùm conſideranda contraria figura vitioſa. Deinde contraria figura bona. Sunt enim figurarum duæ pugnæ & contentiones: vna eſt virtutum & vitiorum, σαφήνεια ἀσάφεια. perſpicuitati Demoſthenicæ erat contraria obſcuritas Heracliti. puritas habet contrarium ἀκάθαρον. εὐκρίνεια δυσκρίνεια, orationem difficilem ad iudicandum. Altera eſt pugna virtutum: vt, Subtile genus & graue genus: ſubtile & amplum ſunt inter ſe contraria, ſed qualitate, virtute non ſunt contraria: nam ſub eodē genere continētur proximo: ſubtile enim eſt genus dicendi oratoriū bonum: ita graue etiam. Sic huic perſpicuitati cōtraria eſt περιβολή: quia iſta puritas huius loci eſt puritas vulgaris: περιβολὴ nō eſt vulgaris: quia oppoſita ſunt per negantia: ſunt contraria poſita ſub eodē genere. Hanc oportet adhibere duplicē diſtinctionem. Sequuntur μέθοδοι. Eſt ſolum vnica ſcil. ἀφήγησις ἁπλῆ. Effertur funus: imus: in Andr. Terentij. Narratio ſimplex, quę ſimplices habet ſentētias & & ſolitariè poſitas, quæ excludit ὑπερβατὰ, enumerationes & amplificationes: quæ non habet πρόσληψιν: quæ non aſſumit ad partes totum: ad ſpecies formam: ad rem

Puritas tenuis dicēdi generis.

Puritatis duo genera

Pręceptum diſcernēdi figuras.

2. Methodi puritatis.

qualitatem, non ad factum iudicum iudicium: nō ad rem geſtam circumſtantias: non rem dilatat in euenta varia; illa oratio dicitur eſſe καθαρά, id eſt, conſuetudinis. Vulgus non ſcit quid genus & ſpecies: igitur neſcit quid ſit aſſumere totum ad partes.

Puræ orationis ornamentum verborum vnicum eſt ὀρθότης, *quæ contraria eſt* πλαγιασμῷ: *de quibus dictum eſt in verborum figuris.* ὀρθότητα *habet quicquid huiuſmodi eſt: Vos iſthæc intrò auferte: abite. Soſia, adesdum, paucis te volo, aut quicquid tale. Tres ſunt res quæ obſtent hoc tempore. S. Roſcio: Crimen aduerſariorum & audacia & potentia: criminis confictionem accuſator Erutius ſuſcepit: audaciæ partes Roſcij popoſcerunt: Chryſogonus autem is, qui plurimum poteſt, potentia pugnat. De hiſce omnibus rebus me dicere oportere intelligo. Contrarium etiam eſt puræ orationi* ὑπέρβατον: *quæ verborum eſt traiectio atq; traductio. Denique vitanda ſunt omnia* σχήματα περιβλητικὰ, *quæ numerabimus tum, cùm de hac figura dicendum erit.*

ὑπέρβατον
puritati cō-
trarium.
σχήματα περι-
βλητικά.

Periodi pu-
ritatis mi-
nutæ.

Periodi in hoc genere minutæ ſunt: & membra quæ vocantur commatica, inciſis ſimilia: Cuiuſmodi ſunt: ait ſe auctionatum eſſe in Gallia: quod ſibi videretur ſe vendidiſſe: curaſſe ne quid ſibi ſocietas deberet: ſe iam neq; vadari amplius: neque vadimonium promittere. Si quid agere velit ſecum Quintius, non recuſare. Compoſitio & verborum collocatio libera eſt in hoc genere: & ſoluta ab illa μικρολογίᾳ, *quæ eſt in euitatione vocalium concurrentium: vt, Ego omni officio cæteris ſatiſfacio omnibus, mihi ipſe non ſatiſfacio. Sed tamen vitanda eſt, vt ne ſit nimis hiulca oratio & neglecta verborū conſecutio. Sed tamen neglectæ ſimilis ſi videatur, lau-*

Collocatio
qualis, in
puritate.

laudari ſolet. Clauſulas verò & Numeros vult eſſe Hermogenes Trochaicos & Iambicos in hac orationis forma: ſed in his etiam aucupij cura occultanda eſt, ita, vt vltrò occurriſſe numeri videātur: vt, Summa gratia & eloquentia. Tribrachi etiam laudantur: quarum alteram vereor: alteram metuo. Sed tamen hos minutulos & celeres numeros in eodem loco excipit dichoraus. Gratia S. Nauij, ne P. Quintio noceat, id non mediocriter pertimeſco. Sed antecedunt hunc Dichoraum Anapeſtus cum Iambo: metus autem & timor ſtabiliorem numerū in extremo fecit. Atq; hæc breuiter de puritate ex ſententia Hermogenis, qui ad ſubtile dicēdi genus ſua precupta accommodauit. Craſſus verò lib. 3. de Oratore, Puræ orationis putat verba eſſe lectiſſima: eaq; conſtructa abſque perturbatione caſuum, temporum, generum, numerorum. Linguam etiam, & ſpiritum: & vocis ſonum requirit moderatum. id enim Latinè loqui eſſe putat.

Clauſulæ & numeri puritatis.

Craſſi de puritate doctrina.

SCHOLAE.

Diximus de ſententijs figuræ puræ: item de ſententiarum tractatione, quam Hermogenes vocat Methodum. Sententias diximus eſſe debere accommodatas opinionibus hominum, communes omnium hominum: per omnes cōmeantes: per ſe apertas, non reconditas: et quæ ſint reconditæ. Methodum diximus ἀφηγηματικὴν, id eſt, ſimplicem expoſitionem, & ἁπλῆν ſimplicem abſque προσλήψεως aſſumptione, id eſt, debent eſſe quaſi propoſitiones dialecticæ: nuda ſubiecta & prædicata; breuiter abſoluere rem & exponere: Loqui ἀφηγηματικῶς. Reliqua igitur ſunt verba & ornamenta, & membra & clauſulæ, & compoſitio & numeri. Verba debent eſſe natiua, id eſt, nata cum ipſis rebus: propria ſcilicet verba & non tranſlata πεφυκότα, nō τετραμμένα aut ὑπηλλαγμένα, immutata. Deinde verba διακριτικὰ, quæ diſtinguunt res proprietate quadam: Cuiuſmodi eſt in illo exemplo διάκρισις: Quæ res in ciuita-

3.
Verba puritati quæ inſeruiant.
1. Propria.
2. διακριτικά.

te,&c. quarum alteram vereor, alteram metuo. Illud vereor & metuo, ſunt propria: veremur alterius eloquẽtiam: metuimus gratiam. Vereri affert verecundiam: metuere affert timorem propter periculum: primò ſunt verba natiua: deinde res diſtinguentia duas aut tres. Illis contraria ſunt τετραμμένα: quæ habent τρόπον: conuerſa quæ ſunt translata. Hypallagæ ſunt etiam conuerſiones verborum. Quantum attinet ad translationes hæc regula habet exceptionem. Sunt enim quædam translata & immutata ita vſurpata, vt pro proprijs habeantur. Vt, Quæ res in ciuitate,&c. Sunt verba ὑπηλλαγμένα. Nam gratiam vocat gratioſos, & eloquentiam eloquentes. Sententia eſt: Quę duo genera hominum in ciuitate plurimum poſſunt. ea contra nos faciunt, gratioſi & eloquentes, hoc requirebat puritas.

Translata

Ergo tertio loco ſunt verba translata, quæ ſunt conſuetudinis, quæ non ſunt σκληρὰ dura. Et ſic admittimus Metaphoras non σκληράς. His opponuntur molles, quæ aures non lædunt: quæ verba aures ſæpe admiſerunt, & non reſpuunt. Duræ offendunt & exaſperant aures propter inſolentiam. Igitur omnis translatio, aut propria habetur æquè vſurpata ac propria verba: & illa cadunt in hanc puritatem: Aut ſunt nouæ non conſuetudine & ſermone vulgi receptæ, & illæ vocantur σκληραί, duræ.

Duræ Metaphorę bipartitæ.

Iſtæ ſunt rurſus bipartitæ, aut imperitæ, indoctæ, nihil efficientes: vt ſi dicam, Alpes cōnſputās niue: eſt inepta & ignaua translatio: Aut ſunt ἐναργεῖς, rem valde illuſtrantes & ob oculos ponentes, & illæ bonæ ſunt in aſperitate, in σφοδρότητι: cùm volumus aduerſarium exagitare, criminari & conuitium dicere. Licet ibi vocare monſtrum, beluam, peſtem: licet loqui ſupra conſuetudinem. Sic Demoſthenes contra proditores Græciæ ἐκνενευρισμένους, eneruatos populos: & Aeſchinem quòd ſeipſum vendat, id eſt, proditor ſit: ſic ἀφελκόντων, id eſt, occidens & exuens Græciam & vexans: Omnes ſunt translationes σκληραί: ſed ἐναργεῖς. In hoc autem genere puro σκληρότητος, durities eſt vitanda. Verba, dicit Cicero in oratione Latina debent eſſe lectiſſima: Quæ ſunt illa? primò Natiua: ſecundò διακριτικά: tertiò translata æquè vſurpata atque propria. Hactenus de ſententijs & tractatione eorum, & de verbis huius dicendi generis.

4. σχήματα τῆς λέξεως.

Sequuntur σχήματα λέξεως. Eſt etiam vnicum ornamentum ὀρθό-

την

της,id eſt,verbi directa oratio,directa non obliquata. Hermogenes
tradit duas figuras contrarias : πλαγιασμὸς, obliquatio,
quòd orationem facit deflexam. Igitur ὀρθότης ὀρθότης
eſt directio : πλαγιασμος inflexio : facit orationem
obliquam & circumductam : quod faciunt plerunque
participia apud Græcos & Latinos, πολλῶν ὄντων Hermogenes:
Cogitanti mihi ſæpenumero, &c. ille datiuus attrahit
ſecum multas ſententias. Et memoria veteri repetenti,
perbeati illi mihi videntur, Q. frater, &c. adhuc
non eſt oratio perfecta. Sic, Quanquam, Tametſi: etiamſi
circumductam faciunt orationem. Quanquam te, M.
fili ὀρθότης fit nomnatiuo caſu, & verbo ſimpliciter. Vos
iſthęc intrò auferte. Habetur prima regula Grammaticorum
de nominatiuo ante verbum, illa regula facit ὀρθότητα.
Ita tres res obſtant S. Roſcio. quæ ſunt iſtæ? &c.
Si dixiſſet τριῶν μὲν ὄντων feciſſet πλαγιασμὸν. Tribus rebus
exiſtentibus: Non fuiſſet ὀρθότης. Dicat aliquis:
Hæc ſunt perpauca præcepta. verum eſt, quia oratio eſt
tenuis. habet vnicum filum, vnum genus ſententiarum
commune. Vnam Methdoum ἀφήγησιν. Vnum genus
verborum, ſcilicet natiua & natiuis ſimilia. Vnum σχῆμα,
ſcilicet rectitudinem. Propterea eſſet vitandus non ſolùm
πλαγιασμὸς, ſed ὑπέρβατα, quæ faciunt orationem
duplicatam, & triplicatam. Item Parentheſes vitandæ.
Quoniã in optima Republic. Cum, &c. fecit ἐπεμβολὴν
in illa ſententia. Deinde ſunt vitanda σχήματα περιβολῆς,
propria circumductionis, vt ἀπαριθμήσεις: πρῶτον μὲν ὦ
ἄνδρες, &c. ἔπειτα δὲ. Item, Quanquam te, M. fili, &c. quæ
ſententiæ fiunt per Quanquam ὑποςάσεις. Si quantum
in agro, &c. tum non minus quàm tunc. Item ὑποθέσεις.
Si quis veſtrùm eſt Iud. Vbicunque eſt, Si neceſſe
eſt ſequi duas aut tres ſententias. Sequitur Compoſitio. 5.
Memoria præceptorum eſt breuiſſima. Sententiæ Compoſitio
communes. Ornamentum vnum ἀφήγησις. Verba propria. puritati
Ornamentum verborum ὀρθότης. Quid Compoſitio? inſeruiens.
Non ſollicita, ſed remiſſa: non curans concurſum
vocalium: vt, Ego omni officio, &c. Eſt Compoſitio
abſque μικρολογίας, id eſt, nimia cura in verbis
conſtruendis, Cùm nullo in loco patimur orationem
hiare, vitamus concurſum vocalium & in principio & fine 6. & 7.
verborum. Clauſulæ & Numeri debent eſſe minuti:

Clauſulæ numeri.

qui ſunt? Trochaici & Iambici, vel Choræi: ſunt pedes duo contrarij. Vult eſſe Hermogenes numerum Iambicum & Choraicum & in illa oratione minutula. In Cicerone eſt Iambicus finis. Hemiſtychium Iambici ſenarij: & eloquentia. Sed tamen & Tribrachi ſunt huic generi idonei, quod in eorum exemplo apparet. Alterum vereor, &c. ſunt tribrachi, quia breuitas facit orationem celerem & ſimilem vulgari orationi. Ergo erunt ſemper minuti numeri? Non. Pes debet figi interdum, igitur dicit pertimeſco, poſuit firmum numerum, timore. Pede ſe confirmat atque roborat. Hæc igitur octo cadunt in genus dicendi purum.

Craſſi de puritate ſententia.

Craſſus æſtimat hoc genus regulis Grammaticorum: & vult proprium eſſe puri generis verba lectiſſima, id eſt, natiua & διακριτικὰ, conſtructa abſque perturbatione, id eſt, conſtructio non contra præcepta: non barbara: Vt genera generibus reſpondeant, perſonæ perſonis: qualitates qualitatibus: & modi modis. Deinde æſtimat puritatem vocis ſono. Vult eſſe Romanum & non ἐξωτικὸν. Hermogenes ſpectauit genus dicendi Subtile: Craſſus proprium genus Romanis, quo Romani vtebantur.

DE ΕΥΚΡΙΝΕΙΑ,
claritate.

CAPVT VII.

Claritas in oratione aperta, quæ εὐκρίνεια dicitur, efficit, vt nihil ſit obſcurum in intelligēdo, quemadmodum puritas, vt nihil contra conſuetudinem vitioſum.

Sententiæ εὐκρινείας.
1. communes.
2. καταστατικαί.

Sententiæ igitur in hoc genere, primum ſunt illæ communes, de quibus dictum. Alterū genus quæ vocantur καταστατικαὶ, *quæ rem vnam proponunt, et orationis curſum, quaſi ad fontem reuocant, & vt* Hermog. *vocat* αἱ εἰς ἀρχὴν ἀνάγουσαι τὸν λόγον. *Ad principium reuocantes orationem.* Earum Hermogenes *illud ex Demoſt. exemplū adfert:* δεῖ δ' ἀναγκαῖον ὦ ἀθηναῖοι, καὶ προσῆκον ἴσως, ὡς καὶ ἐκείνους τοὺς χρόνους εἶχεν τὰ πράγματα ὑμᾶς ὑπομνῆσαι, ἵνα πρὸς τὸν ὑπάρχοντα καιρὸν ἕκαστα θεωρῆτε.

ἀσγ).i.Eſt neceſſariũ atq; congruẽs, Athenienſes, fortaſſe: quemadmodum illis temporibus ſeſe habuerũt res, vobis in mentem reuocare. Ergo etiam illa eſt huius generis atque loci. Dicendum enim eſt de Cn Pompei ſingulari virtute, cuius orationis facilius eſt initium quàm exitum inuenire. Et illud Terentianum: Rem omnem ab initio audies, eò & gnati vitam cognoſces, & quid ego te in hac re velim facere. Tertium eſt earum qua vocantur Διατυπωτικαὶ. Non ſolum partientes rem, ſed ipſarum etiam partium praſcribentes ordinem atque digeſtionem. Vt in illo Demoſthenis, poſteaquam tria propoſuiſſet: Δίκαιον δὲ ἐστι ἴσως ἐμὲ τρία ἐπεσχήμενον ὑμῖν ἐπιδεῖξαι. ἓν μὲν, ὡς παρὰ τοὺς νόμους τὸ ψήφισμα εἴρηται. Δεύτερον δὲ ὡς ἀσήμφερόν ἐστι τῇ πόλει. τρίτον δὲ, ὡς ἀνάξιος ἐστι Χαρίδημος τούτου τυχεῖν, ὅ τι βούλεσθαι τὸ πρῶτον διδάσκειν ὑμᾶς.i. Rectũ fortaſſe eſt me tria pollicitũ vobis velle oſtendere. Vnum quòd contra leges rogatio decreta eſt. Alterum quod inutile ſit ciuitati. Tertium quòd non dignus ſit, Charidimus iſtud conſequi. Quodcunq; vultis primo loco docere vos. Deinde ſubiunxit. ὅτι περὶ τοῦ παρανόμου βούλεσθε πρῶτον: τοῦτο τοίνυν ἐροῦμεν. Quia de lege violata requiritis. primo loco igitur illud dicamus. Et Cicero in prima Philippica ſimili ſententia eſt vſus atque digeſtione: Antequam de Republica dicam Patres Conſcripti, qua dicenda hoc tempore arbitror, prius cauſam vobis abitionis & reuerſionis mea exponam. Quarto loco poſita ſunt αἱ συμπληρωτικαὶ, qua ſunt tranſitionum vt Demoſthenes, ἓν μὲν τοίνυν πολίτευμα τοῦ ναυίκ. τὸ τυ τερον δὲ ἀναμιμνήσκεσθαι. Sic Cicero pro lege Manilia: Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca dicam. Sed hac tria, κατάστασις inquam

3. Διατυπωτικαί.

4. συμπληρωτικαί.

& διατύπωσις & συμπλήρωσις. Hoc eſt, Propoſitio, Digeſtio & Tranſitio, ad methodum quæ rationis atq; tractationis eſt fortaſſe referri poſſunt, & ab aliquibus referuntur. eoq; integrum ſit cuique ſuum iudicium. Nos etiam niſi Hermogenem ſequeremur, forte inſequentibus adiungeremur. Sed Hermogenes μεθόδους ſolum duas annotauit. quarum Vna eſt, ſeruare temporum ordinem, quod cuiuſmodi ſit per ſe facile intelligitur. Et in toto orationis ſpectatur corpore. Altera eſt, Occupationes ante refutationes ponere, collocare. hoc eſt, vt Hermogenes loquitur, τὰς ἀντιθέσεις πρότας τῶν λύσεων τιθέναι, vt Quanquam te Marce fili, annum iam audientem Cratippum & cætera. Item Credo ego vos mirari iudices, quid ſit cũ tot ſummi oratores ſedeant: ego potiſſimũ aſſurrexerim, qui neq; authoritate, neq; ingenio: cum his qui ſedeant ſim comparandus?

μέθοδοι ἐναγωνίοις duę

SCHOLAR.

Diximus inter figuras dicendi 7. quibus conſtituta eſt omnis oratio ipſius Demoſthenis atque etiam Ciceronis, immò ſummi & perfecti oratoris cuiuſque, primo loco conſiderandam eſſe σαφήνειαν orationem ſcilicet apertam. Oratio aperta primo loco æſtimatur conſuetudine, id eſt, vt ſermo Latinus non ſit corruptus, ſed ſit purus. Quicquid enim eſt impurum, non eſt perſpicuum, quod apparet in aqua turbulenta: illa non eſt dilucida & limpida, ſed obſcura. Et propterea vna ſpecies orationis apertæ eſt puritas, quæ æſtimatur conſuetudine. Præcepta autem tradidimus: quæ debeant eſſe ſententiæ. Nempe communes, quæ etiam Methodi ſententiarum, nempe vna ἀφηγηματικῶς λέγειν: quæ verba, Propria ſcilicet, & natiua aut tranſlata æque vſurpata vt propria, quod σχῆμα nempe ὀρθότης, quæ ſit caſu recto: & verbis indicatiui modi; non autem πλαγιασμῷ. Et quia claritas & puritas ſpectatur in ſubtilitate, quod genus eſt quotidiani ſermonis, ſimul oſtendimus clauſulas, & numeros & compoſitiones, in quibus eſſe non debet

Oratio aperta quomodo æſtimanda.

Puritas.

μακρομικρολογία. Item pedes ſtabiliendos eſſe, vt oſtendimus in exemplo pro Quintio. Reliqua eſt altera ſpecies quæ dicitur ἀπὸ τοῦ εὖ bene & κρίνεσθαι iudicare: facta ad iudicandum. Sic purum eſt, quod non eſt contra conſuetudinem. εὐκρινὲς quod non eſt contra intelligentiam. Impuritas obſtat conſuetudini. τὸ δυσκρινὲς intelligentiæ iudicis. Sententiarum genera in claritate Hermogenes ponit tria. Puritas eſt quaſi mundities virginalis. εὐκρίνεια eſt color apertus: non obſcurus. Lineamenta bene colorata & diſtincta. In hoc igitur genere ſunt tres ſentētiæ. κατάστασις eſt ſimplex rei propoſitio & expoſitio vnius alicuius rei, quæ orationem ducit ad fontem. Hermogenes dicit καταστατική, non ſatis eſt, ſed quæ ad ἀρχὴν ducunt, id eſt, fontem. Et adfert exemplum ἐστὶ δὲ, &c. Poſtquam ante quædam dixiſſet, reuocat orationem ad originem ad quam cognitio iudicis debet applicari. προσῆκον congruens, quomodo res ſe habuerint illis temporibus, id eſt, qui fuerit ſtatus. Vos commonefacere, vt cum hoc tempore ſingula comparetis; & componatis. Eſt ἀφήγησις ſimplex, cum res proponitur & qualitas rei. Nam illa propoſitio conſtat duabus rebus, primo indicatione rei. Secunda pars eſt cauſa finalis. quare? ἵνα, &c. & addidi exemplum ex oratione pro lege Manilia, ex hac videtur qualis debeat eſſe κατάστασις. Prima pars habet iudicationem rei, ſecundo habet qualitatem ſubiecti. Cum res exponitur & additur cauſa, quare de ea re dicendum, aut qualitas rei cuiuſmodi ſit oſtenditur. κατάστασις igitur habet duas partes; propter ea quæ in exordijs ſpectantur. Debemus intelligentiam iudicis iuuare. Igitur primum debemus ei ſuccurrere: Secundò debemus attentionem excitare, oſtendere magnitudinem orationis. Ita Demoſthenes ὡς περὶ τὸν, &c. Erat vtiliſs. hoc audire. Sic Terentius qui maximè purus eſt, Rem omnem à principio audies, &c. proponit rem primò: Deinde cauſam finalem, vt & vitam Pamphili ſcias, debes attentè audire, vt audias, quæ nunquam audiuiſti. Terentius ſuperat arte. Ars in multis perſpicitur. Vel etiam in iſta καταστάσει proponit & excitat ad attentionem. audies mirabilem vitam filij mei. Ariſtoteles dicit ſuaue eſſe μανθάνειν aliquid. Deinde ſeruus bonus cupit ſcire, quid ſit gratum domino. Erit tibi ſuaue ad cognoſcendum, & mihi ad beneficium collocandum. Secundo loco ſunt ſententiæ Διατυπωτικαὶ, Διατυπω-

εὐκρίνεια unde dicta.

CLARITAS, 1.

Sententiæ εὐκρινείας.

κατάστασις.

κατάστασις conſtat duabus rebus.

Hor.

Terent. arte ſuperat.

διατύπωσις duplex.

1. διαίρεσις.

σις eſt duplex. VNVM genus eſt quod vocatur διαίρεσις partitio, cum rem ſimpliciter partimur. Si duo ſunt dicenda, nos duo indicamus ſimpliciter. Diuidam orationem meam, in crimen, in audaciam, & potentiam. Crimen accuſatoris, Audaciā reorũ, Potentiā Chryſogoni, vocatur ſolũ διαίρεσις. SECVNDVM genus dicitur propriè διατύπωσις quæ habet ordinis ſignificationem; non ſolum partitur: & illud genus vocatur propriè διατύπωσις. Et puto eſſe figuram illam, quam Craſſus libro 3. vocat digeſtionem. Cum oſtendimus quid primum, quid ſecundum in oratione noſtra ſit futurum. Huius exemplum ponit ex Demoſthene Hermogenes tale: ἐν μὲν, quod contra leges ſit decretum factum, &c. Hactenus διαίρεσις ſimplex. Iam διατύπωσις, quod vultis primo loco, æquum eſt me docere: & quia περὶ παρανόμων, de lege violata vultis priore loco audire. Hìc eſt διατύπωσις digeſtio. Illud exemplum habet vtrunque διαίρεσιν, & digeſtionem in extremo. Cicero in prima Philippica habet magis digeſtionem, quàm partitionem. Antequā de Republica dicam, &c. id eſt, primo dicam cauſam abitionis, deinde reuerſionis, tertio loco volo dicere de Republica. Si adhibetis Analyſin, oportet ita dicere, Tria mihi dicenda arbitror, P. C. primum vt rationem exponam abitionis, deinde reuerſionis, tertio de Republica. Cicero autem σαφῶς dicit. Antequam. Tertio loco συμπλήρωσις quā vocant μετάβασιν tranſitionem, dicit enim, quod complet id quod reliquũum. Complet orationem dicendo id quod reſtat. Vt Cicero, Dixi de genere belli; nunc de magnitudine pauca dicam. Oportet συμπληροῦν implere, Sic tria ſunt genera ſententiarum, ſunt ſententiæ: συμπληρωτικαὶ, καταστατικαὶ, ὑποτυπωτικαὶ. Trapezuntius refert inter methodos, non ſententias, Methodus eſt figura ſententiæ tractandæ, & eſt verum. Propoſitionem, & Digeſtionem & Tranſitionem etiā Cicero inter methodos enumerat. Sed quia aliud eſt διατύπωσις, id eſt, partitio & aliud ἔννοια διατυποῦσα: malui ſequi Hermogenem; & iſtas ſententias illis tribus puris coniungere.

2. διατύπωσις digeſtis.

συμπλήρωσις vel μετάβασις.

Collocatio qualis in claritate eſſe debeat.

Varia enim eſt harum duarum partium collocatio. Aliquando enim, vt iam diximus, hic primus quaſi na-

turalis ordo retinetur, & occupationes ante refutationes ponuntur. Aliquando ordine hoc immutato, atque inuerſo refutationes priorem habent locum. Nonnunquam in medio refutationum occupationes interſeruntur. Et *quanquam liberum eſt oratori, qua velit collocatione vti, tamen prima illa diſpoſitio naturæ, atque huic tenuitati eſt accommodatior. Sed hæc de ſententijs, & earum artificioſa tractatione. Verba verò in hac forma ſunt eadem, quæ ſermonis puri,* Natiua, Propria, *Significantia,* Translata *æquè atque natiua vſitata loquendi conſuetudine. Inter verborum verò ornamenta, quæ* σχήματα *appellantur, primum ponitur ab* Hermogene τὸ κατ' ἄθροισιν ὁρισμένον, *quod eſt cum numerus rerum plurium nominatur. quod ornamentum vocemus* Numeridesignationem, *vt Cæſar in principio ſuorum commentariorum:* Gallia eſt omnis diuiſa in partes tres, quarum vnam Galli incolunt, & reliqua huius loci. *Item.* Quæ res in ciuitate duæ plurimum poſſunt. *Alterum ornamentum eſt* Απαρίθμησις. Hoc eſt, Numeroſa *rei diſtributio atque digeſtio, abſque deſignatione numeri propoſita, vt,* Primum ego deos deasq; omnes precor Iudices, vt quam beneuolentiam ego antehac ſemper habui erga rempublicam, eandem mihi à vobis in hoc iudicio declarari. Deinde vt quod pro vobis veſtriſq; legibus faciat: id vobis in mentem venire. *Tertium eſt* μερισμὸς *qui fit particulis illis* Hellenismi μὲν & δὲ: *vt* χρήσει μὲν κτήσει δὲ. *Attici noſtri.* Vellem equidem, Vereor autem non futurum. Doctus quidem eſt, Sed non bonus vir. *Verùm hic modus verborum* Græcis *quidem plerunque ſemper vſurpatur in periodis, à* Latinis *ſcriptoribus ſæpenumero omittitur.* Quartum *eſt* ἐρώτησις κατὰ διάστασιν

Verba ἐυκρινείας.

Ornamenta verborũ τῆς ἐυκρινείας.

1. τὸ κατ' ἄθροισιν ὁρισμένον.

2. ἀπαρίθμησις.

3. μερισμός.

4. ἐρώτησις κατὰ διάστασιν.

Cum interrogatione propoſita interſpiratione facta reſpondemus noſmetipſi, vt pro S. Roſcio. Quid ergo audaciſſimus'ne ego ex omnibus? minimè, at tanto officioſior quàm cæteri? ne iſtius quidem laudis ita ſum cupidus, vt eam alijs præreptam velim. 5. ἐπανάληψις. *Quintum eſt ἐπανάληψις verbi, ſcilicet, reſumptio, atque reuocatio, id quod poſt interiectiones, & traiectiones, & enumerationes ad tollendam obſcuritatem ſolemus facere, vt in Verrē. Mitto adhibitā vim, ingenuis matresfamilias violatas, quæ tum vrbe capta commiſſa non ſunt, neque odio hoſtili, neque licentia militari, neque more belli, neque iure victoriæ: mitto inquam, hæc omnia. Atque hæc diſtinctæ orationis & claræ ornamenta verborum ſunt.* Periodi quales in claritate adhibendæ. *Membra verò & Periodi & Compoſitio & Clauſula & Numerus ijdem qui ſermonis puri. Et quemadmodum puro ſermoni impurus aduerſarius eſt: Sic huic claræ atque diſtinctæ, contrarius eſt non diſtinctus atque confuſus: quod vitium σύγχυσις dicitur ab Hermogene. Vterque autem hic dicendi ſiue modus, ſiue figura, ſiue forma & ſpecies perſpicuitati ſubijcitur, quam generis vocabulo σαφήνειαν nominant.*

SCHOLAE. μέθοδος. 1. Cœpimus ſuperioribus proximis ſcholis dicere de Methodis εὐκρινείας, i. orationis claræ & diſtinctæ, & diximus Methodos ſolum tradi duas ab Hermogene. Seruare primum ordinis conſecutionem in temporibus. Vt quemadmodum res primo loco geſta ſit, ſic etiam primo loco exponatur, quod ſecundo ſecundo commemoretur, quod tertio poſtrema parte orationis collocetur. Naturalis eſt hic ordo. 2. ἀντίθεσις. λύσις. Secunda Methodus eſt τὰς ἀντιθέσεις πρώτας τῶν λύσεων τιθέναι. Ἀντίθεσις dicitur id quod obijci poteſt: aduerſarij ratio quæ obijci nobis poteſt. Noſtra refutatio dicitur λύσις, id eſt, ſolutio & refutatio. Cuius illud eſt exemplum apud Ciceronem, ad filium. Quanquam te, M. fili, &c. ἀντίθεσις eſt primo loco: Hermogenes vocat ἀντιθέσεις & λύσεις. Non λύσεις quia finit ſæpè numeroſè & argumentoſè. quid opus eſt ad me ſcribere Latinè, audio Cratippum annos duos, & Athenis. proponit argumenta filij, & ἀντιθέσεις: tamen quemadmodum ego cum Græcis Latina, &c. λύσις eſt quia numeroſa eſt obiectio, vt faceret ἰσόκωλον periodum & non impeditam, ſecutus eſt naturalem ordinem, & poſteriori poſuit loco contraria argumenta, tamen liberum eſt. tertia collocatio ἀντιθέσεων. Vna naturalis qua primo ἀντίθεσις ponitur. Secunda eſt ἔντεχνος cum priore loco ponitur λύσις, ſecundò ἀντίθεσις. Aut contrà cum occupationes ponuntur in medio ſed obruitur vtrunque noſtris argumentis. Ego coniunxi Græca cum Latinis, tibi idem faciendum eſſe cenſeo, tametſi Cratippum audieris biennio. quare? vt par ſis, &c. eſt vehemens occupatio, nam quaſi vnus hoſtis à duobus opprimitur, ſi in medio ponitur. 1. igitur ratio directa. 2. artificioſa. 3. Mixta compoſita. Hæc de Methodis. Sequuntur verba. Diximus de ſententijs, de tractatione artificioſa. Tertia pars eſt verborum, quæ ſunt eadem quæ καθαρότης natiua & διακριτικὰ & trãſlata quotidiana. Nã periodus illa, Quę res in ciuitate duę, &c. Nihil ferè habet propriũ. Res vocat perſonas, eſt hypalage gratia i. gratioſi & ſumme eloquentes faciunt.) Eſt animantiũ & hominũ, non rerum mutarũ, tamen iſtæ æquè ſunt vſurpata, vt quotidiana: Credo ego vos mirari Iudices.) Illa videntur eſſe propria. Sed ſedere ſignificat tacere, ſurgere loqui: eſt Hypallage, qui ſedet eſt taciturnitatis indicium, ſignum pro re ſignata. Sed eſt Hypallage vſurpata, perinde ac ſi dicas, cum multi tacerẽt, ſed immutationes illæ ſunt vſitatę. Sequuntur σχήματα verborum. τὸ κατ᾽ ἄθροισιν, &c. ἄθροισις collectio rei numeroſæ, id eſt, congeries ὡρισμένη, id eſt, finita & deſignata, quæ habet numerum nominatum, & indicatum. Duæ ſunt res quæ in ciuitate, &c. dico duæ ſunt: eſt ἄθροισις & orator dicit quòd ſũt duæ: Tres res ſunt Iudices, de quibus dicendum eſt. Crimen, Andacia, Potentia: quia Cicero vſus eſt verbo duæ. tres fecit ἄθροισιν ὡρισμένην. Sic Cæſar dicit: Tres in partes diuiſa, deinde, vnam, alteram, tertiam, quare hoc apertum eſt? quia numeri deſignatio & definitio docet intelligenter. Et quod ornamentum contrarium? ἀόριστος ἄθροισις, vt, Multæ ſunt qui me impediunt: Multas & magnas vtilitates adfert eloquentia.

Collocatio ἀντιθέσεων. ἔντεχνος & ἄτεχνος ſeu φυσική.

3. Verba.

4. σχήματα verborum.

Numeri indignatio.

Sed ſi vis exiliter docere & diſtinctè, [illegible]
orationis non multæ, 5. ſunt genera [illegible]
iugationes non multæ. Cum volumus [illegible]
eſſe ſcriptores & impediti, [illegible]
2. cundo eſt ἀπαρίθμησις enumeratio facta particulis ordinis
ἀπαρίθμη- quæ ordinem indicant. primò, ſecundò, poſtremò. Primũ
σις. literas nullas didicit, Secundò familiaritatibus eſt vſus ma
lorũ: Poſtremò in cæde verſatus eſt. Scis quod ſint tria, ſed
nõ antequã venias ad extremũ ἀθροισις ſtatim docet. Si di
cis primum, ſtatim ſcis plura ſequi. Si dicis poſtremo, tum
demum ietelligis tria eſſe crimina. Si dicis Tria ſunt quæ
reprehendo: ignoratio literarum, conſuetudo malorum, cę
des & parricidia eſſet ἀθροισις, quę bis docet primum quan
titatem ſecundo eam diſtribuit. ἀπαρίθμησις ſaltem habet
enumerationem πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες, &c. quia dicit [illegible]
vult etiam afferre [illegible] Alia ſic particulis primum, dein
3. de, tum poſtremò. [illegible] Μερισμὸς id eſt, [illegible]
Μερισμός. ticularum diſtinctio, diſtributio quæ fit particulis. Eſt qui
dem doctus, ſed malus quidem. Sed φιλόσοφος μὲν [illegible]
Cicero [illegible] vir quidem tuus, [illegible] poſſemne [illegible]
noſtri, [illegible] quidem vellem [illegible] autem [illegible] quare eſt perſpi
cuum, quia cum audis μὲν ſcis ſequi δὲ, & præparas te [illegible]
ad ſecundum, non poteſt te ſecunda ſententia cælare: Eſt
quidem philoſophus. Illud quidē ſignificat quod illa [illegible]
4. nigra cauda ſequitur. Quartũ eſt ἐρώτησις κατὰ διάστασιν [illegible]
ἐρώτησις κατὰ terrogatio & ſibi ipſi reſponſio κατὰ διάστασιν, cum interſti
διάστασιν. ratione. Διάστασις eſt vocabulum pronunciationis, [illegible]
facta interuallo. oportet excitare intelligentiam. Cicero e
go vos, &c. poſtea ſubiungis quid ergo? [illegible]
ex omnibus? διάστασις facienda, minimè. quia [illegible]
pulit igitur? quia ſi horum, &c ſibi reſpondet ipſe. Huic
contrarium eſt interrogatio ἄνευ διαστάσεως, quæ eſt vi
tioſa & obſcura. Eſtque præceptum pronunciationis: In
terrogationis debent eſſe [illegible] quemadmodum διάστα[illegible]
5 eſt, diductione & mora facta interuallo & interſpiratione.
ἐπανάληψις Quintum eſt ἐπανάληψις verbi reſumptio, qua vtimur in
illis, quæ vocantur ὑπερβολαὶ & in enumerationibus. [illegible]
facturus ſum, quanquam bene es meritus quia [illegible]
ficium eſt boni viri, & decet eſſe nemini inimicum, non
inquã faciã, poſt ὑπερβατον ſequitur ἐπανάληψις. Sic Cice
ro: Mitto adhibitã vim, &c. ne obliuiſcatur audacia verbi:

mitto

nitto repetit. Reliqua quatuor ſunt eadem quæ puritatis. Huic [illegible], contraria eſt σύγχυσις. Confuſa oratio, vt nullum ſit interuallum: diſtinctio, gratia numeri, & ordo, & quicquid ſimilium eſt rerum.

σύγχυσις.

DE AMPLITVDINE
ΜΕΓΕΘΕΙ.

CAPVT VIII.

AMPLITVDINEM Græci tum Μέγεθος vocant, propter increſcens orationis corpus: tum ὄγκον, quod Ariſtotelis vocabulum eſt, in quo virtus eſt etiam dialecticis conceſſa, tum ἀξίωμα propter dicendi dignitatem: & quaſi maieſtatem regiam. Huic contrarium genus dicendi eſt εὐτέλεια quæ in elegantia, [illegible] dicitur. Eius Amplitudinis partes ſunt ſex, Σεμνότης, τραχύτης, σφοδρότης, λαμπρότης, περιβολή, ἀκμή. Primum enim quoniam perſpicuitas ad exilitatem quandam orationem reuocat, erigenda eſt dignitate ſententiarum atque verborum. Deinde liberius ſæpe monendi iudices, & ſenatus & concio atque populus: quo generi [illegible] acceſſio fit ad orationis amplitudinem. Deinde ſæpe inſectandi aduerſarij. Tum etiam ſplendorem atque lumen oportet rebus atque ſententijs, eorumque verbis adhibere. Item ſæpe referta acie atque denſa, aut argumentandum eſt, aut depugnandum, atque hæc omnia cum quadam quaſi melioris ætatis robore, vt neruoſa atque lacertoſa, & vigens videatur oratio. Ex quo hæ ſex formæ conſiſtũt, Dignitas, Aſperitas, Vehementia, Splendor, Coagmentatio, Acrimonia fortis atque robuſta.

Hactenus igitur de primo dicendi genere & idea Her-
mogenis, ſcilic. περὶ τῆς σαφηνείας, id eſt, de perſpicuitate: σα-
φηνείας enim proprium eſt, omnia ꝓponere ſimpliciter &
nude, non dupliciter, ſed exiliter atque tenuiter, vt oratio vi-
deatur quaſi tenuis & perlucidus eſſe pannus. quæ enim
ſimplicia ſunt, non opus habent multiplici explicatione, &
diuturna cõſideratione: quæ multiplicia, opus habent mul-
tiplici animaduerſione. Ergo oportet vt iſta perſpicuitate
oratio ſit reuocanda ad exilitatem, vt omnia appareant ſim-
pliciter. Sed vt in corpore nimia exilitas eſt non ſolum con-
tra valetudinem: verùm etiã eſt deformis: ꝓpterea oratio
aliquãdo eſt liberanda ab huiuſmodi tenuitate, ab exilita-
te, & humilitate, ne videatur omnino eſſe exanguis. Opor-
μέγεθος. tet igitur adhibere μέγεθος, magnitudinem. Atq; hæc eſt 2.
idea, quam Hermog. annotauit & obſeruauit in bibliothe-
cis: & poſterius edito de hac re opere. Voco dicendi genus
amplũ, non contrariũ ſaphiniæ: ſed qđ ſuccurrit, & eleuat
humilitatẽ, ad quandã amplitudinem. Quod nos nomina-
mus amplitudinẽ, Græci vocant μέγεθος, ꝓpter quantitatẽ:
quia facit increſcere corpus orationis facit ex ſimplici ſen-
tentia multiplicem: ex vno verbo plura: ex minuta periodo
magnã: ex paruis inciſis mẽbra: ex paruis mẽbris longa: ex
longis periodica. i. periodos. Captat amplũ numerũ verbis
polisyllabis: Heroicis delectatẽ pedib. & dichoræis, pæonib.
moloſsis nõ vilib. pedib. quia facit orationẽ omnib. partib.
grãdeſcere. Sed q̃a debet eſſe regalis, & habere autoritatẽ:
igitur vocatur ἀξίωμα: quòd habeat oratio quandã digni-
tatẽ, ac maieſtatẽ. Dignitas eſt vbi autor ſententiarũ & verbo-
rũ magna: & ſic ἀξίωμα eſt vocabulũ autoritatis. Sed quẽad-
ὄγκος. modũ amplitudo aliquãdo videtur inflata & tumida ſi ſit
nimia: vocatur autẽ ὄγκος, qđ per ſe habet ſignificationẽ
malę & vicioſæ. Nam ὀγκώδης eſt oratio inflata. Ariſtoteles
Propoſitio- tñ vtitur hoc vocabulo lib. 8. Top. oſtẽdit ꝓpoſitiones quaſ-
num gene- dã ꝑtinere ad ὄγκον. Apud Platonẽ. n. varia ſunt ꝓpoſitionũ
ra varia a- genera, quæ Ariſtot. obſeruauit. Sunt neceſſariæ apud Dia-
pud Plato- lecticos, ſcil. maior & minor & cõcluſio: προτάσεις ἀναγκαῖαι
nem. & cũ oratio verſatur in his duob. generibus ꝓpoſitionũ, fit
ſubtile genus: & tenuis orationis textus: Aliæ ſunt μὴ ἀνα-
2. γκαῖαι. Et illæ ſunt tripartitæ: Vnũ qđ adhibetur σαφηνείας
ἕνεκα. Aliqñ. n. maior & minor faciũt cõcluſionẽ obſcu-
rẽ, nõ ſatis bene cõceſſam, & ꝓbatã, igitur alijs opus eſt or-

namentamētis:cuiuſmodi ſunt ſimilitudines,exēpla, antecedentia & cōſequētia,efficiētia & effecta,cōparata.quib. rebus fit,vt nō intellecta,vel nō cōceſſa,fiant ꝑſpicua. Tertiū genus dicitur κρυπτικὸν,cū volumus irretire aduerſariū occulte imputādo:cū occultamus ꝓpoſitionē, q̃ ſcimus illū nō cōcedere. Quartū genus eſt, ὄγκου ἕνεκα ꝓpoſitiones,cuiuſmodi ſunt dictiones,quę faciūt orationē latiorē.Vbi Ariſtot. μέγεθος vocat ὄγκον,nō eſt tumor & inflatio? Verū eſt: oſtēdit Ariſtot.q̃d vitandū ſit,oportet ita amplā eſſe orationē,vt ſit ſana. Qui diligēter vult explicare Platonē,oportet has ꝓpoſitiones obſeruare neceſſarias.Illuminātes,occultātes odioſas res,aut nō cōcedēdas atq; amplificātes. Quod nos igitur amplitudinē,Græci μέγεθος vocāt: magnitudinē & dignitatē,& amplitudinē quaſi inflatā. Huic contraria quidē virtus eſt ſubtilitas & exilitas:ſed contrariū aliud genus eſt εὐτέλεια.i.tenuitas. εὐτελὲς enim q̃d tenue & exile & quaſi vnius drachmæ & denarij eſt. vocabulū publicanorū illud εὐτελὲς dicitur,q̃d eſt μικρὸν τέλος:non dat magnū vectigal:vt merces viles dant portoria parua: nō augent vectigalia. Sed illa εὐτέλεια quę eſt bona, dicitur εὐζωνία,quæ eſt corporis virginei,quod Terentius vocat, iunceum. Igitur ἀξίωμα ab vna parte habet σαφήνειαν. ab altera parte εὐτέλεια ſibi forma contraria: ſeu illa poteſt eſſe virtus: & facit genus εὔζωνον. Cuiuſmodi genus fuit Lyſiæ Attici,& ſubtilis ſcriptoris. Iam partes ſequūtur. Pars prima eſt σεμνότης, ſignificat dignitatē & grauitatē: quid ſit optimē intelligetur ex genere ſententiarū.i. Cum oratio habet ſentētias de Deo,de rebus diuinis,pertinentib.ad prouidentiā Dei, de adminiſtratione mūdi,de rebus ad Remp. pertinentib. de pace de bello,præclare geſtis Cn.Pompei,Philippi, Perſarū Regis,qn orator quaſi ipſum Argo mōte vult ꝑſuadere, adducitur Deus, Regis res mirabiles de Deo. Cū igitur in oratiōe ciuili adfero ſētētias de Deo & res geſtas nō Romę: ſed in Perſia:quarū rerū cōmemoratio habet dignitatē:oratio neceſſe eſt creſcat. Pro S. Roſcio videbitis q̃ maior fuit oratio. Accuſatur filius q̃d patrē occidit. Dū Cicero in Roſcio manet,manet in nuda re,& cauſa ſimplici. Sed vbi adfert ſimilitudinē de Ioue,iā ibi habet ἀξίωμα,ſcil.efficientē corpus orationis magnū. Igitur dignitas facit orationē creſcere:cū res adferūtur,quæ habet autoritatē & pōdus ad ꝑſuadēdū. Secūda eſt τραχύτης quę nihil aliud eſt niſi ἐπίλημψιν adhibita auditorib. iudicib. ſenatui,populo, illos quos

4.

Subtilitas.

εὐζωνία.

Partes μεγέ
της.

σεμνότης.

2.
τραχύτης.

amamus, quos veremur: & eſt libertas oratoria : & æſtimatur
oratoria παῤῥησία. Quid libertas ad magnitudinem?
Cum de pace facienda quæſtio eſt, dum in pace manes, manes
in nuda cauſa, ſed aliquando declinatiunculam facis,
caſtigans iudicum vel ſententiam, vel remiſſionem, vel populi
ἀμέλειαν: vt Demoſthenes in Olynthiacis & Philippicis
: & illa caſtigatione efficitur, vt oratio fiat maior & amplior.
3. plior. Cum autem idem fit contra aduerſarios, accuſatores,
σφοδρότης. & inimicos, vt in Apologijs, vocatur σφοδρότης. Cum relinquo
meum reum, & inuado Hortenſium, Ebutium, Erucium,
dicitur vehementia. Eſt enim vehementia, qua percellimus
aduerſarios: oſtendimus cuiuſmodi ſit monſtrũ,
4. beſtiæ, beluæ portentum. Poſt illud ſequitur λαμπρότης.
λαμπρότης. Quomodo differt à dignitate? Quemadmodum à Rege veſtis
purpurea, Diadema, Corona, ἀξίωμα profert regem, cui
iuratum eſt: cuius voluntas eſt ſacroſancta. Sed λαμπρότης
induitur veſte purpurea: dat gemmas, annulos: exornat regem,
vt authoritas illuſtris fiat. Ita dignitas eſt in ſpecie ædificij,
aulæ, conclauis. Sed conclaue luminoſum & pictum
dicitur λαμπρότης. Dignitas tanquam cærea candela: λαμπρότης
lumine illuminata. Sed oportet Regem ſtipatum
eſſe: cum acie venire inſtructa & referta, ſi vult eſſe σφοδρός,
5. & efficere aliquid pugnando. Propterea quinta Idea eſt
περιβολή. περιβολή. Circumductio enim facit ex bimembri trimembrem,
quadrimembrem, periodicam, 6. 7. & octo membrorum,
ipſam orationem condenſat quadam crebritate ſententiarum:
vt, Rex, id eſt, orator veniat cum ſatellitio cateruoſo
conglomerato acie referta. Sed ille comitatus non debet
eſſe ſenilis vt in ſenatu: debet in acie habere homines
florentes ætatibus & viribus, & milites neruoſos atque lacertoſos:
qui poſſunt, quò velint aciem contrariam compellere:
6. debet eſſe delecta virum vis, ſcilicet, florentibus ætatibus.
ἀκμή. hoc efficit ἀκμή, quæ eſt quaſi ætatis flos, ἀκμὴ ἡλικίας
flos & robur ætatis. igitur oratio debet eſſe florens
& vegeta, & vigens: Qui hoc habet, habet orationem ampliſſimam.
Amplitudo perſpicitur authoritate: increpatione
ſenatorum, iudicum: caterua & denſitate ſententiarum
& robore. Vbi iſta ſex ſunt, talis eſt oratio
qualem requirit res, & officium
oratoris, &c.

DE DIGNITATE, PRIma forma amplitudinis.

CAPVT IX.

Sententiæ cum dignitate coniunctæ.

PRimum igitur de DIGNITATE, *quam meliore vocabulo* ἀξίωμα *nominamus: Proprio verò* Σεμνότητα*: in qua ſententiæ grauiſſimæ eſſe debent de Deo, de rebus diuinis, de naturæ effectionibus magnis atque mirabilibus, de vita hominum, atque de virtutibus amplæ & graues ſententiæ, de magnorum virorum rebus geſtis magnis atque præclaris: de quibus tum dictum eſt, cum de ſententiarum generibus exponeremus.* SENTENTIARVM *verò* ORNAMENTA *ſunt:* Pri*mum* τὸ κατ᾽ ἀπόφανσιν*, cui contrarium eſt ornamentum* ἐνδοίασις*, hoc eſt, dubitatio. Eſt enim dignitatis nihil dubitanter docere, ſuadere, laudare: ſed affirmando authoritatem conquirere. Vitandum tamen eſt, ne fidenter & cum temeritate loqui videamur. Ergo illa ſententia in diuinatione* ἀπόφανσιν *affirmationem habet: Siciliam prouinciam C. Verres per triennium depopulatus eſt. Illa verò quæ ſequitur,* ἐνδοιάσεως *& dubitationis: Siculorum ciuitates vaſtaſſe, domos exinaniſſe: Phana ſpoliaſſe dicitur. Sed hoc quod dubium erat tollit orator quaſi teſtimonijs, adſunt, queruntur Siculi vniuerſi.*

Ornamenta ſententiarum.

1. τὸ κατ᾽ ἀπόφανσιν.

2. ἀλληγορία

Altera ſententiarum exornatio atque tractatio ἀλληγορικὴ *eſt: Cum res magnas vel virtute, vel vitio obſcuramus, alluſionibus aliarum rerum. Vt in Erucium pro S. Roſcio: tametſi in vehementia magis, quàm in dignitate conſcripta oratio: Te pugna Cannenſis accuſatorem* *ſat bonum facit, multos cæſos, non ad Thraſimanum lacum: ſed ad Seruilium vidimus. quis ibi non eſt vulneratus ferro Phrygio? non neceſſe eſt omnes commemorare. Curtios, Marios, denique Mamercos, quos iam ætas à prælijs auocabat. Poſtremò Priamum ipſum ſenem Antiſtium: quem non modo ætas: ſed etiam leges pugnare prohibebant. Hæc dignitas atque allegoria elegans eſt: cum res magnæ ſimilitudinibus paruarum rerum ſignificantur: vt extinctum Nymphæ crudeli funere Daphnim flebant: Nos Coryli teſtes, & flumina Nymphis. Itemq́; Daphnis ego in ſyluis hinc vſq; ad ſydera notus: Formoſi pecoris cuſtos formoſior ipſe. Tale illud: Ego ſum paſtor bonus. & bonus paſtor ponit animam ſuam pro ouibus ſuis. Tertia exornatio eſt, μυστικῶς καὶ τελεστικῶς, ſacro more, ὑποσταμένην, vt apud Paulum: O altitudo diuitiarum. Item explicare fabulas aut allegorias, dignitatē habet, & veluti myſticum eſt. eſt enim, quaſi myſteria annunciare: vt pro S. Roſcio: Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis ſæpenumero videtis, eos qui aliquid impiè ſceleratéq; commiſerint, agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus. Sua quenq; fraus, & ſuus terror maximè vexat: ſuum quenq; ſcelus agitat: amentiaq́; afficit, ſuæ malæ cogitationes conſcientiaq; animi terrent. Atque hæc de Methodis in dignitate.*

3. μυστικῶς ὑποσταμένην

Verba dignitatis.

Verba dignitatis ſunt ſignificantia, ſonantia, plena, rerum ſcilicet magnarum: Item Tranſlata, ſed non aſpera, neq; dura, neq; frigida: Item verba quæ à Græcis vocantur ὀνομαστικά: vt illud Thucyd. lib. 3. apud Hermog. τόλμα μὲν ἀλόγιστος ἀνδρεία μὲν φιλαίτερον ἐνομίσθη. μέλλησις δὲ προμηθὴς δειλία εὐπρεπής· τὸ δὲ σῶφρον τοῦ ἀνάνδρου πρόσχημα· καὶ τὸ πρὸς ἅπαν συνετὸν, ἐπίπονον ἄργον. *Item facinus eſt vinciri* *cire ciuem Romanum: ſcelus verberare: propè parricidiũ necare: quid dicam in crucem tollere?*

SCHOLAE.
Dignitatis partes.

Diuiſimus omnem Magnitudinem & Amplitudinem quam vocant μέγεθος in ſex partes, in σεμνότητα dignitatem, Aſperitatem, Vehementiam, Splendorem, Circumductionem, & in Robur & lacertoſum dicendi genus: & quid vnumquodque ſit, ſatis pro hoc loco dixi breuiter. Sequuntur partes explicandæ dignitatis: cuius prima eſt ſententia.

Sententiæ.

Oportet enim primam curam habere rerum, id eſt, ſententiarum, quo genere vti velimus ſententiarum. Si volumus facere orationem σεμνὴν, id eſt, amplam cum dignitate, oportet ſentẽtijs vti de Deo, de eius potentia. Miſericordia, bonitate, prouidentia, &c. de rebus diuinis, quæ diuinitus eueniunt, vt monſtra & prodigia, vt auguria, vt oracula & vaticinia: Item myſteria religionis omne hoc genus facit orationem σεμνήν: Itẽ de tonitru & fulmine, tempeſtatibus, de motibus cœleſtibus: & quæ dicuntur ἀποτελέσματα apud Mathematicos: cum volumus igitur in cauſa forẽſi dicere cum dignitate, debemus ſumere exempla ab his rebus & ſimilitudines, quę addunt maieſtatem orationi. Sequuntur Methodi; prima eſt τὸ κατ' ἀπόφανσιν, id eſt, affirmare, non dubitare. In affirmando eſt authoritas, habet ſignificationem ſcientiæ, & ſapientiæ, & certitudinis: & propterea accuſator non debet accuſare dubitãter, item ſuadere cum affirmatione, eſt vocabulum dialecticum, nam eſt pronunciatum, vel verum, vel falſum pronuncians effatum ſignificans veri vel falſum: vt Deus eſt bonus: Deus eſt qui facit omnia in omnibus, Iouis omnia plena. [illegible] θεὸς [illegible] diui Autoris & me Phœb. amat dicit alter, nõ dubitat. Vos ô clariſſima mũdi lumina, &c. affirmat illos eſſe autores & limitatores noctiũ atq; dierũ. Sic Cicero: Siciliã. C. Verres, &c. affirmat & exaggerat. Dicitur,) eſt dubitatio. Dicitur.) Eſt dubitatio Ethica. ante p ſe affirmauit, & affirmauit maiora ſcelera διηγεῖται: & ne nimis fidẽter dicat, dicit, dicitur. Cur vſus ſum hoc exẽplo? vt videatur diſcrimẽ inter ἐνδοίασιν & affirmationem. Refert Cicero aliorũ fide, quia orator remiſit aliqd. ἐνδοιασμοῖς vtitur teſtimonijs, Cur hoc? qa deſijt oratio eſſe σεμνή, dicit quippiam. Ergo ex aliorum ore amplificas? Verum eſt: ſed præſentium. Cum dico puto, exiſtimo, credo, eſt ἐνδοίασις. Credo ego vos.) Eſt Ethica dubitatio: ne quis fortaſſiis non minatus ſit.

2. μέθοδοι.
1. ἀποφανσιν.

Item, Nolite putare, &c. tollit [illegible] ablatio eſt huius etiam figuræ. Nolite.) Eſt [illegible] ſequitur [illegible]: ſua quemque fraus, &c. Iterat affirmãdo. Iſtud exemplum, quod dictaui, habet veriſſimam [illegible]. Illa eſt prima Methodus [illegible] propoſitiones ſunt meliores quàm contingentes: contingit bonum Homerum errare. Contingentes habent dubitationẽ, non ſcientiam. Cum dicis [illegible] eſſe [illegible]

2. ἀλληγορικὴ. Secunda eſt ἀλληγορικὴ oratio, facta per poeticã ſimilitudine: cum ſententiæ obſcurantur ſimilitudinibus: [illegible] rum ſententiæ, rem præſentẽ obſcurant. Sic de pugna Cannenſi: Cicero non vixit, cum præliũ haberetur ad Cannas: intelligit proſcriptionem ciuilem Syllanam. ad Thraſymenum lacum populus cæſus fuit: facit clariorem allegoriam per Seruilium. Per illum intelligit tabulam ſeruilẽ & [illegible] cam forum & iudicis Tyrannicũ. Phrygio) i. à Romanis [illegible] carijs, qui Romanam ducunt originem ab Aenea, qui fuit Phryx. Curtij, & Marij, & Mamercij fuerunt ante tempora Ciceronis. & intelligit ſui tẽporis oratores malos & ſectatores bonorũ. Primum.) intelligit neſcio quem oratorẽ ſui temporis. Leges.) infamię deſiſtebat orare, non propter naturã: ſed qđ factus eſſet infamis. dicit de ingenti malo, qđ eſt contra dignitatẽ Pop. Rom.

Alllegoriæ vnde ſumãtur. Allegoriæ fiunt vel à rebus maioribus: O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit. Auguſtum vocat Deum, & ſua carmina agnũ: [illegible] paruæ [illegible] dignitatem. Aliquãdo à rebus minoribus: Chriſtus, qui dicit vici mundum, & victor eſt omnium dæmonũ, dicit tamẽ, Ego ſum paſtor, & dicit ad Petrum, paſce oues meas. eſt tractatio allegorica, habens autoritatẽ. Significatio animi [illegible]mantis, cuſtodientis & conſeruantis dignitatẽ parit. Extructum, &c.) per Nymphas intelligit pop. Rom. ciues varios, & fœminas & virgines. Funere.) cæde. Coryli.) plebis. Eſt enim vulgaris arbor. Flumina) Senatores, conſules, tribuni plebis, quæſtores, ædiles. Daphnis.) Auguſtus. Daphni.) C. Cæſar. Formoſior.) quàm totus pop. Rom. fortunatior & ſapientior. Illa allegorica tractatio in re parua & paſtorali adfert dignitatẽ. Nigra ſum, ſed formoſa: totũ cãticũ habet allegoriã.

μυστική. Tertia eſt μυστικὴ: dicere aliqđ, ſacro more, qđ nõ intelligitur à quouis cũ verba proferimus ſacra, τελεστικὰ λόγον dicimur: vt Paulus, O altitudo diuitiarũ, &c. oſtẽdit neminẽ eſſe ſecretariũ Dei: & pſcire, q̃ Deus præparauit diligentibus [illegible] ſe. Ita fabulas interpretari non intellectas: cùm ex re non intellecta facimus rem intellectam: facit dignitatem & autoritatem. doceri interpretari arcum domini, & præter morem aliorum Theologorum, id facit λόγον σεμνόν. [illegible]) Cicero melius explicat, quàm Grammatici iſtam fabulam. Furia eſt nunciatrix animi & conſcientiæ. huius generis ſunt: Explicare conſilia maiorum: vt de ſupplicio parricidarum: quare abſtulerint à parricida omnia elementa, quod eum occiderit, qui genuerit: & à quo habuerit vſum quatuor elementorum. Verba ſignificantia magnarum rerum ſcil. Homuntio eſt ſignificans: ſed in re parua. Item plena & translata. Nam ſi Methodus ſæpe debet eſſe allegorica, oportet translationes eſſe. Nam allegoria eſt perpetua translatio. Hoc obſeruandum eſt quod ad ſecundam methodū, & ad [illegible]. Prima methodus eſt frequēs & crebra & ſemper adhibenda: poſteriores ſunt rariores. Verba igitur ſunt etiam translata: ſed hic aſperitates vitandæ. Aſperæ ſunt quæ nimis offendunt: aſperæ, duræ quæ nimis ſunt aſperæ: vt exutus omnibus bonis ſuis pro ſpoliatus. Si aſperitas creſcat, euadit durum: vt cùm dicimus, [illegible] conſpuit Alpes: & cùm adhuc creſcit, dicitur frigida & inepta translatio, de quibus lib. 2. de Tropis verborū. Deinde debent verba eſſe ὀνομαστικά: nomina loco verborum poſita, aut loco perſonarum, τόλμα, audacia, &c. Aliquando etiam ſunt accuſatiui caſus: & opus eſt, vt ſint [illegible] caſus. Accuſatiuus caſus facit etiam orationem [illegible]: cùm vocamus bonitatem Dei, clementiam, miſericordiam: & ex huiuſmodi aliquam enumerationem inſtituimus.

3. VERBA.

In verbis quæ vitāda.

Verba dignitatis huiuſmodi eſſe debent. Verborum vnū ornamentum numeratur ab Hermogene primum [illegible]: cui contrarius eſt πλαγιασμός: de quibus in puritate eſt dictum. Secundum ornamentum eſt δεινότης: cuius duo ſoliti ſumus facere genera: quorum vnum pertinet ad ornamenta ſententiarum, idq; bipartitum. Nam vel γνωμολογία eſt, ſententiæ ſcilicet dictio atq; pronunciatio, ad vitam & mores pertinens:

Ornamenta quæ dignitati inſeruiunt.

vt, Mors honeſta ſæpe vitam quoq; turpem exornat: Vita turpis ne morti quidem honeſtæ locum relinquit. Vel iudicium eſt oratoris ἐπίκρισις de alicuius facto aut dicto: quod cum priori loco ponitur πρόκρισιν appellamus: cum medio ὑπέγκρισιν: cùm ad extremum adiicitur ἐπίκρισιν: quibus tribus Cicero vno in loco vſus eſt pro S. Roſcio. Illa enim πρόκρισις eſt. Neque cum multis ex rebus intelligi poteſt, maiores noſtros non modò armis pluſq́; cæteras nationes: verùm etiam conſilio ſapientiáque potuiſſe: tum ex hac re vel maximè, quod in impios ſingulare ſupplicium inuenerunt. qua in re quantum prudentia præſtiterint iis, qui apud cæteros ſapientiſſimi fuiſſe dicũtur, cõſiderate. Et paulò poſt ὑπέγκρισις: Quanto maiores noſtri ſapientius: qui cùm intelligerent nihil eſſe tam ſanctum, quod non aliquando violet audacia: ſuppliciũ in parricidas ſingulare excogitarunt: Vt quos natura ipſa in officio retinere non potuiſſet: magnitudine pœnæ à maleficio ſubmouerentur, inſui voluerunt in culeum viuos: atq; ita in flumen deiici. Et huic continenter adiecta eſt ἐπίκρισις: O ſingularem ſapientiam, iudices, nónne videntur hunc hominem ex rerum natura ſuſtuliſſe, & eripuiſſe: cui repentè cœlum, ſolem, aquã terramq́; ademerunt? Hoc genere ἐπικρίσεως oratores vti ſolent in recitationibus & interpretationibus legum: in commemoratione exemplorum in dictis teſtium, & quæcunq; huius generis ſunt. Sed hoc genus ad ornamenta ſententiarum pertinet: & à Græcis definitur quòd ſit λόγου ῥηθέντος ἐπικύρωσις καὶ βεβαίωσις, id eſt, Orationis habitæ aſſeueratio & cõfirmatio. Et adiiciendum iudicio in methodos dignitatis ſuperiores. Alterum verò genus ἐπικρίσεως in verborũ ornamentis ponendum eſt: propterea *quod fit verbis, vt est: Credo, vt opinor, existimo, sentio, arbitror. sed non huius est loci: verum orationis moratæ. Est enim dignitatis affirmare, non dubitare. Sed est boni viri non fidenter loqui: sed de rebus pronunciare dubitanter atq; verecunde. Membra in hoc genere sunt breuia: breuesq; verborũ ambitus: vt, par est auaritia: similis improbitas: eadem impudentia: gemina audacia. Item: Atq; ea sunt maxime animaduertenda peccata, quæ difficillime præcauentur. Collocatio verborum in hoc genere negligentior est in concursionibus vocalium. Numerus efficiens, in principio & medio periodorum Dactylicos, & Anapæsticos, & Pæonicos: in extrema vero parte, minoribus numeris, Iambus & Choræus claudens sententiam.*

Membra dignitatis.

Collocatio verborum.

SCHOLAE.

Σεμνότης.

λαμπρότης.

Tres partes explicauimus σεμνότητος, id est, generis dicendi in quo est dignitas. diximus etiam differre σεμνότητα & λαμπρότητα. Σεμνότης est oratio habens authoritatem: λαμπρότης: oratio quæ habet splendorem & lumen: sed de λαμπρότητι suo loco. percurrimus igitur partes tres, Sententias, Methodum, Verba: sequuntur verborum σχήματα, ornamenta. Sunt autem solum duo, ὀρθότης & ἐπίκρισις. ὀρθότης, oratio, quæ absoluitur nomine & verbo breuiter indicatiuo modo. Vocatur rectitudo, i. oratio directa, quæ absoluitur subiecto & prædicato. Dialectici ἀπόφανσιν sic perficiunt: quia ὀρθότης est conueniens semper breuitati, & qui autoritate præditus est, non est verbosus. breuiter absoluit sententias: Vos isthæc intro auferte: Simo ostendit autoritatem suam, loquitur cum imperio: Ego volo te paucis. Huic contrarius est πλαγιασμός: cum ablatiuis absolute positis, oratio circũducitur, & participijs. Consideranti mihi, &c. illud principium attrahit multas scientias. ὀρθότης est vbi casus recti: πλαγιασμός, vbi casus obliqui. Altera figura est ἐπίκρισις, oratoria indicatio; posses dicere, quid hæc prosunt? Vbi volumus loqui cum autoritate, volumus iubere & mandare: minari & territare, item volumus sententiam dicere & consilium dare, debemus vti rectitudine: breuiter absoluere, nõ circuitionibus aut πλαγιασμῷ vti;

ὀρθότης.

2. ἐπίκρισις.

Volo vt facias: res eſt pernicioſiſſima, & debemus facere cum iudicio: Duæ res plurimum poſſunt: hoc eſt ἐπικρίνεσθαι, ſententiam dicere & indicare. Duo ſunt genera ἐπικρίσεως. Vnum eſt μεθοδικὸν. Alterum σχηματιστικὸν. ἐπίκρισις ſententiarum eſt duplex: vnum eſt γνωμολογικὸν, dicens ſententiam pertinentem ad vitam & mores. Omnes homines qui ſe præſtare alijs ſtudent, &c. ibi eſt γνωμολογία Salluſtij: in qua pronunciat, quid deceat virum magnum: ſi famam tueri, & volitare per ora hominum velit. Sic Cicero: Mors honeſta vitam turpem exornat. eſt γνωμολογία ἀποφαντικὴ ſtatuens aliquid, pertinens ad vitam. Alterum genus eſt, quod habet κρίσιν: quod indicat de facto & dicto alicuius, & inſtituto. Quomodo poſſunt inter ſe differre: γνωμολογία eſt γενικὴ: ſecundum genus eſt ſingulare: adhibemus ad ſingulas leges facta ſingula, ſingulorū dicta cum dicimus, quid nos iudicemus de alicuius facto & dicto. Illud ſecundum genus eſt, quod pertinet ad facta, dicta, ſcripta, leges ac teſtamenta. Habet tripartitam varietatem propter rationem locorum, & collocationis. aliquando dico ſententiam ante rem narratam: pronuncio de inſtituto maiorum antequam illud exponam: & vocatur πρόκρισις: quia poſita eſt πρὸ τῆς διηγήσεως, & λόγου ῥηθησομένου. Si in medio loci & tractationis, dicitur ἐπέγκρισις, id eſt, interpoſita ſententia: κρίσις ἐπιδιηγη ἐπίκρισις autem dicitur iudicatio adiecta poſt rem narratam. Ego ita diſtinguo docendi cauſa: aliquando magnifice pronuncio de facto, antequam exponam attentionis cauſa: aliquando prius expono. Cicero iſtis tribus vno in loco eſt viſus pro S. Roſcio. primum pronunciauit de ſapientia maiorum ſuorum. Itaque) κρίσις, de ſapientia maiorum. Quod) id eſt, ipſa res, ὁ λόγος. Sequitur prudentiſſima ciuitas, &c. Quanto maiores) ἐπέγκρισις. Inſul) Commemoratio facti & admirans ἐπίκρισις: iudicat cum exclamatione: O ſingularem, &c. Sic cum priore loco ſententiam fero, dicitur πρόκρισις: cum poſtremò ἐπίκρισις. Hæc duo prima pertinent ad methodos ſententiarum: igitur debetis adijcere ſuperioribus methodis ſententiarum: quarum vna ἀποφαντική: ſecunda ἀφηγηματική, illis duabus adijcere. Secundum genus ἐπικρίσεως pertinet ad σχήματα verborum: & ad εἶδος: non ad dignitatem. Et cum eſt ornamentum verborum, habet ἐνδοίασιν, dubitationem.

πρόκρισις.
ἐπίγκρισις.
ἐπίκρισις.

nem. Cùm autem methodus eſt, eſt ἐπικύρωσις, concluſionis & βεβαίωσις, & confirmatio orationis dictæ. Cùm autem σχῆμα verbi eſt, habent ἐνδοίασιν ἐπικύρωσις, confirmatio, habens authoritatem, & ἐνδοίασις, dubitatio, ſunt contraria. vocatur σχῆμα verborum: fit certis verbis. Credo ego, puto, dicitur, ἐπίκρισις σὺν ἐνδοιάσει, quid differentiæ eſt? Prima pertinet ad ornamenta ſententiarum: ſecunda ad verba. Deinde prima pertinet ad authoritatem: cùm mandamus, cùm præcipimus, cùm introducimus ſenem patremfamilias, dominum mandantem. Cùm autẽ filium & ſeruũ, & θεράποντα, cuſtodem corporis, dominũ introducere opinantem: Non placebit tibi, vt opinor, here: Neſcio an tibi gratum ſit, here, & hæc dubitatio conuenit moratæ orationi: cùm volo oſtendere, me non eſſe affirmatorem: & non nimis me mihi tribuere. Hæc igitur περὶ ἐπικρίσεων Hermogenis, non intelligitur, niſi iſta diſtinguantur verba. Sequuntur membra & periodi. Dignitas comparatur membratim loquendo, cum breuibus membris loquimur, vtimur & periodis: Vos iſthæc intrò, &c. Cicero pro S. Roſcio: par eſt auaritia: ſimilis improbitas, &c. Sunt membra κομματικά, vt Hippocrates ſcribit ſuos aphoriſmos: Vita breuis: ars longa, &c. Oratio debet eſſe ἀφελείας: Qui in vita nihil habet iucundius vita, Quanquam te Marce fili, &c. nonne ibi eſt dignitas? Eſt magis λαμπρότης, quàm dignitas: & oratio, quæ dicitur περιβολή, quod abundat in periodis, dat nomen generi dicẽdi: quia ſunt multa, dicimus eſſe περιβολήν. Nonne habet dignitatem? Ita. Abundare oportet: non habet ἐνδοιασμόν: eſt dignitas orationis ſed λαμπρότης περιβεβλημένη. Conſeo) Non dicit, idem te facere iubeo: ſed facit orationem ἴσην. Sequitur Collocatio & clauſula & ῥυθμοί, quæ ſunt in vno præcepto. Collocatio non debet habere μικρολογίαν. non eſt magni viri captare concinnitatem, & ſententijs concinnitatis vti: captare venuſtatem. Aliquando authoritas eſt horrida, & aſpera dignitas. Itaque non debent reformidari concurſus vocalium: Ego omni officio, &c. Sed tamen numeri debent eſſe Dactylici & Anapæſtici, in principio & medio: Animaduerti iudices, &c. Verba ſunt prolixiora & dactylica. In fine debemus deſiſtere in Iambis & Choræis, vt oratio nõ videatur eſſe iuuenilis & lacertoſa: ſed ſenilis, & ſermo quotidianus pronunciatio remiſſa. Aliquando

Membra & periodi dignitatis.

ſubmiſsè & tacitè debet loqui ſenex, igitur vitur Iambis & Choræis & Pyrrichijs. Hæc de dignitate: Sequitur τραχύτης.

DE ASPERITATE, altera dignitatis forma.

CAPVT X.

ALterum in amplo dicendi genere eſt, quod Aſperum dicitur. cuius virtutem Græci τραχύτητα nominant: cui contrarium eſt id, quod vocatur

Aſper aut ſuauis orator quãdo. *ſuaue, γλυκύτης à Græcis nominata. Aſper autem orator eſt, cum dicit, quod ijs, qui audiunt, aut gratum non eſt, aut non eſſe videtur. Suauis verò eſt: qui amicum, aut ſenatus, aut populi ſtudet placere vt auribus*

Sententiæ aſperitatis. *ſic etiam voluptatibus. Huius generis ſunt illæ, quas libro primo vocauimus ἐπιπληκτικάς: quæ duorum ſunt generum: quorum vnum eſt, quæ appellantur ab Hermogene καθαρὰς ἐπιπλήξεις ἔχουσαι: quarum exiguus numerus apud oratores. Itaque Hermogenes ex Demoſthene collegit, quas potuit paucas. Cuiuſmodi eſt illa: ὑμεῖς τὸν ἐγκέφαλον ἐν τοῖς κροτάφοις. ἀλλὰ μὴ ἐν ταῖς πτέρναις καταπεπατημένον φορεῖτε. Item illa: ἀλλὰ μανδραγόραν πεπωκόσιν ἤ τι φάρμακον ἄλλο τοιοῦτον, ἐοίκατε. Talis etiam apud Homerum illa increpatio fugientium:*

ὦ πόποι: οἱ πέπονες ϗ ἀχαιΐδες οὐκ ἔτ' ἀχαιοί.

Et apud Satyricos multa ſunt tales: vt apud Iuuenalem:

Satyr.2.
Vltra Sauromatas fugere hinc libet & glacialem
Oceanum: quoties de moribus audent,
Qui Curios ſimulant: & bacchanalia viuunt.

Aſperitas emendata. *Alterum eſt genus Sententiarum, quæ vocantur μεθοδευμένα, hoc eſt, ratione tractata, & διόρθωσιν ἔχου-*

habent aliquam aſperitatis emendationem, & quaſi lenitionem. quo genere Oratores plurimum vtuntur: idq; ratione multiplici. Nam vel quid cæteri homines velint atque expectent, aut metuant ac formident, indicant: non quòd ipſi oratores ex ſua loquantur ſententia: cuiuſmodi ſunt illa in diuinatione: Quid eſt, proh Deûm hominumq; fidẽ, in quo ego Reip. plus prodeſſe poſſim? quid eſt quod populo Rom. gratius eſſe debeat: aut ſociis, cæterisq; nationibus optatius eſſe poſſit? aut ſaluti fortunisq; omnium, magis accommodatum ſit? populatæ, vexatæ, funditùs euerſæ prouinciæ, ſocij ſtipendiariiq; pop. Rom. afflicti, miſeri, iam non ſalutis ſpem, ſed exitij ſolatium quærunt. qui iudicia manere apud ordinẽ Senatoriũ volunt, queruntur accuſatores ſe idoneos non habere, qui accuſare poſſunt, iudiciorum ſeueritatem deſiderat pop. Rom. interea tametſi multis incommodis difficultatibusq; affectus eſt: tamen nihil æquè in Republ. atq; illam veterem iudiciorum, vim grauitatemq; requirit. Iudiciorũ deſiderio tribunitia poteſtas efflagitata eſt, iudiciorum leuitate ordo quoq; alius ad res iudicandas poſtulatur: iudicum culpa atq; dedecore, etiã cenſorium nomen, quod aſperius anteà populo videri ſolebat, id nunc poſcitur: id iam populare atq; plauſibile factum eſt. Hæc vna ratio eſt leniendi hoc genus ſententiarum: quod in increpando & vituperando poſitum eſt. Alterum eſt, cùm ad hanc rationem adijcitur etiam euentuum ſignificatio. Sed καθ' ὑπόθεσιν territando atq; comminando, propoſita etiam eius aliqua, ad quã ſpectat oratio, laude, vt pro Sex. Amerino: Te quoque magnopere M. Fanni quæſo, vt qualem te iam anteà pop. Rom. præbuiſti, cum huic idem quæſtioni index præſſes: talem te & nobis & populo Romano hoc tempore impertias. quanta multitudo hominum conuenerit ad hoc iudicium, vides: quæ ſit omnium mortalium expectatio, quæ cupiditas, vt acria & ſæuera iudicia fiant intelligis: longo interuallo iudicium inter ſicarios hos primùm committitur: cùm interea cædes indignißima maximaq́; facta ſint: omnes hanc quæſtionem te Prætore de manifeſtis maleficijs, quotidianoq́; ſanguine haud remißius ſperant futuram. qua vociferatione in cæteris iudicijs accuſatores vti conſueuerunt: ea nos hoc tempore vtimur, qui cauſam dicimus. Petimus abs te M. Fanni, à vobisq́; iudices, vt quāacerrimè maleficia vindicetis: vt quamfortißimè hominibus audaciſſimis reſiſtatis: vt hoc cogitetis, niſi in hac cauſa, qui veſter animus ſit, oſtendetis: eò prorumpere hominum cupiditatem, & ſcelus & audaciam: vt non modò clàm, verùmetiam hîc in foro, ante tribunal tuum M. Fanni, ante pedes veſtros iudices, inter ipſa ſubſellia cædes futura ſint. Illa verò Perſij magis Satyrica eſt, quàm Oratoria:

Nam Romæ qui non? ah ſi fas dicere, ſed fas,
Tunc cùm ad caniciem, & noſtrũ iſtud viuere triſte
Aſpexi, & nucibus facimus quæcunq; relictis.
Cùm ſapimus patruos, tunc. tunc ignoſcite, nolo,
Quid faciam? Sed ſum petulanti ſplene cachinno.

Veruntamen habent hæc ipſa Perſiana quædam oratoria: vt reticentiam, vt hæſitationem, vt metum, vt comminationem perſonarum in verbis: quibus & Demoſthenes vtitur & Cicero: quoties aut Senatus, aut populus eſt reprehendendus. Illa verò comica etiam aſperiora. Id populus curat ſcilicet. Item, Dauus ſum, non

Oedipus. quæ ſententia ita aſpera fuit ſenis auribus, vt piſtrinum ſeruo minaretur.

Prima igitur figura in amplitudine, id eſt, μεγέθει fuit Σεμνότης grauitas cum dignitate. habēs dignitatem & authoritatem, quemadmodum λαμπρότης, grauitas habens orationem luminoſam & illuſtrem. Sed non ſatis eſt oratori dicere ſententias graues cum dignitate & authoritate: ſed oportet etiam vitia iudicum: vitia populi: vitia regum atque Imperatorum reprehendere & caſtigare: quæ obſtant quò minus ſequantur noſtram ſententiam. Si hortamur ad bellum, oſtendere debemus neceſſitatē belli propter pericula Reipublicæ fidem præſtandam ſocijs: propter ſociorum calamitatem: propter iniurias & contumelias hoſtiū. illæ ſententiæ debent habere σεμνότητα. Sed ſi vitia populi obſtant, ſi populus eſt ignauus, ſi in ſenatu ſunt corrupti & negligentes, & cauſam ignorant: illa ignauia & populi & ſenatus eſt vituperāda & emendanda: morbo adhibendū cauterium illud, quod adhibetur illis, quos amamus, metuimus & obſeruamus: illud inquam cauterium vocatur τραχύτης, id eſt, caſtigatio eorum, quos aut veremur aut metuimus. Nam cùm hoc genus adhibetur in inimicum & aduerſarium, vocatur σφοδρότης, id eſt, aſperitas: contra nebulonem & inimicum & perditum, in Piſoné, Vatinium, Catilinam, Fimbriam. Huic virtuti contraria eſt alia virtus γλυκύτης, oratio ſuauis, laudans: vt laudatio Senatus: commendatio Cn. Pompei: quæ virtus eſt, ſi caret adulatione: & ſic Oratores dicuntur ſuaues: quia res gratas proferunt auditori: ſed dicitur carere adulatione. Iſtud igitur eſt τραχύτης, quod genere perſonarum differt: σφοδρότης adhibetur aduerſarijs: τραχύτης noſtris. Sententiæ huius generis ſunt ἐπιτιμητικαὶ, quæ pertinent ad alterius τιμήν: & ὀνειδιστικαὶ, quæ pertinent ad alterius dedecus: cùm voco ἰαμβοφάγον, belluam, mōſtrum, beſtiam, σπερμαλόκυφον. Ἐπιτιμητικαὶ autem pertinent ad honorem alterius; vt alterius honorem caſtigando conſeruemus. Illa eſt duorum generum: Vnum καθαρῶς ἐπιτιμητικὸν, quod habet purum & ſimplicem caſtigationem, cuiuſmodi ſententiæ, & apud Demoſthenem & bonos authores ſunt rariſſimè. Et collegit Hermogenes 5. aut 6. quæ mi-

SCHOLAE.
Vſus puritatis.

Sententiæ τραχύτητος.

I.
ἐπιτιμητικαὶ καθαρῶς.

hi tamen non videntur habere putam reprehensionem: & illa est omnium asperrima: ἔιπερ τὸν ἐγκέφαλον, id est, Si cerebrum in capite habetis, & non in calcibus supplantatum: Est magna vituperatio, obijcere stultitiam. Sed habet castigationem: quia habet hypothesin. Aliud exemplum habens similem asperitatem. ἀλλὰ) & similes estis, qui 1. potarunt Mandragoram, aut aliquod venenum: Veneficium pani estis: estis cum nullo sensu & iudicio. Satyrici multas tales habent in castigandis moribus: O curas hominum, &c. Est hic [illegible] Romanos vocat Romulidas, & ortos à Troianis: non vocat Troias, sed mulieres Troianas. sunt fere ὀνειδιστικὰ verba, Nugæ: non si quid, &c. turbidam Romam, vocat populum Romanum, & cætera. Sic Homerus, cùm fugerent Troiani, & pugnare subterfugerent. Sic Iuuenalis, Vltra) Malit se habitare apud Sauromatas, quàm Romæ: audet inuadere omnes sectas philosophorum, & arcem sapientiæ. Alterum genus sententiarum μεθοδευθεῖσαι, quæ ratione, & artificio sunt tractatæ: & eædem dicuntur διόρθωσιν ἔχουσαι. scilicet ἐπιτιμήσεις & τραχύτης: & hoc plurimum vtuntur Oratores: sed vtuntur varia ratione, id est, methodo. Si tu non audes dicere Senatum facere malè, qui idolatriam non eijciunt: non audes offendere nobilitatem, quos vereris, & metuis: ostende quid populus velit: Si non vis dicere iudices corruptos: dic populũ requirere alia iudicia: Si nõ audes nominare, dic populum requirere Censores .i. seueriores iudices: Si non audes vituperare superiorum ætatum consules: dic populum desiderare: & minus offendes. Sic Cicero fecit in Diuinatione: non audebat dicere Iudicium corruptum: Pisonem suspectum, &c. adfert dedecus, est turpè senatum pati, euerti prouincias: socios affligi & miseros esse: Queruntur quomodo? &c. Nónne hoc miserum est, nos habere talem senatum, qui non potest suppeditare reis accusatores? Vetere) Cicero non ausus fuit dicere, vbi Aquili, Camilli, Fabricij, Cato maior, & alius qui dixit, cui malo? Est vna ratio, cùm non reprehendimus ex nostra sententia, sed ex postulatione populi. Altera ratio est, cùm ad hanc rationem adiungitur præsignificatio euentuum: Minamur interitum, Dei iram, & perniciem, cædes, pericula, incendia, territandi scilicet causa: interim tamen facimus cum laude: vt quod vituperando

2.
μεθοδευθεῖσαι.

putatio nocet, id proficit laudando, &c.

Ex hoc igitur ſententiarum genere conſideratur, cuiuſmodi earum methodus eſſe debeat atque tractatio. Verba verò aſperæ huius formæ ſunt, quæ vocantur ητραμμένα: vt ſunt verba immutata: vt, Nō iudices corruptos, ſed iudicia dicere: Non veteres iudices, ſed veterum iudiciorum more requiri: Non tribunos, ſed tribuniciam poteſtatem efflagitari. Tranſlata etiam, vt Macula iudiciorum: vulnera Reipublicæ. Intellecta etiam verba, quæ συνεκδοχαὶ nominantur: Non cenſores dicere, ſed Cenſorum nomen eſſe iam populare & plauſibile: & cùm Orator non ſe, ſed oculos ſuos terreri dicit. Verborum verò ornamenta enumerat Hermogenes primùm τὰ προσαντικά. Et id eius exemplum ponit: τῆς αἰσχροκερδείτου κρείσσονος ἀναμνησθέντος ἐνθυμηθῆναι. Et Cicero in Diuinatione: Vos ſi mihi Cæcilium anteposueritis, ego me dignitate ſuperatum putabo. Populus Romanus, ne tam honeſtam, tam ſeueram diligentemque accuſationem, neque vobis placuiſſe, neque ordini veſtro placere arbitretur, videte. Illud verò pro Pompeio & pronunciatione, & verbi modo προσαντικόν eſt. Quare ſi etiam monendi eſtis à me, quod non eſtis, videor hoc leniter pro mea authoritate vobis præcipere poſſe: vt ex eo genere hominum, quorum cognita virtus, induſtria, fœlicitas in re militari ſit, diligenter vobis retinendos exiſtimetis.

Verba τρα-χυντικὰ.

χρώματα τρα-χυντικά.

Fonteio

Diximus aſperum dicendi genus eſſe id, cui contrarium eſt ſuaue, γλυκύ: & aſperitatem adhiberi ad ſuperiores, vt ad iudices, ad ſenatum, ad populum, ad ipſum ſcilicet principem cùm Oratores vtuntur oratoria παρρησίᾳ, liberè monent, quos verentur: aut quos metuunt: vt

SCHOLAE.

cùm dicitur Senatus habere cerebrum non in temporibus, ſed in cranio pedum: cùm vocamus ſenatus dedecus, conquerimur diſciplinam corruptam: idque vitio eorum qui præſunt Reipublicæ. Aſperas ſententias diximus eſſe duorum generum: Vnum καθαρῶς τραχὺ & ἐπιτίμησιν ἔχον, id eſt, apertam habere reprehenſionem, vt apud Homerum ὦ πόποι, &c. Cuiuſmodi illa Achillis ad Agamemnonem: κυνὸς ὄμμα ἔχων, inferior dux viſus eſt: pura ἐπιτιμήσει vocauit ἀναιδῆ: quod canis haberet oculos, & κῆρ ἐλάφοιο, cor cerui: impudentem vocat & timidum: Ita ſatyricæ ſententiæ, Vltra Sauromatas, &c. habent apertam vituperationem. Secundum genus habet διόρθωσιν, caſtigationem quandam, i. ſententiæ methodicæ, id eſt, ratione emollitæ, & arte correctæ: artificio emendatæ: cuius generis attuli exempla ex Cicerone: & dixi fieri multiplici ratione: Primùm, Si dicamus non nos requirere, ſed populum deſiderare, & alios homines: cuius exemplum attuli ex Diuinatione: Quid eſt, proh Deûm, &c. non dicit ſe ex ſuo ſenſu loqui: ſed ex neceſſitate Reipublicæ & voluntate populi Romani: quod genus, methodus dicitur μεταστατικὴ. Cùm remoueo à me in aliam perſonam, μέθοδος μεταστατικὴ. Populare.) Ipſum dedecus profert ſecundo loco: animaduerſum tamen à populo Romano & ſocijs populi Romani & à ſtipendiarijs populi Rom. Queruntur) Eſt comminatio: amici dolent vitio Senatus factum, quòd deſint accuſatores. quid accuſatores? qui accuſare poſſunt, &c. eſt facta tripartita μετάστασις: amici hoc requirunt, accuſatores, populus Rom. Aſperius) vtitur verbo figuræ, eſt præceptum aſperitatis. quid aſperius, id eſt, τραχεῖα λέξις, minimè γλυκύς. Videtis quòd Romani etiam vocarint verba aſpera, id eſt, quæ offenderent aures & animos. Altera ratio eſt, cùm eſt ſignificatio rerum euenturarum: & prænunciatio & προαναφώνησις τῶν ἐσομένων, & cùm laudatur, quem volumus aſperius tractare: & quem monere volumus officij: territamus ſignificatione malarum: quomodo? καθ' ὑπόθεσιν, non affirmatiuè, per particulam Si: Attuli exemplum eius ex oratione pro Roſc. Te quoque, &c. Laudat eum propter iudicium ſæuere habitum: propter ſeueritatem ſuperioris iudicij. Cum interea) ἐπιτιμητικὸν, hoc eſt, pertinens ad populi ἀξίωμα, & ad Syllam tum victorem & victorem & Dictatorem.

Sententiæ aſperę.

1.

2

Omnes hanc quæſtionem) Iam μετάστασις, quæ etiam ſuperius fuit adhibita. Hoc eueniet iudiciorum remiſſione, vt futuræ ſint cædes ante pedes veſtros. μέθοδος eſt μεταστατικὴ κατ' ἔπαινον. Ex Perſio aliud adduxi exemplum. Omnes ſunt τραχεῖαι ſententiæ: ſed etiam Satyricæ, μεθοδευθεῖσαι, τέχνῃ σατυρικῇ tractatæ. Nam Romæ) ἀποσιώπησις, ſcilicet ſceleſtus. quis enim non vicus abundat triſtibus, obſcœnis. Iuuenalis καθαρᾶς ἐπιτιμήσει vſus eſt: omnia dixit quæ in mentem venerunt. Perſius modeſtus vitia maxima pop. cælat. Ah) Vitium. quis non? ſcilicet ſceleratus. Sed ſac) confirmat ſe ipſum. Nucibus facimus) eſt Methodus παραλειπτικὴ: poſuit genus non ſpeciem: genera indicare, eſt mollius reprehendere. Ignoſcite) Volo ingens dedecus dicere. Nolo) ἐπανόρθωσις: Malo ſcrobē mihi facere & inclamare, quæ cogito. Sed ſunt) ad confirmationē redit: Splen impulit, vt poſtea liberius dicat de glorioſulis Poetis: iſtud exemplum eſt ſatyricū, non oratoriū. Sed Oratores poſſunt etiā adhibere has methodos: poſſunt vti reticentia: ſimulare metus, & commutare perſonas. Nucibus facimus) nō faciunt ἀντιπροσωποιία, vt Græci vocant, noſtrûm iſtud viuere, non veſtrûm: cùm prima perſona pro tertia ponitur. Hoc inquam & ſimilia poſſunt Oratores imitari: Qui diligenter exercent præcepta, debent adiungere obſeruationes poetarum: qui habent pulcherrimas mehodos, quibus poſſumus vti. Ironiæ etiam ſunt aſperæ & tædioſæ, cùm ſerui volunt Ironicè loqui & eſſe σεμνοί, ſenes & ſeniores non poſſunt ferre. Etiam ſententias loquitur carnifex: Id populus curat: ſcilicet, dum liber. fortaſſe putans populum curare: irridet herilem authoritatem. Deinde magis ſi additur contemptus, cùm ſpernitur authoritas, Dauus ſum non Oedipus: adfert prouerbium ex antiquitate: Sum homo noſtri temporis, non ſapientiæ veteris: ibi iraſcitur & minatur. quare? propter τραχύτητα, propter Ironiam, propter ſententiam, quæ habet ſignificationem contemptus: debes ſcire me eſſe ſeruum non Oedipum, qui debeam Sphingem explicare. Ex his videtur methodus remouere aſperum à nobis, & attribuere alijs. Item laudare iudicem: Item enumerare res venturas malas: & non methodo ἀποφαντικῇ, ſed conditione, Niſi. Sic Methodus eſt καταστατικὴ, ἀποφαντικὴ, facta laude. Item κατὰ κα-

ἀντιπροσωποιία.

3. Verba aſpera.

ἀποχρώντως. SEQVVNTVR VERBA.) Aſpera ſunt quæ dicuntur Conuerſa, quæ habent tropum, aliquam conuerſionem, vt ſunt Hypallagæ: huiuſmodi vidiſtis in exemplo Ciceronis, quod recitaui: nam vocabula rerum minus offendunt, quàm perſonarum; potuiſſet dicere: Qui homines in ciuitate duo poſſunt plurimũ, hi, &c. Vocare contra ſe omnes gratioſos, & potentes, eſt odioſum. Ita corrupta iudicia non iudices: iudicum diſciplinam requiri non dicit, ſed iudiciorum. Ita etiam Metaphoræ: Caſtigas vitium cùm ſis inter Socraticos, &c. ita Vulnus Reipublicæ: non voco dedecus Reipublicæ: ſed maculam inuſtam Reipublicæ. Verba non intellecta, [illegible]. Iam noui iudicij forma terret oculos meos. Incepit à verbo proprio. Timere ſcilicet me, liberum dixiſſet iudicium eſſe armatum, ſed dicit noua forma: non dicit terret me: ſed oculos: oculum pro toto homine, pro corpore & anima. Sic etiã cùm non dico Cenſores, ſed cenſorum nomen: poteſtas cenſorum & cenſorũ nomen: partem pro poteſtatis. Quod aliter nis) τραχὺ, talia debẽt eſſe verba. Verborũ autem ornaméta σχήματα primũ ponitur ab Hermogene προστακτικὸν, quod fit per modum imperatiuum, à modo Imperatiuo cùm Indicatiuũ commutamus cum imperatiuo. Non dico: Date licentiam audaciæ, potentiæ, ſceleribus: ſed date licentiam, &c. veſtra authoritate Rempublicam euertite. Non enim patiuntur ſibi imperari homines, præſertim cùm eſt Ironia. Ita Cicero: Vos, &c. Videte [illegible] quàm populus animaduertet vobis diſplicere ſeueritatem. Item pro Pompeio. Non dicit ſe imperare: ſed præcipere velle. Leuiter) habetis leuiter in exemplaribus, poteſt eſſe leniter, id eſt, non aſperè. Monendi) [illegible], illa ſunt σχήματα προστακτικά.

4. σχήματα verborum.

1. προστακτικόν.

2. ἐλεγκτικόν.

Alterum ornamentum eſt ἐρώτησις ἐλεγκτική, cùm ita interrogamus, vt aliquid concludamus vehementius, vt in eodem loco pro M. Fonteio: Fuit enim multorum talium virorum in hac Republica copia: quæ cùm eſſet, tamen eorum non modo ſaluti: ſed etiam honori conſulebatur. Quid nunc vobis faciendum eſt, ſtudijs militaribus apud iuuentutem obſoletis, hominibus au-

tem

tum ac summis duobus partim ætate, partim ciuitatis discordia ac Reipublicæ calamitate conſumptis: cùm tot bella aut à nobis neceſſariò ſuſcipiantur: aut ſubita atque improuiſa naſcantur: nonne & hominem ipſum, ad dubia tempora Reipublicæ reſeruandum: & cæteros ſtudio laudis atque virtutis inflammandos putatis? Et paulo poſt: Age verò nunc inuertite oculos in curiam: introſpicite penitus in omnes Reipublicæ partes: Num videtis nihil poſſe accidere, vt tales viri deſiderandi ſint: an ſi acciderit, nouorum hominum copia populum Romanum abundare? In illa verò in eadem oratione plures interrogationes continuatæ ſunt: *Ab his quidquam ſanctè aut moderatè dictum putabitis? hoc vehementes, tam caſtè tam integre ſibi ſuſcipient: vt cum omnes legati noſtri: qui illo triennio in Galliam venerunt: omnes equites Roman. qui in illa prouincia fuerunt: omnes negociatores eius prouinciæ: denique omnes in Gallia, qui ſunt ſocij populi Romani atque amici, M. Fonteium incolumem eſſe cupiunt, iurati priuatim & publicè laudent: vos tamen Gallis credere malitis? quid vt ſecuti eſſe videamini? voluntatem ne hominum? grauior igitur erit vobis hoſtium voluntas quàm ciuium? an dignitatem teſtium? poteſtis igitur ignotos notis, iniquos æquis: alienigenas domeſticis, cupidos moderatis, mercenarios gratuitis, impios religioſis, inimiciſſimos huic imperio ac nomini bonis ac fidelibus & ſocijs & ciuibus anteferre?* Hermogenes illa exempla profert: primum iſtud ex Olynthiaca: εἶτα ὀλύνθιοι [illegible] τὰ μέλλοντα προορᾶν; ὑμεῖς δ' ὄντες ἀθηναῖοι, [illegible] φυλάξασθαι. i. *Deinde Olynthij poſſunt id quod futurum eſt prouidere: Vos autem Athenien-*

ſes cùm ſitis, idem non curabitur. Et illud, ex ſermone qui Timotheo tributus eſt apud Demoſthenem: βουλεύεσθε, ὦ ἀθηναῖοι, θηφαίοις ἔχοντες ἐν νήσῳ; *id eſt, Deliberatis Athenienſes Thebanos cùm habetis in inſula. Atque hæc verborum duo ſunt ornamenta in aſperitate. Non quòd alia non ſint, ſed hæc propria huic generi, & nulli magis quàm acrimoniæ communia, de qua mox.*

Membra aſperitatis.

Membra verò in hoc genere breuiuſcula eſſe debent, quæ κομματικὰ *nominantur. Cuiuſmodi in illo Hermogenis exemplo:* οὐκ ἐμβησόμεθα; οὐκ ἔξιμεν οὐκ ἐπὶ τὴν ἐκείνου πλευσόμεθα? *Non claſſem conſcendimus, non exibimus, nō illius regnum nauigauimus? Atque hæc quidem propria aſperitatis. Membra tamen & longiuſcula aliquando ſunt: & nonnunquam in orbem atque ambitum rediguntur: quoties rerum materies id deſiderat: vt in ſuperioribus exemplis̄ apparuit.*

Collocatio verborū in aſperitate.

Collocatio verborum in hac aſpera dicendi forma, vocalibus hiulca, non reformidat: imò captat de induſtria: etiam non fugit conſonantes duriores, atque aſperiores, vt ipſa conſecutio verborum ſit: quemadmodum Hermogenes ſcribit, διονὰρρυθμος; *id eſt, quaſi abſque numero,* καὶ δύσηχος, *abſona,* τραχύνουσα, *exaſperans* τὴν ἀκοήν, *audiendi ſenſum. Quanquam ne iſtud quidem perpetuum: vſurpatur tamen naturaliter & artificioſè ab Oratoribus, atque occultè adhibetur. Eadem obſeruanda ſunt in Clauſulis & Numeris: in quibus ea varietas eſſe debet: vt vltrò venire videantur: non autem accerſi: & cùm dolor appareat, numerus ipſe, quaſi abſonus eſſe videatur: & quod imitationem doloris habet, id arte ſit abſconditum.*

Di-

SCHOLAE.

Ornamentun primũ aſperitatis, προστακτικὸν.

Diximus de ſententijs aſperis,& earum etiam Methodis: loco tertio de verbis & verborum cæpimus dicere ornamentis. Ornamentum primum eſt in hac figura προστακτικὸν. genera dicendi aſpera debent habere σχῆμα τὸ προστακτικὸν. Qui enim vult monere & caſtigare alterum: non rogat, non adulatur, non obſecrat, non metuit: ſed illi imperat. Ergò σχῆμα debet eſſe προστακτικὸν non εὐχτηρὸν, quod fit verbo optatiui modi: nec ὑποτακτικὸν σχῆμα quod fit verbis ſubiunctiui modi: ſed προστακτικὸν, id eſt, debet confici verbis modi imperandi: Date licentiam audaciæ, id eſt, date præmia ſceleratis, eijcite bonos, retinere improbos, veteres leges tollite, nouas iubete. Omnia ſunt προστακτικά. Sed dixi πρόσταξιν eſſe vehementiorem cum Ironiam habet, cum Ironicum eſt mandatum; vt in iſto exemplo: Date præmia audaciæ, ſalua erit Reſpublica. Alterum σχῆμα eſt ἐρώτησις ἐλεγκτική; τὸ ἐλεγκτικὸν κατ' ἐρώτησιν, redarguẽs interrogatione, id eſt, interrogatio argumentoſa, reſutandi & corrigendi cauſa adhibita. Illa propria huius loci eſt diuiſio. ἐλέγχειν non ſolum ſignificat argumentari: ſed argumentando caſtigare, vituperare, reprehendere. Huius exempla Demoſthenis iſta ſunt: οὐχὶ ὀλύνθιοι, φυλάζεσθε, &c. Si Olynthij poſſunt videre, & vos Athenienſes non poteſtis: non prouidetis? exprobrat populis ignauiam & negligentiam. Olynthij futurum vident: & vos proſpicere non poteſtis? Sic Timothei oratio, Egregiè facitis: in ſenatu verſamini, in caſtris debebatis eſſe, cum prius Thebanos in armis eſſe in inſula oportuit. Attuli exẽpla ex Cicerone pro Fonteio: conqueritur iacturam fortium virorum, de amiſſis hominibus militaribus: quæ ſolent accidere, cum dedecore ciuitatis, & infœlicitate: bonos mori & occidi, malos & ignauos viuere. Fur enim maior, &c. Tum enim optimè adminiſtratur reſpublica, cum fortium virorũ eſt magna copia. Quid nunc iam) exprobrat, eſt ſentẽtia habens ὄνειδος, exprobrationem ſenatus: non facit officium ſenatus, cum patitur obſoleſcere ſtudia iuuentutis. Putatis.) eſt ἐλεγκτικὴ ἐρώτησις: oſtendit varia & interrogat an velint negligere illa: & interrogando efficit aliquid argumentosè: & tamen aſperè cum vituperatione populi. Vtrum.) Valde illud aſperum: ducit eos in Curiam, vt viderent ſenatores omnes, & in numero maximo, vix vnum eſſe militarem: eſt τραχὺ & aſperum. Vnuſquiſque cogitauit ſe non eſſe militarem, ſe non ido-

ἐλέγχειν quid?

neum ad Imperatorem: Curiam.) ſenatus: videtis ordinē equeſtrem, plebeium, ſenatorium: videtis quam pauci ſint. Sed Cicero [illegible] inhæret antea tribus pugnis, vbi ſunt continuatæ interrogationes. Sed eſt locus compoſitus: partim ex aſperitate, partim ex σφοδρότητι. σφοδρότης eſt oratio vehemens in aduerſarios: τραχύτης in ſuperiores & magiſtratus & amicos: σφοδρότης in inferiores & pares. Incepit igitur ab acrimonia Cicero: Acer Achilles, id eſt, σφοδρὸς in percellendis hoſtibus, & propugnandis iniuriis hoſtiū. Ita Cicero de Gallis: Hæc ſunt, &c. Sanctis.) Ironia. Videre poteſt.) interrogatio ἐν σφοδρότητι. Placere?) interrogatio. & hactenus σφοδρότης in aduerſarium oſtendit crudelitatem & impietatem Gallorum. Cum his.) iam τραχύτης. Vos non pudet veſtram religionem cum his coniungere: eſtis tam ſtulti. Caſtæ.) διόρθωσις eſt, quia vult vehementius ἐλέγχειν & vrgere. Vultis hoc ſcelus admittere? Malitia) [illegible].) Argumentum [illegible] Ignotis notis.) Non eſt vna interrogatio ſed continuatæ. habetis in eodem loco exemplum & σφοδρότητος in aduerſarium, & aſperitatis in Iudices. Hæc ſunt ornamenta duo. Nam alia ſunt etiam, ita poſſumus εὔχεσθαι, vti [illegible] ptare, Deos rogare: Sed hæc ſunt communia cum aliis figuris. Sed in aſperitate ſunt propria προσφώνησιν & ἐρωτήσεις, cum volumus liberius loqui ad aliquē ſuperiorem nobis. Membra debent eſſe [illegible] quæ ſunt paria commata. tamen in exemplis, quæ recitaui, ſunt etiam periodi. Verum eſt: quod prolixum eſt alterius figuræ: quod breue eſt, proprium huius. Raro eſt dicendi genus, purum & integrum. Si res eſt numeroſa, oportet numeroſa periodo vti: [illegible] multiplex, prolixioribus membris vtendum. Aliud eſt proprium eſſe, aliud accerſitum extrinſecùs. Collocatio item. Clauſulæ, Item ῥυθμός: Collocatio quæ ſpectatur in ſyllabis membrorum. Clauſulæ in periodorum fine: [illegible] pota periodo, debent eſſe neglecta, debemus admittere [illegible] currentes vocales, & mutas: conſonantes etiam duplices. Item poſitiones aſperiores, tum debemus refutare. Aſpera ſententia non formidat aſperas ſyllabas & literas. debemus facere os hians etiamſi o, & o, concurrant, [illegible] quantur: vt anima ab eo, &c. oportet eſſe [illegible] neglectum, non numeroſum: & habere ſonum, tamen non [illegible] glectum & ridiculum.

5. Membra aſperitatis.

Collocatio aſperitatis.

DE ΣΦΟΔΡΟΤΗΤΙ, Acrimonia tertia amplitudinis forma.

CAPVT XI.

Tertium dicendi genus in Amplitudine est ἡ Σφοδρότης, fortis ſcilicet & acris dicendi figura: cuiuſmodi Achillem eſſe apud Homerum animaduertit Horatius: Impiger iracundus, inexorabilis, acer. Illa eſt qua inimicos perſequimur, atque percellimus: hac in Antonium Cicero, hac in Piſonem & Vatinium, & Rullum, maximè verò in Catilinam eſt vſus. Hac in Aeſchinem & Midiam Demoſthenes: hac Satyrici poetæ, hac antiquæ Comœdiæ ſcriptores delectabantur. Contraria huic eſt ἐπιείκεια, lenis ſcilicet & clemens, & quaſi cum æquitate pronunciata oratio, de inimicorum noſtrorum iniuriis: veniam dans etiam peccatis, & in ſumma ſcelera non grauius animaduertens. Differt hoc dicendi genus ab aſperitate. Primum perſonarum genere. Aſperi enim ſumus ſuperiorum ordinum hominibus, iudicibus vt ſenatui, vt populo & concioni: Hic verò inferioribus, vt Cicero Antonio, Demoſthenes Aeſchini: aut etiam ſuperioribus atque potentioribus. Sed quorum vituperatio grata eſt aut populo, aut iudicio, aut ſenatui: vt Demoſthenes Philippo, Cicero L. Cornelio Syllæ. Differunt illæ genere ſententiarum: ibi enim ἐπιτιμητικαὶ [illegible] vituperantes leniores ſunt: hic ὀνειδιστικαὶ vehementes cum dedecore & probro: cuiuſmodi eſt illa: Tu iſtis faucibus, iſtis lateribus, iſta gladiatoria corporis firmitate, tantum vini in Hippiæ nuptijs hauſiſti, vt coa-

ctus

ἐπιείκεια cõtraria acrimoniæ.

Diſcrimen inter aſperitatẽ & acrimoniam.

ctus ſis vomere poſtridie. Huius generis plurima exempla ſunt apud Ciceronem in Philippicis, in Piſonem, in Catilinam, in Verrem, in Vatinium, in Rullum: Demoſthenis tota contra Ariſtogitonem oratio vehemens atque acris eſt: cuiuſmodi illa ſunt. εἶτος ὑπὲρ αὐτοῦ ἐξαιτήσεται: ὁ φαρμακὸς, ὁ λοιμὸς: ὃν οἰωνίσαιτ᾽ ἄν τις μᾶλλον ἰδὼν, ἢ προσειπεῖν βούλοιτο, id eſt, Iſte igitur pro eo deprecabitur, veneficus, peſtis, quem abominetur, quiuis potius intuens quàm appellare vellet? Sententiarum igitur huiuſmodi genus eſt: Ratione verò tractandi, quam Methodum ſemper appellauimus, ab aſperitate non multùm differt. Nam vt ibi, ſic hic ἀπαρακαλύπτως, aperte eloquendum eſt, quod ſentimus. Sed hic paulo apertius, abſque vlla lenitione, vt hic plus ſit acrimoniæ, quàm ibi aſperitatis: ibi amica ſit oratio: hic aduerſaria: ibi amici: hic hoſtis, vt contra Aeſchinem Demoſthenes: ὦ κατάρατε καὶ γραμματοκύφων. Item, σπερμόλογος περίτριμμα ἀγορᾶς ἰαμβοφάγος. Item, τί οὖν ὦ ταλαίπωρε συκοφαντεῖς? τί λόγους πλάττεις? τί σαυτὸν οὐκ ἐλλεβορίζεις, id eſt. Quid igitur ô miſer calumniaris? quid crimina fingis? cur te non purgas helleboro? Præterea ſæpe deteſtationibus vtuntur hic oratores: vt, Dij iſti Segulio male faciant, homini nequiſſimo, qui ſunt, qui fuerunt, qui futuri ſunt. Tale illud Ouidij:

Dij tibi dent nulloſq́; lares, inopemq́; ſenectam
Et longas hyemes perpetuamq́; ſitim.

Vtantur etiam Ironijs cum indignatione: vt, Hæc eſt iſtius præclara tutela, en cui tuos liberos committas: en memoria mortui ſodalis: en metus viuorum. Et vt in eodem loco commoremur, & eundem explicemus: poſt ironiam ſequitur τὸ ἀπαρακάλυπτον: Cum tibi ſe tota Aſia ſpoliandam

Methodus acrimonię.

In tertia Verrina.

landum tradidiſſet: cum tibi expoſita eſſet, ad præſtandum omnis Pamphiliæ: contentus his tam optimis rebus tuis non fuiſti, manus à tutela, manus à populo, manus à ſodalis filio abſtinere non potuiſti? Et poſt hanc apertam accuſationem. Comminatio atq; territatio ἀπειλαὶ καὶ ἐκπλήξις: Vt iam non te Siculi, non aratores, vt dictitas, circumueniãt: non hi qui decretis edictisq; tuis, in te concitati infeſtiq; ſunt. quid expectas? an dum ab inferis ille maleuolus exiſtat, atque abs te officium tutelæ, fidelitatis, humanitatisq; efflagitet? ipſum putato te adeſſe, homo auariſs. & ſpurciſſime: redde bona ſodalis filio, quæ abſtuliſti. Vno in loco Cicero, varia tractatione ſententiarum aduerſarium percellere conatus eſt.

SCHOL AB

Acris quis.

Quam Græci vocant σφοδρότητα, eam poſſumus vocare vehementiam, atque etiam acrimoniam. Acris eſt enim is, qui aduerſarium vehementer inſectatur. Metaphora ſumpta à canibus mordacibus: vocamus acrem canem, qui vrſum & aprum audet inuadere: & propterea Horatius hac metaphora appellauit Achillem: Impiger, inexorabilis, acer. & propterea retineo hoc vocabulum in hoc nomine Acrimonia. Eſt autem vehemens in aduerſarium oratio: aduerſarium aut nobis, aut Reipublicæ, aut omnibus: Et vt Græci dicunt. eſt λόγος φορτικὸς, impetuoſa: quæ fit φερόμενος σφοδρῶς κατὰ τοῦ ἐναντίου in aduerſarium. σφοδρότης conatur aduerſarium eijcere è republica, mittere ad ſcalas gemonias: inſuere in culeum: facere infeſtum omnibus ordinibus: oratio habens ſeueritatem atque ſæuitiam. Huic generi eſt contraria ἐπιείκεια. Oratio ſcilicet lenis: Quoties volui te congregare, vt gallina pullos ſuos & non voluiſti? cum ignoſcimus, cum remittimus de aſperitate: cum concedimus vitam, & damus ſalutem: cum iniuriam patimur: cum aduerſario datur honeſta optio, & conditio pro [illegible] in actione cauſæ. Sed de hac ſuo loco alias. Iſta σφοδρότης differt à τραχύτητι, ab aſperitate: Quod aſperitas adhibetur maioribus perſonis, ſuperiorum ordinum hominibus, quos metuimus, quos veremur atque colimus:

Acrimonia.

ἐπιείκεια.

Differentia σφοδρότητος & τραχύτητος.

vt cum populus corrigitur, iudices reprehenduntur, senatus increpatur: in his adhibetur oratoria παρρησία, vt Demosthenes in Olynthiacis fecit & Philippicis: vbi reprehendit populi [illegible]. [illegible] adhibentur aduersus pares & inferiores, inimicos, vt Cicero in Antonium: Demosthenes in Aeschinem, Timocratem, Midiam: sed etiam in personas superiores, & potentes, in reges & pontifices, tum scilicet, cum grata est auditoribus vituperatio. Gratum erat populo Atheniensi de Philippo male sentire & loqui. igitur Demosthenes est σφοδρὸς in eum, quasi impetuosus. Differt igitur ab asperitate genere personarum: differt etiã certis quibusdam partibus ex his octo: Primum genere sententiarũ: ibi sententiæ sunt [illegible], reprehendentes, honoris causa, saluo honore & integra existimatione: est reprehensio in [illegible] officio, & ad officium colendum. Hic vero sunt [illegible], sunt probrosæ: habent dedecus & [illegible] exprobrationem & opprobrationem, cuiusmodi sunt in Pisonem, Catilinam, Rullum, M. Antonium. cuiusmodi illæ sententiæ in noto apud Rhetores exemplo: Tu istis faucibus, &c. Obiicit & fauces, & latera, & vastitatem, & con[illegible] tatem, & vomitum. [illegible] est [illegible] &c. est sententia afferens dedecus. probrum est obiicere cædes, & cruentas manus. Posterius est tollerabilius: habet aliquam laudi[illegible] mitatem. Qui vult habere exempla σφοδρότητος, le[illegible] las orationes, quas nominaui, & contra Aristogitonem [illegible] plena est conuiciis: cuiusmodi etiam illud, [illegible] &c. Ergo [illegible] tentiæ sunt vehementiores, quam superioris figuræ [illegible] sunt vituperationes quasi honorariæ, vtilitatis causa [illegible] bitæ, afferentes remedium. Hic afferentes dedecus, [illegible] brum, notam, infamiam existimationis. Methodus est [illegible] dem, quæ λέγειν ἀπαρακαλύπτως, aperte. Ita aperte locu[illegible] nulla circuitione vsus est Dauus apud Terentium: non [illegible] qui allegorice, rem dictare, scelus suo nomine vocare [illegible] item pelicem nominare, res non tegere. Differunt ta[illegible] κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον, vt dicunt Dialectici: Asperitas [illegible] bet lenitionem, promittit laudem: deinde ostendit [illegible] desertum, coniungit laudem cum vituperatione: [illegible] sententiæ [illegible], id est, lenitæ methodo. Hic apertius agit, nulla remissio, eadem in omnibus manet vehementia. Superioris figuræ sententiæ sunt amicæ: hic sunt inimicæ. Ibi oratores sunt beneuoli & amici: hic sunt inimi[illegible]

1. Sententiæ σφοδρότητος.

2. μέθοδοι σφοδρότητος.

hostes. Et propterea Demosthenes dicit: O abominande [illegible] scriba ([illegible]) autor falsorum rumorum, sterquilinium fori, helluo Iamborum & versuum, [illegible]) O miser, τριταγωνιστής: qui suo vitio & scelere est miser, [illegible] vocat quadruplatorem, quo genere nihil detestabilius. Exulat Ausonia delator ab vrbe, λέγεις, id est, calumniaris: τί λέγεις πλάττεις? Cur non vteris helleboro? dicit ei, insaniam. Propterea in his sententiis adhibetur alia methodus scilicet, ἀραὶ, id est, deprecationes, addunt ad [illegible] τὰς ἀρὰς, & solet aliis ἐπαρᾶσθαι, i. malè precari. Illi ipsi Segulio, &c. non solum est maledictum, verum etiam ἀρά. Dii te perdant: Non semper ἀραὶ sunt malae: aliquando adhibentur in dolore nostro: Vtinam me terra dehiscat. Dido 4. Aeneidos, sibi precatur mala: & ἀρὰ est dolentis in religiosa asseueratione, in iureiurando adhibita: precatur terram se dehiscere, si pudorem violet. Nos loquimur de ἀρᾷ inimica & hostili in [illegible]. Ita, Dii tibi, &c. est ἐπαρά: postquam vituperauit, malè precatus est. Illa est secunda methodus. Exempla ostendunt plura adhiberi in hac figura, quam annotauit Hermogenes. Vtimur etiam Ironia, oratione simulata, exemplum habetis [illegible] Haec est, istius praeclara, &c. Ironia, id est, cum summa perfidia administrata tutela. En cui, &c. Verres est cui quis moriens debet committere liberos: Verres est qui [illegible] est sodalis: Verres est qui deorum & hominum me[illegible]. Postea apertum crimen, detectum scelus, [illegible]: Cum tibi, &c. non dicit cum spoliasses, sed facit sententiam [illegible] addit ad dignitatem misericordiam & dolorem. quid? [illegible] simulata minimè: Manus à tutela, &c. Et post illam comminatio: Vt, iam non te Siculi, &c. Nonne vides omnes homines animaduertere? expectas Malleolum? Putares loqui pro Malleolo, & praesentem eum esse. Hac methodo tractantur sententiae, [illegible], & comminatione ἀπειλῇ, oratoria comminatio est, & cum me[illegible]erunt, dicuntur ἐκπλήξεις, territationes, & ἀπειλαὶ ἀπειλαί. plerunque territantes, cum aduersarium volumus, vt Cicero loquitur secundo de Oratore, percellere, hoc est, ἐκπλήττειν.

Ἀραὶ non semper malae.

Verba acrimoniæ.

Sunt igitur in ACRIMONIA ſententiarum huiuſmodi exornationes atque tractationes. VERBA verò eadem qua aſperitatis: translata ſcilicet, & immutata, & intellecta, & ſuperlata. Hermogenes etiam putat in hac figura poſſe noua verba aſpera confici: eo verborum modo, qua ὀνοματοποιΐα dicitur: non ſolum illa qua eſt poſita in imitando, verum etiam in ſignificando: qualia eſſe putat apud Demoſthenem ἰαμβοφάγος, γραμματοκύφων: apud Ciceronem non multa inueniuntur eiuſmodi, propter inopiam eius lingua in hac parte. Sed ſunt quadam noua apud Ciceronem non fictione, ſed ratione confecta ſupra conſuetudinem: vt, inſepulta ſepultura: exigua copia: niſi forte Cicero primus, conſceleratus dixit, & aliquid noui attulit, qui ciuem ſeditioſum, auſus fuit primus appellare parricidam, & qui primus fratricidam, ſororicidam, matricidam. Huiuſmodi enim in aduerſarios & inimicos licet adferre. In ſenatum verò & aduerſus populum, & contra Iudices non licet.

SCHOLAE.

3. VERBA.

Diximus de ſententijs Acrimoniæ, id eſt, dicendi generis acris atque vehementis: deinde etiam de earum Methodo, id eſt, tractatione & exornatione ſententiarum: qua ſunt σχήματα διανοίας. Sequuntur Verba. Verba in hoc genere, & acri forma & figura orationis, ſunt illa quæ dicuntur τετραμμένα, id eſt, conuerſa, non natiua. non oportet loqui πεφυκότως, id eſt, vti verbis natiuis: Sed hoc genus decet verborum genus nouum, id eſt, conuerſa ſiue modifica ta, quæ habent tropum: cuiuſmodi ſunt verba translata. Cum hominem voco ſceleratum, peſtilentem, Metaphora ſumpta eſt ab ipſo morbo, ſcilicet, pernicioſo. Immutata παλλαγμένα, Cum hominem eundem voco peſtem, non peſtilentem & peſtiferum, vtor nomine ſubſtantiuo, loco adiectiui: non pernicioſum, ſed pernitiem, non beluinum, ſe beluam. Intellecta verba, id eſt, συνεκδεδεγμένα, vt oculos tuos nemo aſpicere poteſt: pars poſita loco totius, oport eſſe valde conſceleratũ: cuius nõ poſſumus intueri oculos. Verba ὑπερβεβλημένα. Cum genus nomino, quod patiatur crimen: cum peccatum voco parricidium, errorem ſcelus: cum homines volumus perſequi, huiuſmodi debemus vti genere verborum: & hæc erant etiã Aſperitatis verba. Trãſlata immutata, intellecta, & ſuperlata: ſed differunt ſecundũ maius & minus. Hic debent eſſe duriora σκληρότεραι λέξεις magis vehementes. poſſumus nominare negligentiam ſenatus non ſcelus: Senatus conſilium malum, non conſceleratum. Hermogenes ſuperioribus addidit πεποιημένα, id eſt, ὀνοματοποιίαν, nominis noui confectionem. ὀνόματα πεποιημένα ſunt duorum generũ: Vnum habet μίμησιν, id eſt, imitationem vocum ſonorum, cantionũ: vt cum Hermogenes vocat mare πολύφλοισβον, habet imitationem aquæ ſtridentis. Sic hodie bombardam à ſonitu, qui ſerpentem vocarunt, à ſibilo. Ita qui alia animãtia pipire, alia ſtridere, garrire dicunt. Hæc ſunt μιμητικά. Aliæ ſunt ὀνοματοποιίαι, quę ſunt poſitæ in ſignificando, notans rem: & illa plerunque ſunt propoſita, fiunt ex compoſitione vſitatorum, ante ac dudum repertorum, vt multis ſeculis fuit Iambus: quamdiu fuerunt poetæ Iambici, tamdiu fuit verbum Iambus. Ita φαγεῖν, eſt verbum vetuſtum, & eſt vetuſtius dicere φαγεῖν quàm ἐσθίειν: ex ijs duobus vſitatis fecit nouum, & vocauit Mimum Tragicum, voratorem, helluonem Iamborum: quia multos Iambos memoriæ mandarat, & poterat pronunciare in ſcena & in iudicio. Ita γράμματα fortaſſe eſt Athenis antiquius verbum, & κύπτω: ex duobus fecit vnum nouum, Incuruum ſcribam, qui ſeſe incuruat in ſcribendo. Illa igitur verba πεποιημένα fiũt ex vſitatis noua. In hac parte ſuperatur Latina lingua à Græca. Latini non faciunt niſi in aliquibus: vt ab honore & facio, honorificus, magnificus. In compoſitione dicunt conſceleratus, inexorabilis: ſed ex duobus nominibus, & ex omnibus verbis non poſſunt facere nouum. Latinis non licet eſſe tam diſertos, vt dicit Martialis: Qui Muſas colimus ſeueriores. Poteſt tamen fieri, vt dixerit primus Cicero conſceleratus. Eſt libenter vſus præpoſitione per, vt perhonorificus: & veriſimile eſt ſæpius vſum dictione per, quàm alij. Et dubium eſt an primus Aeſchinem vocarit Demoſthenes γραμματοκύφων. Sed Nouitas non ſolum fit compoſitione verborum: verũ etiam ſpectatur in Syntaxi verborum. Aliquando verba

ὀνοματοποιΐα duplex.

ſunt vſitata & vſurpata: ſed conſtructio inaudita. Cadauer eſt notum verbum: viuum eſſe eſt notiſſimum: dicis viuũ cadauer, ſi velis oſtendere cõſcientiam malũ, ita ſceleſtatum eſſe, vt vita nõ cõſiſtat. & dicis reprehẽdẽdi cauſa ita. Spectatur etiã nouitas impoſſibilitate. Cadauer eſſe, & viuum eſſe, ſunt repugnantia: ſi cadauer, ergo mortuus: ſi mortuus, ergo etiam cadauer. Ibi nouitas in conſtructione. Sepultura quid ſit intelligitur. eſt res formata, ſignificat certam formam, receptaculum & domicilium mortui. Inſepultus, q non eſt ſepultus: coniunge illa, & facis nouum nomen conſecutione: Vt in prima Philippica, vbi acriter loquitur de Cæſare, & per contemptum dicit. Huiuſmodi verbis poſſumus vti in percellendis inimicis noſtris & aduerſarijs. In ſenatu autem apud populum & Iudices non licet. Nam hoc genus verborum differt à ſuperiore genere verborum, τραχυτητος, ſecundum maius & minus: Ibi debent verba aures rodere: hic animum perſtringere.

Acrimoniæ σχήματα, ornamenta.

VERBORVM ornamenta ſunt ἀποστροφὴ. *Sed illa qua aduerſarios aggredimur, non qua noſtros reos, au aliquem in iudicio, aut amicos, aut viros magnos. præſentes ſiue abſentes alloquimur flexo ſermone à cauſa que iudicio. Itaque illa huius generis eſt Apoſtrophe: κ-* κονθὴς ὢν, ὦ Αἰχινες τοῦτο μάλα ἀνηθῶς ᾠήθεις, *id eſt, Cu malitioſus ſis Aeſchine, illud valde ſtultè arbitrabare. I* τε͂, παρά σοι κατέλυεν ὁ αἰσχίνης ϗ σὺ προὐξένεις αὐτὸν, *i eſt, Ad te diuerbat Aeſchines, & tu hoſpitio excipieb primus ipſum. Et pro P. Quintio Cicero: Bona poſtula vt ex edicto poßidere liceat. quo die? teipſum volo au re: volo inauditum facinus ipſius qui commiſit, voce co uinci. Et pro S. Roſcio: Tecum enim mihi res eſt, T. Roſc quoniam iſtic ſedes, ac te palàm aduerſarium profiter Sed hæ apoſtrophæ fiunt acriores* ἐρωτήσει ἐλεγκτικῇ. *In terrogatione redarguente argumentoſa præſertim ſi cedat* ἀγανάκτησις, *indignatio in ijs criminibus, quæ*

ga

gari non poſſunt: & vt Hermogenes loquitur, quæ non habent ἀντίρρησιν, contradictionem: quæ non poſſunt negari: vt, Hæc tu omnium mortalium profligatiſsime, ac perditiſsime, cum ſcires, cum audires quotidie, cum videres, ſi ſine tuo maximo quæſtu fierent, cum tanto periculo tuo, fieri paterêre, atque concederes? Idem efficit Exclamatio in apoſtrophe: vt in tertia Verrina: O multis acerbam, O miſeram atque indignam præturam tuam. Sed hæc ratio fit vehementior, ſi non diu commoremur: & citò fiat reuerſio ad Iudicem: vt in eodem loco. Vt mittam cætera, quo tandem ore tales viros, quo dolore meretricis domum veniſſe arbitramini?

SCHOLAE.
4. σχήματα λέξεων.

Inter ornamenta verborum acria & vehementia primus locus tribuitur ab Hermogene ἀποστροφῆ: nec immeritò. Nam oratio primo loco inſtituitur ad Iudices: vt, Etſi Vereor Iudices, &c. Credo ego vos mirari, &c. Animaduerti iudices omnem, &c πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, &c. Prima προσφώνησις plerunque ſemper eſt iudicis: quanquam etiā incipimus ab apoſtrophe, vt. Quanquā Criſpe Saluſti, &c. Apoſtrophe eſt nihil aliud quam aduerſarij προσφώνησις, inimici nomen appellatum caſu vocandi: & ideo eſt ornamentum verbi: non dico apud Aeſchinem diuerterunt: ſed facio apoſtrophen, apud te, tu illos excepiſti. Cum autem volumus eſſe vehementes in aduerſarium, debemus congreſſionem facere cum eo: & hoc facit apoſtrophe, cum nomē accedit præſentis, quia acrimonia habet aduerſarium. Igitur apoſtrophe habet primum locum, quia non poteſt fieri abſq; aduerſario. Eſt autem duplex: Vna eſt amicorū, cum deflecto ſermonem ab omnibus Iudicibus ad vnum, ad Piſonem, ad Aquilium, ad Catonē vel ad abſentem: Te appello Q. frater, Tu dicebas ſacram eſſe Remp. de hac nō hoc loco, quę eſt amica. Hic de illa, quę dicitur apoſtrophe, quæ dirigitur in aduerſarium. Hic neceſſariū eſt, vt habeāt apoſtrophæ aliquod crimen: oportet haſtam habere non amentatam, ſed vibratam, argumentationem & aliquid criminoſum. Ita vbi Demoſtenes dixit πρῶτον μὲν, &c. abſolu-

Apoſtrophe

Duplex ἀποστροφή.

to exordiolo ſtatim congreditur: Cum ſis malus,& ſophiſta magnus, iſta ſtultè cogitatio à te fuit, quòd debeo tuo arbitratu partiri orationem; Sunt duo crimina. Primò malitiam & ſtultitiam, atque temeritaté. Ita etiam παρα σοι,&c. appellat: quid? affert crimen, cum excepiſti hoſpitio legatũ is corruptus eſt, qui hoſpitio excepit nó is, qui nolit in ſuo hoſpicio aſpici. Habetis aliud exemplum ex Cicerone diuerſum à ſuperioribus: propterea etiam poſui, &c. Bona.) Apoſtrophe abſque crimine, eſt conſentaneum legibus, poſſidere ex edicto. Quo die? incipit percellere: Volo vt mihi reſpondeas: vult eum redarguere mendacij, interrogatio loco criminationis: ex ratione temporis oſtendam ſummam fraudem & mendacium. tertio loco crimen: Primum eſt apoſtrophe amentata, non habet vires. Secundò. Interrogatio tentandi cauſa: Tertiò ſequitur crimen, redit ad Iudices: eſt ἀναστροφὴ, id eſt, reuerſio. Nam ſi eſt Apoſtrophe: eſt etiam Anaſtrophe. ἀποστροφὴ quando ἀποστρέφεται orator à Iudicibus: ἀναστροφὴ eſt προσφωνήσεως reditus. Poſtquam interrogauit minaciter, oſtendit crimen teſtatum. Pro S. Roſcio eſt alia: Tecum,&c. Hic non eſt crimen, ſed tacita comminatio: quia tu ſedes vt inimicus, ego tractabo te vt inimicum: tu es parricida,&c. Hoc eſt primum χῆμα.

ἐρώτησις ἐλεγκτική.

Alterum eſt ἐρώτησις ἐλεγκτικὴ, quæ eſt acrior cum apoſtrophe manente. ἐρώτησις eſt ſimplex. Interrogare, non habet magnam acrimoniam: ſed oportet eſſe ἐλεγκτικὴν argumentoſam non refutatam. ἔλεγχος argumentum, potens & argumentans & vinciens, quod non habet ἀντίρρησιν, id eſt, ἀῤῥησιν, quam infringi non poſſunt: vt, Hoc tu,&c. Sunt verba ſuperiata: Cicero non omnes mortales nouit, dicit tamen, profligatiſſime omnium mortalium: Interrogatio vehe-

3. ἐκφώνησις cũ apoſtrophe coniuncta.

mens, quia patiebatur ædes ſibi expugnare. Tertia figura eſt ἐκφώνησις, exclamatio, ſed cum apoſtrophe: O multis acerbam: & fuit ſolus vehemens, ſed dicit, tuam, facit ἀποστροφὴν,& addit ſtatim ἀναστροφὴν: appellat aduerſarium,& excitat ſtatim Iudicem. Arbitramini.) ſcilicet iudices. Igitur in apoſtrophe ſententiæ ſunt φορτικαί: ſic accedat ἐρώτησις, ἐκφώνησις: ſi ſunt criminoſæ,& territationes habeant & ἀναστροφὴν ad excitationem Iudicis: cum interrogantur Iudices, vt intelligant quanta res ſit de qua dicitur.

Membra aſperitatis.

MEMBRA vt in Aſperitate, ſic in ACRIMONIA breuia ſunt & inciſis paria: vt σπερμόλογος περίτριμμα ἀγορᾶς, ὄλεθρος γραμματεύς: & ambitus ſunt breues, vt de Chryſogono Cicero pro S. Roſcio: Etiam videtis iudices, vt omnes deſpiciat: vt hominem præ ſe neminem putet vt ſe ſolum beatum, ſolum potentem putet. Collocationes verborum, & Clauſulæ, & Numeri ijdem, qui aſperæ figuræ.

Diximus de ſententijs acribus, hoc eſt, de hoc dicendi genere acri, & vehemẽti, quod adhibetur in aduerſarios: diximus etiam de ornamentis & tractatione, artificio tractãdi. Tertiò de verbis. Quartò de verborum ornamentis. Sequitur QVINTVM, ſcilicet κῶλα: per Membra non ſolum intelligimus membra ſolitaria: ſed etiam periodica, id eſt, periodorum membra. Spectãtur enim, extra periodũ & in periodo. Hermog. de vtriſq; præcipit: & extra periodũ debẽt eſſe breuia, & in periodis: Neq; ſolum breuia, ſed etiam pauca: vt periodus abſoluatur binis & ternis. Membra igitur ſint cómatica: ſicut illud, σπερμόλογος: vno nomine abſoluit ſententiã. deinde duob. & rurſus duob. ſunt mẽbra cõmatica. i. extra periodũ: Sic periodi & periodorũ mẽbra, vt Cicero in Chryſogonũ: Oportet exempla adhibere ſemꝑ quæ cõueniũt aduerſarijs. Deſpiciũt.) periodus duorũ membrorũ: Membrũ trib. verbis confectũ, habẽs κῶλα cõmatica. Periodus mẽbrũ vnũ, vt hominẽ, &c. Deinde διῃρημένη, periodus bimẽbris i. facta diuiſione, facta ſc. verbi iteratione: vt ſe ſolũ, &c. Rebus tria ſunt eadẽ cũ aſpera figura. i. verborũ collocatione & clauſulæ: extrema periodorũ, & ſpectati tota periodo numeri. Collocatione debet eſſe hiulca, nõ debẽt vitari concurſiones vocaliũ, & crebræ cõiunctiones aſperarũ cõſonantiũ: vt x. pr. ſt. vt literæ mutæ: nõ debet eſſe cura ſollicita, vt ſolet fieri in ſplẽdido genere, & reliquis. Per Clauſulas intelligimus extrema periodorũ, quæ debẽt eſſe Iambica, Pyrrichica, Trochaica, minutis numeris. Numerus ꝗ ſpectatur tota periodo. Numerus primi mẽbri, ſecundi, tertij, &c. qui crebrius repetitur numerus, dat nomẽ periodo. Si Choræus & Iambus, dicemus numerũ eſſe periodi Iambicũ, ſic numeri debent eſſe minutiores, & celeriores. Hæc

5. Membra aſperitatis.

6. Compoſitio.

7. Clauſulæ.

8. Numerus.

igitur de Acrimonia. Eſt genus dicendi φορτικὸν, ſci. infeſtū aduerſario, lacertoſum, vehemens, acre. Hactenus primo loco de perſpicuitate. 2. de grauitate. 3. de aſperitate. 4. de acrimonia. Sequitur 5. de ſplendido dicendi genere.

DE SPLENDIDO DICENDI genere.

CAPVT XII.

Diſcrimen inter σεμνότητα & λαμπρότητα.

Sententiæ λαμπρότητος

Splendidum & illuſtre dicendi genus. λαμπρότης dicitur. Hoc à dignitate, quam σεμνότητα appellamus, differt: quòd illud authoritate graue eſt, iſtud gloria: Illud ſententijs ponderoſum: iſtud rebus verbiſq; luminoſum. In hoc genere ſententiæ ſunt rerum magnarum factorum, meritorum, honorum. Hoc genus, vel ad ipſos oratores pertinet, cum de rebus à ſe geſtis cōmemorant. vt Demoſthenes de ſuo pſephiſmate cōtra Aeſchinē: αὕτη τῶν περὶ Θήβας ἐγένετο πραγμάτων ἀρχὴ, καὶ κατάστασις: πρώτη τὰ πρὸ τούτων εἰς ἔχθραν καὶ μῖσος, καὶ ἀπιστίαν τῶν πόλεων ὑπηγμένων ὑπὸ τούτων, τοῦτο τὸ ψήφισμα τὸν τότε ἐπιστάντα τῇ πόλει κίνδυνον παρελθεῖν ἐποίησεν ὥσπερ νέφος, *id eſt, Hæc ad Thebas erat rerum principiū & ſtatus primus, cum antea ad inimicitias & odiū & diffidentiā ciuitatib pertractus ab iſtis. Iſtud verò decretū, quod tum impendebat ciuitati, periculū præteri effecit tanquam nubem. Sic de ſe Cicero in iudicio Syllano: Ego conſul cum exercitus perditorū ciuiū ſcelere conflatus, crudeliſsimo & luctuoſiſsimo, exitiū patriæ cōparaſſet: cū ad occaſum interitumq; Reip. Catilina in caſtri, in his aūt templis atq; tectis Lentulus eſſet conſtitutu, meis cōſilijs, mei capitis periculis, ſine tumultu, ſine delectu, ſine armis, ſine exercitu, quinq; hominib apprehē atq; cōfeſsis, incenſione vrbē, interemptione ciues: vaſtitate Italiam, interitu Remp. liberaui. Ego vitam omni*

ciui

ciuium ſtatam orbis terræ, vrbem hanc deniq; ſedem omnium noſtrûm, arcem Regum ac nationum exterarum, lumen gentiũ, domicilium imperij, quinq; hominum amentiũ, ac perditorũ pœna redemi. Hoc igitur vnum eſt ſententiarũ genus, ad oratorẽ pertinens, lubricũ & offenſioni obnoxiũ, ſi ſit immodicũ: ita, vt hac in parte Cicero nõ ſatisfecerit omnib.

2. Genus ſententiarũ

Alterũ genus eſt, quod pertinet ad laudes, vel populi, vel Iudicũ, vel alicuius, cuius virtutẽ celebrare volumus: vt de Cn. Põpeio pro lege Manilia Cicero: Quis igitur hoc homine ſciẽtior vnquã aut fuit, aut eſſe debuit: qui è ludo, atq; pueritiæ diſciplina, bello maximo, atq; acerrimis hoſtib ad patris exercitum, atq; in militiæ diſciplinã profectus eſt: qui extrema pueritia miles fuit ſummi Imperatoris, ineunte adoleſcentia maximi ipſe exercitus imperator: qui ſæpius cum hoſte cõflixit, q̃ quiſquã cum inimico cõcertauit: plura bella geſsit, quàm cæteri legerunt: Plures prouincias confecit, q̃ alij concupiuerunt, cuius adoleſcentia, ad ſcientiã rei militaris, non alienis præceptis, ſed ſuis imperijs, non aſperitatibus belli, ſed victorijs, non ſtipendijs ſed triumphis eſt traducta. Quod deniq; genus belli eſſe poteſt, in quo illum nõ exercuerit fortuna Reip Ciuile, Africanum, Tranſalpinum, Hiſpanienſe, mixtum ex ciuitatibus, atque ex bellicoſiſsimis nationibus, ſeruile, nauale, varia & diuerſa genera, & bellorum, & hoſtium non ſolum geſta ab hoc vno, ſed etiam contecta, nullam rem eſſe declarant, in vſu militari poſitam: quæ huius viri ſcientiam fugere poſsit.

3. Genus ſententiarũ

Eſt præterea tertium genus ſententiarum, quod fit per comparationem, aut ſimilitudinem duorum: vt pro Sexto Roſcio: Etenim ſi Iupiter optimus maximus, cuius nutu & arbitrio, cœlum, terra, ma-

riaq; regātur: sæpe ventis vehementiorib. aut immoderatis tēpestatib. aut nimio calore, aut intollerabili frigore hominib. nocuit, vrbes deleuit, fruges perdidit, quarū nihil perniciei causa diuino cōsilio, sed vi ipsa, & magnitudine rerū factū putamus. At cōtra cōmoda, quib. vtimur, lucemq; qua fruimur, spiritumq; quē ducimus, ab eo nobis dari, atq; impertiri videmus. quid miramur, I. Syllā cū solus Remp. regeret, orbemq; terrarū gubernaret, Imperijq; maiestatē, quā armis receperat, legib. confirmaret, animaduertere nō potuisse. Nisi hoc mirū est, quod vis diuina assequi nō possit: si id mens humana adepta non sit. HAEC TRIA *sententiarum genera* [illegible] *sunt, & ex laudationum præceptis sumenda.*

SCHOLAE.

Multū efficit orator, [illegible] potest de re proposita dicere perspicuè: Et potest dicere cū autoritate, vt intelligatur ipsius oratoris prudētia & sapiētia, cōstantia, iusticia, atq; virtus, & [illegible] loquatur tanq̄ autoritatē habēs: quēadmodū Euangelistæ scribūt de Christo. Illud genus dicitur *σεμνόν*. Et illa autoritas cōfirmatur magis, si emēdat iudices peccātes: castigat populū errantē. Multū est perspicuè dicere: grauia cōsilia dare in rebus arduis: populū castigare: 4. homines scelestos psequi, vlcisci, vindicare. 5. si addat his rebus splendorē, atq; illustre lumē. Propterea quintū dicendi genus est *λαμπρότης*, metaphora sumpta à lumine. Dicitur genus luminosū, illustre, splēdidū. Illud genus efficit, vt nō solū res intelligantur, sed etiā, vt res splēdescat: vt rerū appareat gloria, nō autoritas psonæ, sed gloria rerū. Hoc genere vtimur in commemorationib. præclarorū factorū, meritorū, acceptorū beneficiorū à populo: cū vel de nostris laudib. vel cæterorū loquimur.

Materia huius generis

Sic [illegible] huius formæ sunt facta præclara, cōsilia salutaria, merita & beneficia in patriā collocata, accepti p beneficijs à populo honores, gesti in magistratu triumphi: sic tota materia est *ἔνδοξ (celebris)*: sumitur ex demonstratiui generis locis, [illegible] virtutū, factorū, meritorū, honorū, & sic *σεμνότης* habuit autoritatē, istud vero gloriā. Quale discrimē inter autoritatem & gloriā: tale inter *σεμνὸν* & *λαμπρόν*. Sic est *σεμνός*, qui loquitur tāquam autoritatē habens, consiliū dans

σεμνός.

λαμπρὸς, cùm pro conſilio poſtulat honorem: triumphum pro rebus geſtis. iſtud igitur eſt glorioſum: glorioſa de ſe vel de altero oratio. Et ſic σεμνὸν, ſecundum dicẽdi genus, aut ſententijs & cõſilijs ponderoſum. Iſtud rebus ac verbis luminoſum. Ergo ſententiæ ſunt ἐπιδεικτικαὶ, ſcilicet factorum, meritorum & honorum. Cùm facta aut noſtra aliorum commemoramus, oſtendimus beneficia collata in Rempubl. & honores retributos & magiſtratus geſtos. Iſtud genus ſententiarum eſt tripartitum: aut enim oratio eſt noſtrorum factorum: aut commemoratio alienorum factorum: aut eſt comparatio duarum perſonarum: aut commemoratio duorum per contentionem. De noſtris perſonis habetis exemplum Demoſthenis: qui gloriatur de ſuo Pſephiſmate: qui abſtulerit odium & ſuſpiciones Græcorum: non ſumptu & impenſis, ſed vno ψηφίσματι; αὐτῇ, &c. Hoc rerum Thebanarũ erat principium, cùm ante hac ad inimicitias & odium, & ſuſpitiones eſſent pertractæ ciuitates à proditoribus. Iſtud decretum, quod imponebant Reipubl. diſſipauit tanquam nubem. Loquitur de ſe magnificè, quòd liberarit Græciam vno pſephiſmate. Cicero eſt copioſior: quemadmodum vbique certat cum Demoſthene copia & flumine rerum: Ego Conſul, &c. Deinde & mala cum, &c. quid potuit glorioſius dici? habet orationem de ſe magnificam & ſplendidam & glorioſam.

λαμπρότης.

I. Sententiæ tripartitæ.

Huiuſmodi ſunt ſplendidæ figuræ ſententiæ: Tractationis verò eſt, atque artificij προηγουμένως εἰσάγειν τὴν ἔννοιαν, *vt Hermogenes loquitur: cum quadam præmonitione, atque præſignificatione glorioſæ orationis, præclara ſententia, vt Cicero in eadem cauſſa Syllana, in eodemq́; ſuperiore exemplo: Maxima voce vt omnes audire poßint dico, ſemperq́; dicam: Ego Conſul, cùm exercitus perditorum ciuium, & cætera eius loci. Huius etiam loci eſt* μὴ διακόπτειν τὰς ἀφηγήσεις, *non interſcindere narrationes breues, quod tum fit, cùm ſententiarum alienarum, nulla ſit* ἐπεμβολή: *quod Hermoge-*

μέθοδος. tractatio λαμπρότητος.

[illegible] huiuſmodi exemplo Demoſthenis oſtendit in iudicio Cteſiphontis: exiſtimatq́ſplendorem fuiſſe purum, ſi ita dixiſſet Demoſthenes: αὕτη τῶν περὶ τὰς Θήβας ἐγένετο πραγμάτων ἀρχὴ καὶ κατάστασις πρώτη. τοῦτο τὸ ψήφισμα τὸν τότε τῇ πόλει περιστάντα κίνδυνον παρελθεῖν ἐποίησεν ὥσπερ νέφος, id eſt, Hic ad Thebas vel rerum Thebanarum erat principium & ſtatus primus. hoc decretum illo tempore ciuitati cùm impendebat periculum, præterire diſtulit, tanquam nubem. Quoniam verò poſt primam ſententiam interpoſuit contrariorum enumerationem: τὰ πρὸ τούτου εἰς ἔχθρας καὶ μῖσος, καὶ ἀπιστίαν τῶν πόλεων ὑπὸ τούτων προηγμένων, id eſt, Antehac in inimicitias & odium & diffidentiam ciuitatibus deductis ab ipſis. Arbitratur Hermogenes, aliquid de ſplendore hic eſſe remiſſum. Nam huiuſmodi interpoſitio non eſt viri gloriantis omnino de rebus à ſe geſtis: ſed argumentantis & metuentis, ne non ſibi habeatur fides. Et vt ad primum exemplum redeamus cauſæ Syllanæ: ſi Cicero ſic dixiſſet, fuiſſet σεμνότερος λόγος, id eſt, illuſtrior oratio. Ego Conſul meis conſiliis, meis laboribus, mei capitis periculis, ſine tumultu, ſine delectu, ſine armis, ſine exercitu: quinque hominib apprehenſis atque confeſsis: incenſione vrbem, interemptione ciues, vaſtitate Italiam, interitu Rempublic. liberaui. Sed vſus eſt Cicero hac Hermogenis διανοί Cùm exercitus perditorum ciuium, clandeſtino ſceler conflatus, crudeliſsimum & luctuoſiſsimum exitium patriæ comparaſſet: cùm ad occaſum interitumq́ Re publ. Catilina in caſtris: in his autem templis atque te ctis Lentulus eſſet conſtitutus. Hac inquam ſiue inter ciſio, ſiue interpoſitio, ſiue interiectio, magis ad ἀχνήδ

pe

pertinet, orationemq́; probabilem: & magis orationis argumentoſe quàm magnificę. Tertium præceptum huius methodi eſt: τὰ ἔνδοξα ἐνδοξοτέρως λέγειν, id eſt, probabilia probabilius commemorare. Vt cùm res propoſita exemplis adhibitis, nō tam exemplis, quàm iureiurando confirmatur: vt Demoſthenes pro corona, poſtquam expoſuiſſet: ἀλλ' οὐκ ἔστιν οὐκ ἔστιν ὅπως ἡμάρτετε ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας κίνδυνον ἀράμενοι. i. nihil eſt, nihil eſt, quod peccaueritis Athenienſ. pro omniū libertate & ſalute periculo ſuſcepto. Addidit exempla Demoſth. & iureiurando argumentationem occultauit: οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων, καὶ τοὺς ἐν Πλαταιαῖς παραταξαμένους καὶ τοὺς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχήσαντας, καὶ τοὺς ἐν Ἀρτεμισίῳ. i. Non per cõiuro, qui ad Marathonē pro omnibus periculū adierunt maiores veſtros, & eos qui apud Plateenſes in acie ſteterunt, et qui ad Salaminē prælium nauale fecerunt, et qui ad Artemiſium. Hæc ratio huiuſmodi eſt, qualis eſt in morato dicendi genere, tam ex petitione fit optatio, hoc eſt, cū quod à iudicibus peti poterat, à dijs immortalibus precamur.

Diximus cuiuſmodi debeant eſſe genera ſententiarum, ſcilicet, beneficiorum, meritorum erga Rempubl. vel noſtrorum, vel etiam cæterorum hominum, vt maiorum, alicuius quem laudamus: & eſſe genus *ἐπιδεικτικὸν*, pertinere ad demonſtratiuum genus, cùm res proponimus laudabiles. Sequitur *μέθοδος*, id eſt, tractandi ratio & artificium. In hac parte præcipitur primò ab Hermogene *προηγουμένως εἰσάγειν*, id eſt, præire ſententijs. *προηγεῖσθαι* eſt præire & præcedere. *προηγ.* id eſt, præeundo & quaſi præcedendo indicare ſententias: quemadmodum in Comœdijs, in theatro, Calliopius præcedit: & oſtendit ſe adducere perſonas. Sic orator præcedit ſententijs glorioſus: dicit ſe velle *καυχᾶσθαι*, vt Cicero dicturus: Ego Conſul

SCHOLAE.

2. μέθοδος 1.

Rempublicam liberaui: Antequam illam rem pronunciet, [illegible]), præcedendo ſententias adducit: dicit, Ego Conſul dicam maximè vera, vt omnes audire poſſent, dicit: & dicam, hoc eſt, [illegible] eſt [illegible] eſt ἀεὶ ἀναφέρνεσις, dico ſemperque dicam. quid vis dicere Cicero? Iam ſequitur glorioſa & magnifica ſententia: Ego Conſul, &c. confoſſis) quid feciſti? interemptione, &c. Quoniam Hermog. nullum poſuit exemplum, vſus ſum verbis Hermog. & præceptis: & ſubiunxi exempla Ciceronis. Secunda methodus διακόπτειν eſt interſcindere. διακοπαὶ & ἐπεμβολαὶ ſunt ἀντιστροφαι. Nam cum ſit διακοπὴ, cum ſunt ἐπεμβεβλημένα. Si eſt interiectio, oportet eſſe interciſionem: vti hyperbatis, probationis gratia. Hoc ſignificat διακόπτειν probandi cauſa. Apud Demoſthenem habetis huiuſmodi exemplum: αὐτὸ [illegible] περὶ τοὺς Θηβαίους ἐγένετο πεπραγμένων ἀρχή. Sequitur διακοπὴ, cum antea, &c. perfectio ſententiæ; τοῦτο τὸ ψήφισμα, &c. dicit Hermogenes ſi Demoſth. non feciſſet διακοπὴν, quòd oratio omnino eſſet σεμνὸς. quomodo? [illegible] τὸ ψήφισμα, &c. Poteſt aliquis dicere quomodo hoc? poteſt oratio videri illuſtrari: mala addere, videtur ſplendidius: Mala interponere, eſt probare & argumentari, eſt ſollicitri hominis: præclara facta omnibus debent eſſe probata & demonſtrata: argumentari eſt quaſi teſtes adducere: & hoc eſt metuere iudicis ſententiam: cùm reus metuit ne non vera dicere videatur. Igitur oportet ita loqui, ne dubitare videamur de triumphis, rebus glorioſis. Apud Hermogenem igitur duo genera ſunt ſplendoris: Splendor abſolutus & perfectus, commemoratio abſque probatione, argumentatione & ſollicitudine. Deinde ſplendor moderatus, cùm accedit vel ἐπιείκεια ſignificatio æquitatis, vel ἀλήθεια, probabilitas. Sed cùm eſt purus & merus ſplendor: non opus eſt vti teſtibus: & ſatis eſt commemorare prælia naumachias, cædes oſtendere, & quicquid ſimillimum eſt rerum. Sic Cicero vſus eſt διακοπῇ: Ego Conſul liberaui Rempubl. eſt integra ſententia: ſed propoſitio eam interſecuit: Cùm exercitus, &c. Si ita dixiſſet, Ego Conſul, &c. confoſſis) videtur catachreſi. ſtrangulauit enim Lentulum. non eſt ſollicitus de verbis Cicero: tu indicas? mentionem tamen feci, Cùm exercitus, &c. quid opus eſt me tibi rationem reddere: tum feci cùm exercitus, &c. quia igitur σ-

2.
καὶ διακόπτειν τὰς ἀφηγήσεις.

Interpoſitio cur minuat.

Duo genera ſplendoris apud Hermogenem.

Ju-

[illegible] adiunxit, eſt illud argumentari acutè ſunt diſtinguendæ figuræ; cùm argumentatis declinas à magnificentia: cùm vteris comparatione. Tertia eſt probabilia probabilius pronunciare, hoc eſt, cùm argumenta occultantur iureiurando: cùm forma argumentationis commutatur ὅρκῳ: cùm πίστις mutatur ὅρκῳ: cùm ex argumento facio iuſiurandum, hoc eſt, bis affirmare & eſt teſtes adducere, & teſtimonium iureiurando comprobare. Cum Demoſt. poſſet dicere rectè feciſtis, quare? probo ſic: Sic fecerunt maiores apud Plateas, Salaminem Athenienſium, & Marathonem: non dicit quare? ſed ita me dij ſeruent, qui ad Marathonem ſubierunt pericula, & qui prælium fecerunt nauale & alij, &c. Mutauit argumenta Methodo ſplendida: ſcilicet ὅρκῳ. Simile eſt in genere moderatior [illegible]: eſt ſignificatio mitis ingenij & ſubiecti petere à Iudice: vt, peto Iudices, vt quam beneuolentiam habeo, eandem mihi etiam declaretis: eſt αἴτησις & ἀξίωσις, petitio honeſta: fuiſſet ἀξίωσις, ſed ἱκετικῶς: petit longè ἱκετικωτέρως: precatur non à iudicibus, ſed à dijs: Deorum opem imploro, vt id efficiant in animis veſtris: vt quam beneuolentiam habui erga vos, eam mihi præſtetis. Cicero eodem exordio viſus eſt. Sed Cicero contendit Demoſthenem ſemper copia ſuperare.

Τὰ ἔνδοξα ἐνδοξοτέρως λέγειν.

Atque hæc generalis ratio eſt tractandi ſententias in hoc dicendi genere. Sunt etiam illa ſententiarum ornamenta huius figuræ, deſcriptiones rerum magnarum, ſubiectiones ob oculos, comparationes, ſimilitudines, diſtributiones atque conglobationes, congeries atque commorationes: vt ſi non fidei, & argumentationis cauſſa: at amplificandi gratia adhibitæ videantur. Verba huius formæ communia cum dignitate, quam [illegible] appellauimus: Tranſlata ſcilicet & immutata, & ea quibus quaſi abutimur. Verborum verò ornamenta ſunt illa, quæ vocantur à Rhetoribus Græcis [illegible]: & quæ quaſi ſpecioſam orationem conficiunt: Inter

χρῶμα ſplendoris.

quæ ab Hermogene primo loco αἱ ἀναιρέσεις ponuntur, hoc eſt, negantia atque priuantia: cuiuſmodi ſunt in illo Ciceronis: Sine tumultu, ſine delectu, ſine armis, ſine exercitu. Sed poſt huiuſmodi ἀναίρεσιν ſequi debent θέσεις contraria, vt in eodem loco: Quinque hominibus apprehenſis atque confeſſis: incenſione vrbem, interemptione ciues, vaſtitate Italiam, interitu Rempubl. liberaui. Demoſthenes verò pro Cteſiphonte à priuantibus θέσιν ſeparauit apoſtrophe, declinatiuncula facta ad aduerſarium: vt, οὐ λίθοις ἐτείχισα τὴν πόλιν: οὐδὲ πλίνθοις ἐγώ: οὐδ᾽ ἐπὶ τούτοις μέγιστον τῶν ἐμαυτοῦ φρονῶ. Hæc negantia ſunt. Sequitur ἀποστροφὴ et ἡ θέσις: ἀλλ᾽ ἐὰν βούλῃ τὸν ἐμὸν τειχισμὸν δικαίως σκοπεῖν, εὑρήσεις ὅπλα, καὶ πόλεις, καὶ τόπους, καὶ λιμένας, καὶ ναῦς, καὶ πολλοὺς ἵππους, καὶ τοὺς ὑπὲρ τούτων ἀμυνουμένους, id eſt, Non lapidibus muniui vrbem, neque lateribus ego: neque propter hæc maximè in rebus meis glorior. Sed ſi meam communitionem vis iuſta ratione conſiderare: inuenies arma, & ciuitates, & agros, loca opportuna & portus, & naues, & multos equos & viros, qui pro his propugnant. Hic conſiderandum eſt, & negantia priore loco ponenda eſſe: affirmantia verò ipſamque habitudinem poſteriore, & vtraque enumerationibus & comparationibus conſti

Numeratur etiam inter verborum ornamenta ἀνάκλησις, hoc eſt, reuocatio ſententiarum ad nouum initium: id quod fit aliquando pronominibus δεικτικοῖς, demonſtratiuis, quibus contraria ſunt ἀναφορικά, relatiua: vt, αὕτη ἡ τῶν περὶ Θήβας ἐγένετο πραγμάτων ἀρχὴ, καὶ κατάστασις πρώτη, τοῦτο τὸ ψήφισμα τὸν τότε τῇ πόλει περιστάντα κίνδυνον παρελθεῖν ἐποίησεν ὥσπερ νέφος. id eſt, Hæc mea ſalutaris fuit ſententia, hoc meum conſilium *ab omnibus approbatum, hoc tum tua euertiſti importunitate. Fiunt etiam ἀποστάσεις omiſſione μορίων, hoc eſt, aduerſantium particularum, vt in Acrimonia. Sic in hoc dicendi genere: Ego magnum in Republ. verſari furorem: & noua quædam miſceri: & concitari mala iampridem videbam: ſed hanc tantam; tam exitioſam haberi coniurationem nunquam putaui. Diſſolutio etiam, quæ vocatur τὸ ἀσύνδετον σχῆμα, huius eſt figuræ, præſertim in amplificando: vt, ſit Scipio clarus ille, cuius conſilio atque virtute Annibal in Affricam redire, atque ex Italia decedere coactus eſt: Ornetur alter eximia laude Affricanus, qui duas vrbes huic imperio infeſtiſſimas, Carthaginem Numantiámque deleuit: Habeatur vir egregius L. Paulus ille, cuius currum Rex potentiſſimus quondam & nobiliſſimus Perſes honeſtauit: Sit in æterna gloria Marius, qui bis Italiam obſidione, & metu ſeruitutis liberauit: Anteponatur omnibus Pompeius: cuius res geſtæ, atque virtutes iiſdem, quibus Solis curſus regionibus ac terminis continentur: erit profectò inter horum laudes aliquid loci noſtræ gloriæ. Tria iſtud exemplum habet: Primùm comparationem, ſententiarum ornamentum: Deinde diſſolutionem periodorum abſque continuatione atque copulatione: & eandem diſſolutionem factam ἰσοδυναμοῦσι, hoc eſt, verbis idem ſignificantibus. Splendidam etiam orationem faciunt verba geminata, iterata, contraria contrarijs relata, paria & ſimilia, paribus & ſimilibus reſpondentia: ſed ita vt magnitudine rerum expreſſa, non ſtudioſè meditata eſſe videantur.*

Tradidimus duas methodos ſententiarum, quarũ vna SCHOLAE.

fuit, προηγουμένως εἰσάγειν ἐννοίας: præmonere & prędicere iudicibus, & verbis præire, quid ſis dicturus: rem magnam te dicturum. 2. ἀφηγήσεως ἄνευ διακοπῆς, narrationes abſq; intercisione & interpoſitione aliarũ ſententiarũ gratia argumentandi aut occupandi. Non eſt magnificè loquentis diſputare, aut dubitare, aut humilibus reſpondere. 3. ἔνδοξα ἐνδοξοτέρος λέγειν, ſcilicet iureiurando, non ſyllogiſticè, non Enthymemate, ſed ὅρκῳ, id eſt, concluſionem commutare ὅρκῳ. Reliqua etiam ſunt cõſideranda, vt ſubiectiones ſub oculos, πρὸ ὀμμάτων ποιεῖν: quo Cicero vtitur in deſcriptione Syracuſorum: Melius deſcribit ſitum, & tres vrbes, quam architectus fortaſſis potuit ædificare. Item comparationes, quarum exemplum poſtremò videbimus. Item ſimilitudines, vt pro S. Roſcio: vbi Cicero confert occupationes Syllæ, cum Ioue opt. max. oſtendit non ſecus Syllam profuiſſe hominibus atque Iouem. Item congeries ἐπιμονὴ in eadem re, cùm in eadem re commoratur verbis diuerſa ſignificantibus, eódem tamen pertinentibus. Græci vocant ἐπιμονὴν, cùm verba ſunt diuerſa: Quid tuus Tubero, gladius, tua manus, mucro? ſed tamen pertinent eódem: quæ tua mens, quæ voluntas? Diſtributio eſt diuerſarum partium & ſpecierum: ἐπιμονὴ diuerſorum verborum. Item conglobationes euentuum ſunt huius loci. Hæc igitur de duabus primis partibus, ſententijs & ornamentis. Verba ſunt eadem quæ fuerunt

Verba λαμπρότητος.

σεμνότητος, Dignitatis, id eſt, translata, quæ vocantur μεταφοραὶ, immutata quæ ὑπαλλαγαὶ ſuperlata, quæ ὑπερβολαὶ, & quibus abutimur, quæ καταχρήσεις. Ornamenta verborum debent huius generis eſſe ἐναδῆ, id eſt, ſpecioſa, aſpectu pulchra, quæ faciunt orationem ſpecioſam, & ſpecie magnificam. Et primum ornamentum poſitum, vocatur ἀναίρεσις, quæ eſt verborum ornamentum: quod conficitur vel negantibus, vel priuantibus. Negantibus, id eſt, particulis negatiuis, priuantibus, id eſt, verbis priuatiuis aut etiam alijs, quæ his ſunt æqualia atque paria. Verbis negantibus, vt apud Demoſthenem: οὐ λίθοις, &c. ibi eſt, non lapidibus muniui, vt fecit ſcilicet Themiſtocles. Sequuntur θέσεις: ἀναίρεσις dicitur quaſi habitum tollat: οὐ λίθοις οὐ πλίθοις, &c. θέσεις: quia habitum ponit, fit verbis affirmantibus: ἀλλ' εἰ τὸν ἐμὸν τειχισμὸν εὑρήσεις. quid? Sequitur θέσις formæ rerum, ὅπλα, πόλεις, λιμένας, ἵππους

Ornamenta verborũ.

ἢ

[illegible]. Ergo iſtæ duæ figuræ ſunt contrariæ: ſed ſemper commutantur ſimul, vt apud poetas: vbicunq; eſt ſτροφὴ, ibi etiam ἀντιστροφὴ: vt in periodo, vbi πρότασις, ibi etiam ἀπόδοσις: Sed ἀναιρέσεις debent primum locum habere: negantia, affirmantia, θετικὰ, θέσεις habere debent locum poſteriorem. Et plerunque vtimur in cauſis efficientibus: ſiue ſint ὑλικὰ αἴτια, materiales: ſiue ποιητικὰ, efficientes: vt Cicero, ſine tumultu, ſine delectu, ſine armis, ſine exercitu, &c. eſt στερητικὸν, ἀναιρετικὸν: fit ἀναίρεσις per non vel ſine, quæ adhibetur in cauſis particula. Iam aliquid certi quod à ſe factum eſt θέσις. quid igitur fuit? quid? quinque hominibus, &c. eſt θέσις euentorum: effecit vt ciues eſſent liberi interemptione, &c. Demoſthenes habet pulchrum exemplum, in quo ſeparat ἀναίρεσιν à θέσει apoſtrophe: interponit [illegible], declinationem. οὐ λίθοις, &c. alludit ad Themiſtoclis factum, qui murum ædificauit: ſunt duæ ἀφαιρέσεις: duæ ἀποφάνσεις: quia deſtitutus erat enumeratione, vtitur verbis idem ſignificantibus: οὐ λίθοις, οὐ πλίνθοις [illegible] vnam adhibuit generi, alteram ſpeciei: nam πλίνθος eſt ſpecies lapidis. [illegible] autem copioſior enumeratio, addit ἀλλὰ, &c. [illegible], &c. copioſior enumeratio, portus, naues, equos vel equites [illegible], id eſt, [illegible], viros equites. Primum igitur χωρίον eſt ἀναίρεσις: ſecundum [illegible]. Hic non vocatur declinatio à re propoſita: ſed reuocatio ſententiæ ad initium & ſuum principium, ad nouum principium reuocatio: quæ fit verborum genere: & ipſe Hermogenes ponit illud exemplum [illegible], &c. hoc fuit principium primum, &c. [illegible] & τοῦτο. Hoc, hoc, in illis duobus eſt [illegible]. Ita hæc mea ſententia, hoc conſilium, hæc tu euertiſti? ſi dixiſſet, hoc meum conſilium, tu tua importunitate euertiſti, non fuiſſet [illegible]: ſed quia repetijt, hoc, eſt [illegible]. ſi dixiſſet, quod tu, &c. ſublata fuiſſet. Si vultis facere ἀσύνδετον, videte in illo exemplo: vt, Quæ res in ciuitate, &c. Eſt [illegible] & πολυσύνδετον, fac ἀσύνδετον. Duæ ſunt res, quæ plurimum poſſunt: harum vna eſt ſumma gratia, altera eloquentia: harum vnam vereor, alteram metuo. ἀσύνδετον eſt verborum & ſententiarum diſſolutio: quæ fit certo genere verborum, quæ eſt ſimilis ἀσυνδέτῳ.

Membra λαμπρότητος.

Membra in hac figura longa eſſe debent: ſiue periodis ea comprehenſa ſint, ſiue extra periodos collocata: ſed ſi quod membrum ex pluribus comprehenſione verborum breue neceſſariò ſit, priore loco id collocari debet, vt exitus periodi ſit illuſtrior: quemadmodum in ſuperiore proximo exemplo.

Collocatio verborum.

Collocatio verborum in hac figura ſimilis eſt illi verborum conſecutioni, quam in grauitate atque dignitate demonſtrauimus. Item etiam Numeri & clauſulæ eadem.

SCHOLAE.

Diximus ſuperioribus diebus de ornamentis verborum in hac figura, quæ vocatur ſplendida & illuſtris: ſcil. propter res ſplēdidas, propter facta illuſtria. Nam huius figuræ propria materia eſt, præclara facta, res præclarè geſtæ, vt τραχύτητος, aſperitatis propria materia eſt, negligentia populi & ſenatus, & imprudētia & ignauia: vitia ſcil. eorū, quos amamus, quos colimus cum obſeruantia, & quem. In σφοδρότητι materia propria ſunt ſcelera & flagitia: res ſcilicet indignè cœtu bonorum virorum & ſocietate hominum, quæ eſt ciuitas. Sic hæ tres figuræ differunt materia.

Differētiæ inter aſperitatem, acrimoniam & ſplendorē.

Nam Aſperitas habet vitia noſtrorum quos colimus; Acrimonia vitia improborum: Splendor, λαμπρότης habet res præclarè geſtas, vel à populo & alijs, vel à nobis. In hac figura debent ornamenta eſſe εὐειδῆ, id eſt, ſpecioſa: quæ faciunt orationē & pulchram, & quaſi triumphantē. Quemadmodum inſignia in triumpho debent eſſe pulchra, veſtes, ſtragulæ curruum, elephantorum, armorum: ſic etiam in hac figura ornamenta debent εὐειδῆ eſſe compoſita ad magnificentiam. Et ab Hermogene in prima figura ponitur ἀναίρεσις, quæ ſemper habet ſociam θέσιν. ἀναίρεσις, quæ fit priuantibus & negantibus: vt Demoſthenes dicit οὐ λίθοις, &c. fit ἀποφαντικοῖς. per negantia. Non animo efferor) Sunt negantia tria, &c. Semper oportet comitari ſociam θέσιν. Quomodo? ἀλλά, &c. Cur hæc figura eſt ſplendida? quia habet vim συγκριτικήν: habet amplificationem per comparationem: alij muniuerunt vrbem lapidibus & lateribus: Ego armis, locis, nauibus, equis & equitibus.

Quoniam igitur hæc figura inuenitur inter ornamenta, oportet etiam comparationem eſſe huius loci. Sed comparatio non fit verbis, ſed ſententijs. Et Hermogenes vocat ἀναίρεσιν propter particulam οὐ, non. Sed ſi σχῆμα verbo eſt illuſtre, etiam eſt tractatione, id eſt, comparatione illuſtre. Sic Cicero: Sine tumultu, αὐδὲ θορύβου, αὐδὲ ἐκλογῆς αὐδὲ ὅπλων, αὐδὲ ϛρατοπέδου, habet vim ἀποφαντικὴν & ϛερητικήν. Altera figura vocatur ἀπόϛασις, quæ nihil aliud eſt, niſi noui exordij conſtitutio, declinatio à curſu. Metaphora ſumpta à currentibus, quando currunt, dicuntur προτρέχειν, quando deſiſtunt, dicuntur ἀφίϛασθαι: eſt declinatio à curſu orationis. Illa fit pronominibus Demonſtratiuis, Hic illius arma, hic currus fuit: hoc regnum Dea gentibus, &c. Sic αὕτη, &c. Quid ſit ἀπόϛασις, poteſtis intelligere ex genere dicendi hiſtorico. Apud Ciceronem libro 3. de Oratore habetis, quòd genus dicendi hiſtoricum ſit profluens, ſemper labatur & continuetur: & vt Ariſtoteles vocat libro 3. εἰρόμενον pendulum, & profluens. Cùm autem interſcinditur oratio, & reuocatur ad periodos nouas, vocatur ἀπόϛασις.

— Ipſe te Tityre pinus,
Ipſi te fontes, ipſa hæc arbuſta vocabant.

Fac continuam orationem: Tityrum pini & fontes vocabant. Fit etiam omiſſione μερισμοῦ. Μερισμὸς apud Hermogenem eſt verborum cohærentia, quæ fit particulis μὲν & δὲ: πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες, &c. ἔπειτα δὲ. Illud μὲν & δὲ non facit ἀπόϛασιν, ſed ἐπισύναψιν: vbi μὲν præcedit, neceſſe eſt vt ſequatur δὲ: Vbi Etſi, ſequitur tamen: Etſi vereor iudices, &c. tamen noui hæc, &c. Cùm autem omittuntur illa, fit ſeparatio & ἀπόϛασις: Vt, ego magnum in Republica verſari furorem, & nouam inſeri, &c. videbam: ſententia abſoluta per ſe: ſequitur ſententia κατ' ἀπόϛασιν: Hanc. &c. Si poſuiſſet, tametſi, feciſſet ἐπισύναψιν: quia omiſit, continuatiſque diſiunctionem fecit: Fit etiam ἀσύνδετον, oratio non compoſita & continuata: de te optimè meritus: maxima à me accepiſti beneficia: quantum accepiſti, tantum reliqui tibi: nunquam expoſtulaui, neq; expoſtulaturus ſum. Poſſet aliquis dicere, modicæ hæ ſunt figuræ, eſt ſolū ἀναίρεσις ſolū ἀπόϛασις non ſunt aliæ? Ita: Quandoque ſunt ſimiles, & propterea iteratæ & geminatæ illæ ἐπαναφοραὶ, ſiue continenter, ſiue interuallis poſitæ fuerint, ſplendidam orationem faciunt. Quare? quia faciunt ἀπόστασιν: quis diuiſit agros? Rullus: quis? &c. illæ ſeparant orationem. Ita contraria. quare? quia habent vim ἀναιρέσεως & θέσεως: quæ bona ſunt, ſunt veluti θέσεις, quæ mala ἀναιρέσεις. Sic ſimilia ſimilibus, & paria paribus. quare? quia ab altera parte vitia oſtenduntur, ab altera virtus. Aut ſi ab vtraque parte bona, faciunt cauſſam illuſtriorem. Sed duorum generum χήματα illa ſunt: aliquando ſunt σοφιστικὰ, quando genus orationis volunt facere floridum: quod genus comparatum eſt ocio, vt oratio liberalis Gorgiæ Prodici Chij. In hac magnificentia & maieſtate oportet has figuras, quæ habent ornatum illuſtrem, extorqueri, & quaſi extrahi magnitudine rerum geſtarum, vt oratio quaſi videatur rapi vnà cum gloria eius viri: vt orator affici videatur, non tam re geſta, quàm dicenda. Membra debent eſſe longa: Vt longi gladij, & longæ haſtæ faciunt militem venuſtiorem & maiorem, quàm gladij breues: ſic hìc membra longiora ſunt illuſtriora: quemadmodum diadema regium longè magnificentius eſt & ſplendidius, quàm ſagum propter breuitatem. Toga ſenatoria eſt decora magis, & plus habet reuerentiæ, quàm veſtis plebeia & ſerui. In σφοδρότητι agitur paucis: volumus radere aures ſenatus, iudicum: breuiter & cæſim ferimus. Sed hìc regia manus eſt: regia mandata ſunt prolixiora: & manus longiores, vt vidiſtis in exemplo Ciceronis. Collocatio verborum eadem, quæ σεμνότητος, non hiulca, non nimis aſpera conſonantibus: debet lenis & ſuauis eſſe. Numeri debent eſſe eiuſdem figuræ.

Membra λαμπρότητος.

ΣΕΡΙ ΑΚΜΗΣ, DE orationis Rigore.

CAPVT XIII.

IN populo & ſenatu, & iudicio caſtigando, animo aliquando opus eſt forti & vegeto: & in perſequen-

de aduerſarijs, viribus atque lacertis. ſæpe eſt opus, vt oratio fiat illuſtrior, quæ virtus Ἀκμὴ ab Hermogene dicitur, quaſi lacertoſa & vegeta, florentis ætatis oratio: quamobrem hoc dicendi genus ſententijs conficitur, & ornamentis ſententiarum ijs, quibus aſperitas & acrimonia. Sed membra adiungere oportet, & compoſitionem, & numeros ſplendidos ſuperioris figuræ proximæ: atque ex hac eadem figura etiam verborum ornamenta commiſcere: quæ orationem illuſtrant, & illuſtrando ſplendorem efficiunt. Huius exemplum tale eſt: Tu ipſe quemadmodnm exiſtimes, vide etiam atque etiam, & tute collige, & qui ſis, & quid facere poſſis conſidera. In his ſententijs Ϲφοδρότης eſt commonefaciens aduerſarium ſui officij, & ad Cæcilium pertinens. Illa verò inſequens ad Verris ſcelera, & ad rei magnitudinem: Putáſne te poſſe de maximis acerbſsimisq́; rebus, cùm cauſſam ſociorum fortunasq́; prouinciæ, ius populi Rom. grauitatem iudicij legumq́; ſuſceperas, tot res, tam varias, voce, memoria, conſilio, ingenio ſuſtinere? Et conſimilis ea quæ ſequitur, eſt comprehenſio: Putáſne te poſſe, quæ C. Verres in quæſtura: quæ in legatione, quæ in prætura, quæ Romæ, quæ in Italia, quæ in Achaia, Aſia, Pamphiliaq́; patrarit: ea quemadmodū locis temporibusq́; diuiſa ſunt: ſic criminibus, & oratione diſtinguere. Et illa quæ ſequitur vehementior, & quaſi lacertoſior: Putáſne poſſe, id quod in eiuſmodi reo maximè neceſſarium eſt facere: vt, quæ illi libidinosè, crudeliter fecerit, ea æquè acerba & indigna videantur eſſe ijs, qui audient atque illis viſa ſunt, qui ſenſerunt? Et poſtremò ſequitur territatio: Magna ſunt ea, quæ dico, mihi crede: noli hæc contemnere, dicenda, demonſtranda, expli-

Sententiæ ornamenta & membra τῆς ἀκμῆς.

canda ſunt omnia. Cauſſa non ſolùm exponenda, ſed etiam grauiter copioſeq; agenda eſt. Perficiendum eſt ſi quid agere, aut perficere vis, vt homines te non ſolum audiant, verùm etiam libenter ſtudioſeq; audiant. Et huic adiecta eſt contemptio, quæ vim habet ἀναιρέσεως. *In quo, ſi te multum natura adiuuaret, ſi optimis à pueritia diſciplinis atque artibus ſtuduiſſes, & in his elaboraſſes: ſi literas Græcas Athenis non Lilybæi: Latinas Romæ non in Sicilia didiciſſes: tamen eſſet magnum, tantam cauſſam, tam expectatam, & diligentia conſequi, & memoria complecti, & oratione exponere, & voce & viribus ſuſtinere?*

Eſt quoddam dicēdi genus apud Hermogenem, quod vocatur ἀκμή, id eſt, vigor, oratio vigens & florens: & vocatur λόγος ἀκμαῖος, id eſt, oratio vegeta: dicendi genus vegetum, quod habet vires, & lacertos viriles, optimæ & florentiſſimæ ætatis. Iſtud genus conficitur ex tribus ſuperioribus proximis: habet ſententias Aſperitatis & Acrimoniæ: Aſperitatis ſcilicet in caſtigandis vitijs eorum, quos colimus, quos debemus vereri & metuere: habet ſententias σφοδρὰς, in eos ſcilicet, quos volumus perſequi & percellere, è ciuitate eijcere, carnifici quaſi tradere. Et hæ ſententiæ tractantur eodem modo, id eſt, iiſdem ornamentis ſententiarum, quibus τραχύτης & σφοδρότης. Sed oratio debet eſſe illuſtris: membra debent eſſe ſplendida, id eſt, magna: debent eſſe lacerti explicati: Verberationes debent in gyrum duci: oratio debet obruere: & eſſe oratio quaſi digladiantis ad ſplendorem: σφοδρότης hominem necat abſq; oſtentatione cęſim: punctim abſque gyris & circumductionibus manuum. ἀκμαῖα ſunt ſplēdida, longis membris, & prolixis periodis, non ſingulis membris: ſed πνεύμασι, numeris amplis, Choraicis, Dactylicis, Spondaicis, Pæonicis. σχήματα igitur ſunt ſuperioris figuræ.i.ſplēdoris.

Sententiæ τῆς ἀκμῆς. *Sint igitur ſententiæ in hac forma illæ, quæ vocantur* ἐπιτιμητικαὶ *&* ὀνειδιστικαί: *& quæcunq; habent aliquam*

quam reprehenſionem, vel aſperam in eos, qui audiunt: vel acrem in aduerſarios: aut etiam contemptionem aduerſariorum, quas vocamus καταφρονητικάς. Ornamen*ta verò verborum ſint illa, quæ dicuntur* ἀποστατικά. *Sed ſcire oportet duo eſſe horum genera: vnum quod ſit cum præſignificatione, & quadã* καταστάσει: *vt* Demoſthenes, *poſtquam dixiſſet in 4.* Philippica: Τῶν δὲ παρόντων πραγμάτων, καὶ τῆς ταραχῆς, πολλὰ πόρρωθέν ἐστι τὰ αἴτια, ἃ βουλομένοις ὑμῖν ἀκούειν ἐστὶν, ἐθέλω λέγειν: *quaſi nouo exordio* ἀποστάσει *facto,* ἐξέστητε *inquit,* ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι τῆς ὑποθέσεως, ἐφ᾽ ἧς ὑμᾶς οἱ πρόγονοι κατέλιπον καὶ τὸ μὲν προΐστασθαι τῶν ἑλλήνων, καὶ δύναμιν συνεστηκυῖαν ἔχοντας πᾶσι τοῖς ἀδικουμένοις βοηθεῖν, περὶ ἔργου ὑπειλήφατε εἶ). καὶ μάταιον ἀνάλωμα, ὑπὸ τῶν ταῦτα πολιτευομένων: τὸ δὲ ἐν ἡσυχίᾳ διάγειν, καὶ μηδὲν τῶν δεόντων πράττειν, ἀλλὰ προϊεμένους, καθ᾽ ἓν ἕκαστον πάντα ἑτέροις ἐᾶσαι λαβεῖν θαυμαστὴν εὐδαιμονίαν καὶ πολλὴν ἀσφάλειαν ἔχειν οἴεσθε. i. *Harum rerũ & perturbationis multæ procul aduenientes ſunt cauſæ, quas ſi placebit vobis audire, volo exponere.* Declinaſtis, Athenienſes, ex eo ordine, in quo vos *maiores reliquerunt, cùm præeſſe Græcis & vires ſtabilitas habere poßitis, ab omnibus qui iniuriã patiuntur, opem ferendã, opitulandum ſuperfluũ creditis eſſe, & ſuperuacaneum ſumptũ: perſuaſi eſtis ab ÿs, qui hanc Rempub. gerunt. in ocio verò viuere, & nihil eorum quæ decent ſuſcipere: ſed negligẽtes in omnibus rebus omnia alÿs permittere ſuſcipienda & tractanda, mirabilem felicitatem, ſummumq; ocium habere arbitramini. Sic* Simon *apud* Terentium: *poſteaquam ad* Dauum *dixiſſet: Nempe ergo apertè vis, quæ reſtant me loqui: hæc ipſa* κατάστασις: *Sequitur ſeparatim poſitum, quaſi nouo*

Ornamenta verborũ.

ſumpto exordio, & re allata noua: Si ſenſero hodie quidquam in his te nuptijs fallacia conari, quò fiant minus: aut velle in ea re oſtendere, quàm ſis callidus: verberibus caſum te in piſtrinum, Daue, dedam vſque ad necem: Ea lege atque omine, vt ſi te inde exemerim: ego pro te molam. Quid? hoc intellextin? an nondum etiam ne nunc quidem? Sic Martialis, verùm σφοδρῶς ſolùm, non ἀκμαίως, minutis membris: Vis dicam tibi qui ſis: magnus es Ardelio. Hoc igitur vnum eſt genus ἀποστάσεως, quod habet praſignificationem, & pramonitionem ſententia dicenda, & expectationem excitat. Alterum verò fit ſubitò contra expectationem, quod magis eſt huius figura: perterret enim vehementius, & ἀπροσδόκητον ἐξ ἐπεμβολῆς, id eſt, inexpectatum per interpoſitionem appellatur: vt Demoſthenes contra Aeſchinē de falſa legatione, poſteaquā conſilium dedit: οὐ γὰρ ἔστιν οὐκ ἔστιν ὅτι πάντων μᾶλλον εὐλαβεῖν δεῖ, ἢ τὸ μείζω τῶν πολλῶν ἐᾶν γίγνεσθαι: Subitò exorditur nouā ſententiam: μή μοι σωζέσθω μηδ' ἀπολλύσθω μηδεὶς, ὃν ἂν ὁ δεῖνα ἢ ὁ δεῖνα βούληται: ἀλλ' ὃν ἂν τὰ πεπραγμένα σώζῃ, καὶ τοὐναντίον τούτω τῆς προσηκούσης ψῆφος παρ' ὑμῶν τυγχάνειν. i. Nō enim eſt, nō eſt, quod ex omnib. malis magis cauere oportet, quàm aliquē maiorē fieri reliquis ciuibus permittere. Ne mihi ſeruetur, neq; pereat quiſquā, quem hic aut ille velit: ſed quemcunq; ſua facta cōſeruent, & cōtra huic dignum. Sic pro S. Roſc. Cicero: poſteaquā conqueſtus erat: Neq; mehercules hoc indignè fero, quòd vereor ne quid poſſit Chryſogonus: verū quòd auſus eſt, quod ſperauit ſeſe apud tales viros aliquid, ad perniciē poſſe innocentis, idipſum queror: præter expectationē, affert illud de bello Mariano, indignabundus: Idcircone experrecta nobilitas armis atq;

ferro.rempublicam recuperauit, vt ad libidinem ſuam liberti ſeruuliq́ȝ, nobilium bona, fortunas veſtras, noſtrasq́ȝ vexare poſsint? Si id actum eſt: fateor me erraſſe qui hoc maluerim: fateor inſaniſſe, qui cum illis ſenſerim: tametſi inermes ſenſi: Sin autem victoria nobiliũ, ornamento atq́ȝ emolumento reipublica populoq́ȝ Rom. debet eſſe: tum verò optimo & nobiliſsimo cuiq́ȝ meam orationem gratiſsimam eſſe oportet.

SCHOLAE.

Cæpimus ſuperiore proxima die dicere de dicendi genere vegeto, quod ab Hermogene vocatur λόγος ἀκμαῖος, & ipſa idea ἀκμὴ quaſi vigor orationis: vt ætatis, ſic orationis vigor. Fortiores enim ſunt viri, quàm adoleſcentes. Cum homo eſt ἐν ἀκμῇ τῆς ἡλικίας, vt vocat Herodianus, eſt robuſtior, velocior & lacertoſior. Sic eſt genus dicendi forte, virile, robuſtum, lacertoſum, & vegetum. Et quidam Demoſthenem dicunt Cicerone magis lacertoſum, id eſt, ἀκμαιότερον, vt eſt apud Quintilianum. Iſtud genus fit ſententijs τραχύτητος & σφοδρότητος: dirigitur vel ad Iudices caſtigandos, vel aduerſarios percellendos. Sed non ſatis eſt ſententias eſſe huiuſmodi: oportet vt antecedant quatuor poſteriora reliqua, ex ſplendore: ſcilicet membra ſplẽdidæ orationis: Numeri etiam orationis ſplendidæ & clauſulæ. Ita vt hoc dicendi genus ſit compoſitum, σύνθετον ex tribus generibus: ex τραχύτητι, σφοδρότητι, acrimonia, & ex λαμπρότητι ſplendore. Sententias igitur oportet eſt ἐπιτιμητικάς. ἐπιτίμησιν voco reprehenſionem amicam, vtilitatis cauſa factam, Iudicum, ſenatorum, populi: Cum Iudicibus, ſenatui, & concioni oſtendo ſua vicia, deſidiam, deprauatam Reipublic. formam, profuſos ſumptus, ludos nimis ſplendidos, Aut exprobrãtes quæ dicuntur ὀνειδιστικαὶ, quæ ſunt magis inimicæ: cum aduerſarium voco belluam, monſtrum, peſtem Reipublicæ, parricidã patris, cum inceſtum profero, & fana Bonæ Deæ viciata. Tu iſtis faucibus, iſtis lateribus, &c. ſunt ὀνειδιστικαὶ ſententiæ. Sed oportet vt accedant membra longiora. Exemplum autem, qui Latinè ſcripſerunt, proferunt iſtud ex Verrina: habetis folio 60. pagina ſecunda. Sunt ſentiæ etiam καταφρονητικαὶ, quæ habent contemptionem aduerſarij, quæ pronunciantur cum contemptu: Item ἀπειλαὶ, comminationes ſunt huius generis.

Sententiæ ἀκμῆς ἐπιτιμητικαί.

ὀνειδίστικαι.

καταφρονητικαί.

ἀπειλαί.

ἀπειλητικαὶ

Item ἀπειλητικαί, quibus territamus, vt illa ſententia. Verberibus te cæſum dedam vſque ad necem: habet minas & territationem. Cicero igitur contra Cecilium eſt ἀκμαῖος, volens oſtendere Cecilium non eſſe fortem, robuſtum, & firmum, & ſe eſſe lacertoſum & ἀκμαιότερον. Conſilium dare aduerſario, eſt aduerſarium contemnere: eſt [illegible]: volo tibi conſilium dare: Tu vide, &c. Conſidera.) contemptus. Vide quàm ſis impudens, & parum aptus, & idoneus ad hanc actionem: Putaſne? &c. Periodus habet ſententias λαμπρὰς: hoc fateor.) eſt cōmemoratio magnarum rerum: quia dicit de maximis, eſt ſplendor: quia dicit acerbiſſimis, eſt σφοδρότης. Nam res acerbæ erant procreatæ à Verre: eſt compoſitio λαμπρὰ, enumeratione rerum, & cōglobatione: Secunda periodus habet σφοδρότητα, multitudine ſcelerum non nominata ſed locis contenta. Libidinoſe, &c. oſtendit imbecillitatem aduerſarij, & occulte adfert ſuum robur. Hoc alij afferunt, ſed poſſunt eſſe meliora exempla. Si ſolum ſententias ponas, fit oratio vel aſpera vel acris: ſed vt facias orationem ἀκμαίαν, oportet addere ornamenta orationis ſplendidę.

Ornamēta τῆς ἀκμῆς.

Ornamenta ſunt cauſæ perficientes. σφοδρότης & aſperitas ſunt cauſæ ſine quibus non. Abſq; ſentētijs enim nō poteſt fieri vigor: ſed ſplendor eſt cauſa perficiens: Adferunt enim, neruos, & ſanguinem, & bene coloratum, vt lacerti appareant. Ornamenta igitur ſunt [illegible]. Quid ſit ἀπόστασις dixi: ſunt noua exordia: Eſt declinatio à curſu orationis, hoc eſt, exordium nouum verbis ſeparatum ab antecedentibus, & propterea dicitur ἀπόστασις, quæ fit verbis.

ἀπόστασις duplex.

ἀπόστασις eſt duplex. Vnum genus eſt quod habet [illegible] id eſt, præſignificationem & propoſitionem, & auditorum quandam præmonitionem & προήγησιν: quod dicitur, vt iudicaui, προηγησάμενος dicere. Cum volo aliquid dicere, & indico & moneo ea de re illū, & ad quem [illegible] quarta Philippica Demoſthenis: Horum malorum longè repetitæ ſunt cauſæ: quas ſi vobis placebit, volo vobis dicere: ibi eſt κατάστασις: Commemorabo cauſas malorum: quid dicis? ἐξέστητε, &c. Iam ἐπιτίμησις: Declinaſtis ab ordine, in quo eſtis, non reſpōdetis expectationi maiorum. Cur ἀκμαῖος λόγος? alij legunt [illegible] τῆς τάξεως, id eſt, ab inſtituto. Eſt ſententia τραχεῖα, quia habet ἐπιτίμησιν: ſed συνθήκη eſt καλὸν & λαμπρόν: eſt cōpoſitio duorum membrorum: παῤῥησία ἐπιτιμητική: Et cum poſſitis præesse gloriæ, & habere vires ad auxiliandum eis, qui patiuntur iniuriam, &c. est σφοδρότης. Iam ignauia & ἄνανδρος; τὸ δὲ ἡσυχίαν agere: officium non facere, putaris esse felicitatem. Istud igitur habet προσδόκησιν: Horatius dicit, quòd Terentius vicerit arte Plautum: Igitur libenter adfero exempla ex Terentio: Vbi Dauus dicit, non intelligo, nó sum Oedipus, vsus est sententia καταφρονητικῇ: Simon etiam scit tractare hominem nequam: Ergò tu vis vt tibi apertè loquar? ita. Iam nouum exordium: Ex duobus versibus facit membrum vnum: Simo senex habet spiritum prolixum. & ἀμμαῖον ἀπειλῇ verberibus cæsum, versus octonarius, longo membro continuauit comminationem. Hactenus ferijt Dauum: ad extremum gloriatur de suis viribus & comminatióne: Intellextin? hoc, &c. Addidi exemplum ex Martiale: Terentius σφοδρὸς & λαμφρὸς, Martialis ἀπόστασιν fecit. sed breuem: mansit in σφοδρότητι, vis dicã qui sis, & cætera. Quod est discrimen inter breuitatem, & prolixitatem, & acrimoniam, & acrimoniam vehementem: hoc est inter exemplum Terentij & Martialis.

Declinationes etiam ad aduersarios quas ἀποστροφὰς nominant, præsertim si habent ἔλεγχον, hoc est, si sint argumentosæ, vegetam & lacertosam orationem efficiunt: vt pro Sexto Roscio: Quæso Eruci, vt hoc in bonam partem capias. Non enim exprobrandi causa sed commouendi dicam. Si tibi fortuna non dedit, vt à patre certo nascerere, ex quo intelligere poßis, qui animus patrius in liberos esset: at natura dedit certè, vt humanitatis non parum haberes. Item, Quid ergo affers, quare id factum putemus? verè nihil potest dicere: finge aliquid saltem commodè, vt ne planè videare id facere, quod apertè facis, huius miseri fortunis, & virorum talium dignitati illudere. Iterationes etiam verborum præsertim in relationibus contrariorum, robusta esse videntur, vt in fine exordij Rosciani: Accusant ij, q. in fortunas huius inuaserũt,

ἀποστροφαὶ etiã ἀκμῇ inseruiunt.

Iterationes verborum.

cauſam dicit is, cui præter calamitatem nihil reliquerunt: Accuſant ij, quibus occidi patrem Sexti Roſcij bono fuit: cauſam dicit is, cui non modo luctum mors patris attulit, verum etiam egeſtatem: Accuſant ij, qui hunc ipſum iugulare ſumme cupierunt: cauſam dicit is, qui etiam ad hoc ipſum iudicium cum præſidio venit, ne hic ibidem ante oculos veſtros trucidetur. Denique accuſant ij, quos populus poſcit: Cauſam dicit is, qui vnus relictus ex eorum nefaria cæde reſtat.

SCHOLAE. 2 ἀπόστασις quid & quo modo fiat.

Diximus ornamenta verborum eſſe fere omnia ἀποστάσεις. Iam ſæpe diximus ἀπόστασιν nihil aliud eſſe, quam cum oratio reuocata ad nouum exordium, interrupto ſcilicet orationis curſu: intercisa ſententiarum continuatio, eſt ἀπόστασις. Fieri autem varijs modis ἀποστάσεις. pronominibus ſcilicet demonſtratiuis, quæ vocantur δεικτικὰ, quibus contraria ſunt ἀναφορικά. Relatiua enim continuant orationem: id quod oſtendimus illo exemplo Ciceronis: Quæ duæ res in ciuitate plurimum poſſunt, &c. Quarum.) Illa particula
1 ἀναφορικὴ facit συνέχειαν. Nam ἀπόστασις eſt contraria συνεχείᾳ. Declinatio à curſu orationis eſt contraria con-
2. tinuatio. Fiunt etiam ἀποστάσεις omiſſione coniunctionum
3. copulatiuarum, cum aufero coniunctiones. Fiunt cum ſententiæ incipiunt à nouo ſubiecto & prædicato, à nomine ſeparato, aut à verbo ſeparato. Sic tota comparatio ex oratione pro S. Roſcio habet ἀπόστασιν. eſt χιασμὸς ἀποστάσεων: Accuſant, &c. καὶ ἀπόστασιν additum alterum: Cauſam dicit is, &c. Propterea non debetis cogitare hanc præceptionem eſſe minutam, quòd vna figura nominatur, cum varia ſint genera ἀποστάσεως. Fiunt enim δεικτικοῖς pronominibus, alijs nominibus, & verbis ſeparatis: & quoties volumus orationem facere robuſtã, debemus progredi ἀποστατικῶς. Et enim varia ſint genera, eſt tamen bipartita diuiſio: Vnum genus eſt, quod habet κατασκευὴν, fit præparatione, & præſignificatione, quod habet προάγγελσιν, cum orator προαγγέλλει τὸν λόγον. Cuius exemplum attulimus ex oratione Demoſthenis: νῦν, &c. Eſt προάγγελσις. Multæ ſunt cauſæ harum rerum, quas ſi vobis placet exponam: Iam ſententia κατ' ἀπό-

στασιν

[illegible] quomodo [illegible], &c. Sententia inchoata à [illegible] Declinaſtis ab ea diſciplina, quã reliquerunt veſtri ma[illegible] illud verbum noua perſona: & inchoatio ſepa[illegible] [illegible] exempli[illegible] Terētio comico artificioſe, id eſt [illegible] de eo [illegible] ſimo volens territare Dauum, cum dixiſſet, Dauus ſum nõ Oedipus, dixerat fidenter, & cum contemptu heri ſui & vi[illegible] igitur [illegible]: Vis dicam tibi quæ reliqua ſunt? Potuit diu interſpirare. Inſpexit hiſtrio Dauum cogitabundus ſenili perſona: Poſteaquam toruè inſpexiſſet & ſatis diu, dicit: Si ſenſero, &c. Illud exemplum eſt σφοδρότατον [illegible] ἀποστάσεως, & robuſtæ & firmæ φορᾶς, propter prolixitatē membrorum, & continuatam periodum. Si ſenſero, &c. Vnum membrum duorum verſuum. Callidus,) nondum ſententia plena; ſequitur verberatio, tetrametro octonario, non trimetro aut dimetro: eſt longiſſimus verſus. Quod ſit illud σφοδρὸν & ἀκμαῖον, apparet exemplo contrario, ſcilicet Martialis: Vis vt dicam qui ſis, &c. eſt [illegible], tacui aliquandiu: Magnus es ardelio. Quomodo differunt illa? eſt ſolum σφοδρὸν & ὀνειδιστικὸν poſtremum: Sed illud, Si ſenſero, &c illa oratio eſt σφοδρὰ acris, ſed præter acrimoniã habet ἀκμήν, eſt vegeta & robuſta: habet Homericum δόλιχον ἔγχος, longam haſtam, & enſem longiorem: longiores enſes grauius feriunt, quemadmodum diſcrimē eſt inter gladiolum, & pugionem, & Homericum δόλιχον ἔγχος, tãtum diſcrimen inter hæc duo. Altera ἀπόστασις & ἀκμαῖος oratio ex prærupto. Prima ἀπόστασις adfert tela prouiſa: eſt quaſi prouiſum telum, cui potes opponere clypeum. Si autem aduerſarius te nõ videat & irrumpes ex inſidijs magis percellitur & percutitur: q. cum lupus prius vulnerat hominē, & homo lupum viſus, nõ ita terretur: ita quæ fiunt prærupte ſunt φοβερωτέραι ἀποστάσεις, vt Demoſthenes de falſa legatione, cum dixiſſet: οὐ γάρ, non eſt, non eſt. quod magis extimeſcendum: quàm aliquem inimicum poſſe & locupletari. quid affert? aliquam ſentētiam inexpectatam, nemo ſeruetur, & pereat. non quem hic aut ille velit, ſed quem ſua facta ſeruant, is ſit incolumis & ſaluus: ferat dignum ſuis talis ſuffragium. Cicero pro S. Roſcio pag. 42. Neque me hercule, &c. cum id dixiſſet, Eſt ſententia grauis, maximè conqueror, quod putauit ſe poſſe aliquid ad perniciem innocentis apud vos. quid affert? bellum Marianum. Idcirco ſu bito ab Erucio venit ad bellum ciuile, & rem nouã aſſum, et hæc hactenus. Quæ iam recitaui, adferunt nouum ornamentum, quod vocatur declinatio: ἀποστροφὴν dicit Cicero declinatiunculam, ſecutus verbum ἀποστρέφεσθαι declinare. Eſt cum oratio deflectitur à iudice ad aduerſarium ſuperandum & ſupplantandum: præſertim ſi ſit ἐλεγχώδης: an non liceat venire amico contra inimicum? Sic pro S. Roſcio: Quæſo Eruci, &c. eſt ἀξιώσεις ἀμφίβολον non curat multũ an in bonam vel malam partem accipiat: vult in malã partẽ accipere, quid? Videte quale probrũ: ſi tu es nothus & ſpurius, ignoras quæ parẽtũ ſit charitas erga liberos: & pietas liberorũ in parentes. Humanitatem hic ſignificat naturã hominis, nõ bonitatẽ. Sic in eadem oratione, Quid ergo, &c. declinatio. Obijcit ei mẽdaciũ: finge aliquid cõmodi. Hæc eſt vna figura adijciẽda ſuperioribus. Verborũ etiã iterationes in comparationib. & contentionib. ſunt vehemẽtes. nã ἀναφορὰς crebras faciunt & noua exordia, deinde ſunt ἐλεγχικαὶ & fortiſſimè feriũt: vt in exẽplo ſatis noto: Accuſant ij, &c.

Hæc igitur huiuſmodi ſint verborũ ornamenta in hoc dicendi genere. Reliqua verò quatuor, vt etiã verba, membra ſc. & collocationes verborũ & numeros & clauſulas atq; extrema eadẽ habet, quæ oratio ſplendida ſine quib. ne quidem eſſe poßit hæc vegeta dicendi figura. Sed inter ſplendorẽ & hunc vigorẽ, hoc eſt neceßitudinis: quòd vbicunq; vigor eſt, ibi oportet etiam eſſe numeros, clauſulas, collocationes verborũ ambitusq; ſplendidos: nõ autẽ vbi ſplendor ibi cõtinuò vigor. Aſperitatẽ verò & acrimoniã aut vtrumq; oportet eſſe vbicunq; ſit vigor. Non autẽ vbi aut acrimonia aut aſperitas, ibi vegeta oratio. Ergò ille ambitus in cauſa Quintiana, [illegible] his quatuor ſplendoris partibus confectus eſt: Cum tot tantisq; difficultatib. affectus atq; afflictus, in tuã C. Aquili, fidem, veritatem, miſericordiam P. Quintius confugerit: cum adhuc ei propter vim aduerſariorum non ius par, non agen-

Membra & collocationes τῆς ἀκμῆς.

ui poteſtas eadē, nō magiſtratus æquum reperiri potuerit: cum ei ſumma per iniuria, omnia inimica atq; infeſta fuerint: te C. Aquili, voſq; qui in cōſilio adeſtis, orat atq; obſecrat: vt multis iniurijs agitatā æquitatē, in hoc tandem loco conſiſtere & confirmari patiamini. Pluribus enim membris, ijsq; longis continuata oratio & numeri graues, vt Pæan primus in extremo, confugerit, pes ab Ariſtotele commendatus vt Anapæſtus ſcilicet potuerit, itē fuerit, vt dactylus, obſecrat, vt Amphimacrus, patiamini: item collocatio verborum, aut non hiulca, aut ita coeunt vocales, vt ſonus oris.

SCHOLA

Hactenus de ſententijs. Sententiæ debent eſſe τραχεῖαι καὶ σφοδραί, id eſt, [illegible], [illegible], κατηγορικαὶ & ἐγκληματικαί. Ornamenta ſententiarum debent eſſe σφοδρὰ & τραχέα, hoc eſt, [illegible]. Verba eiuſdem generis quoque metaphoræ, ſcilicet duræ & vehementes. Reliqua ſunt membra, numeri, clauſulæ, collocationes verborum: illa ſumuntur ex ſplendore: quæ membra & eiuſmodi periodi (per membra intelligimus etiam periodos) quales numeri & membra ſplendoris: tales etiam in hoc loco membra longa: periodi prolixiores, numeri grandiores, Pæones, Pæan primus in principio, Pæan poſtremus in fine. Adoleſcens videtur ſecutus eſſe Pæona primum Cicero. Collocatio, abſque concurſu vocalium, aut ſi concurrunt fiat cum grauitate. Aliquando benè concurrunt vocales. Aulæ diſſolue, Aulai in medio, &c. Vbi poetę captant grauitatē [illegible] ſibi hoc poſſumus etiam in ſplendore & [illegible] pati concurrere vocales, vt Oixes: item geminare à a, vt in Aaron: omnia iſta poſſumus videre in ambitu Quintiano, qui eſt abſolutus: non quatuor verſib. ſed octonis: Incipit à ſpondeo, cum tot, &c. eſt mēbrum duob. prolixis verſib. confectū, vt taceā illud διάλυτον diſſolutū, cōfugerit, &c. Pæan. Fuerint, &c. tertiū membrū longum par duob, obſecrat, &c. Aliud. In hoc, &c. Iſta periodus habet ſententias σφοδράς: [illegible] aſperū audire bonū iudicē reum adduci, affectū & afflictū difficultatib. Ius par, &c. Sententia cōtra ὀλιγαρχίας.

Eſt ἰσηγορία vbi non par ius: vbi magiſtratus non æquus: vbi innocentibus omnia inimica ſunt. neceſſe igitur eſt aſperiorem eſſe, vbi eſt vigor: In illa prolixa periodo & oratione non hiulca. Nam tametſi concurrunt vocales: tamen ſit ſine impedimento.

DE CIRCVMDVCTO dicendi genere.

CAPVT XIIII.

Amplitudinem præ cæteris omnibus figuris adiuuat περιβολὴ *maximè, quæ dicendi figura eſt coagmentans & circumducens orationem: cui contraria eſt puritas, quam vocauimus* καθαρότητα: *non quod hæc figura impura ſit, ſed quod res ſententiasq; nõ collocet ſimplices atque ſolitarias: ſed quæ eódem pertineant, omnia copulet atque exaggeret: atque id non obſcurè, ſed dilucidè. Eſt enim perſpicuitas in omni dicendi figura retinenda. Hæc inuenta eſt contra orationis humilitatem atque remiſsionem, id eſt, orationis nimiam remiſsionem, quam* λιτότητα *vocant: & orationem à nimia ſubtilitate vindicat: non ſinens eam humi repere, ſed erigens, quæ incedat erectior. Huius generis ſententiæ ſunt, quæ vocantur* προσληπτικαί: *pars enim totum ad ſe ſe trahit naturaliter. Cuius id exemplum poſitum eſt ab Hermogene Demoſthenis:* ἀλλ᾽ ὅλως οὔσης ἱερᾶς τῆς ἀκροπόλεως ταύτης, καὶ πολλὴν εὐρυχωρίαν ἐχούσης περὶ τὴν χαλκῆν τὴν μεγάλην Ἀθηνᾶν ἐκ δεξιᾶς ἕστηκεν. *Et ſorma genus ad ſe allicit; vt idem Demoſthenes (retinebimus enim Hermogenis exempla, quia breuia)* πονηρὸν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, ἆ ὁ συκοφάντης ἀεὶ, τοῦτο δὲ καὶ φύσει κίναδος

τἀνθρώ

ἀνθρώπειον αἰσχύνης. Et finitum ad infinitum reuocat: vt, πολλὰ μὲν ἐν ἐλαττώμασι, καὶ τὰ τουτονὶ τὸν χρόνον, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, καὶ μεγάλα. Et numerus numeroſa rei diſtributionem ſequitur ἄθροισιν, vt Hermogenes loquitur, vt contra legem Leptinæ: τρία μὲν τὰ μέγιστα ὀνείδη κτᾶται φθονερὸς, ἀχάριστος, ἄπιστος εἶναι δοκεῖν. His adiunguntur etiam ſententiæ περιστατικαὶ, copioſæ perſonis, locis, temporibus, facultatibus, modis: vt contra Midiam: Ἐπειδὴ γὰρ οὐ καθεστηκότος χορηγοῦ τῇ πανδιονίδι φυλῇ τρίτον ἔτος, τουτί, παρούσης δὲ ἐκκλησίας, ἐν ᾗ τὸν ἄρχοντα ἐπικληροῦν ὁ νόμος τοῖς χοροῖς τοὺς αὐλητὰς κελεύει, λόγων καὶ λοιδορίας καὶ κατηγοροῦντος, τοῦ μὲν ἄρχοντος τῶν ἐπιμελητῶν τῆς φυλῆς, τῶν ἐπιμελητῶν τὸν ἄρχοντα, παρελθὼν ὑπεσχόμην ἐγὼ χορηγήσειν, &c. Multa eiuſmodi ſunt exempla in longioribus periodis: vt, Quanquam te, Marce fili, annum iam audientem Cratippum, idq; Athenis, abundare oportet præceptis, &c.

Diximus, primum dicendi genus eſſe σαφήνειαν, id eſt, perſpicuitatem: & eam diuiſimus in εὐκρίνειαν diluciditatem & *καθαρότητα* puritatem: tum diximus contrariam eſſe puritati περιβολήν: propterea quod puritas abſoluit plerunque ſententias inciſim & membratim, non autem περιοδικῶς, neque ἐνθυμηματικῶς; non autem [illegible] neque ἐπεμβολαῖς: non longis continuationibus verborum. Contra facit περιβολή, quæ orationem περιβάλλει, circum circa quaſi iactitat longo verborum ambitu: ſententias non ponit nudas & ſingulas & ſolitarias: ſed duplicatas, numeroſas, argumentoſas, & propterea ſunt contraria, non vt duo vitia, ſed vt duæ virtutes. Quemadmodum oratio Poetæ & Oratoris ſunt inter ſe contrariæ numero: quia Poeta habet aſtrictum numerum, orator liberum: Aſtrictum eſſe & liberum eſſe ſunt contraria, ſed vt virtutes: Ita differunt hæc duo genera, περιβολή ſcilicet & *καθαρότης*; *καθαρότης* ponit ſingulas ſententias: Vos iſthæc intro auferte, &c.

SCHOLAE]

Diſcrimen inter περιβολὴν & καθαρότητα.

Nos tabellarios veſtros, &c. περιβολὴ circumducit pluribus verbis: vt, Etſi vereor Iudices, &c. Facit orationem circumductam: vtitur crebrò πνεύματι: non manet intra terminum periodi iuſtum: ſed dilatat vſque ad ſena & duodena membra. Cum ſunt tria dicendi genera: ſcilicet genus amplum & graue, genus medium & humile atque ſubtile: Iſta περιβολὴ liberat orationem à nimia humilitate, non patitur humi repere: ſed facit, vt oratio fiat altiloqua. ſic eſt propria forma grauitatis, amplitudinis, quàm maximè tollit vitium, quod vocatur ὑπτότης, id eſt, orationis humilitas & remiſſio. Sic dicitur iſta forma ἀπὸ τοῦ περιβάλλειν: vnde prolixiores periodi & membra longiora vocantur περιβλητικά. πνεῦμα genus eſt periodorum περιβλητικὸν: Item; χρονοτενὲς membrum eſt, quod facit circumductam orationem. dicitur etiam coagmentatum genus dicendi, quia numeroſè exaggerat corpus: vt oratio ſit quaſi firmiſſimus agger, oppoſitus hoſti. Sententiæ ſunt huius generis προσληπτικαί, quia προσλαμβάνουσι ſententias: cum vis mentionem facere manus, illa eſt pars corporis, & dicemus toto corpore impurus: ne manus quidem continentes habet: ſic pars aſſumit totum. Sic Demoſthenes cum vellet oſtendere magnitudinem honoris: & imaginem eſſe viro forti conſtitutam in arce Mineruæ: & eſſe appoſitam imaginem ad dextram Mineruæ. Locus vbi Minerua erat, erat pars ἀκροπόλεως: Demoſthenes aſſumit totam arcem. vbicunque ſtatua, ibi locus Sacroſanctus: ἀλλ' ὅλης οὔσης, &c. παρὰ τὴν, &c. Ad Aeneam tamen Mineruæ poſita eſt: ad dextram Mineruæ adduxit arcem. Sic ad formam genus: ſpecies aſciſcit ſuum genus, vt, πονηρὸν ἀθηναῖοι, &c. τοῦτο δὲ, &c. Iſte autem homuncio Aeſchines. Sic finitum ad infinitum: cum dico, πολλὰ μὲν, &c. Multis modis ſuperor, in primis autem duplici ratione. πολλὰ eſt numerus infinitus, δύο finitus. Sic etiam numeri ſunt προσληπτικοί. & ſecum trahunt ἄθροισιν enumerationem. Tria dedecora comparat, ſi volumus hanc legem eſſe ratam: Τρία ὁ γὰρ, & cætera. ὁ ἀριθμὸς ibi eſt: igitur ſequitur ἄθροισις. Sic, Quæ res in ciuitate, &c. Quia dixit duæ, neceſſe eſt vt ſatisfaciat auditori, & ſubiungat ἄθροισιν: Summa gratia & eloquentia. Hæ ſententiæ ſunt σαφεῖς: cum totum ponis, expectatur pars: cum ponis infinitum, affertur finitum:

Sententiæ περιβολῆς.

cum

tum genus ſequitur ſpecies: cum numerus, res numerata. περιστατικαὶ ſententiæ ſunt quæ ſecum afferunt multas circumſtantias: exemplum ponit reſolutum ex oratione pro Midia. Prima ſententia, promiſi me choragum fore: & eſt circumiactata varijs circumſtantijs vnius rei, multæ additæ circumſtantiæ: quando? anno ab hinc tertio: vbi? παρούσης δὲ ἐκκλησίας; qua de cauſa concio habebatur? ἐν ᾗ τὸν, &c. & quid tum fiebat? cuiuſmodi erat res? λόγων καὶ λοιδορίας. quales perſonæ? qua de cauſſa? οὐ καθεστηκότος, &c. Ad vnam rem addita cauſſa, perſona, locus, modus. Quomodo promiſiſti? Vltrò non rogatus, non coactus, ſed volens & ſpontè. Sic illud ad M. Ciceronem filium, eſt oratio περιβεβλημένη: Annum, &c. tempus: Cratippum, &c. locus & perſona, cauſſa & cauſſa efficiens: Quorum alter, &c. tamen, &c. Argumentum ponit per comparationem. Hoc genus περιστατικὸν facit orationem non ſolum copioſam: verum etiam argumentoſam.

Ac ſententia quidem huius generis circumducti atque exaggerati ſunt huiuſmodi. Inter rariores verò tractandi ſententias, prima nominatur ab Hermogene ἀναστροφή, id eſt, rerum atque factorum inuerſio: cum poſteriora prioribus anteponuntur, & interpoſitis prioribus κατ' ἐπεμβολήν, ad priora fit reditio. Cuius id propoſuit exemplum ex oratione Demoſthenis de falſa legatione: ἀλλ' ἐπειδὴ ἥκομεν ἐκ τῆς πρεσβείας ταύτης ἐπὶ τοὺς ὅρκους ἥπερ εἰσὶν αἱ νῦν εὐθῦναι. *Hic enim à reuerſione facto principio, fit* ἐπεμβολὴ *priorum:* οὔτε μικρὸν οὔτε μέγα, οὐδοτιοῦν εὑρημένοι τῶν ὑπὸ τούτου ὅτι εἰρήνην ἐποιεῖσθε λεχθέντων, καὶ προσδοκηθέντων, ἀλλὰ πάντα πατημένοι καὶ τούτων ἕτερα αὖθις πρεσκότων καὶ παρ' αὐτὸ τὸ ψήφισμα πεπρεσβηκότων. *Huius facta priorum interiectione* ἐπάνοδος *ſiue redi-*

μέθοδοι τῆς περιβολῆς.

tus ſit ad priora : προσῆμεν τῇ βουλῇ, & cætera. In hoc igitur exemplo κατ' ἐπεμβολὴν, per interiectionem facta eſt poſteriorum interpoſitio. Fit etiam non interpoſitione τῇ ἐπεμβολῇ : ſed annexione, ſeu connexione, quam vocauimus iam ſæpe ἐπισυνάψιν : cuius id exemplum in eadem oratione ponitur Demoſthenis : ἀλλ' ἐν τῷ πανδοχείῳ τῷ πρὸ τοῦ Διὸς χορίου ἐν ταῖς ὑμῶν εἰσφεραῖς, peruenit, οἶδεν, ὃ λέγω, ἐνταῦτα ἐγένοντο οἱ ὅρκοι. Hîc enim tametſi facta ſit interpoſitio, ſeu ἐπεμβολὴ præpoſitis poſterioribus : inſequitur tamen ἐπισυνάψις priorum : ὅτι δεῦρο ἤδη τὸ στράτευμα ἄγον ἐβάδισε ὁ Φίλιππος : Et qualitatem quoque annexuit : αἰσχρῶς ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ ἀναξίως ὑμῶν : & cætera, quæ ſequuntur. Sic Cicero pro Publio Seſtio, tametſi in breuiori comprehenſione : tamen ἀναστροφῇ inuerſione atque ἐπεμβολῇ, id eſt, interpoſitione eſt vſus : Hoc aduentu Publij Seſtij tribunorum plebis nouerunt, qui tum extremis diebus conſulatus mei res eas, quas geſſeram, vexare cupiebant. Hactenus & poſterius incohatum eſt : & interpoſitum id, quod prius factum erat atque anteceſſerat. Sequitur primi abſolutio : reliquúmque commutationis, impetus & conatus ſunt retardati. Talis etiam ille exiſtit, qui antepoſitus eſt, verborum ambitus : Atque illis temporibus iiſdem, cum iam Capuam Seſtius metu liberaſſet, vrbem Senatus atque omnes boni, deprehenſis atque oppreſſis domeſticis hoſtibus, me Duce ex periculis maximis extraxiſſent : ego literis Capua Seſtium accerſiui, cum illo exercitu, quem tum ſecum habebat. Et addita eſt ἐπισυνάψις : Quibus

σύναψις.

bus hic literis lectis ad vrbem incredibili celeritate aduolauit.

SCHOLAE.

Diximus eſſe quoddam genus dicendi exaggeratum & accumulatum, copioſum, numeroſum, plenum, vno verborũ ambitu & curſu circumductum, quod idcircò vocatur à Græcis περιβολὴ, id eſt, rerum quædam quaſi circumiactatio. Quod genus orationis orationem ſemper liberat à nimia ſubtilitate atque tenuitate: & eſt cauſſa, ſine qua non poteſt genus eſſe grandiloquũ & graue: altum & altiloquum, vt ita dicam: & iſtud genus principem locum tenet in μεγέθει, ſua ſcilicet numeroſitate & plenitudine, quam vocant μεθότητα, facit orationem plenam, condenſatam. Ita σεμνότης, de qua priore loco diximus, adfert ſententias magnarum rerum, diuinarum, pertinentium ad hominum vitam, ad cognitionem rerum. Secundum genus adfert ſententias vellicantes aures Iudicum, quod dicitur τραχύτης. Tertium genus adfert haſtas iaciendas in aduerſarium, ſed adhuc amentatas, ſine amento & loro: vibrandas viribus oratoris. λαμπρότης autem adfert præclara facta: ſententias rerum geſtarum, meritorum, beneficiorum. Ἀκμὴ autem lacertos iuueniles, & robur florens adfert ſuis ſententijs: ſed hæc ſexta idea inſtituit totam aciem: venit tanquam Rex inſtructo exercitu: pugnat acie condenſata & confecta: adfert globos militares, & veris pugnat Phalangibus. Et propterea ſententiæ ſunt numeroſæ, προσληπτικαὶ: non ponuntur ſolæ: ſed ſimul progrediuntur, vel bini milites, vel quaterni, vel ſeni, vel octoni, vel duodeni: omnia fiunt προσληπτικῶς aſſumptiuè: coniunguntur antecedentia cum conſequentibus: rerum attributa & circumſtantiæ collocantur ſimul. Sequuntur methodi, id eſt, rationes tractandi ſententias. Prima methodus eſt ἀναστροφὴ, id eſt, inuerſio, eſt figura pertinens ad collocationem, eſt ornamentum ταξικὸν: cum res, quæ ſunt poſteriores tempore aut loco, ponuntur priore loco: & quæ fuerunt loco priores & tempore, collocantur poſteriore loco: id quod faciunt Poetæ graues Heroici, quod Homerus fecit. Non incepit bellum Troianum à duo-

1. μέθοδος περιβολῆς ἀναστροφή.

bus ouis, ſed ab ira Achillis: quod Poetæ faciunt in tota poeſi, hoc oratores in tota periodo: tum ſcilicet, cum hoc genus dicendi volunt informare, quod vocatur περιβεβλημένον. Omnis autem ἀναστροφὴ, quod ad hunc locum, fit duobus modis: vel ἐπεμβολῇ interpoſitione, vel ἐπισυνάψει annexione. Ἐπεμβολὴ dicitur tum fieri, cum poſtremis inchoatis primo loco collocatis, fit priorum rerum factorum'ue interpoſitione, antequam priora ſint perfecta & abſoluta: ita vt neceſſariò reditio fiat ad priora: poſteriora primo loco, non autem plenè, ſed priora interponere, & poſtremo loco illa perficere. Iſtud genus habet hæc tria: interpoſitionem, πρότασιν poſteriorum imperfectam: ſecundò ἐπεμβολὴν priorum, poſtremò ἐπάνοδον ad priora: exemplum illud ponit pagina centeſima decimaoctaua, ἀλλὰ ἐπειδὴ, & cætera. Poſtquam venimus à legatione ad iuſiurandum accipiendum & dandum: cuius legationis hæ ſunt quæſtiones. Lingua Latina in his caret πληθυντικῷ: non dicunt iureiuranda. Iuramentum eſt Latinum, ſed vſurpatum à poſterioribus: & Latini vocarunt vnius iudicij vnam quæſtionem; & cum tormentis veritas quæritur, dicuntur quæſtiones, quia multa quæruntur. Poſtquam reuerſi ſumus à legatione, nondum ſententia perfecta: Quid factum erat? non ponit, ſequuntur priora οὔτε μεγα, & cætera. Neque parua, neque grauis, &c. Hactenus traiectio: poſtremum erat: antea multa promiſerant & expectabant, poſtea reuerſum fuit à legatione. Demoſthenes incipit à legatione, & venit ad promiſſa prima. Quid? ἐπάνοδος & ἀποτελείωσις. Alter modus fit per annexionem, in quo poſteriora abſoluuntur priore loco, poſteriora annectuntur. Sed in eadem periodo & ſpiritu oratorio, ſi ponerentur ſeorſim, non eſſet περιβολικὸν: vt, ἀλλ' ἐν, & cætera. πανδοχεῖον dicitur ἀπὸ τοῦ παντὸς δέχεσθαι: quia omnes excipit, & cætera. templum Caſtoris & Pollucis: quia erant διὸς κόροι, Iouis pueri, proles: ἐνθῦτα, &c. hic factum eſt iuſiurandum ſcilicet dando & accipiendo: ὅτι, &c. poſteriora κατ' ἐπισύναψιν, antequam iuſiurandum datum eſſet Philippo, venerat in Atticam: & poſtea de iureiurando actum eſſet: antecedens ponit poſteriore, & conſequens loco priore: ὅρκοι, &c.

ἀναστροφὴ duobus fit modis.

πρότασις ὑςέρου,&c. ἤδη.) Iamdudum, antequam ventum eſſet ad iuſiurandum. Sequitur altera annexio, qualitatis ſcilicet. Hæc exempla ſunt propoſita ab Hermogene, quæ quia videbantur habere aliquid obſcuritatis, volebam explicare. Nam certum eſt Philippum duxiſſe exercitum in Græciam, antequam ſe partes vtrinque religione obſtrinxiſſent: Incipit à iureiurando & deſinit in aduentu Philippi. Trapezuntius neque hæc exempla tulit, neque ex Cicerone, neque ſua ſimilia adduxit. Sunt autem plura & apud Comicos; Nam antea qui ſcire poſſes, &c. Cicero: Hoc aduentu Publij Seſtij, &c. Res poſterior inchoata ſcilicet aduentus Seſtij. Qui tum.) ἐπεμβολὴ interpoſitio, eſt interpoſitum prius, Quomodo? poſterius eſt: conatus ſunt retardati aduentum Seſtij. Hæc inchoauit, & interpoſuit priora. Qui tum extremis diebus, &c. Paulò antequam conatus eſſent repreſſi. Reliquiq́;.) id eſt, reliquorum: eſt ἀναςροφὴ aduentus Seſtij. Quid feram? ſuperiorem omnem calamitatem inſtitutam ſuſtulit. Alterum exemplum ex eodem loco habet ἐπισύναψιν. Atque illis temporibus, &c. Habet vtrumque ἐπισύναψιν & ἐπεμβολὴν, poſterius inchoatum: Cum iam Capuam, &c. id eſt, Iam dudum quid factum. Hactenus ἐπεμβολή. iam perfectio primi. Quo tempore? poſteaquam. Quibus) ἐπισύναψις. Si feciſſet his literis, feciſſet ἀπόδοσιν. Hæc eſt vna methodus: poſteriora primo loco ponere, & prima poſtremo vel ὑπερβάτῳ, id eſt, ἐπεμβολῇ vel ſine hyperbato, id eſt, ἐπισυνάψει. Quomodo differunt? Primus modus eſt obſcurior, quia habet hyperbaton. omnes parentheſes faciunt orationem obſcuram. Requirit primus modus γοργότητος celeritatem, vt ſpiritus veniat ad perfectionem. Poſterior modus eſt clarior: quia poſterius ponit ſeorſim, & perficit integrum: mutatio ordinis requirit iterationem & celeritatem.

Diſcrimen inter ἐπεμβολὴν & ἐπισύναψιν.

Huic finitima eſt ἀναςροφὴ propoſitionum, cum rationibus atque amplificationibus facta: vt pro corona Demoſthenes priore loco rationem amplificando colloca-

ἀναςροφὴ propoſitionum.

uit: ὁρῶν γὰρ, *inquit*, τὸ ναυτικὸν ὑμῶν καὶ λυόμενον, καὶ τοὺς μὲν πλουσίους ἀτελεῖς ἀπὸ μικρῶν ἀναλωμάτων γινομένους: τοὺς δὲ τὰ μακρὰ ἢ μικρὰ κεκτημένους τῶν πολιτῶν τὰ ὄντα ἀπολοῦντας: ἔτει δὲ ὑστερίσασαν ἐκ τούτων τὴν πόλιν τῶν καιρῶν: ἔθηκα νόμον, καθ᾽ ὃν τοὺς μὲν τὰ δίκαια ποιεῖν ἠνάγκασα τοὺς πλουσίους: τοὺς δὲ πένητας ἔπαυσα ἀδικουμένους; τῇ δὲ πόλει, ὅπερ ἦν χρησιμώτατον ἐν καιρῷ γίνεσθαι τὰς παρασκευὰς ἐποίησα. *Cicero vti ſolet hac ratione ſepenumero, poſteaquam propoſitio anteceßit. Quæ ratio inſeruit dilucido dicendi generi, vt contrà Rullum: Ergo is Conſul, qui concionem metuam: qui tribunos plebis perhorreſcam: qui ſæpe & ſine cauſſa tumultuem: qui timeam, ne mihi in carcere habitandum ſit, ſi tribunus plebis duci iußiſſet. Hactenus propoſitio: Sequitur iam illa* ἀναστροφὴ, *de qua diximus, propoſitionis & rationis. Ego nondum veſtris armis armatus, inſignibúſque ampliſsimis ornatus intereo: authoritate non horum in hunc locum progredi poſſe, vobis'que authoribus improbitati hominis reſiſtere: nunc verear ne Reſpublica tantis munita præſidijs, ab iſtis vinci aut opprimi poßit. Adfert Hermogenes alterum exemplum de exordio Philippicæ primæ: eſt etiam conueniens exordijs hæc ratio, quæ in magnis & grauibus caußis ſunt plerumque* περιβολικά. *Nam cum ita proponendum eſſet à Demoſthe: Puto me poſſe Iudices pace veſtra aſſurgere & dicere de Republica. Et huic addenda ratio: Nonenim de re noua propoſita quæſtio eſt: in qua, ſi quid ab alijs diceretur, quod placeret mihi, acquieſcerem: Sin minus tamen etiam ipſe, quod ſentiam, exponerem.*

Hic capit Orator à poſterioribus: εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινος πράγματος προὐτίθετο ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λέγειν: ἐπισχὼν ἂν ἕως οἱ πλεῖστοι τῶν εἰωθότων, γνώμην ἀπεφήναντο: εἰ μὲν ἤρεσκέ τί μοι τῶν ὑπὸ τούτων ῥηθέντων ἡσυχίαν ἂν ἦγον: εἰ δὲ μὴ, τότ᾽ ἂν αὐτὸς ἐπειρώμην ἃ γινώσκω λέγειν. ἐπειδὴ δὲ περὶ ὧν πολλάκις εἰρήκασιν οὗτοι πρότερον συμβαίνει νυνὶ σκοπεῖν ἡγοῦμαι, καὶ πρῶτος ἀναστὰς εἰκότως συγγνώμης τυγχάνειν.

Sic Cicero in exordio pro L. Murena priore loco rationem poſuit: Quæ precatus a Dijs immortalibus ſum Iudices, more inſtitutoq́; maiorum, illa die, quo auſpicatò comitijs centuriatis, vt ea res mihi, populo, plebiq́; Romanæ bene atque feliciter eueniret: eadem precor ab ijſdem dijs immortalibus, ob eiuſdem hominis conſulatum, vnà cum ſalute obtinendum: & vt veſtræ mentes atque ſententiæ, cùm populi Romani voluntate, ſuffragijsq́; conſentiant: eaq́; res vobis populoq́; Romano, pacem, tranquillitatem, otium, concordiamq́; afferat. Talis etiam inſequens periodus eſt collocatione atque inuerſione. Quòd ſi illa comitiorum precatio, conſularibus auſpicijs conſecrata, tantam habet in ſe vim & religionem, quantam Reipubl. dignitas poſtulat: idem ego ſum precatus, vt ijs quoq́; hominibus, quibus hic conſulatus me rogante datus eſt, ea res fauſtè, feliciter, proſpereq́; conueniret. Similem collocationem habet tertia comprehenſio, ſimilem etiam quarta in eodem exordio.

SCHOLAE.

Diximus methodum huius figuræ, quæ vocatur περιβολὴ, eſſe vnam valde vſurpatam ab Oratoribus ἀναστροφὴν, inuerſionem ſcilicet priorum atque ſuperiorum: cùm priora poſtponuntur poſterioribus: Priora & poſteriora ſpectantur loco, temporibus, & ordine factorum. Ergo ἀναστροφὴ ſpectatur ἐν τοῖς πρότερον, καὶ ἐν τοῖς ὕστερον. Et diximus fieri vel ἐπεμβολῇ, vel ἐπισυνάψει, annexione. Et diximus ἐπισύναψιν eſſe magis perſpicuam, quàm ἐπεμβολήν. Sed non ſolùm eſt ἀναστροφὴ factorum: neque ſolùm ſpectatur in locis & temporibus: ſed etiam in propoſitionibus & actionibus. Propoſitiones natura debent collocari priore loco: rationes poſteriore. Oratores autem ponunt propoſitiones poſteriore loco, tanquam concluſiones. Hoc enim poteſt fieri: nam propoſitio fit tum, veluti concluſio quædam: & Hermogenes adfert ὁρῶν γὰρ, &c. Ratio eſt, ego emendaui rem nauticam: adfui pauperibus contra diuites. quare? videbam nauticam rem lapſam: videbam pauperes nullam habere immunitatem: rem naualem emendaui. Quomodo? cùm viderem diuites multos ſumptus facere: & pauperes profligare, & ſua amittere: tuli legem ſalutarem & neceſſariam: ὁρῶν γὰρ, &c. Videns rem naualem diſſolutam, & diuites immunitatem conſecutos modicis ſumptibus: quibus eſſent paruæ facultates, eos amittere: tuli legem: Quam? qua lege coegi diuites facere legibus conſentanea: & pauperes liberaui ab iniurijs: ἰσόνομα, vtiliſſima feci, vt nauticæ res eſſent in tempore comparatæ, Ego emendaui rem nauticam: Quare? videbam pauperes exhauriri: & redegi in ordinem diuites, priore loco eſt ratio, poſteriore argumentum. Cicero ſæpe ſolet propoſitionem proponere: & poſtquam ſemel propoſuerit, poſtea ſubiungit rationem & repetit propoſitionem: & illa eſt ſimpliciſſima collocatio. proponit rationem, & quod propoſuit, rurſus repetit Ego conſul, &c. propoſitio καθ' ἐπιμονήν. Ego metuerem ne ducerer in carcerem: tres ἐρωτήσεις per ἐπιμονὴν Cαφηνείας ἕνεκα: congerie vtitur. Sequitur iam ἀναστροφή: Ego nondum ex loco comparatorum: ego armatus ne timebo, qui inermis non timui? incipit à ratione: inermis non timui, & nunc armatus timerem? Ergo iſta ἀναστροφὴ fit, vel propoſitione nulla propoſita, vel facta propoſitione. Et inſeruit orator perſpicuitati maiori: Exordia in magnis cauſis ſunt plerūq; περιβλητικά, exaggerata, circūducta, & continuata. Demoſthenes incipit ab argumēto & ratione, & deſinit in propoſitione: puto me veniam conſequi, ſi prius dicam: Quare? quia non eſt res noua; ſi res noua, audiſſem alios & poſtea ſen-

tenntiam dixiſſem. Cicero continuauit hanc rationem in periodis pro L. Murena; nam dicit, Ego precor, vt ſit conſulatus felix L. Murenæ: quia ſum etiam precatus cùm enunciaui. Si licet bene precari Rom. pop. licet etiã Conſuli. Rurſus ex loco comparatornm: quia licet populo bene precari, licet etiam Conſuli. Incipit ab ipſo argnmento: precatus ſum, &c. Eadem) propoſitio, pulcherrima ratio & propoſitio: ſequitur ſecundus ambitus, eadem methodo factus: Quòd ſi illi, &c. Ibi eſt πίστις, argumentum. Idem ego) propoſitio tertia eadem eſt. Quartus ambitus eadem ratione. Hæc indicaui pluribus exemplis, vt non puteris eſſe ieiunas Hermogenis præceptiones. Quoties vultis eſſe περιβλητικὸν: eſt recurrendum vobis ad hanc ἀναστροφὴν & methodum.

Huic collocationi contraria eſt illa, quam Cicero pro S. Roſcio Amerino in principio inſtituit: Credo ego vos mirari Iudices quid ſit, quòd cùm tot ſummi Oratores homineſq; nobiliſsimi ſedeant, ego potiſsimum aſſurrexerim: qui neque ætate, neque ingenio, neque authoritate ſim cum his, qui ſedent, comparandus. Tale etiam eſt Iſocratis exordium in Archidamo: quemadmodum annotauit Hermogenes: ἴσως ὑμῶν τινες θαυμάζουσιν, ὅτι τὸν ἄλλον ἅπαντα χρόνον τοῖς τῆς πόλεως νόμοις ἐμμεμενηκὼς, ὡς οὐκ οἶδεν εἴ τις ἄλλος τῶν ἡλικιωτῶν ἐμοῦ τοσαύτην πεποίημαι μεταβολήν: ὥστε περὶ ὧν ὀκνῶσιν οἱ πρεσβύτεροι λέγειν, περὶ τούτων νεώτερος ὢν παρελήλυθα συμβουλεύειν. *Huiuſmodi collocationem Hermogenes arbitratur eſſe minus, vt ipſe loquitur,* ἐμπερίβολον καὶ πόρρω δεινότητος. *Verba verò huius generis putat Hermogenes nulla eſſe propria: ſed omne verborum genus in hanc figuram cadere. Quanquam ſint Rhetores, qui putant verba idem ſignificantia, quæ nominantur* ἰσοδυναμοῦντα, *eſſe huius formæ atque figuræ, vt ſunt apud Demoſthenem:* προορώμενος καὶ λογυζόμενος: Item, τιμωρίαι καὶ κρίσεις καὶ ἀγῶνες. Item, ὁ δῆμος, δεσπότης καὶ κύριος. Item, τί ἐροῦμεν: τί φήσομεν. *Sic apud Ciceronem: Nam quò quiſq; eſt ſolertior & ingenioſior: hoc docet iracundius & laborioſius. Itē, ſicut in aram cōfugit in huius domū, diſciplinā, patrocinium, nomen. Itē: pro opera, pro labore. Item: certa et clara teſtimonia. Sed in his ipſis idē ſignificantibus verbis atq; nominibus oportet ineſſe quandam vim, diſtinctasq; ſignificationes rerum: vt ne idem, ſed propè idem, & tamen diuerſum, vt ſyllabarum ſono, ſic rerum notatione adferatur. Et ſanè ſi hæc ſunt* ἐμπερίβολα: *oportet* ἐπιμονὰς *ſententiarum eſſe eiuſdem huius generis: & ſæpe rectè vno in loco aggregantur: vt in illo, Commune hoc eſt malum, communis metus, commune periculum: nullæ ſunt occultiores inſidiæ, quàm hæ, quæ latent in ſimulatione vitij, aut in aliquo neceſſitudinis nomine. Nam eum, qui palàm aduerſarius eſt, facilè cauendo vitare poſſis: hoc verò occultum, inteſtinum ac domeſticum malum, non modò non exiſtit: verùm etiam perimit antequam proſpicere & explorare potueris. Hactenus verba* ἰσοδυναμοῦντα: *Sequuntur ſententiæ* καθ᾽ ἐπιμονὴν: *Itáne verò tu, cùm Quæſtor ad exercitum miſſus ſis, cuſtos non ſolùm pecuniæ: ſed etiam conſulis: ſed etiam omnium rerum conſiliorumq; fueris, habitus ſis in liberorum loco: ſicut mos ferebat maiorum repentè relinquas. O ſcelus, ô portentum in vltimas terras exportandum. Non enim poteſt ea natura, quæ tantum facinus commiſerit, hoc vno ſcelere eſſe contenta: neceſſe eſt aliquid eiuſmodi moliatur: neceſſe eſt in ſimili audacia perfidiaq; verſetur. Quanquam Hermogenes hoc genus verborum non* *imputat verborum genere: ſed continuatione tum verborum, tum ſententiarum fieri: vt magis hæc ratio methodi ſit, quàm verborum. Hactenus igitur de ſententijs & earum tractatione: de verbis etiam huius figuræ: ſequuntur verborum ornamenta: quorum vna communis eſt natura, partes verò multæ. Omnia enim illa ſunt huius formæ ornamenta, quæ conſiſtere vno in loco ſententiam vnam non patiantur, niſi ſecum alias attrahant: & propterea vocantur ab Hermogene σχήματα ἐφελκόμενα, figuræ attrahentes.*

Diximus ſuperioribus proximis ſcholis περὶ τῆς ἀναστροφῆς, de inuerſione oratoria: diximus eſſe vel rerum vel factorum: cùm poſteriora facta prioribus anteponuntur. Sic primum genus ἀναστροφῆς eſt in ordine naturæ, temporum ſcilicet atque locorum, vt poſteriora temporibus & locis, prioribus anteponantur. Alterum genus eſt artis, quæ eſt imitatrix naturæ. Natura primùm conſiderat vniuerſalia, venit ad ſpecialia, deſcendit ad extremum, operando ad ſingularia. Nam incipit à propoſitione maiore, venit ad minorem & concluſionem. Hanc rationem ars imitatur: & aliquando eſt caſtigatrix naturæ, & inuertit ordinationem: & ponit rationem ante concluſionem: & concluſionem ante propoſitionem: & eſt ἀναστροφὴ τῶν πίστεων καὶ προτάσεων, cùm argumentatio anteponitur propoſitionibus. Exempla propoſuit duo ex Demoſthene: ex Verrina quatuor continuata. Huic rationi contraria eſt ratio, cùm propoſitio ponitur primo loco, & ratio poſteriore: & adfert Hermogenes exemplum ex Iſocrate, qui eſt minimè ἐμπερίβολος: Demoſthenes autem eſt περιβολικὸς & περιβλητικὸς: Iſocrates eſt minus δεινὸς. Igitur pro Archidamo incipit à propoſitione: veſtrûm aliqui mirantur. Quomodo? quòd ſuperioribus temporibus inſtiterim in inſtituto ciuitatis, tanquam ego fecerim. poſt commutationem, eſt propoſitio. Si iſtud exordium eſt minus ἐμπερίβολον, oportet etiam tale eſſe Ciceronis pro S. Roſcio: inſtituit valde decoram imitationem. Iſocrates Archida-

SCHOLAE.

mum ſcripſit iuuenis: Cicero Roſcium defendit etiam iuuenis. Igitur Cicero ſecutus ætatem ſuam, maluit ſequi Iſocratem ſibi æqualem, quàm Demoſthenem: non imitatione rei, ſed ætatis. Cauſa Roſcij eſt grauiſſima, pertinet ad Rempubl. vtitur autem ἀναλύσει Cicero propter ætatem, & etiam loco τοῦ ἴσως, dicit, Credo ego vos, &c. Cur ego potiſſimum aſſurrexerim) propoſitio. qui neque) ratio poſteriore loco: Quoniam Hermogenes poſuit exemplum Iſocratis, & Ciceronis habet eandem collocationem, placuit vtrumque coniungere, vt alterum ex altero intelligeretur. Sequuntur verba. Hermogenes dicit hoc genus non habere peculiaria verba: ſed omnia huc cadere perſpicuitatis, dignitatis, aſperitatis, σφοδρότητος, λαμπρότητος, ἀκμῆς, id eſt, ſuperiorum omnium generum verba. Sed quoniam fuerunt Rhetores, qui dicebant huius loci eſſe λέξεις ἰσοδυναμούσας, quæ habent eandem δύναμιν: Hermogenes affert exemplum ex Demoſthene, proſpiciens atque conſiderans. προσορῶμαι eſt oculorum, & metaphora: λογίζομαι) eſt mentis, & Metaphoræ explicatio & proprium. Ita alio loco, κρίσεις ſunt mulctæ, & iudicia, & actiones. Illa tria eodem pertinent. Ego poſui varietatem exemplorum, vt videatis verba idem ſignificantia ſpectari in diuerſis orationis partibus. Sunt primùm duo participia, duo deinde nomina, verbum tertium. ἰσοδυναμία vel eſt participiorum, vel nominum ſubſtantiuorum & adiectiuorum. Cicero in vna periodo vtitur duplici ἰσοδυναμίᾳ: ſolers & ingenioſus, iracundè &ININ laborioſè. In ἰσοδυναμίᾳ debetis obſeruare ἰσότητα, id eſt, verba paria. Aliquando ponuntur abſque ἰσότητι, abſque æqualitate. Pulchrum eſt in his obſeruare aliquam proprietatem & diſtinctionem. Genus optimum eſt cùm fit αὔξησις incrementum: cùm verba augentur & clariora poſtponuntur obſcurioribus. Si iſta ſunt huius generis, oportet etiam eſſe ἐπιμονάς: & attuli exemplum ex oratione contra Verrem: vbi habetis ἰσοδυναμίας exemplum & ἐπιμονῆς. Hermog. non putat fieri verbis, ſed conſecutione verborum. ſed ſi dicamus verba gradatim ſignificantiora fieri per gradus, adferunt verba ſecum illam vim: & quia vtimur hoc genere ſæpe, non eſt negligendum.

OR-

ORNAMENTA ΠΕΡΙΒΟΛΗΣ.

CAPVT XV.

Ornamentum περιβολῆς.

ἀπαρίθμησις.

IN his ornamentis primum eſt ἀπαρίθμησις, hoc eſt, enumeratio, quæ ordinis atque digeſtionis conficitur particulis: vt., πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις, ὅσην εὔνοιαν ἔχων ἐγὼ διατελῶ τῇ πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν: τοσαύτην ὁ ὑπάρξαί μοι παρ' ὑμῶν εἰς τουτονὶ ἀγῶνα. ἔπειτα ὅπερ ἐστὶ μάλιστα ὑπὲρ ὑμῶν καὶ τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας καὶ δόξης: τοῦτο παραστῆσαι τοὺς θεοὺς ὑμῖν. Sed tum iſtud ornamentum ἐμπερίβολον eſt, cùm longioribus ipſa enumeratio fit interuallis. Nam illa propoſitio contrà breuis eſt & dilucida, non huius figuræ. Hoc ego tam inſigne, tam ſingulare veſtrum beneficium, Quirites, cùm ad animi mei fructum & beneficium duco eſſe permagnum, tum ad curam ſolicitudinemq́; multò magis. Verſantur enim, Quirites, in animo meo multæ & graues cogitationes, quæ mihi nullam partem neque diurnæ neque nocturnæ quietis impartiunt. Hactenus propoſitio, facta ea, quam diximus, enumeratione, ſed eadem breuiore. Sequitur explicatio, quæ habet hanc, de qua præcipimus περιβολικὴν. Primùm tuendi conſulatus, quæ cum omnibus eſt difficilis et magna ratio: tũ verò mihi præter cæteros, cui errato nulla venia, rectè facto exigua laus & ab inuitis expreſſa proponitur, nõ dubitaui fidele conſiliũ et certũ ſubſidiũ nobilitati oſtẽdere. Quòd ſi ſolus in diſcrimen aliquod adducerer, ferrẽ, Quirites, animo æquiore, *Sed mihi videntur certi homines, ſi qua in re non modò conſilio: verùm etiam caſu lapſum eſſe arbitrabuntur, vos vniuerſos, qui me antetuleritis nobilitati, vituperaturi. Mihi autem, Quirites, omnia potius præponenda eſſe dico, quàm non ita gerendum conſulatum, vt in omnibus meis factis atque conſilijs, veſtrum de me factum conſiliumq́; laudetis. Hactenus pars prima enumerationis, facta longo interuallo: ſequitur altera: Accedit etiam mihi ille ſummus labor, ac difficilima ratio conſulatus gerendi, quod non eadem, qua ſuperioribus Coß. lege & conditione vtendum eſſe decreui, qui aditum huius loci conſpectumq́; veſtrum partim magnopere fugerunt, partim non vehementer ſecuti ſunt.*

SCHOLAE. Cœpimus ſuperiore auſcultatione dicere de figuris verborum περιβλητικοῖς, hoc eſt, proprijs huius circumducti generis dicendi: & diximus illas eſſe debere, quæ vocantur ἐφελκόμεναι, id eſt, attrahentes, ornamenta verborum attrahentia. ἐφελκόμενα dicuntur propterea, quòd duas atque etiam tertias, id eſt, plures attrahent ſententias: quòd ſententias non abſoluant ſingulas: neque ponant ſolitarias, ſed attrahendo accumulent & continuent. In his primùm ponitur ἀπαρίθμησις, quæ eſt duarum aut plurium rerum diſtinctus ordo: & eſt figura amplificandi, quę vocatur διαίρεσις, id eſt, diſtributio μερισμός. Nam μερισμός eſt ſententiarum: vnam ſententiam generalem diſtribuit in multas: ſecat rem totam in ſuas partes. ſed ἀπαρίθμησις eſt verborum: propterea quòd fit particulis, certis dictionibus & verbis: quemadmodum eſt primùm, deinde, præterea. Nam cùm dicis primùm, obligaſti te auditori, quòd velis etiam addùcere alterum: fit verborum genere. Hermogenes dicit, quòd attrahit δευτέρας ἢ τρίτας ἐννοίας. Nam quia dicis primùm, neceſſe eſt alterum addere: & ſi res patitur, potes addere tertium. Inter exempla Latina & Græca hoc intereſt: quòd Græci ſuo helleniſmo continuent periodos: faciunt ἐπισύναψιν plurium periodorum,

1. Ornamenta περιβολῆς.

ἀπαρίθμησις.

dorum, continuant μερισμὸν, particulis μὲν & δὲ. Et ſic Græci plerique, id eſt, ferè ſemper tractant ἀπαρίθμησιν per ἐπισύναψιν διπλῆν, id eſt, geminam copulationem. Prima eſt, in primum, & deinde. Altera eſt in, μὲν & δὲ: apparet in notiſſimo exemplo Demoſthenis: πρῶτον μὲν, &c. Quia dicit πρῶτον, neceſſe eſt ſequi δεύτερον ἢ ἔπειτα δὲ, &c. Totum exordium eſt προσβλητικὸν; & illa προσβολὴ eſt facta σχήματι, quod vocatur ἀπαρίθμησις. Apud Græcos igitur huiuſmodi eſt exemplum. Latini habent minorem neceſſitudinem, minus continuant, non ita ſæpe vtuntur: & vos debetis in ſcribendo vitare. Latini libentur faciunt ἐπισύναψιν, ſeparant libenter: dicunt Deinde, Aut. Accedit ad hoc, &c. Iſta ἀπαρίθμησις eſt duplex: vna breuis, quæ fit modicis interuallis: illa non eſt huius loci, niſi continuetur & repetatur ſæpius, & accumuletur. Altera eſt huius loci, quæ fit longioribus interuallis: vtriuſque habetis exemplum de Lege Agraria contra Rullum: propoſitio & κατάστασις habet breuem ἀπαρίθμησιν: probatio habet ἀπαρίθμησιν longam. Hìc ego cùm, &c. Cùm, id eſt, primùm: quandoque eſt ἀπαρίθμησις, quæ habet προτίμησιν, delectum: de quo ornamento mox dicemus. Eſt breuis ἀπαρίθμησις, quia in propoſitione eſt. Sequitur enumeratio, primùm, πρῶτον μὲν, &c. Græci vtuntur ἐπισυνάψει per μὲν & δὲ. Latini autem ἀποστάσει. Laudetur) Hactenus primùm. vbi eſt deinde? Deinde eſt factum per ἀπόστασιν: non dicit Deinde verò, ſed, Accedit. Græci igitur tractant hanc figuram ἐπισυναπτικῶς.

ἀπαρίθμησις duplex.

Alterum ornamentum eſt τὸ κατὰ προτίμησιν: *quia particulis & verborum genere fit, quaſi æſtimatio in rebus ponderandis: vt Demoſthenes contra legem Leptinæ:* ἄνδρες δικασταὶ, μάλιστα μὲν. ἕνεκα τοῦ νομίζειν ἂν συμφέρειν τῇ πόλει, λελύσθαι τὸν νόμον. εἶτα δὲ τοῦ παιδὸς τοῦ Χαβρίου εἵνεκα ὁμολόγησα τούτοις ἂν οἷός τ' ὦ συνερεῖν. *Sed hoc exemplum minutum eſt. Illud verò de falſa legatione vtramque figuram complectitur: & hanc ſcilicet, de qua iam agimus, & illam ſu-*

Alterum ornamentum προσβολῆς eſt τὸ κατὰ προτίμησιν.

periorẽ, id quod fit ſapenumerò: Ἧς χάριν δὴ ταῦτ' ἀνέμνησα. πρῶτον οὖν ὑμᾶς καὶ διεξῆλθον τούτους τοὺς λόγους: ἑνὸς μὲν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, μάλιστα καὶ πρώτου: ἵνα μηδεὶς ὑμῶν ἐπειδάν τι λέγοντος ἀκούῃ μου καὶ δοκεῖ δεινὸν αὐτῷ εἶναι καὶ ὑπερβάλλον: εἴπῃ τότε οὐκ ἔλεγες παραχρῆμα ταῦτα οὐδὲ ἐδίδασκες ὑμᾶς θαυμάζειν: ἀλλὰ μεμνημένοι τὰς ὑποσχέσεις, τὰς τούτων, ἃς ἐφ' ἕκαστον καιρὸν ποιούμενοι ἐξεκώλυον λόγου τυγχάνειν τοὺς ἄλλους, καὶ τὴν ἀπαγγελίαν τὴν τούτου ταύτην τὴν μεγάλην εἰδῆτε, ὅτι πρὸς ἅπασι τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτο ἠδίκησθε ὑπ' αὐτοῦ, ὅτι τ' ἀληθῆ παραχρῆμα καὶ ἡνίκα ἔδει πυνθάνεσθαι διακωλύθητε ἐλπίσι καὶ φενακισμοῖς καὶ ὑποσχέσεσιν ἐξαπατώμενοι. *Hactenus expoſitio primi capitis, quod quoniam propter longitudinem habet aliquid obſcuritatis, repetitur paucis* ἐπαναλήψει, *figura quæ vocatur* ἐπανάληψις: πρῶτον μὲν τούτου μάλιστα ὅπου εἴπομεν ἕνεκα ταῦτα διεξῆλθον: δευτέρου δὲ τινὸς καὶ οὐδὲν ἔλαττον ἢ τούτου.

SCHOLAE.

Προτίμησις eſt figura, quæ ſi ad verbum verteretur, eſſet nominanda præexiſtimatio, antepoſitio rei: cùm verbis res anteponitur, & magis æſtimatur, quàm altera: vt in oratione contra legem Leptinę ſtatim in principio: Viri Iudices, eſt vna cauſa maxima, quæ mouet me, quod puto vtile eſſe hanc legem abrogari: altera eſt minor propter filium Chabriæ. προτίμησις eſt facta particula μάλιστα. Latini faciunt in poſtremo ferè membro: Græci dicunt πρῶτον μὲν μάλιστα: Latini in poſtremo. Cùm omnes artes ſunt honorificæ intelligentibus: tum in primis eloquentia. dicitur igitur πρῶτον, in primis, primùm, maximè, cùm & tum: cùm omnes quæſtus ſordidi vituperandi, tum in primis qui ſcelere comparantur.

3.
περιβολῆς
ornamentũ
τὸ καθ' ὑπόθεσιν.

His adiungitur τὸ καθ' ὑπόθεσιν, *verborum ornamentnm, quod fit coniunctionibus, quæ conditionem aliquam*

quam adferunt. Hæ particulæ vel in contrarijs adhibentur: & duas copulant, pluréſve ſententias: vt in tertia accuſatione: Reus eſt enim nocentiſſimus, qui, ſi cōdemnatur, deſinent homines dicere: his iudicijs pecuniā plurimū poſſe: ſi abſoluitur, deſinemus nos de iudicijs transferēdis accuſare. Aliquando ad vnā coniunctionem accedit altera diuerſæ poteſtatis, quæ rationē affert aliquā: vt pro Rabirio Poſthumo: Si extitiſſet in rege fides, nihil ſapientius Poſthumo: quia fefellit rex, nihil hoc amētius dicitur. Aliquando ſemel ponuntur eiuſmodi particulæ: ſed adiuuantur ornamentis alijs περιβολικοῖς, alijſq́; tractationibus, vt ſcil. in exordijs cauſarum: Si quis eſt Iudices, qui C. Rabirium, quòd ſuas fortunas, quòd fundatas præſertim atq; optimè conſtitutas opes, poteſtati regiæ libidiniq́; commiſerit, adſcribat ad iudicium ſuum: non modò meam, ſed etiam huius ipſius, qui commiſit ſententiam. &c. Item in Verrem: Nam ſi iſte id feciſſet, quod primò ſtatuerat, vt non adeſſet: minus aliquantò, quàm mihi opus eſſet, cognoſceretur, quid ego in hac accuſatione comparanda conſtituendaq́; elaboraſſem. Veſtra verò laus tenuis planè, atque obſcura Iudices eſt. Aliquando geminantur aut iterantur hæ particulæ: non in contrarijs, vt in prima ratione: ſed in continuandis rebus generis eiuſdē, vt eodem in loco: Neq; enim hoc à nobis populus Romanus expectat: neque eo poteſt contentus eſſe, ſi condemnatus ſit is, qui adeſſe voluerit: & ſi fortes in eo fueritis, quem nemo ſit auſus defendere. Imò verò adſit, reſpondeat, ſummis opibus ſummoq́; ſtudio potentiſſ. horum defendatur. Aliquando hæ ipſæ particulæ omittuntur: ſed tamen vis earum, tametſi lateat, verumtamen in ipſo ſenſu verborum ineſt: vt in eodem lo-

co: Certet mea diligentia cum illorum omnium cupiditate: veſtra integritas cum iſtius pecunia: teſtium conſtantia, cum illius patronorum minis atq; potentia: tum demum illa iuſta videbuntur, cùm in contentionem certamenq; venerit, id eſt, Si mea diligentia cum illorum omnium cupiditate certauerit, tum demum illa iuſta videbuntur.

SCHOLAE

Adhuc verſamur in explicatione illius Ideæ, id eſt, generis dicendi, quod vocatur περιβεβλημένον, id eſt, circumductum, accumulatum. Hanc formam vocat Hermogenes περιβολὴν, quaſi orationis circumiactationem: hoc genus inſeruit amplitudini. Hiſtorici vtuntur hoc genere. Qui verè ſunt hiſtorici, qui tractant artificioſè hiſtoriã, vſi ſunt hoc genere περιβεβλημένῳ. Et à Cicerone lib. 3. de Oratore vocatur profluens dicendi geuus Hiſtoricorũ: fluit enim continuatis vndis, tanquã flumen oratio hiſtorica. Hoc genere dicendi nõ eſt cuiuſuis vti: nõ omniũ vires ſunt huic generi pares: & multi in hoc peccarunt: cuius peccati cauſa vna eſt, ignoratio artis. Qui enim nõ ſcit quomodo ſit conſtituendum & faciendum, non poterit rectè vſurpare. Sunt non pauci ſcriptores noſtrorũ temporum, in Italia preſertim & Gallia, qui affectarunt hanc copiam & exaggerationem ſententiarũ: ſed aſſecuti ſunt genus dicendi inflatũ & tumidum, quod eſt genus vitioſum. περιβολὴ enim eſt virtus. Inflatũ autem genus & tumidũ, eſt magis tumidum quàm bono ſanguine preditũ. In illud vitiũ incidunt quidam ignoratione artis. Altera cauſa eſt imbecillitas viriũ: plus ſuſcipiunt, quàm poſſunt præſtare: vt, Non cuiuis contingit adire Corinthũ: ſic nõ quiuis orator poteſt eſſe περιβλητικός. Demoſthenes potuit: propterea in principio cauſarũ adhibet: Cicero idem poteſt: ideo libro de officijs ſtatim vſus eſt περιβολῇ: Quanquã te Marce fili, &c. Sunt quatuordecim ſententiæ cõtinuatæ, rem accumulat cum perſpicuitate & pluribus ſententijs. huius virtutis proprium eſt, ſententiarũ copia, & copia cõtinuata verborum ambitu & comprehenſione: ſed ſententiæ debẽt eſſe prudentes: debent eſſe argumentoſæ, παραδειγματικαὶ, ἀγωνιστικαὶ, ἐνθυμηματικαὶ, συλλογιστικαὶ: non debent eſſe ineptæ, ſtultæ, non decoræ, non argumentoſæ. Quicquid huiuſmodi eſt,

Genere dicendi περιβολικῷ multi perperã vtuntur.

Sententiæ περιβολικαί.

facit orationem improbatam. περιβολὴ eſt, vt exemplo oſtendam & quaſi τύπῳ: Quanquã te Marce fili, &c. Item, Et ſi vereor Iudices, &c eſt oratio circũducta, his lacertis auſus fuit vti Cicero & Demoſthenes: πρῶτον μὲν, &c. ἐπειδὴ ζ, &c. Duæ periodi continuatæ vno ſpiritu, lacertoſæ. Cùm autẽ dico, Vos iſthæc intrò auferte, Abite, Soſia, &c. Hoc genus breue & concitatũ, non eſt ἀπερίβολον: ſed eſt σαφήνεια & εὐκρίνεια & καθαρότης: aqua pura & limpida: nõ eſt marinus æſtus & vnda. Si vales bene eſt, ego quidẽ valeo: Eſt oratio minus περιβεβλημένη. Diximus eſſe artificium adhibendũ in hac re. Demoſthenes ſuſcepit hoc genus: habetis in vita eius, quòd eius oratio minus probabatur primò propter vitiũ prounnciationis: non potuit dicere ῥητορικὴν, ſed ἠτορικὴν. Ego credo, quòd hæc idea in cauſa fuit, in qua non fuit exercitatus, quod nõ potuit literam ρ nominare. Sed poſtea placuit magis, quòd hac idea artificioſius eſt vſus. Quod ad artẽ oportet, illa octo conſiderare in omni figura. 1. ſentẽtias. 2. methodos: vt ſciamus, quæ ſententiæ primo loco ponantur: item illuſtrãdi cauſa, vt fiant perſpicuæ: item multiplicandi ſententias, tertiò oportet conſiderare verba: tametſi hoc genus non habet propriũ genus verborum, niſi ἰσοδυναμοῦντα & περιότητα verborum. De his hactenus, de ſententijs, methodis & verbis. Hoc loco cœpimus diſſerere de verborũ figuris, quæ vocantur figuræ dictionis. i. verborũ. Dixi quòd σχήματα ſunt ἐφελκόμενα, ἐφελκυστικὰ, quæ attrahũt alias ſentẽtias & verba alia, hoc eſt, nomen generale. ἐφελκόμενον eſt relatiuum. Quid? attrahit ſententias τὰς δ' ἑτέρας, id eſt, duas vel plures ſententias. Inter illa primo loco ponitur ἀπαρίθμησις, id eſt, enumeratio, & quaſi rei numeroſæ digeſtio, eſt σχῆμα verborum: quia fit certis verbis: ſcilicet primùm, deinde, tertiùm. Nam qui dicit primùm, attrahit deinde: ſi quis interrogetur ex vobis, quæ idea eſt in hoc exordio Demoſthenis πρῶτον ὦ ἄνδρες, &c. ἔπειτα δὲ, &c. Animaduertitur ex σχήματι ἐφελκόντι: & fit enumeratio particulis etiam ὑποτακτικοῖς & relatiuis, ὅσον, τοσοῦτον. Prima igitur figura eſt ἀπαρίθμησις; ſecunda eſt προτίμησις, qua auget corpus orationis. Deinde audis Oratorem iudicium & κρίσιν ſecum afferre ad rem pertinentem & vitam: vt apud Pindarum: ἄριστον μὲν ὕδωρ, &c. Monte decurrens, vt habetis apud Horatium. Pindari περιβολὴ eſt ἀμίμητος: cuius pono iſtud principiũ, ἄριστον ὕδωρ,&c. Eſt προτίμησις: facit iudicium inter aquam & ignem, vtrum ſit præſtantius elementum. Cùm omnes artes vtiles, tum in primis Theologia: eſt προτίμησις. Sic etiam in rebus malis: omnes ignaui ciues pernicioſi, imprimis lenones. Alterum alteri præfers iudicatione, & ſententiæ dictione, in rebus malis & improbis. Fit etiam certis generibus verborum: vt, maximè vellem. Item, Cùm & Tum: Cùm omnia monumenta ſunt fructuoſa, tum inprimis ſacrarum rerum. Tertium eſt τὸ καθ' ὑπόθεσιν, id eſt, oratio, quæ fit coniunctionibus hypotheticis: & vocatur propterea ita, quòd fit apud Græcos particula εἰ, apud Latinos Si: item Quia: item propterea quòd. Et nemo Grammaticorũ puto ſcit, quare Grammatici vocarunt cõiunctiones συνδέσμους, in quiuus ſunt copulatiuę ar, quoq;, Sed, quomodo conditionales ſunt copulatiuæ:

Si verum dicis, ſi verum Gellia narras:
Ediſti nunquam Gellia tu leporem.

Quare coniunctiones σύνδεσμοι? Quia coniungunt duas ſententias: Si, habet tantã vim, vt ſi dicas Si, oportet aliam afferre ſententiam: Si nihil attuleris: Sequitur aliquid, & copulata ſentontia: ibis Homere foràs: quia nihil ſcribis, nihil à me expectes. cur eſt σύνδεσμος? quia eſt concluſio ſententiarum & propoſitionum. Inter omnes coniunctiones, quæ inſeruiunt περιβολῇ, principem coniunctio condicionalis locum habet. Eraſmus in ſuo Ciceroniano irriſit Longolum, quod inceperit ſuas Epiſtolas & orationes à Quanquam, Etſi vel à Si. Sed cur vſus eſt Longolius? quia ſeruiebat dignitati & amplitudini. Vbi Etſi eſt, oportet vt altera adiungatur ſententia. Si quiſquam, oportet ſequatur aliud. Puto vos intelingere ornamentum hoc: & iſta non contemnenda minuta: nam hæc variè tractantur: vel vtimur in contrarijs ſententijs, faciunt orationem non ſolùm περιβεβλημένην: verumetiam ornatã rebus & verbis contrarijs. Et tum plerunque geminatur: faciunt compoſitionem ἀντιθετικήν. Quomodo? Propoſitio incœpit à puritate & addidit περιβολήν, vt oratio eſſet auguſtior. Qui ſi condemnat) Eſt modus primus, qui ornat & auget corpus orationis: non ſolùm facit orationem ἐμπερίβολον: ſed affert etiam ἐσχηματισμένον, ornatum. Aliquando ad particulam conditionalem adiungitur rationalis αἰτιατικῇ, ſiue λογικῇ: & etiam conuenit exordijs: vt, Si exti-

eiſtiſſet, &c. Huic do ſecundum locum. Primum habet modus, Si geminatum: & facit verborum & ſententiarum ἀντίθεσιν: 2. adfert, ſi commutatum & hoc genus, eſt argumentoſum: facit ferè ſyllogiſmum hypotheticum, facit orationem hypotheticam & ἀποφαντικὴν: habet propoſitiones ὑποθετικὰς & δεικτικάς. Si eſſet) Quia ſefellit, id eſt, Sed nõ fefellit Rex: ergo nihil Poſthumo amentius. Fecit integrum ſyllogiſmum in vna periodo & περιβολῇ particulis Si & Quia. Primum exemplum augebat & afferebat elegantiam: ſecundũ eſt magis argumentoſum.

4. Ornamentum περιβολῆς πλαγιασμός.

Etiam πλαγιασμοὶ à Græcis nominati, circumducunt & accumulant ſententias: ſed Græcis magis ſunt vſitati, quàm Latinis. Vſurpant tamen Latini, ſed partim commutatione particularum temporis, partim ablatiuis tempus notantibus: quibus tamen Hiſtorici magis, quàm Oratores vtuntur: vt pro P. Seſtio: Atque illis temporibus ijſdem, cùm iam Capuam Seſtius liberaſſet vrbem, ſenatus atq; omnes boni deprehenſis atque oppreſſis domeſticis hoſtibus, me duce ex periculis maximis extraxiſſent, ego literis Capua eum accerſiui cum illo exercitu, quem tum ſecum habebat: quibus hic literis lectis, ad vrbem incredibili celeritate aduolauit. Item, Iudicijs corruptis nihil amplius relinquitur in Repub Iudices, quod iniquitatis conſilia comprimere poſſit. Inter hæc duo exempla hoc intereſt, quod illud prius, magis eſt ἀμφίβολον propter longitudinem, hoc poſterius propter bonitatẽ καθαρώτερον purius. Sed, vt dixi, hæ quaſi caſuũ obliquationes, Græcis ſũt familiariores: apud quos multa ſunt eiuſmodi generis: cuiuſmodi illud contra Midiã: ἐπειδὴ γὰρ οὐ καθεστηκότος χορηγοῦ τῇ Πανδιονίδι φυλῇ τρίτον ἔτος τουτί, παρούσης τῆς ἐκκλησίας ἐν ᾗ τὸν ἄρχοντα ἐπικληροῦν ὁ νόμος τοῖς χοροῖς τοὺς αὐλητὰς κελεύει: λόγων καὶ λοιδορίας γιγνομένης καὶ κατηγοροῦντος τοῦ μὲν ἄρχοντος παρελθὼν νῦν ἐρχόμην ἐγὼ χρηματίσουσι βουλόντων. *Infinita eiuſmodi exempla ſunt, cùm apud Demoſthenem, & præ cæteris oratoribus Græcis apud Demoſthenem, tum apud Hiſtoricos, quorum orationem diximus eſſe profluentiorem quàm ſit Oratorum.*

SCHOLAR.

Dixi eſſe quoddam dicendi genus, quo Demoſthenes eſt vſus plurimum: præſertim, cùm plenis ſuis vtitur lacertis, & omnibus viribus contendit contra inimicos & vitia populi: Quod genus dixi nominari περιβολὴν, id eſt, orationem circumductam. Habetis apud Virgilium, deductum dicere carmen, id eſt, quod magis eſt continuatum, quod non ἀμοιβαῖον & interceptum: quod eſt quaſi perpetuum: quod voluitur profluenter & volubiliter, id eſt, περιβεβλημένον, quod non eſt extenuatum; vt, Dic mihi Dameta, cuium pecus, &c. Illud non eſt deductum, ſed interclusum. A Ioue principium, &c. & alter dicit, Et me Phœbus amat: ſunt pura & εὐκρινῆ, non deducta: vt illud, Arma virumq́;, &c. Illud magis profluit; Ille ego qui quondam, &c. Eſt περιβεβλημένον. Sed vt in prouerbio eſt, Non cuiuis contingit adire Corinthum: ita non cuiuſuis eſt vti hoc genere. Igitur noſtra ætate & ſuperioribus proximis multi ſunt conati hoc genere vti, ſed parum laudabiliter: id fit propter ignorationem artis, vel propter imbecillitatem naturæ. In hoc genere dixi cuiuſmodi debeant eſſe ſententiæ, μέθοδοι atque verba: & cœpimus dicere, quæ verborum ſint ornamenta: & hactenus tria genera oſtendimus, & eorum variam tractationem, proxima lectione. Venimus ad quartum σχῆμα, qui eſt πλαγιασμός: ſunt vocabula omnia Grammaticorum. Grammatici diuidunt ſuos caſus in duo genera, in ὀρθότητας & πλάσεις πλαγίας. Caſum nominandi vocant ὀρθὸν, & rectum εὐθεῖαν, quæ ſunt ἰσοδυναμοῦντα. Reliquos vocant πλάσεις, quòd deciderint de ſuo ſtatu, πλαγίας, obliquos. ὀρθότης, vt habuiſtis in doctrina σαφηνείας, conuenit dilucido dicendi generi: vt, Quintius Publij Quintij frater eſt: σχῆμα τὸ ὀρθὸν: Vos iſthæc intrò auferte. Alij autem obliqui dicuntur: quia orationem obliquant, faciunt orationem longiorem. Hic eſt liber Petri: Petri facit orationem longiorem. Ego ſaluto Catonem. Apud Græcos propriè dicitur genitiuus abſolutus, vt in illo exemplo: ἐκ καθεστηκότος nondum conſtituto, & λόγων καὶ λοιδορίας γιγνομένης, eſt præcipuè πλαγία πτῶσις. Loco huius Genitiui, Latini vtuntur Ablatiuo aut Datiuo: Conſideranti mihi & memoria ſuperiora repetenti, &c. Si interroger, quod genus ſit dicendi: debeo dicere eſſe ἐμπερίβολον: quia eſt πλαγιασμὸς, qui eſt veluti obliquatio & circumductio. figura rotũda eſt capaciſſima: rotunditas autem fit obliquatione. Hæc figura eſt magis familiaris Græcis: Latini non ita crebrò vtuntur: ſed vtuntur particulis temporis. Cum in Aſiam profectus eſſem: ἐμοῦ ἀπελθόντος εἰς τὴν Ἀσίαν; Et de Quintij morte allatum eſſe, &c. Vtuntur igitur Hiſtorici magis, quàm oratores: minus conuenit ſermoni quotidiano, niſi in breuibus ſententijs. Sed habetis πλαγιασμὸν pro Seſtio: τοῦ Σεστίου μὲν κάπνιον ἀπολωλεκότος. Deprehenſis.) Ibi eſt obliquatio: Me duce, etiam quibus his, &c. videte πλαγιασμὸν: quas literas, vbi is leget. dixi alterum exemplum καθαρώτερον, breuius φθαρθείσης τῆς δικαιολογίας. illa duo exempla tradidi vt indicarem non omnem obliquationem facere περιβολὴν: cum fit in Inciſis & binis membris, eſt exemplum puritatis: cum autem eſt numeroſa periodo, tum demum eſt huius generis. Sed Græci frequentiſſimè vtuntur hac figura: & familiariſſima eſt Demoſtheni: ἐπειδὴ γὰρ ἐκ καθεστηκότος, &c. Ego vſus ſum ablatiuis, vt figuram exprimerem. παρόντος.) alter πλαγιασμὸς. λόγου.) tertius. καὶ κατηγοροῦντος.) quartus: tribus plagiaſmis periodus eſt condenſata. Videamus tertium genus.

Nõ omnis obliquatio περιβολὴν facit.

Hermogenes huius figuræ quintum ornamentum ponit, quod τὸ ἐπιτρέχον accurrens, ἐκ τοῦ παρασυναπτικοῦ per continuationem vocat: & ab alijs dicitur τὸ κατὰ, ἐπιδρομὴν accurſus, accurſio. Non enim eſt vnum genus ἐπιτρέχοντος: Aut enim fit ἐπεμβολῇ: aut fit ὑπερβάτῳ: aut conficitur per ἐπισυνάψιν. Idcircò autem ἐπιτρέχον nominatur, quòd non patiatur, orationem inſiſtere: ſed quaſi incurſu continuatio fit, vt motuum, ſic ſententiarum. ἐκ παρασυναπτικοῦ verò eò dicitur, quòd prima ſen-

περιβολῆς. Quintum ornamentũ τὸ ἐπιτρέχον.

Quomodo fiat.

tentiæ inſequentes annectuntur probandi aut explicandi gratia: vt in illa propoſitione periodi primæ, primi libri Officiorum; Quanquam te Marce fili annum iam audientem Cratippum, idq́; Athenis, abundare oportet præceptis inſtitutisq́; Philoſophiæ: propter ſummam authoritatem & doctoris & vrbis: quorum alter te præceptis, altera exemplis augere poteſt. Ab hoc exemplo differt illud in Epiſtola ad Cœlium, vt: Te rogo, vt memineris quantacunq́; tibi acceſſiones fient, & fortunæ & dignitatis, eas te non potuiſſe conſequi: niſi meis puer olim fideliſſimis atque amantiſſimis conſilijs paruiſſes. Nam tametſi hîc ſententiæ fiunt προσυναπτικῶς: tamen non continuantur argumentosè, vt in ſuperiore exordio Officiorum. Illud verò in tertia Verrina κατ᾽ ἐπεμβολὴν factum eſt: Hoſpes ianitor, qui nihil ſuſpicaretur, veritus ne quid in ipſo ſe offenderit, hominem ſumma vi retinere cœpit. Et illa, quæ inſequitur comprehenſio, ſimili ratione connexa eſt: Iſte qui hoſpitis relinquendi cauſſam reperire non poſſet, alia ſibi ratione, viam munire ad ſtuprũ cœpit. Fit eiuſmodi cõtinuatio etiam ἀπαριθμήσει: ſed in duabus pluribúſue circumſcriptionibus, vt pro Aulo CeCinna: Velim recuperatores hoc totum, ſi vobis verſutius, quàm mea conſuetudo defendendi fert, videbitur, ſic exiſtimetis: primum alium, non me excogitaſſe: deinde huius rationis non modo non inuentorem, ſed ne probatorem quidem eſſe me: idq́; me non ad meàm defenſionem attuliſſe: ſed illorum defenſioni retuliſſe: me poſſe pro meo iure dicere. Et reliqua quæ inſequũtur προσυναπτικὰ ſunt: Minimè in hac re, quam ego protuli, quæri oportere, quibus verbis prætor interdixit: ſed de quo loco ſit actum cum interdixit. Neque enim vim armatorum

matorum ſpectari oportere, in quo loco ſit facta vis: verùm ſit ne facta?

SCHOLAE.

Græci habent quandam figuram, quam vocant ἐπιτρέχον & ἐπιδρομήν, accurſionem ſcilicet verborum. Nam ἐπιδρομὴ ſcilicet λέξεων dicitur, cum verba afferunt ſecum alias ſententias. Alij ἐπιδρομὴν vocant: quo verbo etiam vtitur Hermogenes, oportet videre diſcrimina horum. Superiores tres figuræ fiunt genere verborum. Nam ἀπαριθμήσεις fit illis, Primum, Deinde, Tertio, Cum, Tum, Aut, Maximè, Imprimis: ὑποθέσει particula conditionali. Si, Quemadmodum, Idcircò, Eò, &c. Quarta fit tractatione verbi, ſcilicet πλαγιάσει, cum commutas caſum nominandi cum ablatiuo aut Genitiuo. Quinta verò fit collocatione τάξει: cũ verbis verba inſequentiá annectis: cum coniungis ſententiam verborum collocatione & tractatione. Quæ res in ciuitate duæ plurimum, &c. quarum alteram, &c. hoc eſt, ἐπιτρέχον ἐκ τοῦ παρασυναπτικοῦ, & ἐπιδρομή: id eſt, παρασυνάψαι fecit ἐπιδρομήν.

Περιβολῆς
Septimum
σχῆμα μερισμός.

Septimum ornamentum eſt μερισμὸς, qui conſiſtit in rebus diſtinguendis: id quod fit apud Græcos particulis μὲν & δὲ, quibus ſermo Græcus abundat apud omne genus ſcriptorum. Latini non vtuntur ita, vt Græci, frequenter. Nam aut vtraque omittitur ſæpe: vt, Si fuiſſet in rege fides, nihil prudentius Poſthumo: quia feſellit rex, nihil hoc amentius eſſe dicitur. Sic Poeta: nolo nimis facilem, nec volo difficilem. Aut altera omittitur, & altera ponitur, vt in Catilinam: Si te iam Catilina comprehendi, ſi interfici iuſſero, ideo erit ferendum mihi, ne non hoc potius omnes boni ſerius à me quiſquam crudelius factum eſſe dicat. Verùm ego hoc quod iam primum factum eſſe oportuit: certa de cauſa adducor, iam non faciam: tum demum interficiam te, cum iam nemo tàm improbus, tàm perditus, tàm tui ſimilis inueniri poterit, qui id non iure factum eſſe fateatur. Sic Terentius: Gaudeo ſi quid feci aut facio Simo, quod placeat: & id gratum fuiſſe aduerſum te habeo gratiam. ſed hæc commemoratio quaſi exprobratio videtur immemoris beneficij. Quanquam harum particulatum loco, Latini crebrò vtuntur, Etſi, Tamen, Quanquam, tamen, tametſi tamen. Quid enim intereſt vtrum dicas: Et ſi vereor, ne turpe ſit timere, timeo tamen, an illo modo: Vereor quidem ne turpe ſit timere: verùm tamen metuo. Sed omnis eiuſmodi diſtinctio (ſic enim interpretemur μερισμὸν) ſi breuis eſt, efficit γοργότητα, id eſt, orationem celerem atque velocem, de qua poſt dicemus: vt vſu quidem tuus, poſſeſsione verò Attici noſtri. Et Demoſthenes. Accuſat quidem me, in iudicium autem trahit. Sed hoc genus non eſt huius figuræ propter breuitatem: Tum autem demum eſt, cum pluribus ſententijs & membris ipſa deducitur oratio: vt pro Aulo Cluentio: Sed cum conſidero, quomodo mihi in vtraque re ſit laborandum, altera pars, quæ propria eſt iudicij veſtri, & legitimæ veneficij quæſtionis, per mihi breuis, & non magna in dicendo contentionis fore videtur. Altera autem, quæ procul à iudicio remota eſt, quæ concionibus ſeditioſè concitatis accommodatior eſt, quàm tranquillis, moderatiſq́; iudicijs, proſpicio quantum in agendo difficultatis, & quantum laboris ſit habitura. In breuitate autem fit contra: & præcipuè ſi omittantur particulæ, vt paulo pòſt in eodem exordio. Quamobrem alteram partem cauſæ ſic agemus, vt vos doceamus: alteram ſic, vt oremus. In altera diligentia veſtra nobis adiungenda eſt: in altera fides imploranda.

περιβολῆς Sextum σχῆμα eſt ἀπόστασις, quod conficitur verborum

Sextum σχῆμα ὑπόστα-σις, verborũ relatio.

rum relationibus, cuiuſmodi ſunt Tantum & Quantum is & Qui, Ita & Vt, Magis & Quàm, Minus & Quàm, Quemadmodum & Sic, & quæ ſunt huius generis, ſiue nomina ſiue particulæ. Subcontinuationem vocant ſcriptorum aliqui, quia nihil aliud eſt, quàm Grammaticorum ἀναφορὰ. Relationem licet appellare. Quantum ad exempla attinet, in his neceſſe eſt varietatem obſeruare. Aliquando enim ſimplicia ſunt: & magis orationi apertè & diſtinctè conueniunt, quàm huic copioſo & numeroſo dicendi generi. Cuiuſmodi eſt ille ambitus in cauſa Quintiana: Quæ res in ciuitate duæ plurimùm poſſunt, hæ contrà nos ambæ faciunt in hoc tempore. Aliquando etiam altera particula in hac puritate omittitur: Vt, qui, quæ vult, dicit: quæ non vult, audiet. Fit autem copioſior omnino, ſi ſenſentiæ multæ membris multis continentur: aut ſi plures in eadem periodo fiunt ὑποστάσεις, vt in illa pro A. Cecinna. Si quantum in agro locisq; deſertis audacia poteſt: tantum in foro, atque iudicijs impudentia valeret: non minus in cauſa cederet A. Cecinna S. Eubutij impudentiæ: quàm tum in vi facienda, ceſſit audaciæ. Oratio verò magis circumducitur, cum ὑπόθεσις cum ὑποστάσει in eodem verborum ambitu concurrit: Et tum præcipuè, ſi ὑπόθεσις fiat multiplex: vt pro Archia poeta. Si quid eſt in me ingenij Iudices, quod ſentio quàm ſit exiguum: aut ſi qua exercitatio dicendi, in qua me non inficior mediocriter eſſe verſatum, aut ſi huiuſce rei ratio aliqua ab optimarum artium ſtudijs & diſciplina profecta, à qua ego nullum confiteor ætatis meæ tempus abhorruiſſe: earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius fructum à me repetere propè ſuo iure debet. Præter hæc duo ornamenta etiam ἐπιδρο-

ὑποθέσεως cum ὑποστά-σει coniunctio.

ἐπιδρομή.

μὴ facta eſt, de qua iam dictum eſt. Et illa, quæ in eadem oratione ſequitur, etiam huius eſt generis: ſed magis minuta: Nam quoad longiſsimè poteſt mens mea reſpicere ſpacium præteriti temporis, & pueritiæ memoriam recordari vltimã: inde vſq; repetens, hunc video mihi principem & ad ſuſcipiendam, & ad ingrediendã rationem horum ſtudiorũ extitiſſe. Eſt enim ἀπόστασις in illis particulis, Quoad longiſsimè, & inde vſq;: ſed ſimplicem relationem habet. Quæ verò ſequitur tertio loco, rurſus eſt cõpoſita ex ὑποθέσει. & hac figura, de qua iam agemus: Quod ſi hæc vox huius hortatu præceptisq; conformata nonnullis aliquando ſaluti fuit: à quo id accepimus, quo cæteris opitulari, & alios ſeruare poſſemus: huic profecto ipſi quantum eſt ſitum in nobis, & opem & ſalutẽ ferre debemus.

ORNAMENTA ALIA, quæ orationem faciunt pleniorem.

CAPVT XVI.

H*Actenus de iis verborum ornamentis, quæ vocantur* ἐφελκόμενα *ab* Hermogene. *Sequuntur aliæ quædam, quæ etiam orationem faciunt pleniorẽ: Quorum primum eſt ἄρσις καὶ θέσις, quã remotionẽ atq; aſſumptionem appellare poſſumus in quo aliquibus negatis alia affirmantur, vel maiora vel meliora: in 4. Verrina de Siculis: Nihil cæterorum Græcorum ſimile, nulla deſidia, nulla luxuria: contra nullus labor in publicis priuatisq; rebus, ſumma parſimonia, ſumma diligentia. In hoc exemplo ſingula vagantur forma. Aliquando in altera par-*

ἄρσις ϗ θέσις.

ra parte genus tantùm remouetur, vt pro S. Roſcio: Vt non omnem frugem, neq; arborem in omni agro reperire poſſis: ſic non omnè facinus in omni vita naſcitur. In vrbe luxuries creatur, ex luxuria exiſtat auaritia neceſſe eſt: ex auaritia erũpat audacia: Inde omnia ſcelera atq; maleficia gignuntur. vita aũt hæc ruſtica, quam tu agreſtem vocas, parſimonia, diligẽtia, iuſtitia magriſtra eſt. Neq; poeta ignorant hanc figuram, vt Horatius lib. 2.

Non ebur, neq; aureum
  Mea renidet in domo lacunar:
Non trabes Hymettia
  Premerunt columnas vltima reciſas
Africa, neq; Attali
  Ignotus hæres regiam occupaui,
Nec Laconicas mihi
  Trahunt honeſta purpuras clientes.

Hactenus remotio multorũ, ſequitur aſſumptio meliorũ:

At fides ingeni
  Benigna vena eſt: pauperiemq́; diues
Me petit, nihil ſupra
  Deos laceſco: nec potentem amicum.
Largiora flagito.
  Satis beatus vnicis Sabinis.

Huic figura cognata eſt ἡ ἀναιρέσεως συμπλοκὴ, id eſt, complexio ex negatione facta, vt in tertia Verrina: Suſcepi enim cauſam totius ordinis: ſuſcepi cauſam totius populi Romani: quòd putabam tum deniq́; rectè iudicari poſſe: ſi nõ modo reus improbus adduceretur: ſed etiã diligẽs, & firmus accuſator, ad iudiciũ veniret. Aliquãdo idẽ fit abſq; negatione, vt in eodẽ exordio: vrbem pulcherrimã Syracuſas, quæ cum munitiſſima eſt, tum locũ *natura,terra,ac mari claudebatur.i.nō modo manu munitiſsima eſt,ſed etiam natura,terra ac mari clauditur. Aliquando idem ἄρσις ϗ θέσις efficit,vt ibidem:Nos verò experti ſumus,Italico maximo difficillimoq; bello,Siciliam nobis non pro penaria cella,ſed pro ærario vetere refertam fuiſſe, id eſt,non modo pro penaria cella, ſed etiã pro ærario fuiſſe.*

SCHOLAE. Similis ἀνταναίρεσις,quæ eſt vleuti ἄρσις ἀπὸ τοῦ αἴρω,ſic ἀναίρεσις ab ἀναιρεῖσθαι.dicitur autem ἀναίρεσις κατὰ συμπλοκὴν,ꝑpterea ꝙ negando coniungit & affirmat,ſed nõ remouet,vt ſuperior:fit per illam particulam,nõ modo, ſed etiã, vt:non modo doctus, ſed etiam bonus. Abſque negatione fit,συνδέσμῳ.Ergo duplex συμπλοκή:Aut fit ἀναιρέσει,id eſt, ſublatione & affirmatione:Aut θέσει,id eſt,poſitione & affirmatione.Quod autem ſit cognata hæc figura ἄρσει ϗ θέσει,ſequenti tertio exemplo probatur. Tertia συμπλοκὴ eſt, quæ fit ἄρσει ϗ θέσει.

Eſt etiam apud Hermogenem ſuperioribus duabus figuris annexa συστροφή:*quæ nihil eſt aliud,quàm periodi* συστροφή. *genus verbis ita continuatum atq; contextum,vt neque ſententia abſoluta ſit,nec patiatur oratoris vocem interquieſcere,antequam ad extremum perueniat oratio : cuius id ponit exemplum:*ὃ γὰρ οἷς ἂν ἐγὼ ληφθείην ταῦτα πράττει ϗ παρασκευάζει, οὗτος ἐμοὶ πολεμεῖ κἂν μὴ πῶ βάλλει καὶ τοξεύει:*fit hoc genus plerunq; duabus* ὑποστάσεσι:*De qua figura ſuprà dictum eſt. Huius generis eſt etiam illa Ciceronis:Conſideranti mihi ſæpenumero,atq; memoria vetera repetẽti, perbeati fuiſſe Quinte frater, illi videri ſolent,qui in optima Rep.cum & honoribus & rerum geſtarum gloria florerent,cum vitæ curſum tenuerũt,vt & in negocio ſine periculo,& in ocio cũ dignitate* eſſe poſſint. Spectatur hoc genus & in maioribus verborũ circumſcriptionibus, & in minoribus. Eſt enim etiam illa pro A. Cluentio huius generis: Nego illum adoleſcentem, quem ſtatim è poculo mortuum dixiſti, omnino illo die eſſe mortuum: Illud κατὰ συστροφὴν confectum. Deinde membratim: magnum & impudens mendacium perſpicito. Deinde rurſum συνεστραμμένως: Dico illum, cum ad prandium crudior veniſſet, & vt illa ætas fert, ſibi tum non peperciſſet, aliquot dies ægrotaſſe, atque ita eſſe mortuum. Ergo huius generis ſunt, tum quæ vera vocantur periodi, tũ περιοδικαὶ, tum etiam πνεύματα, de quibus ſeorſim præcepimus. Habet etiam Hermogenes ἐπιμβολὴν, quæ ſententiarum in ipſo verborum ambitu interpoſitio eſt, quæ quoniam verborum genere, breuiter fit, inter ornamenta verborum numeratur. Cuius id eſt exemplum: τοῦ γὰρ φωκικοῦ συστάντος πολέμου: inchoata ſententia eſt: ſequitur, de qua iam diximus, ἐπεμβολὴ (οὐ δι' ἐμὲ) οὐ γὰρ ἔγωγε ἐπολιτευόμην τότε. Et poſt hanc interpoſitionem ipſa ſequitur ὑποστροφὴ, reditus ſcilicet ad inchoatam ſententiam: πρῶτον μὲν ὑμεῖς οὕτω διεκεῖσθε, ὥστε φωκέας βούλεσθαι συνθῆναι. Sic apud Ciceronem. Quid? ſi quis ſimilis iſtius? neque enim deerunt, qui imitari velint aliquem mei diſſimilem, cui Reſpublica tantum non debeat. & cætera. Hæc ſunt in hoc genere tradita ab Hermogene verborum ornamenta: Reliqua quæ in dicendi generibus conſiderantur, Vt membra, Collocationes, Clauſulæ, Numeri libera ſunt. Omnia enim in hanc formam cadunt dicendi, membrorum ambituum, numerorum. Clauſularum genera etiam breuium modo continuata ſint, non auulſa ab antecedentibus aut inſequentibus *ſententijs, earumq́; verbis: ad quam rationem adhibenda eſt illa, de qua antea, προσυνάψις, quæ non verborum & membrorum ſolùm eſt, ſed etiam comprehenſionum.*

SCHOLAE. Diximus ab Hermogene, ad illa dicendi ornamenta, quæ ἐφελκόμενα dicuntur, adiecta eſſe alia, quæ illam neceſſitudinem attrahendi non habeant, vt fuit ἄρσις καὶ θέσις. Ἄρσις, quod negando remoueat: θέσις quod affirmando aliquid ſtatuit: ſed non ſolum in hoc genere vſurpantur hęc ornamenta, ſed etiam in alijs. Delectatur illa figura plerumque iteratione in θέσει. Sed non ſolum θέσις habet iterationem, ſed etiam ἄρσις: ibi non eſt ſolum περιβολὴ, ſed etiam καλλωπισμός. In his figuris autem eſt ἰσότης, in vtraque parte compar numerus ſententiarum, vt exemplum iam dictum. Altera eſt, quod negantia aliquando ſint pauciora quàm affirmantia, id eſt, ἄρσις eſt breuior, quàm θέσις. Hoc genere ἄρσεως vtimur in hoc genere λαμπρότητος, cum de nobis volumus aliquid honorificè loqui. Tertia tractatio eſt, cum ipſa ἄρσις eſt prolixior, quàm θέσις, id eſt, plura ſunt negantia quàm affirmantia, quo genere vtimur in morato dicendi genere, cum non volumus diuitias noſtras laudare, ſed paupertatem confiteri: vt illud exemplum Horatij, Non ebur neque aureum, &c. Quando ſunt τὸ ἐξ ἀναιρέσεως συμπλοκὸν, quam etiam ſatis copioſè explicauimus nuper. Iam ſequitur συστροφή, verborum conuerſio, quæ non diſſimilis τῷ ἐπιτρέχοντι, niſi quod hęc ſemper adfert neceſſitatem: & eſt ἐφελκόμενον, συστροφὴ verò non. Et iſtud genus conficitur plerumque duplici ἀποδόσει, vt ὅ, οἷς, ἄν, ταῦτα, οὕτως; συστροφὴ ſpectatur etiam in particulis periodi, vt δικώλοις, ſi continuentur per figuram, quę dicitur προσύναψις: Item in periodicis & pneumatis. Numerat etiam Hermogenes ἐπεμβολήν, quæ videtur nihil aliud eſſe, quàm ὑπέρβατον: cuius exemplum Demoſthenis de Corona, Hermogenes protulit, οὐ δι' ἐμὲ, οὐ γὰρ ἐγώ. Iſta ἐπεμβολὴ inchoat quidem περιβολὴν, ſed non perficit eam.

DE

DE ACCVRATO DIcendi genere.

CAPVT XVII.

HActenus de duobus dicendi generibus, aperto & amplo: Item de amplitudinis ſex figuris, ex quibus ipſa conſtat, graui, aſpera, acri, ſplendida, vegeta, circumducta: Sequitur dicendi genus accuratum, in quo ſpecies atque pulchritudo exiſtit orationis: Hanc figuram ἐπιμέλειαν vocant Græci. Cuius duo ſunt genera, quorum vnum perpetuum, quod in omnibus ſpectatur orationis partibus, omnibúſque partibus oratorij officij, etiam in omnibus dicendi generibus, in generibus etiam omnium oratorum: Nihil enim in laudabile oratore debet eſſe informe. Concinna igitur eſſe debet collocatio Exordij, Narrationis, Confirmationis, Reſutationis & Perorationis: elegans etiam ſententiarum, inciſorum, membrorum, ambituum, contextus: decora vox, geſtuſqué, quo oratorem decet, neceſſarius. Et ipſa etiam aſperitas atque atrimonia ſuum quaddam habet veluti decus. Sed de hoc, non in hoc tempore nos agimus: Eſt enim magis decori, quàm huius accuratæ diligentiæ: eſt alterum dicendi genus, quod eſt Elegantiæ & concinnitatis, Græcorum Sophiſtarum proprium: vt Gorgij Leontini, Prodici Chij, Iſocratis, Plinij: etiam Panegiricus huc referri debet. Et quoniam ex huius generis præceptis ſumuntur etiam cæterorum oratorum ornamenta, ſi de hoc dixerimus, ſatisfeciſſe officio noſtro videbimus. Hoc genus à Cicerone floridum dicitur in oratore,

Elegantia.

& quaſi Virginalem habet ἀχαλίαν: cuiuſmodi illa eſt Corydonis apud Verg. in Alexi.

Huc ades, ô formoſe puer: tibi lilia plenis
Ecce ferunt Nymphæ Calathis, tibi candida Nais
Pallentes violas, & ſumma papauera carpens,
Narciſſum & florem iungit benè olentis anethi,
Tum caſia, atq; aliis intexens ſuauibus herbis,
Mollia luteola pingit vaccinia Caltha:
Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala,
Caſtaneasq; nuces, mea quas Amaryllis amabat,
Addam cerea pruna, & honos erit huic quoq; pomo:
Et vos ô lauri carpam, & te proxima myrte,
Sic poſitæ quoniam ſuaues miſcetis odores.

Epitheta.

Hoc igitur genus, non tam in ſententiis ſententiarúmque figuris (quanquam etiam in his ſpectatur, tamen non tam in his) quàm in verbis eorúmque ornamentis, & ſtructuris & numeris conſiſtit. Verba igitur eſſe debent quotidianæ conſuetudinis, & natiui ſermonis, non peregrina, non antiquata, non longè petita. Quæ enim in veſtitu offendunt, eadem etiam in verbo: quicquid contrà approbatam eſt conſuetudinem. Verba etiam quæ vocantur appoſita, ſiue addita, ἐπίθετα, etiam huius ſunt generis. vt,

Mollia luteola pingit vaccinia Caltha.

Verborum etiam varietas concinna, quæ conſiſtit in Ἰσοδυναμίᾳ, vt in Corydonis donis. Nymphæ ferũt: Nais papauera carpit, Iungit florem benè olentis anethi, Intexit ſuauibus herbis: pingit vaccinia. Ipſe mala legam, addam cerea pruna. Honos erit huic quoque pomo: Et vos, ô Lauri, carpam, &c. Non tam ipſa dona Corydonis compoſita & ita concinnata videntur, *quàm ipſius Poetæ oratio. Huic generi contrarium eſt τὸ ἀμελὲς, quod vicium ſequitur ἀφιδμία, neglectus, & ἐντίλεια κατὰ τὴν σύνταξιν. Cuius contraria virtus, quantam vim habeat, intelligitur ex Corydonis myrthe atque lauro: Sic enim poſitæ ſuaues miſcebant odores: Quæ ſi aliter collocatæ fuiſſent, & minus habuiſſent voluptatis, & minus fuiſſent viſæ pulchræ atque elegantes.*

SCHOLAE.

Quemadmodum dixi de principio huius doctrinæ, Oportet vnam perpetuam virtutem eſſe, quæ dicitur σαφήνεια, perſpicuitas; & propterea dicendi genus primum, quod ſemper debet adhiberi, & in omnibus partibus orationis, vt oratio ſit veluti ſimpliciſſima aqua: ſed quoniam fons hic eſt minimus, non ſatis delectat, niſi habeat iuſtam amplitudinem: propterea ſecundum genus dicendi eſt, quod amplum dicitur, μέγεθος: quod duobus ſpectatur: primum corpore, deinde authoritate. Primum dicitur περὶ τοῦ ποσοῦ, de quantitate: id quod fit περιβολῆ, Circumductione. Sed vt vocamus paruum hominem, Imperatorem, aut Alexandrum magnum, non propter corpus, ſed propter authoritatem: Sic etiam in dicendo, facit orationem amplam authoritás ſententiarum, amplitudo & τραχύτης, quæ habet authoritatē in caſtigandis vicijs ſenatus & maiorum. Et σφοδρότης habet μέγεθος: nam eijcit ex vrbe impios ciues, præmio afficit bonos. Sic λαμπρότης: Nam habet enumerationem rerum, quæ ſecum adferunt laudem, honorem. Ἀκμαῖος λόγος: etiam dicitur magna, propter lacertos, quia eſt lacertoſa. περιβολὴ etiam habet μέγεθος quantitate. Sequitur tertium dicendi genus, quod dicitur ἐπιμέλεια: genus dicendi accuratum, & accurata oratio, id eſt, ἐπιμέλεια: eſt oratoris diligentia, efficiens κάλλος, id eſt, pulchritudinem, ſpeciem & formam orationis pulchram: quemadmodum in corpore humano vocatur ἐπιμέλεια, propter cauſam efficientem: κάλλος dicitur propter effectum; ergo ſunt ἰσοδυναμοῦντα. Apud Ariſtotelelem ſunt duo genera pulchrorum corporum: ſana animantia dicuntur pulchra, propter ſanitatem corporis: Deinde in animantibus voca-

ἐπιμέλεια.

mus pulchrum, formoſum, argutum caput. Sic etiam duo genera ſunt in oratione pulchra: vnum eſt ſanitatis, & perpetuò neceſſarium: oportet eſſe perpetuò perſpicuã orationem: vt oratio pro Quintio eſt pulchra, & pro Milone, &c. Et hæc pulchritudo dicitur perpetua, & eſt vniuſmodi: ſuo loco poſitũ exordium, narratio, &c. periodi bene collocatæ, &c. Altera pulchritudo eſt quaſi cõparata pompæ, oſtentationi, & quaſi feſtiua, cõueniens feſtis, nõ quotidianis occupationibus, addit tanq̃ emblemata pulchriora, induit orationẽ aliquam tanq̃ ſponſam: & vocatur Sophiſticũ genus: propterea quòd Sophiſtæ huius generis ſunt inuentores & vſurpatores: vt Gorg. Leontinus fuit: vt extat etiã & apparet apud omnes doctos: neq; eſt occultatũ, vt prius. Hoc genus habet oſtentationẽ nec diſſimulatur ab oratoribus. Nunc dicemus de iſto Sophiſtico genere: hoc genus dicẽdi magis cõficitur verbis, quàm ſententijs. Sententiæ quidem faciunt γλυκυτεραν, orationẽ dulcem: vt loqui de floribus, de argento, &c. Sed de pulchritudine iam loquimur, quæ efficitur verbis, & quæ cõſequuntur: vt ſunt, σχήματα, membra, periodi, collocatio, clauſulæ, numerus: verba debent eſſe quotidiani ſermonis, quæ bipartita ſunt: aut natiua, aut conuerſa, æquè vſitata atq; natiua & propria, vitanda ſunt peregina vocabula Deinde verba, quę vocãtur ἐπιθέτα, ſunt etiã huius loci, vt mollia luteola. 3. verba ἰσοδυναμοῦντα: vnum verbum commutare idem ſignificanti. Debemus non eodẽ ſemper vti: vt legere, carpere, ferre, & contraria horum: eſt ἀμίλεια, quæ propria eſt barbarorum & ignauorum. ſed quod in his medium eſt, eſt κρύψις, moderatio. Sic habemus tria genera huius figuræ. vnum apertum, alterum neglectũ & diſſolutum, leuidenſe, abſq; numero. Medium, vt oratores perfecti, qui ἐπιμέλειαν nõ ad κάλλος, ſed ad occultationes dirigunt.

In figuris igitur verborum accuratæ orationis primum locum tenet παρίσωσις, *id eſt, verborum ſimilitudo. Ea vel eſt in principio membrorum, &* ὁμοίαρθρον σχῆμα *dicitur: vt,* προσήκει ἀκούειν προθύμως: *Ego omni officio cæteris ſatisfacio omnibus. Hoc inuentum Sophiſtarum eſt, vt apparet in conuiuio Platonis, quemadmodum*

Sophiſtica ratio.

dum rectè annotauit Hermogenes: παυσανεὶς δὲ παυσαμένη, διδάσκουσι γὰρ μεῖστα λέγειν, οὕτωσὶ οἱ σόφοι, ἔφη Ἀριςόδημος. Alterum genus eſt in fine: quod vel verborum eſt, ὁμοιοτέλευτον dicitur: vel nominum, ὁμοιόπτωτον nominatur: quorum vtriuſq; exemplum eſt illud pro Cecinna; Si quantum in agro locisq; deſertis audacia poteſt, tantū in foro atq; iudicio impudentia valeret: non minus nunc A. Cæcinna S. Ebutij cederet impudentia: quàm nunc in vi facienda ceſsit audacia. Præter hæc duo genera eſt etiam tertium, membrorum: cùm vel bina vel terna reperiuntur paria membra, vt & in hoc ipſo ambitu exordij pro Cecinna: Si quantū in foro, &c. Et pro P. Quintio, Quæ res in ciuitate duæ, etc. Eſt etiam illa partitio huius loci: quòd vnum genus ſit ſimilitudinis Iſocrataum et ſophiſticum: quod apertum habet atq; oſtentatum καλλοπισμὸν: cuiuſmodi innumera ſunt apud Iſocratem exempla. Alterum oratorum, in ſeueris cauſis temperatum, vt genus orationis efficiatur probabile. Ea temperatio varijs fit modis. Primùm ſi illud ὁμοιόαρκτον occultetur præpoſitione, aut interpoſitione aliorum verborum: ac in medio occultatur ſimilitudo: vt pro Cluentio: quarum altera mihi niti & confidere maximopere videbatur, inuidia iam inueterata iudicij Iuniani. Deinde occultant etiam ſimilitudinis vetuſtatem, διακόψει ἐπεμβολῶν: cuius id Hermogenes ponit exemplum ex Demoſthene: τὸ μὲν γὰρ πολλὰ πεπολικέναι κατὰ τῶν πολέμων, τῆς ἡμετέρας ἄν τις ἀμελείας δικαίως θείη, τὸ δὲ μὴ πάλαι τοῦτο πεπονθέναι. Hactenus Inchoata ſimilitudo: ſed poſt ſimilitudinem facta interciſio & interiectio eſt, de qua diximus. φαίνεταί τινα ἡμῖν συμμαχίαν τοῦτον ἀντίρροπον.

Et poſtremo primo membro, vltimum par membrum refertur: τῆς παρ᾽ ἐκείνων ἀνοίας εὐεργέτημα ἔγωγε θείην. Tertio loco fit etiam contemperatio venuſtatis ἐναλλαγῇ, hoc eſt, Verborum & nominum commutatione, cuius id ſit exemplum ex ſeptima Verrina: Tum in prouincia pop. Romani prætor, cum tibi maritimum bellum eſſet adminiſtrandum, Mamertinis ex fœdere, quum deberent nauem, per triennium remiſiſti. Deſijt orator perſona ſecunda, cui reliquæ clauſulæ reſpondeant. Sed ſtatim de principio facit ἐναλλαγὴν: Tibi apud eoſdem priuatim nauis oneraria maxima publicè eſt ædificata. Et poſt hanc reditus ad primam ſimilitudinem: Tum à ciuitatibus pecunias claſſis nomine coegiſti, tu precio remiges dimiſiſti, tu cum nauis eſſet à quæſtore & à legato capta, prædonum archipiratam ab omnium oculis remouiſti: Tu ciues Romanos, qui à multis cognoſcerentur, tecum ferre potuiſti. Deinde poſt hanc venuſtatem nonnihil continuatam, commutauit non perſonam verborum, ſed verbi formam: Tu tuam domum piratas abducere, in iudicio archipiratam domo producere auſus es? Et rurſus reditio ad primam ſimilitudinem: Tu in prouincia tam ſplendida, apud ſocios fideliſſimos, ciues Romanos honeſtiſſimos, in metu periculóque prouinciæ, dies continuos in littore conuiuijsq; iacuiſti? Deinde rurſus ἐναλλαγῇ. Te per eos dies nemo domi tuæ conuenire, nemo in foro videre potuit. Et poſt Enallagẽ reditus ad ſimilitudinem: Tu ſociorũ atq; amicorũ, ad ea conuiuia, matresfamilias adhibuiſti. Tu inter eiuſmodi mulieres prætextatum tuũ filiũ, nepotẽ meũ, collocauiſti. Et huic ſtatim facta eſt ἐπεμβολὴ & interciſio. Vt ætati maximè lubricæ atq; incertæ nequitiæ, parentis exempta vita præberet.

Rurſus ad ſimilitudinem regreſsio: Tu propter amorem libidinémque tuam, imperium nauium legato populo Rom. ademiſti: Syracuſano tradidiſti. Rurſus commutatio: Tui milites in prouincia Siciliæ frugibus frumentóq́; caruere: tua luxuria atque auaritia claſsis pop. Roman. à prædonibus capta & incenſa eſt: poſt Syracuſas conditas, quem ad portum nunquam hoſtis acceſſerat, in eo, te prætore, primùm piratæ nauigauerunt. Rurſus regreſsio ad ſimilitudinem: Neque hæc, tot tantáq́; dedecora, diſsimulatione tua, nec obliuione hominum ac taciturnitate tegere voluiſti: ſed etiam nauium præfectos, ſine vlla cauſa de complexu hoſpitumq́; tuorum & parentum ad mortem cruciatumq́; rapuiſti. Et deſinit tandem ἐναλλαγῆ: Neque in parentum luctu atque lachrymis, te mei nominis commemoratio mitigauit: tibi hominum innocentum ſanguis, non modò voluptati, ſed etiam quæſtui fuit.

SCHOLAE.

Diximus eſſe duplicem ἐπιμέλειαν: vnam ſophiſtarum, quod genus dicendi eſt floridum & apertum, & oſtentatã habet venuſtatem, vt Leontini. Hermogenes etiam apud ſcriptores Atticos eam inuenit. Altera quæ eſt oratoria, occultata, κρύψιν habens: vt orator non ſit pomposus, ſed ornatus, fortis & virilis ſit. Hoc genus maximè ſpectatur verbis & verborum ornamẽtis, collocatione, membris, numeris & clauſulis. Verba debent eſſe ſermonis quotidiani. Quicquid enim peregrinum & obſoletum eſt, & longè petitum: hoc magis riſum mouet, quàm admirationem pulchritudinis. Deinde ſint ἰσοδυναμοῦντα, idem ſignificantia. Tertiò debent eſſe ἐπίθετα, quæ ſenſum mouent videndi: id eſt, poſt verba, ſpectanda verborum ornamenta. σχήματα debent eſſe εὐπρεπῆ: ſed conuenientia & decora, non καλλωπισμένα, id eſt, habentia elegãntiam oſtentatam: ſed εὐπρέπην, id eſt, pulchram, cum decoro, πρεπόντως καλά. Inter iſta ponitur primùm παρίσωσις, quod vocabulum ge-

παρίσωσις.

nerale eſt. Aſſimilatio enim, id eſt, verborũ ſimilitudo, fit vel in principio, & vocatur ὁμοιαρκτος: vel in fine, ὁμοιοτέλευτος: vel fit in ſimilibus caſibus ὁμοιόπτωτος: vel membris, ἰσόκωλος.

Metatheſis etiam occultat, cùm caſus nominum aut verborum in eundem modum tranſponuntur: vt, τὸ μὲν τοίνυν ἐν τῇ πρεσβείᾳ, πρῶτον κλέμμα μὲν φιλίππου, δωροδόκημα δὲ τῶν ἀδίκων τούτων τοιούτων ἐγένετο. *Et alterum exemplum ex eodem authore poſitum ab Hermogene:* καὶ μηδὲν ἀληθὲς ἀπηγγελκότα καὶ κεκωλυκότα ἐμοῦ τὸν δῆμον ἀκούσετ᾽ ἀληθῆ, καὶ μηδὲν εἶναι προσετάξεσθαι ὑμεῖς πεποιηκότα, καὶ ἀνηλωκότα τοὺς χρόνοις.

SCHOLAE.

Cœpimus dicere de prima figura huius dicendi generis, quod κάλλος dicitur & ἐπιμέλεια. Huius partes duæ ſunt: vna Sophiſtarum, quæ habet apertum ornatum, & dicitur genus dicendi Sophiſticum & floridum: Vt eſt genus dicendi Iſocratis, qui hanc venuſtatem ſecutus eſt, etiam in grauiſſimis rebus. Altera pars eſt oratoria, ſeuerũ genus dicendi, ornatus grauis, pulcher poſitus, compoſitus ad ſeueritatem actionũ, non tam ſpectatur ornamentis, quàm verbis, & ea quæ ſequuntur, ſcilicet ſex partes. Sententias non habet proprias. Nam quæ ſuauitatem habent, non pertinent huc. Verba debent eſſe natiua, non peregrina, quæ non ſunt noſtræ conſuetudinis, remota, quæ nimis longè petitæ ſunt. Verba etiam huc pertinent ἰσοδυναμοῦντα. Antiquata verba ſunt, quæ ſublata ſunt ex noſtra conſuetudine. Prima verborum figura eſt παρίσωσις, quæ quadruplex eſt: vel ſpectatur in principio, & dicitur ὁμοιαρκτος: quando ſyllabæ in duab. vel tribus, pluribusúe dictionibus eodem modo incipiunt. Alterum genus eſt ὁμοιοτέλευτον: cùm membra deſinunt iiſdem verbis. Tertium ὁμοιόπτωτον, quando deſinunt in ſimiles caſus. Quartum eſt ἰσοκωλία, cùm vel bina vel terna, vel quaterna paria collocantur. Quemadmodum duo ſunt genera ἐπιμελείας, ita etiam figuræ ſunt duorum generũ. Aut enim tractantur

παρίσωσις quadruplex

tur apertè, aut occultantur. Oratores igitur occultant primum interpoſitione aliorum verborũ, vt inuidia iam inueterata in hac forma, tanquã flamma. Deinde etiam διακοπὴ. i. interpoſitione aliarum ſententiarum, παρεμβολὴ. Tertius modus eſt ἐναλλογὴ, variatio: cùm idem modus variè variatur. Quartus eſt μετάθεσις, tranſpoſitio: cùm ijdem caſus aut verba non ponuntur in fine, vt conſpiciantur: ſed in medio collocantur, vt fiat confuſio.

Huic figuræ ſimilem vim habet ἐπαναφορὰ, verbi ſcil. vnius iteratio in principio: quæ ornatam facit orationem, ſi fiat membris prolixioribus: vt in 5. Verrina: Verrem eſſe, qui veſtras villas ſuis manubijs ornat: Verrem eſſe, qui cũ certet, vt plures hîc ſociorũ vrbesq́; ille hoſtiũ ſpoliaſſe videatur, &c. Tale etiã iſtud de corona Demoſthenis: μέχρι τούτου Λεαθένης φίλος ὠνομάζετο φιλίππου, ἕως προύδωκεν ὄλυνθον· μέχρι τούτου τιμέλαος ἕως ἀπώλεσε θήβας· μέχρι τούτου εὔδικος ϗ σῆμος οἱ λαρισσαῖοι, ἕως θετταλίαν ὑπὸ φιλίππου ἐποίησαν, εἶτα ἐλαυνομένων ϗ ὑβριζομένων, ϗ τί κακὸν οὐ παχόντων πᾶσαι οἰκούμενοι μέσαι τῶν προδοτῶν. Sed fit hic ornatus occultè elegantior: ſi iterationem excipiat alia figura: vt eodem in loco & exemplo; τὶ δ᾽ ἀρίστοδος ἐν κυκιῶνι ϗ τὶ περίλαος ἐν μεγάροις οὐκ ἀπηρημένοι. Cùm verò breuioribus abſoluitur iteratio, præter ornatum accedit etiam γοργότης, verborum celeritas, de qua poſtea dicemus. Ea fit vel vno verbo; vt, In hac cauſa frumentaria cognoſcenda, hæc vobis proponitur Iudices: Vos de rebus fortunisq́; Siculorum omnium, de ciuium Romanorum bonis de Vectigalibus à maioribus traditis, de vita victuq́; populi Romani cogituros. Vel fit duobus, vt ſit ornatus quaſi geminatus: vt, Ita credo ſi non virtute, non induſtria, non innocentia, non pudore, non pudicitia, at ſermone, at literis, at humanitate eius delectamini.

Epanaphora.

SCHOLAE. Quid ſit Ἐπαναφορὰ ſcitis, quæ nihil aliud eſt, quàm verborum iteratio: Cicero vocat iterata verba, quæ continentur in vno membro: vocantur Geminata, ſi abſque interuallo repetuntur: vt Iam iam adeſt. Iterata verba ſemper faciunt ornatam orationem, ſed ſolùm in membris longis: ſi breuia ſunt membra, fit etiam γοργότης celeritas, vt exempla tradidimus. Habet varietatem, vel fit vno verbo, vel duobus: Vno, vt, Verrem Verrem: Duobus, vt in altero exemplo: do, do, do, &c. Aliquando fit mutatio caſuum in verbis iteratis, quæ facit orationem occultiorem & elegantiorem, vt in exemplo V. Verrinę.

Iterationis etiam genus eſt ἀντιστροφὴ, idem verbum in extremis membris repetitum, quod ornamentum huius proprium accurati generis. Cuius illud eſt Hermogenis exemplum ex Demoſthene contra Aeſchinem: Πράττεταί τι τῶν ἡμῖν δοκούντων συμφέρειν, ἄφωνος Αἰσχίνης ἀντήκουσέ τι, καὶ γέγονεν ὃ οὐκ ἔδει πάρεστιν Αἰσχίνης. *Sic contra Rullum Cicero: Quis legem tulit? Rullus. Quis maiorem partē populi ſuffragijs priuauit? Rullus. Quis Comitijs præfuit? Rullus. Quis tribus, quas voluit vocauit, nullo cuſtode ſortitus? Idem Rullus. Quem principē renunciauit? Rullū. Neq; refert ſi fiat aliqua cū mutatio aut additio, aut ablatio, vt in illo Demoſthenis:* πρὸς μὲν τὸ τὸν πόλεμον ταχὺ καὶ κατὰ καιρὸν πράττεσθαι πολλῷ προέχει: πρὸς τε τὰς καταλλαγὰς, ἃς ἂν ἐκεῖνος ἐποιήσατο, ἀσμένως πρὸς Ὀλυνθίους ἐναντίως ἔχειν. *Hoc genus etiam celeritati inſeruit, ſi membris fiat breuioribus.*

SCHOLAE Tradidimus duo ornamenta ἐπιμελείας, quam vocemus accuratum dicendi genus: eſt genus dicendi, quod habet κάλλος. I. genus erat παρίσωσις ὁμοιοτέλευτον, ὁμοιόπτωτον, ἰσόκωλον: & erat ἐπαναφορὰ: cùm fit in fine, dicitur ἀντιστροφὴ: cùm omnino terminatur verbo eodem, aut ferè eo-

eodem, vt in exemplo Hermogenis ex Demoſthene deſumpto videre licet, vbi verbum πράττει ſufficit. Dicitur autem ἀντιστροφὴ, quòd differat ab ἐπαναφορᾷ, oppoſitione loci, & in fine fiat reditus ad idem verbum.

Eſt etiam huius generis geminatio verborum, quæ ἐπαναστροφὴ *dicitur, verbis ſcilicet in medio continenter abſque interuallo iteratis: vt in illo Demoſth. pro Corona:* ὃν γὰρ δήπου Κτησιφῶντα μὲν δύναται διώκειν δι' ἐμέ: ἐμὲ δὲ εἴπερ ἐξελέγχειν ἐνόμιζεν αὐτὸν οὐκ ἂν ἐγράψατο. *Hæc figura vehementior eſt* ἀναδύπλωσις: *vt in Catilinam: Viuis, viuis, non ad deponendam, ſed ad confirmandam audaciam, &c: Fuit, fuit iſta quondam in hac Republ. virtus. Et: nos, nos dico apertè, conſules deſumus. Sic Philippica: Hæc inuſta à te: à te inquam mortuo Cæſari nota ad ignominiam ſempiternam. Sed* ἀναστροφὴ *hac duplicatione eſt modeſtior atq; lenior cum quadam ſuauitate: vt, nihil in te ſordidum: nihil humile noui: noui ſemper liberalem, ſemper fortem, &c. ſemper amauit me, me de ſuo latere diſcedere noluit.*

3. Figura ἐπαναστροφὴ geminatio verborum.

Quarta figura eſt illa, quæ vocatur ἐπαναστροφὴ, quæ à ſuperioribus duabus figuris differt loco proprio. Ἐπαναφορὰ enim fit in principio: ἀντιστροφὴ in fine membri: ἐπαναστροφὴ in medio, id eſt, in fine vnius membri & in principio alterius membri: vt in exemplo Demoſthenis paulò antè dictato. ἀναδίπλωσις differt à ſuperioribus tribus: Illa enim tria habēt interualla: ipſa ἐπαναστροφὴ fit in fine prioris membri & principio alterius membri: & fit nunc interuallo interſpiratione ſcil. ἀναδίπλωσις inſeruit σφοδρότητι vehementiæ & τραχύτητι aſperitati in ipſos iudices. Sic ἀναδίπλωσις non ſolùm ornatum habet: ſed etiam σφοδρότητα & τραχύτητα. Ἐπαναστροφὴ autem quamquā etiam interdum inſeruiat σφοδρότητι, tamen eſt remiſſior.

SCHOLAE. Diſcrimen inter ἐπαναστροφὴν, ἐπαναφορὰν & ἀντιστροφήν.

Habet etiam ἐπιμέλειαν *ſiue* ἐπεμβολήν, *ornamen-*

κλιμακωτόν.

tum ab Hermogene κλιμακωτὸν appellatum: quod ab alijs κλίμαξ dicitur, id eſt gradatio. Hoc propter apertam venuſtatem raro vſurpatur ab oratoribus: ex Demoſthene vnũ ſolùm adſertur exemplum: vt, οὐκ εἶπον μὲν ταῦτα: οὐκ ἔγραψα δέ: οὐδ' ἔγραψα μέν: οὐκ ἐπρέσβευσα δέ: οὐδ' ἐπρέσβευσα μέν, οὐκ ἔπεισα δέ. Cicero paulò vtitur liberius, vt ferè ſemper Demoſthene eſt liberior, vt pro Flacco: Si Prætor ſcriptũ à Quæſtore numeraret: Quæſtor à menſa publica: Menſa aũt ex vectigalibus aut ex tributo. Et pro S. Roſcio: In vrbe luxuries creatur: ex luxuria exiſtat auaritia neceſſe eſt: ex auaritia erumpit audacia: hinc omnia ſcelera atq; maleficia gignũtur. Vti poſſumus hac figura in cauſis efficientibus cõtinuatis: vt natura bona cauſa eſt diligẽtiæ: diligẽtia doctrinæ: doctrina verò opũ et gloriæ. At in ijs rebus, in quibus eſt ordo cõtinuatus: vt,

Vſus figurę huius.

Torua Leæna lupum ſequitur: lupus ipſe capellam:
Florentem Cythiſum ſequitur laſciua capella.
Te Corydon ô Alexi, &c.

Hæc figura non ſolùm eſt pulchritudinis: ſed etiam ſuauitatis, quã Græci vocant γλυκύτητα: et propterea in hoc loco adhibita à Virgilio. Suus enim cuiusq; amor vnicuiq; ſuauis eſt. Sunt etiam venuſtatis: οἱ κατὰ συζυγίαν μερισμοὶ διὰ τὴν ἰσοκωλίαν, hoc eſt, pariter reſpondentia membra conficientes, vt Demoſth. Παρὰ μὲν γὰρ τὰς τῶν χορηγιῶν δαπάνας. Ex Choragorum enim expenſis parua diei parte beneficium ſpectantibus præſtatur: belli verò apparatu & copijs in perpetuum tempus ſalus ciuitati comparatur. Sed vt anteà dictum eſt, Latinus ſermo infrequentius vtitur his particulis, vt in illo Rabiriano exemplo: Si extitiſſet in rege fides, nihil ſapiẽtius Poſthumo: quia autẽ fefellit rex, nihil hoc amẽtius dicitur. Græcus omnis ſermo huiuſmodi

μδε

μερισμὸν *poſtulat : vt,* εἰ μὲν πιστὸς αὐτῷ ἦν ὁ βασιλεὺς, οὐδὲν φρονιμώτερον Ποσθήμευ: Ἐπειδὴ δὲ ἄπιστος ὁ βασιλεύς: οὐδὲν τούτου ἀφρονέστερον εἶναι λέγει.

SCHOLAE. μερισμός.

Hermogenes inter χήματα venuſtatis.i. καλλωπισμοῦ, numerat μερισμὸν i. figurã verborum, quæ conficitur particulis μὲν & δὲ. Ab Hermogene vocatur μερισμὸς: ab Ariſtotele ἑλληνισμὸς: propterea quòd Græcus ſermo maximè conſtituitur & continuatur his particulis. Non autẽ omnis μερισμὸς eſt venuſtus vel idoneus ad venuſtatẽ : ſed tum demum, cùm fit κατὰ ςυζυγίαν, per copulationẽ τῶν κώλων membrorũ : efficiens periodũm τετράκωλον: in qua periodo duo membra duobus reſpõdent: cùm duo continẽt propoſitionẽ, duo propoſitionis redditionẽ. Iſta ἰσοκωλία eſt duplex: vel membra ſunt paria vel imparia numero ſyllabarũ: vt, ſi quantũ in agro, &c Ibi eſt συζυγία & ἰσωλία. Non minus eſt etiam ςυζυγία efficiens ἰσοκωλίαν: cùm efficitur par numerus ſyllabarum. Tunc eſt oratio venuſtior & accuratior. Cùm autẽ numerus eſt impar, tunc eſt ἐπιμέλεια. Sic Demoſth. exemplũ περὶ μὲν, &c. Sunt membra omnia imparia: ſed tamen bina binis reſpõdentia. Latini non ita frequenter vtuntur hoc χήματι: & propterea cõuertentes Græcos libros ſæpe eaſdẽ particulas omittũt. Apud Ciceron. in oratione Rabirian. Si fuiſſet in rege fides, &c. Et propoſitio habet mẽbra bina: redditio bina: ſed particulę μὲν & δὲ omiſſę ſunt: quæ aliàs, ſi quis Græcè vellet vertere, poni deberẽt. Sed eſt duplex illa ςυζυγία, hoc eſt, copulatio membrorũ. Vnũ enim genus eſt paria membra ſyllabarũ numero efficiens: quod genus magis accuratũ eſt, & comparatũ καλλωπισμῷ. Alterum verò κρυπτὸν occultatũ, habens curã compoſitionis : membra ſcil. imparia efficiens paucitate, aut multitudine ſyllabarum.

ἰσοκωλία duplex.

Duplex ςυζυγία.

Sunt etiã verborum quadã figura, qua καινοπρεπεῖς *nominãtur ab Hermogene : quòd nouã quandam babeãt contra quotidianã conſuetudinem cũ decoro venuſtatẽ. Sed aliud oratorũ eſt, aliud poetarum decorũ. Quare nõ ſolùm modus in his eſt retinendus : ſed etiam diſcrimen quod inter oratores eſt & poetas. In his figuris eſt* διαίρε

διαίρεσις.

σις: vt apud Græcos μηδὲν: apud Latinos nihil, cõmune omnium et quotidianũ erat. At Demoſthenes καὶ & etſi, μηδὲ neque, δι' ἓν propter vnum, ἄλλο aliud. Et poeta Romanus vetuſto more:

Nec proficit hilum, &c.

Τμῆσις.

Eſt etiam τμῆσις, quæ eſt in collocando poſita, verborum diſiunctio: vt apud Oratores: Per mihi gratum eſt, &c. Et apud Horatium lib. II. Epiſtolarum ad Mecænatem:

Quo me cunque rapit tempeſtas, deferor hoſtes.

ἀναστροφή.

ἀντιμερία.

Eſt etiam ἀναστροφὴ, ſiue μετάθεσις, inuerſus verborum ordo: vt, omnia me aduerſum ſpectantia: nulla retrorſum. Item, Annos ſupra octoginta natus. Et ἀντιμερία, partium orationis commutatio: vt,

Scire tuũ nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter. Itẽ,
Hoc ridere meum tam nil nullaq́; tenendum:
Iliados, &c.

ἀντίπτωσις.

ἀνταριθμός.

ἑλληνισμός.

Et ἀντίπτωσις: Vrbẽ quam ſtatuo veſtra eſt. Quam mihi miſiſti hamathemam propter ſummum artificium mihi gratiſsima eſt. Et ἀνταριθμὸς, numerorum commutatio: vt, cùm non nemo dicimus, aut non nullus, pro non vllus. Et linguarum commutatio, quæ à Græcis dicitur ἑλληνισμὸς: vt, Tempus abire tibi eſt, &c. Sed hoc poeticum, illud magis oratorum: tametſi poeta, Illius ergò venimus, &c. Nam Cicero in contrariarum orationum argumento, Aeſchinis & Demoſthenis dicit: Virtutis & beneuolentiæ ergo, vt apud Græcos ἀρετῆς καὶ εὐνοίας ἕνεκα. fortaſsis huius generis

ἐξ ὑπογίου.

ſunt etiam de repente, vt apud Græcos, ἐξ ὑπογίου, ex tempore: vt apud illos, ἐκ τοῦ παραχρῆμα λέγειν, ex tempore dicere, Cùm quotidianum ſit ſubitò dicere. Sed vt dixi: Quod vnumquemque decet ſcriptorem: hoc in vnoquoque pulchrum eſt. Eſt igitur illud apud Horatium *lium pulchrum: Tempus abire tibi eſt, &c. At non idem apud Oratorem. Et propterea pulchra ſunt poetis αἱ παραγωγαὶ, αἱ προσθέσεις, αἱ ἐπενθέσεις, αἱ ἀλλοιώσεις, αἱ ἐκθλίψεις; et ſi quid huius generis eſt aliud. Orator verò his vtetur parcius aut ferè nunquam, niſi exempli cauſa, aut imitationis gratia, &c.*

Hermogenes inter figuras verborum venuſtatis habet eas, quæ vocatur σχήματα καινοπρεπῆ, ſcilicet habentia nouitatem πρέπουσαν, id eſt, decorum. καινοπρέπεια verò illa duplex eſt: Primùm æſtimatur nouitate, cùm aliquid dicimus antea non vſurpato more: Deinde etiam antiquitate, cúm aliquid eſt tam antiquum, vt, ſi vſurpatur, pro nouo habeatur. Cùm igitur dico: ſua caſtra propter caſtra Cæſaris poſuit, eſt καινοπρεπὲς, id eſt, antiquitatis renouatio. Altera diuiſio eſt, quòd hæc σχήματα aut oratorum ſint aut poetarum: vt corrumpier pro corrumpi: item olli pro illi: mutata ſcilicet i in o. Item Epentheſis, induperator pro Imperator: à dies fiet diuturnus. Quædam verò ſunt communia cum poetis, tum oratoribus: vt Græcis μηδὲν. At Demoſth. μηδὲ ἕν: dicimus, nullum & non vllum. Sic eſt altera figura τμῆσις, ſectio. Differunt, quòd ἀναίρεσις diuidit compoſitum: τμῆσις ſeparat verba continuanda. Eſt etiam ἀναστροφή. Cicero dicit, vbi alij nunquam eam rem: ſed in eamque rem. Et illa τμῆσις longè eſt venuſtior. Alij vocant μετάθεσιν. Eſt etiam ἀντιμερεία, qua oratores vtuntur non tam apertè quàm ipſi poetæ: coniuncta ἀντίπτωσις. Sic numerorum commutatio, etiam eſt καινοπρέπεια: & facit orationem ἠθικὴν modeſtam: vt, Nos conſules, nos bellum ſuſcepimus. Et numerus interdum ſingularis pro plurali ponitur: vt, non nemo, id eſt, nonnulli. Item immutatio alterius linguæ, vt apud Græcos ἕνεκα genitiuum exigit: ſic Latini ſuo ergò tribuerunt etiam genitiuum. Habetis etiam alias huius generis figuras, quæ ſunt poeticæ. Sed hæ non ſunt huius loci: eas tantùm numeraui, quibus Oratores interdum vti poſſunt.

SCHOLAE. καινοπρέπεια duobus modis æſtimatur.

τμῆσις. Diſcrimen inter διαίρεσιν & τμῆσιν

Numerorũ cõmutatio.

MEMBRA ET PERIODI accurati dicendi generis.

CAPVT XVIII.

Hæc de figuris verborum in hoc accurato dicendi genere: Sequuntur membra, quæ vult Hermogenes eſſe mediocriter longa: & coniuncta non disiuncta, hoc eſt, vt Græci vocant μὴ διεστηκότα: quod ſit ea figura, quam Græci vocant προσαφὴν. Duplici autem conuerſione diſtinguuntur membra: primùm ſententiarum ἀποστάσει, earumq́ue nouis exordijs: deinde vocalium concurſu: quorum vtrumq; vitandum eſt in hoc genere. Membra etiam breuia in hoc genus cadunt, qu vocatur τὰ ἐξ ἐπιπλοκῆς βραχείας per annexionem: cuius præcepti id ponit exemplum Hermogenes ex oratione Demoſthenis contra legem Leptinæ: οὐ τοίνυν μόνο μὴ λαχὼν ἀδικηθῇ δεῖ σκοπεῖν τῷ φιλοτιμίας ἕνεκα ἢ αὐ τῆς δωρεᾶς σπουδὴ γένοιτ' ἂν οὐ χρείας, ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἄλ λος εἶμεν ἐποίησεν ὑμᾶς ἐξαπατήσειν. Simile eſt illud Ciceronis pro P. Quintio: Illud quoque nobis accedit i commodum, quòd M. Iunius, qui hanc cauſam aliquoti apud te egit, homo & in alijs cauſis exercitatus: & hac multum & ſæpe verſatus, hoc tempore abeſt no legatione impeditus: & ad me ventum eſt, qui vt ſu ma haberem cætera: temporis quidem certè vix ſa habui, vt rem tantam, tot controuerſijs implicatam c gnoſcere poſſem. Sunt igitur duo membrorum genera hac figura: primi generis longa abſque diſtinctione, pr pria huius figuræ: alterius verò generis ea, quæ comm nia ſunt cum velocitate ac celeritate. De qua figu

mo

mox dicendum erit, breuiora ſtil. membra: ſed eodem modo vt illa longiora continuata atque contexta: ſequitur Compoſitio ſiue collocatio verborum, quæ in hoc genere nō debet eſſe aſpera conſonantibus: nō hiulca vocalibus: ita vt neq; verſus fiat collocatione verborū, et tamen verborū curſus proximè à verſu abſit. In qua cura pedes adhibēdi ſunt ij, qui inter ſe habēt aliquā neceſſitudinē, quos Græci vocāt οἰκείως ἔχοντας πρὸς ἀλλήλους: *vt ſunt, Iambus & Trochæus, Dactylus & Anapæſtus, Pyrrichius & Tribrachus. Poſtremò notanda ſunt verba* ἰσοσύλλαβα, ἰσοήχονα, ἰσότιτω: *ſed variè inter ſe commiſcenda ſunt. Clauſulæ in hac figura non placent Hermogeni, quæ vocantur* βεβηκυῖαι, *ſed* ἀπηρτισμέναι. *Quorum primum genus grauitati inſeruit: cum ſyllabis longis clauditur oratio: cuiuſmodi ſunt in Spondeo. Dichoræo, Pæane tertio. Alterum verò genus breuioribus ſyllabis, non tam ſubſiſtit, quàm decurrit: vt Iambis, Trochæis, Pyrrichijs. Anapæſtis: vt in illo Demoſthenis: Quoad potero, &c. Sic Cicero: Quarum alteram vereor, alteram metuo. Item: Si in nobis eſſent ſaltem mediocria. Item: Niſi tempus & ſpatium datum ſit, intelligi non poteſt. Item: reperiri non poterit. Item: quàm quid debeat facere. Illud enim Quintianum exordium habet multas huiuſmodi clauſulas, celeriter decurrentes.*

Cōpoſitio ſeu collocatio verborū in accurato dicendi genere.

Clauſulæ huius figuræ.

SCHOLAE

Sequūtur membra huius generis, & collocationes, clauſulæ atq; numeri. In hoc igitur genere accurato dicendi membra eſſe debēt longiora: & omnino nō debet membratim cōfici: ſed membra debēt continuari περιοδικῶς. Sunt aūt membrorum tria genera: vel ſunt media 14. vel 15. ſyllabarum: vel σχοινοτενῆ: vel κομματικὰ. In hoc loco debemus duo genera comprehendere, media & oblonga: ſed illa nō debent eſſe nimis crebra. Vergilius non ignarus huius

Tria membrorum genera.

rationis in illa Ecloga: Dic mihi Damæta,&c. Illud non habet dicendi genus accuratum: ſed habet γοργότητα. In illa: Sicelides Muſæ,&c. ibi omnino extracta eſt oratio: vnus verſus non niſi vnam ſententiam continet: ſed neceſſe eſt aliquando fieri parua membra: neceſſe eſt oratorem ſequi neceſſitudinem rerum &ſcientiarum. Ergo membra ſunt aliquando in hoc genere breuia.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΓΟΡΓΟΤΗΤΟΣ De concitato & veloci dicendi genere.

CAPVT XIX.

De celeritate.

Sequitur velox & concitatum dicendi genus, cuius contrarium vitioſum eſt, ignauum & iners, & remiſſum, & quaſi ſupinum: quod Græci ὕπτιον nominant & ἀνειμένον. Illud verò, vt iam aliquoties eſt dictum, γοργὸν appelletur: cuius idea atque forma γοργότης dicitur. Vtimur hoc genere, aut in imitatione actionis celeris: vt in illo:

Vſus huius figuræ.

Forte ſimul Fannam pedum Troadaq; puella.

Vel in deliberatione nobiſcum inſtituta: vt, Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem, cùm accerſor vltrò? Excluſit: reuocat: redeam ne? Non ſi me obſecret. Item in oratorijs altercationibus & interrogationibus teſtium. In hoc genere primo loco verba cõſiderantur, quorum breuis eſt præceptio. Omne enim genus breuium verborum eſt huius loci. Breue verò duobus modis dicitur: primùm ſyllabis, vt ſunt nomina verbaq; ὀλιγοσύλλαβα: Deinde mora & ſpatio, vt ſunt βραχύχρονα. Ergo facit & Deûm velocius, quàm Diuûm. Et Tribrachus Dactylo aut Anapæſto rapidior eſt, tametſi etiam Anapæſtus *peſtus currat celeriter : vt in choris atque ſaltationibus apparet : vt, Miſerarum eſt, nec amori dare ludum, neque dulci mala vino. Sed de pedibus ſuo diſſeremus loco. Tractandi ratio, quam ſæpe μέθοδον appellauimus: in hac figura eſt, vt Hermogenes ſcribit, ὁ τμητικὸς τρόπος, modus interſecandi: quæ eſt ratio orationis interſecandæ, verborum figuris, membris, collocatione, clauſulis, numeris. Ergo in hac ratione occupationes, quas ἀπαντήσεις vocant, & in his ἀντιθέσεις breuiter abſoluta eſſe debent. Cuius rationis id etiam Hermogenes ponit exemplum : τί γὰρ καὶ βουλόμενοι μετεπέμπεσθε αὖ αὐτοὺς ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ: διὰ τὴν εἰρήνην: ἀλλ' ὑπῆρχεν ἅπασιν. διὰ τὸν πόλεμον: ἀλλ' αὐτοὶ περὶ τῆς εἰρήνης ἐβουλεύεσθαι. Sic Cicero in Roſciana: Quid ergo? Audaciſſimus ego ex omnibus? Minimè. At tanto officioſior quàm cæteri? ne iſtius quidem laudis ita ſum cupidus, vt eam aliis præreptam velim. Quæ res igitur me præter cæteros impulit, vt cauſam S. Roſcij reciperem? Fiunt autem occupationes confitendo atque concedendo, quas συγχωρήσεις vocant. Et cùm poſt conceſſionem ſequitur reſponſio atque refutatio, tum demum συνδρομὴ dicitur, vt κακοδαιμονοῦσι βιζάντιοι? σφόδρα γε, ἀλλ' ὅμως δεῖ σφώοις αὐτοὺς εἶ). Eſt etiam huius loci μετάβασις, quæ perſonarum habet varias appellationes: vt,*

> *Et nos ô Lauri carpam, & te proxima Myrthe.*

Item perſonarum commutationes: vt,

> *Et cùm clamarem: quò nunc ſe proripit ille,*
> *Tityre coge pecus: tu poſt corecta latebas.*

Hactenus de aperto dicendi genere: deinde de magno

& amplo: tertio de pulchro & accurato. Sequitur iam quartum dicendi genus γοργότης, velox. Huius contraria figura eſt vitioſa, λόγος ὕπτιος, ſupina oratio & ignaua: vocatur etiam ἀνειμένη, languida: quia minimè videtur eſſe actuoſa. Ergo ſemper oportet adhibere celeritatem, quæ in περιβολῇ. Eſt enim procliuis ad tarditatem, propter longitudinem: propterea adhibenda celeritas. Illa figura ad hoc conducit, vt fiat medicina reliquarum figurarum. Deinde neceſſaria eſt propter actiones rerum humanarum. Cùm petimus aliquem citò adeſſe, debemus animum ipſum imitari, &, facere γοργότητα. Hoc genus orationis non habet proprias ſententias: quamuis ſententiæ acutæ videantur huius generis. Μετάβασις eſt cùm ab vna perſona ad alteram tranſimus.

ἀποστροφή. *Velocem etiam orationem facit* ἀποστροφή, *id eſt, breuiter facta verbis declinatiuncula poſt inchoatam ſententiam, & ad eam perficiendam reuerſio: cuius duo ponit Hermogenes exempla Demoſtheuis: quorum vnum eſt,* ὅτι τοίνυν ἐστὶν ὁ πρῶτος τῶν Ἀθηναίων αἰσθόμενος Φίλιππον. *Hactenus inchoata ſententia, ſed nondum terminata: ſequitur illa, de qua dicimus declinatiuncula:* ὡς τότε δημηγορῶν ἔφη: *Deinde redditio ad abſoluendam ſententiam,* ἐπιβουλεύοντα τοῖς Ἕλλησιν. *Alterum exemplum eſt:* τὸν γὰρ Φωκικὸν συστάντος πολέμου. *Ac deinde* ἀποστροφή: οὐ δι' ἐμέ, οὐ γὰρ ἔγωγε ἐπολιτευόμην τότε. *Et poſtea reditus ad rem ipſamq; ſententiam:* πρῶτον μὲν ὑμεῖς οὕτω διέκεισθε, *Sic Cicero contra Rullum: Hîc, quoniam video vos hominis dignitate, & contumelia legis eſſe commotos: renouabo illud, quod initiò dixi, Et pro S. Roſcio: Literam illam cui vos vſque adeò eſtis inimici, vt eos omnes oderitis ita vehementer ad caput affigent: vt poſtea neminem alium, niſi fortunas veſtras accuſare poſſitis.*

Dixi

SCHOLAE.

Dixi Hermogenem inter ſuas figuras, quas vocat ἰδέας, primum locum dare figuræ Ariſtotelicæ, ſcilicet perſpicuitati: & ponit primam figuram σαφήνειαν, id quod etiam facit Ariſtoteles, lib. 3. Rhetoricorum. Eſt præſtantiſſima virtus in oratione perſpicuitas: quoniam maximum vitium omnium eſt obſcuritas. Sed oportet, vt orationis perſpicuitas ſuum habeat corpus. Quæ enim exilia ſunt, non ita percipiuntur apertè, ac quæ ſunt maiora lumine. Ergo dicendi figura eſt τὸ μέγεθος, oratio magna & ampla, vt omnino ſuum iuſtum curſum corpus contineat; quæ conſtat, non ſolùm in tota oratione, ſed etiam ſingulis periodis: quæ ſuas quoq; magnitudines habet: neq; periodorũ ſolùm magnitudines conſiderandę ſunt: ſed etiam membrorum. Sed vt non ſatis eſt, equum eſſe magnum: ſed etiam pulchrũ eſſe oportet: ita orationem non ſatis eſt eſſe magnam, ſed etiam pulchrã. Propterea dicendi figura tertia eſt oratio pulchra, ἐπιμέλεια: quę primũ incipit à diligentia cognitionis, ſiue à cognitione cauſę. Neceſſe eſt enim oratorem inueſtigare cauſam. Hæc cognitionis diligentia, de qua Craſſus & Quintilianus in lib. 3. de Oratore, non eſt φράσεως, ſed εὑρέσεως, inuentionis. ibi de hac doctrina præcipitur. Hìc autem ἐπιμέλεια eſt Elocutionis: vt pulchrum genus ſit verborum, ſententiarum, & earum tractatione pulchra oratio, ſuauiter profluens pro decoro. Clauſulæ aliquando procurrentes celeriter: aliquando conſiſtentes: nec ſit aſpera aut hiulca. Hanc ἐπιμέλειαν diximus eſſe duplicem: vnam apertam & oſtentatam, quæ nominatur καλλωπισμὸς, (Κάλλος non ſolùm eſt pulchritudo: ſed etiam oſtentata pulchritudo). Hoc genus eſt Sophiſtarum: alterum genus eſt Oratorum, quo vtuntur Oratores, in rebus grauibus. Nam ſenatoria toga habet ſuum ornatum: vt veſtis non ſolùm ſis munda: ſed etiam digna perſona. Et hæc Ἐπιμέλεια eſt grauitatis atq; veritatis: & quoniã delectat per inſidias quaſi, id eſt, occultè, dicitur nõ καλλωπισμὸς, ſed ἐπιβολή. Hæc tria genera ſuperioribus diebus & horis ſunt à nobis explicata. Cœpimus autẽ hiſce diebus tradere quartum dicendi genus, Non ſatis eſt equum eſſe magnum & pulchrum: ſed etiam velocem eſſe oportet: ſic etiam orationẽ non ſolũ magnam, perſpicuã & pulchrã eſſe oportet: ſed etiã celerem, non ignauã orationẽ. Nã ignaua oratio & iners reprehẽditur: quod genus dicẽdi eſt ἀνειμένον, id eſt, remiſſum. Velocitas vocatur τάχος ſiue ταχύτης. Sed Rhetores non voluerunt nominare ταχύτητα, ſed γοργότητα, id eſt, orationem formidabilem ipſis auditoribus. Et propterea magna vis eſt in illo vocabulo. Hæc celeritas non habet proprium genus ſententiarum. Omnes enim ſententiæ debent eſſe celeres. Quemadmodum enim miles omnibus generibus armorum vtitur celeriter, nullũ reijcit: ſic etiam iſtud genus dicendi, quod vocatur γοργὸν, non habet proprium genus ſententiarum: ſed habet propriam methodum.

Ratio tractandi ſententias in hoc genere

Ratio tractandi ſententias in hoc genere eſt τμητικὸς τρόπος, ratio interſecandi. Diximus τμῆσιν eſſe relatiuũ. Nam ſectio eſt rerum interſecandarum interſectio. Vbicunque eſt interſectio: ibi oportet eſſe ἐνεπεμβολὴν, &c. Quanquam te M. fili annum iam audientem Cratippum, &c. ibi facit τμῆσιν Diximus deinde περὶ ἀπαντήσεων, Item περὶ ἀντιθέσεων, Item περὶ συγχωρήσεων.

ὑποστροφή.

Sequitur alia figura ὑποστροφή: quæ nihil aliud eſt quàm ἐπεμβολὴ τῆς ἐννοίας, ante ſententiam perfectam, in medio ſententiæ facta. ſunt enim duo genera ἐπεμβολῆς: Vnum interſectionum ſententiæ: Alterum poſt ſententiam perfectam: quorum vtrumq; habetis in illa periodo: Quanquam te M. fili annum iam audientem Cratippum, idque Athenis: ὑποστροφή, idque: non eſt interſectio, ſed adiectio rationis. ἐπιτρέχον eſt, cum rationes continuantur cum propoſitionibus in vna periodo, vt in priori exemplo. Cum verò interponitur quid in medio, eſt ὑποστροφή: cum poſt ſententiam perfectam, τὸ ἐπιτρέχον. Hermogenes vocat ὑποστροφὴν, quod Grammatici nominant παρένθεσιν. Hoc genus eſt duplex: Vnum proprium huius generis, ὑποστροφὴ breuiter facta: & illud inſeruit γοργότητι: Alterum eſt longum, & illud eſt περιβεβλημένον, prolixum.

ἐπιτρέχον.

I. *Excitat etiam orationem, neque eam ignauam eſſe patitur, id ornamentum, quod* ἐπιτρέχον *dicitur: in quo eſt ſententiarum propoſitio: cum ſcilicet & oratorum & approbationum & attributorum accurſio eſt atque concurſio. Cuius id eſt exemplum:* Ἐπειδὴ γὰρ ὁ καθεστηκότ©

χορηγοῦ πανδιονίδι φυλῇ τρίτον ἔτος τουτί: παρούσης δὲ τῆς ἐκκλησίας ἐν ᾗ τὸν ἄρχοντα ἐπικληροῦν ὁ νόμος τοῖς χοροῖς τοὺς αὐλητὰς κελεύει: λόγων καὶ λοιδορίας γογνομένης: καὶ κατηγοροῦντος τοῦ μὲν ἄρχοντος τῶν ἐπιμελητῶν τῆς φυλῆς: τῶν δὲ ἐπιμελητῶν τοῦ ἄρχοντος παρελθὼν ὑπεσχόμην ἐγὼ χορηγήσειν. *Verborum etiam ornamenta in hoc genere* τμητικὰ *ſunt: Cuiuſmodi eſt illud ornamentum quod* ἀσύνδετον *dicitur à Græcis, & à Latinis diſſolutum: quod in hoc veloci dicendi genere variũ eſt. Nam vel* κομματικὸν *eſt breuibus ſententiarum inciſis, vt pro P. Seſtio: Graculũ ſe putari voluit: literis ſe dedidit: nihil ab his iuuabatur: libelli pro vino oppignorabantur: manebat inſaturabile abdomen: copiæ deficiebant. Deinde diſſolutum ſactum* κατ᾽ ὄνομα*: quod ſingulis fit verbis, vt in quarta Verrina: Vt arare, vt paſcere, vt negociari lubeat. Item, Cum alteri totam Achaiam, Theſſaliam, Græciam, Macedoniam, omnemq́; barbariem, bona ciuium Romanorum condonaſſes. Nunc etiam illud diſſolutum, quod* ἐξιλλαγμένον *dicitur, quod fit verbis idem ſignificantibus, eodemq́; pertinentibus, vt* πρῶτον ἀμφίπολιν λαβὼν; μετὰ ταῦτα τὴν πύδναν, πάλιν ποτίδαιαν: μεθώνην αὖθις: εἶτα θετταλίας ἐπέση. *Et Cicero de prouinciјs conſularibus: Omitto Iuriſdictionem contra leges: ſenatusq́; conſulti cædes relinquo: libidines prætereo. Hoc cum in longioribus fit membris, magis accuratum dicendi genus pertinet: quàm ad illud breue & concitatum, vt in eadem oratione de prouinciјs conſularibus. Itaq́; omnia illa quæ cum ſæpe audiuiſtis & tenetis animis, etiam ſi non audiatis, prætermitto: Nihil de hac eius vrbana, quam ille præſens in oculis veſtris mentibusq́; defixit, audacia loquar. Nihil de ſuperbia, nihil de contumelia: ni-*

Ornamenta verborũ in hoc genere τμητικά.

bil de crudelitatę diſputo. Lateant libidines eius tenebricoſa, quas fronte & ſupercilio, non pudore & temperantia contegebat. De prouincia quod agitur, id diſputo. His adiungit Hermogenes partitiones, quas μερισμοὺς vocat: ſed eas demùm, in quibus ſunt breues reuerſiones: vt, ἑσπέρα μὲν γὰρ ἦν, ἧκε δὲ ἀγγέλλων τις. Sic Cicero in Quintiana. Tametſi omiſsis particulis; Miſerum eſt exturbari fortunis omnibus, miſerius cum iniuria: acerbum eſt ab aliquo circumueniri: acerbius à propinquo. Calumiſoſum eſt bonis euerti, calamitoſius etiam cum dedecore. His adiungitur τὸ κατ᾽ ἐπαναφορὰ κομματικὸν, id eſt, inciſa, quæ fiunt verbis relatis: vt, Tibi ſe, tibi ſuas omnes facultates commendat, tibi committit omnē exiſtimationem ac ſpem reliquæ vitæ. Itē, Adde iſtos ſermones hominum: adde ſuſpiciones, adde inuidiam. Item: Nego in tota Sicilia, tam locuplete: tam vbere prouincia, tot oppidis, tot familijs, tam copioſis vllum argenteum vas: vllum Corinthium aut Deliacum fuiſſe: nego vllam gemmam aut margaritam fuiſſe, aut quicquam ex auro atque ebore factum: ſignum vllum æneum, marmoreum, eburneum: nego vllam picturam, neque in tabulis, neque textilem fuiſſe: quin quæſierit, inſpexerit: quod placitum ſit, abſtulerit. Sed iſtud poſtremum exemplum, præter velocitatem etiam concinnitatem habet, varijs repetitam verbis. Cuiuſmodi etiam illud in eodem exordio: Nihil in ædibus cuiuſque, ne in oppidis quidem: nihil in locis communibus, ne in fanis quidem: nihil apud Siculum, nihil apud ciuem Romanum: denique nihil iſtum, quod oculos animúmque accenderit, neque priuati, neque publici, neque profani, neque ſacri tota in

Siciliæ reliquiſſe. Duplex igitur eſt Ἐπαναφορά: *prima eſt huius generis* γοργότητος, *ſed altera* τῆς ἐπιμελείας. *Cum hac figura eandem vim habet* τὸ κατ' ἀντιστροφὴν κομματικόν, *vt Hermogenes vocat. Cuiuſmodi id exemplum etiam eſt:* ταξιάρχοις παρ' ὑμῶν, ἱππάρχοις παρ' ὑμῶν. *Item, Scribis nihil: ſignificas nihil: agis domi nihil: cogitas nihil: meditaris nihil. Et his addit Hermogenes* ταχείας, *celeres etiam,* καὶ δι' ἐλαχίστου, *modico interuallo factas* συμπλοκάς: *quæ coniunctionibus efficiunt breuiter copulatam orationem: vt in illo: Spoliemus orbem terrarum: vendemus vectigalia; effundemus ærarium. Hactenus inciſim & diſſolutè: ſequitur diſiunctio copulans; vt locupletatis aut inuidiæ, aut peſtilentiæ poſſeſſoribus, agri tamen emantium, &c. Sed hæc omnia eiuſmodi eſſe debent vt breuiter abſoluantur. Fit enim ſæpe, vt quædam ſpeciem habeant celeritatis & huius methodi, quā* τμητικὴν *vocamus: ſint tamen magis circūducta, quàm velocia nō: tam ſimilia torrenti, quàm animi leuiter profluenti. Contra etiam fit vt coagmentata videantur, quæ celeriter incurrūt: quemadmodum etiam quædā tarda putantur, quæ tamen ſunt concitata; quædā rectè annotauit Hermogenes. Sed hæc diſtinctio æſtimāda eſt breuitate membrorū, eorumq; multitudine et paucitate, interſpiratione et vocis cōtinuatione. Reliquæ partes huius generis cuiuſmodi eſſe debeāt, facilè intelligitur. Mēbra enim breuia et curta, quæ* κομματικὰ *nominātur, debēt eſſe: et verborū collocatio non hiulca. Numeri etiā minuti: Trochæi, Pyrrichij, Tribrachi, Anapæſti, Dactyli, &c. cōtinuati velociter currūt, vt apparet in illo; vade, vale, caue ne titubes, mandataq; frāgas. Tales enim debēt eſſe*

Membra cuiuſmodi hoc in genere eſſe debeant.

huius figuræ clauſulæ mollibus numeris: non illæ grauiter conſiſtentes, quæ βεβηκυῖαι appellantur, & κρεμαμέναι, & ἀνηρθημέναι: quæ plerunque ex ſpondeis conficiuntur aut Moloßis, aut Bacchijs, aut Pæane tertio, aut Ditrochæo. qui grauitati & ſplendori ſunt comparati.

SCHOLAE. Diſcrimen inter ἀντιστροφὴν & ἐπαναφορὰν.

Superiore lectione oſtendimus quædam σχήματα τμητικὰ, quæ orationem interſcindũt, vt oratio currat celerius: Sexto loco additur ἀντιστροφή. Differt ab Ἐπαναφορὰ tantũ loco. Ἐπαναφορὰ eſt repetitio principij: Ἀντιστροφὴ repetitio finis, Vt ſcribis nihil: agis nihil, &c. Si autem in fine principioque ſimul repetitur, vocatur κύκλος, Circulus: qui facit καλλωπισμὸν & maiorem diligẽtiam: orationemque facit cõcinnam, & ad ἐπιμέλειαν pertinet. συμπλοκὴ contraria eſt ἀσυνδέτῳ cum ſententiæ diſſoluuntur. ſed illa eſt contraria oratio coniuncta: Et veni, & vidi, & vici: eſt συμπλοκή. Duo huius genera ſunt: Eſt ἐμπερίβολος, quæ fit longioribus membris χηνοτενίσι: Vocatur συμπλοκὴ facta membris longioribus: Altera eſt συμπλοκὴ ταχεῖα celer & velox: Vocatur συμπλοκὴ δι' ἐλαχίστου, minimo interuallo facta. Eſt etiam συμπλοκὴ κομματικὴ, vt: Vos iſthæc intròauferte, &c. ἀσύνδετον κατ' ὄνομα, & συμπλοκὴ κατ' ὄνομα, facta ſingulis verbis. Vt, & veni, & vidi, & vici. Apud Græcos efficiuntur hæc particulis τε, καί. Diſiunctiones faciunt celerem orationem, id eſt, coniunctiones diſiunctiuæ, vt in exemplo Ciceronis. Hermogenes rectè iudicauit, has duas figuras facere celerẽ orationẽ. Nam his verbis Stoici aſtrinxerunt ſuos ſyllogiſmos ὑποθετικοὺς, vt: Non & dies & nox eſt, id eſt, Non poteſt ſimul & dies eſſe & nox.

DE MORATO DIcendi genere.

CAPVT XX.

Quintum genus dicendi, quod in Demoſthene annotauit Hermogenes, ἦθος appellatur, moratũ ſcili-

ſcilicet in quo decorum maximè eſt oratorium poſitum. Hoc primum per totum orationis corpus diffuſum eſſe dicitur: non ſecus, atque ſanguis in hominis coprore: qui nuſquam non apparet, ſi quæratur. Vbique enim, & in omni parte dicendi ita loqui, ita dicere debet orator: vt aut beneuolentiæ, aut diligẽtiæ, aut ſtudij, aut liberalitatis, aut prudentiæ, aut iuſtitiæ, deniq; omnis virtutis det de ſe ſignificationem: Doctrinæ etiam atque vſus rerum humanarum, cum erit operæpretium. Deinde vt in corpore humano copioſior ſanguis eſt in Vena, quæ dicitur à Medicis caua, & in iecore: quàm in reliquis longioribus & anguſtioribus venis: ſic etiam in aliquibus dicendi partibus, magis extare oportet perſonarum mores, & ingenia, & inſtituta, & conſilia, quàm in cæteris: ſiue in exordijs illud faciendum ſit, ſiue in narrationibus, ſiue in digreſſionibus. Item in explicandis officij rationibus, in defendendo ſuo iure, in defendendo ſuo reo, in reprehendendis aduerſarijs. Atque hac de cauſa illud genus in acrimonia, in aſperitate, in ſplendore, ſimilibusq; figuris ſæpius admiſceri ſolet, clarius vt appareat tanquam coloris bonitas, ſic perſonarum aliquam virtus noſtra, vel inimicorum vitium. Hermogenes quatuor huius figuræ partes facit: ἀφέλειαν ſimplicitatem, ἐπιείκειαν æquitatem: quibus duabus addit etiam figuram generalem ἀλήθειαν: & his tanquam auxiliatricem βαρύτητα grauitatem. Nam oportet oratorem, qui probatis velit videri moribus præditus, ita dicere, vt ſimplex & aperta illius oratio, non iniqua & iniuſta: vera & credibilis, nõ ficta & falſa eſſe videatur. Reprehendere etiam aliquando oportet, & obiurgare, & expoſtulare: quod eſt βαρύτητος, quam dixmus eſſe non perpetuam: ſed quaſi ſupplemen-

Quatuor
oratiõi mõ
tes figuræ
inſerunt.

tum ſuperiorum : vt cùm in iure ſuo defendendo, laborat orator : non iniurius: non acerbus, non aſper eſſe videatur.

SCHOLAE. Sequitur iam moratum dicendi genus, quod mores hominum & ingenium Oratoris exprimere debet bonũ. Nam ἦθος non eſt vitæ, ſed orationis. Quintilianus requirit etiam bonam vitam in Oratore: ſed iam nos loquimur de elocutione. Et ἦθος perpetuum, oratio morata vbique, id eſt, ſignificationes morum in omni parte. Illud comparatur ſuauitate naturæ in homine. Sunt enim aliqui perpetuò læti: Socratis oratio vbique eſt ſuauis. Deinde ἦθος eſt ἐν τῇ μίξει, id eſt, extans ſeu copioſius effuſum, quod comparatum eſt ſcommatis & ridiculis: cum oratione riſum excitamus. Epar eſt tanquam rogus ſanguinis: vena caua tanquam cella ſeu promptuarium coqui. Illud Orator conſequitur ἀφελείᾳ, ſi ſententiæ illius ſunt ſimplices, apertæ, non inuolutæ, non obſcuræ, nec fucoſæ: vt hæreticorum ſolent eſſe orationes, qui obſcuritate occultant ſuam fraudem. Deinde ἐπιεικείᾳ, ſcilicet oratione iuſta. Orator ſuum reum debet defendere, ita vt alteri non fiat iniuria: non ſit ſalſus accuſator, calumniator, tergiuerſator, præuaricator: nemini noceat. Poſtea τῇ ἀληθείᾳ, oratione ab animo profecta: vt verè videatur dolere, miſereri. Et poſtremò τῇ βαρύτητι. Non debet videri nimium crudelis, vel ſummo iure agere. Addenda eſt grauitas, qua oſtendit ſe maiora potuiſſe dicere, ſi voluiſſet, id eſt, non debet orator videri adulator. Veritas eſt generalis figura in hac parte: Deinde βαρύτης ſpecialis, &c.

Diuiduntur omnia iſta etiam perſonarum va
tate. Aut enim ſuos mores orator monſtrat, vt pro Q
tio: Et ad me ventum eſt, qui vt ſumma haberem ca
temporis quidem certè vix habui ſatis, vt rem tan
tot controuerſiis implicatam poſſem cognoſcere. N
quod mihi, &c, id quoque in hac cauſa deficit. Nam q
minus ingenio poſſem, ſubſidio mihi diligentiam c
p

parauit. Quæ quanta ſit, niſi tempus & ſpatium ſit datum, intelligi non poteſt. Aut ſui rei orator, quem defendit, oſtendit ingenium & naturam, vt in eadem oratione: Non comparat ſe tecum gratia P. Quintius, S. Neui, non opibus, non facultate contendit: omnes tuas artes, quibus tu magnus factus es, tibi concedit: fatetur ſe non ad voluntatem loqui poſſe: non ab afflicta amicitia transfugere, atque ad florentem aliam deuolare, &c. Parentem atque adeò expoſitam cupiditati & voluptatibus: contra ſibi officium, fidem, diligentiam, vitam omnino ſemper horridam atq; aridam fuiſſe. Iſta ſuperiora eſſe, ac plurimum poſſe, his moribus ſemper, &c. Aut aduerſarij oſtendit mores improbos ac malos: vt in hoc ipſo exemplo, quod poſuimus: & in narratione huiuſce cauſæ de Neuio Cicero: Non quo ei deeſſet ingenium. nam neq; parum facetus ſcurra. quid ergo eſt? Cùm ei natura nihil melius, quam vocem dediſſet: pater nihil præter libertatem reliquiſſet: vocem in quæſtum contulit, libertate vſus eſt, quò impunius dicax eſſet. Superius exemplũ fuit mixtum: hoc totũ ad aduerſariũ pertinet. Et quanquam hæ tres præcipuè ſpectandæ perſonæ ſint in ciuilibus cauſis, & oratorum orationibus: tamen exprimendi ſæpe etiã aliorum hominũ mores, vt iudicum & procuratorum, vt aduocatorum, vt imperatorum & ſenatorum, vt agricolarum, vt ſingulorum hominũ. Quot enim homines, tot ſententiæ, vt ille ait: & ſuus cuiq; mos eſt. Hæc diuiſio pertinet ad quatuor ſpecies τῶν ἠθῶν. Et huiuſmodi exemplorum omnia ſunt plena apud Ciceronem et Demoſthenem. Simplicis hominis eſt fateri ſuũ vitium. Deinde ſignificatio diligentiæ ſcil. egregiæ virtutis. Deſerti officij cauſa eſt negligẽtia vel perfidia, &c.

Simplex multis modis dicitur.

*Sed vt eò, vnde digreſsi ſumus, reuertamur: & partes
merata figura perſequamur: In quibus prima eſt ἀφέλεια,
hoc eſt, ſimplex dicendi genus veri & candidi oratorum
oratinem conficiens: cuius ſententiarum tot ſunt gene
ra: quot modis ipſum verbum dicitur.* Primùm enim
*ſimplex id eſt, quod apertum, non obſcurum: quod expli-
catum, non inuolutum eſt: quales ſententiæ oratio purita
tis communes, ſcilicet omnium hominum, ab omnibus
vſurpata, omnibuſq; perſpicua: vt pro Flacco citat præ
voce maxima legatos Armonenſes: procedit vnus Aſcle-
piades, prodeant. Hæc ſimplicia, illud paulò coloratius pro
pter εἰρωνείαν: Etiam ne preconem mentiri coegiſti? Et
enim, credo, ius iſte vt ciuitatis nomen ſua authoritate
ſuſtineat, &c. Deinde rurſus ſimplices ſententiæ: Damna
tus turpiſsimus, iudicijs damnatus, publicis literis: ciui
de probris, adulterijs & ſtupris extant Armonenſiũ lite
ræ.* Deinde *ſimplex in ſententijs dicitur, quod eſt mo
ribus atque ingenijs conueniens, minimè callidis & aſ
tis: vt puerorum, ſicut Ganimedis interrogatio apud Lu
cianũ, de lacte & caſeo magis ſolliciti, quàm de nectar
& ambroſia: vt ſtultorum ſenem, qualis Demænetus a
pud Plautum, cum Corona accubans: amicam amplectit
coram præſente filio: qua in re cum ſcelus ſit, eſt tamen ſe
nis quaſi delirio. Nam cum filius dixiſſet: Quid modo pa
ter amplexandi facis? fateor enim ex amore huius corr
ptum oppidò. Deinde illud ſtultius: Domi vxoris meæ ſu
ripiam in delitijs pallam atq; ad te deferam. Quid enim
ſtultius quàm hoc modo apud adoleſcentem filium dela
rare? Et quàm illud ineptum? Animam ille perſuauior
quàm vxoris meæ.* Eiuſmodi *ſententias multas habe*
Comœdia, & Idillia, & Ecloga, *vt illa Virgilij.*

Nec ſum adeo deformis nuper me in littore vidi,
Cum placidum ventis ſtaret mare. non ego Daphnim
Iudice te metuam. ſi nunquam fallit imago, &c.
Et illa:
Hîc tamen hac mecum poteris requieſcere nocte;
Fronde ſuper viridi. ſunt nobis mitia poma,
Caſtaneæ molles, mea quas Amaryllis amabat, &c.

Hoc poſterius genus minus eſt Oratorium, niſi cũ in riſu, aut in imitatione ridicula huiuſmodi genere vtuntur. Oratoria verò ſunt primùm illa aperta & communes: deinde de rebus paruis ſententiæ: ſi in rebus ſcilicet paruis orator ſit ſollicitus. Item confeßiones erratorum: Item in argumentando ſimilitudines rerum rusticarum: Vt illa de cibarijs anſerum in oratione pro S. Roſcio. Item aſſeuerationes non tam argumentoſæ, quàm religioſæ Deorum inuocatione & obteſtatione. Cuiuſmodi Hermogenes vult eſſe illa Demoſthenis: καλῶ δὲ τοὺς θεοὺς πάντας καὶ πάσας, ὅσοι τὴν χώραν ἔχουσι τὴν ἀττικήν. *Et:* πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι εὔχομαι τοῖς θεοῖς πᾶσι, *&c. Cæteraq́ue eiuſdem generis. Cuiuſmodi plena eſt peroratio ſeptimæ accuſationis apud Ciceronem.*

SCHOLAE.

Moratum dicendi genus vnum eſt, & maximè neceſſarium ad oratoris officium. Nam cum eius officium ſit tripartitum: conciliare, docere, perturbare animos: hoc genus ἠθικὸν maximè ſpectatur in concilianda beneuolẽtia: & perturbationib. animorũ. Nemo enim iraſcitur vitijs, qn videatur vir bonus. Eſt itaque ex ijs dicendi generibus, quæ maximè ſunt neceſſaria oratori. Moratum dicendi genus eſt quod ſignificationem habet alicuius inſignis virtutis. Et eſt duplex κατὰ τὸ ποσὸν: Vnum genus eſt perpetuum & fuſum per totam orationem & omnes partes, Exordium, Narrationem, partitionem, &c. Nunquam enim debet orator aliquid dicere, quod habet ſignificationem improbi homiἤθους diſtinctio.

1. Quantitate facta.

2. Diuiſio facta οὐσίᾳ ſubſtantia.

nis:ſed ita debet dicere,vt videatur vir bonus. Hoc vocatur τὸ δι᾽ ὅλου ἦθος. Alterum eſt ἦθος πλεονάζον, id eſt,genus dicendi extans abundè productum, vbi magna eſt ingenij ſignificatio,vt:Ego omni officio cæteris,&c. Exordia plerunque ſunt ἠθικά: Beneuolentia conciliatur beneficiorum cõmemoratione. Deinde eſt diuiſio τῆς οὐσίας ſubſtantiæ. Omne ἦθος perficitur ἀφελείᾳ,ſimplicitate ingenij: ἀπὸ τοῦ ἀφελέσθαι,quod habet quicquid eſt ἐσχηματισμένον ablatum : in quo vtimur nulla circuitione:ſed rem apertè dicimus. Simplex enim veritatis oratio:& prima ſpecies eſt candoris:facit,vt videatur orator vir candidus. Secunda eſt ἐπιεικείας,innocentiæ, humilitatis, remiſſionis: cum orator eſt æquus aduerſus aduerſarium:cum minori pœna eſt contentus:cũ rogat & intercedit aliquando pro aduerſario:cum ipſe aliquid remittit de ſuo iure. Hæc forma ſignificationẽ habet iuſticiæ,gratitudinis,liberalitatis. Tertia figura eſt ἀλήθεια,

ἀληθὲς quid hoc in loco

quæ veritatis eſt:nõ intelligis orationẽ verã argumẽtis,ſed verã ſenſu & animi dolore. Ἀληθὲς enim hoc in loco eſt idẽ, quod ἔμψυχον,quod à vero dolore proficiſcitur. Tertiũ eſt βαρύτης quæ eſt conſtantiæ autoritatis remiſſæ : vt cũ pater obiurgat filiũ,ſed blandis verbis,abſq; ſignificatione iracundiæ. Oportet enim hanc figuram habere motum & dolorẽ moderatum : ne orator peccet in caſtigando, reprehendat abſque iracundia:caſtiget abſque inuidia:det interdum etiam conſilium aduerſarijs,vt in oratione pro L. Murena.

Tertia diuiſio τοῦ ἤθους facta perſonis.

Tertia diuiſio eſt perſonarũ. Omne ἦθος vel eſt ipſius oratoris ſignificatũ & iudicatum: vel ſui rei, vel aduerſariorũ. Et hæ ſunt præcipuæ perſonæ: vel adhibetur perſonis alienis:& hæc diuiſio eſt quadripartita:noſtræ perſonæ,rei,aduerſarij & alienæ perſonæ. Sequuntur iam partes explicandæ. Primũ eſt ἀφέλεια,quod alij vertunt tenuitatẽ:ſed ea magis eſt rerũ,q̃ ingeniorũ. Ergo ſimpliciter intelligo ſimplicitatẽ non animæ,ſed expreſſam voce & oratione oratoris. Ergo 1 diuiſio eſt morati generis dicendi. Et moratũ genus dicẽdi aliud eſt fuſum per totũ corpus orationis. Aliud quod extat & exuperat,in aliqua parte magis expreſſum: vt in exordijs plerunq; fit:vbi orator ſuum ſtudium & diligentiam oſtendit. Hæc eſt prima diuiſio & quãtitatis. Altera diuiſio eſt formarũ,quæ eſt quadripartita. Nulli mores magis placent quàm ſimplices:cũ cõfitemur de noſtra imbecillitate, paupertate,&c, vt, Quæ res duæ maximè,&c. Hæc dicitur ἀφέλεια, ſimplex oratio. Deinde oportet orationẽ habere ſignificationẽ iuſtitiæ & æquitatis. Ergo ſecũda perſona eſt ἐπιείκεια. i. oratio iuſti hominis: vt eſt oratio Simonis apud Terent. in Andria. Quid mihi faciat pater, &c. Tertiò, vt oratio non ſit ficta. Nam oratio Sinonis Aeneid. 2. erat ſimplex, & nõ vera, ex animo expreſſa. Hæc eſt tertia virtus ἀλήθεια: ſed eſt probati hominis nõ eſſe leuẽ. Conſtantiã igitur oportet adhibere & ſeueritatẽ. Ergo quarta virtus eſt βαρύτης. Tertia diuiſio eſt perſonarũ. Dicitur oratio ἠθική, vel ꝓpter noſtrã perſonã, vel ꝓpter rei noſtri perſonã: Tertiò ꝓpter aduerſarios. Aliquando etiã teſtiũ aut iudicis mores exprimimus.

Ἀφελὴς dicẽdi genus eſt ſimplex & apertum. Illud primũ ſpectatur maximè in ſententijs. Sentẽtiæ ἀφελεῖς ſunt apertæ. Apertum dicitur vel claritate intelligentiæ, quando nihil eſt obſcurum, vt ſunt ſententiæ rerum domeſticarũ, quę conueniunt omnibus hominibus. Deinde dicitur ἀφελὲς ſummum propter homines infimi ordinis, & propter mores hominum ſimplicium, Vt, Malo me Galatea petit, &c. poſſet tertium eſſe genus magnarum perſonarũ, quemadmodum Cicero, &c. Quarto loco ſententiæ huius generis, quæ aſſeuerationem magis habent, quàm argumentationem. Item ſentẽtiæ quę habẽt motum, Vt: O vtinã: Optare enim impoſſibilia, eſt ſimplicis animi.

Sententiæ ἀφελεῖς.

Tractationes autem ſententiarum in hoc genere, quas iam ſæpenumero μεθόδους appellauimus, eadem ſunt cum puritatis forma: expoſitiones ſc. ſimplices. quas ἀφηγήσεις nominãt, abſqꝫ aſſumptionibus, quas vocant προσλήψεις: breues itẽ occupationes. i. ἀπαντώσεις: & breues refutationes, quas λύσεις appellãt. Verba quoqꝫ huius generis eadẽ ſunt cũ illius generis verbis, ſermonis nimirũ quotidiani: natiua, propria, aut trãslata, pro proprijs quotidiano vſu vſurpata: fortaßis etiã ſuperlata: ſed nõ cõtra conſuetudinem. vt, O Melibœe Deus nobis hæc ocia fecit.

ἀφηγήσεις.
προσλήψεις
ἀπαντώσεις
λύσεις.

Verborum quoqꝫ ornamenta eadem, quæ puri ſermonis, directa ſcil. verborum collocatio, quam ὀρθότητα vocant: non obliquata oratio, quæ πλαγιασμὸς dicitur.

Verborum etiam ſimilis eſt conſtructio atque collocatio ſermoni illi puro: non fugiens vocalium coitionem, et penè diſſoluta, vt: Ego omni officio cæteris ſatiſfacio omnibus, &c. Item:

Vt vidi, vt perij, vt me malus abſtulit error.

Item:

Et longum formoſe Vale, Vale, inquit, Iola.

Ne in verſu quidem bonus Poeta vocales vel fugit vel abſtulit. Clauſulæ tamen huius generis aliquantò grauiores eſſe debent, quàm in illo puro: illæ ſcilicet quas βεβηκυίας atq; ἑδραίας vocat Hermogenes.

SCHOLAE. De generibus ſententiarum diximus in his generibus, quæ debent eſſe apertæ & confeſſione & motu. Item aliquando ſunt vilium perſonarum. Tractationes quas habet puritas, eædem hic ſunt. Debet tractatio eſſe ἀφηγητική. Ἀφηγητικὸν verò eſt, quod non eſt longum, ſed breuiter abſolutum. Debent eſſe breues narrationes, non longæ expoſitiones. Argumentationes etiam oportet eſſe breues. Contraria huic figuræ eſt obſcuritas. Verba debent eſſe pura, id eſt, puri ſermonis, qui ſpectatur ſermone quotidiano. Verborum figura eſt ὀρθότης, vt genus dicendi ſit ὀρθὸν, id eſt rectum, id eſt, vt incipiat à caſibus rectis non obliquis, qui faciunt orationem circumductam. συνθήκη etiam eadem eſt quæ puritatis, non debet eſſe ſollicita, ſed aliquando hiulca: Vt Cicero, volens oſtendere animum ſuum perturbatum erga Lentulum, dicit: Ego omni officio, &c. Dicitur collocatio diſſoluta, in qua vocales non vitantur, obſeruantur'ue. Sed clauſulæ debent eſſe paulò grauiores.

ἀφηγητικὸν.

ὀρθὸν.

συνθετικὸν.

DE SVAVITATE dictionis.

CAPVT XXI.

HAec hactenus de ſimplici dicendi genere, quæ quoniam vult adiuuari à ſuauitate, eſt etiam de hoc dicen-

dicendum, tanquam ſimplicitatis ancilla & adminiſtra. Hæc ab ornatu differt: quòd, vt in corpore ornatus videndi ſenſu cernitur: & in cibo ſuauitas atque dulcedo guſtatu iudicatur: ſic in dicendo alia pars animi de ornatu, alia de ſuauitate iudicat. Hanc figuram Græci γλυκύτητα vocant, à cibo facta translatione: quaſi dulcē quendam ſermonis ſaporem atque guſtum. Aeſtimatur hæc figura maximè ſententijs, quæ primum ſcriptorum generibus diſtinguuntur. Nam quemadmodum ſcriptorum vnū eſt genus Poetarum, quod μυθικὸν dicitur, qui res narrant, neque veras neque veriſimiles: Sic ſententiæ quædā etiam ſunt μυθικὰ, id eſt, fabuloſæ: vt de Venere & Anchiſe: de Ioue & Ganymede, de Mercurio & Vulcano, de Vulcano & Marte. Deinde Hiſtorici quidam ſunt, qui fabulis quædam ſimilia narrant: vt de bello Troiano: de Romuli et Remi nutrice. Quæ verò hiſtoriæ vera habent: & tamen non omnibus credibilia, etiam huius ſunt generis, at de arca Noe. id quod à nobis, eſſe verum, non autem ab illis, creditur, qui noſtræ religionis ſunt inimici. Eſt etiam tertium genus Hiſtoricorum, quod probabilia narrat: ſed tamen ficta non facta: Cuiuſmodi pleraque apud Herodotum & Xenophontem. Itaque primum genus ſententiarum, quod dicimus μυθικὸν: alterum ὡς μυθικὸν: tertiū μᾶλλον, ἢ τὰ μυθικὰ πιστευόμενον. His tribus oratores vtuntur rarius, vtuntur tamen: ſed ratione ſunt tractanda: Vt in VI. accuſatione: Vetus hæc eſt opinio, Iudices, quæ conſtat ex antiquiſſimis Græcorum literis atque monumentis, Inſulam Siciliam totam, Cereri & Libero, conſecratam. Hoc cum cæteræ gentes ſic arbitrantur, tum ipſis Siculis iam perſuaſum eſt, vt animis eorum inſitum atque innatum eſſe videatur. Nam & natas eſſe

Suauitas differt ab ornatu.

γλυκύτης.

μυθικόν.

bus in his locis Deas, & fruges in ea terra repertas primū putantur: & raptam eſſe Liberam, quam eandem Proſerpinam vocant, ex Aethnenſium nemore, qui locus, quod in media eſt inſula ſitus, Vmbilicus Siciliæ nominatur: quē cum inueſtigare & conquirere Ceres vellet, dicitur inflammaſſe tadas ijs ignibus: qui ex Aethnæ vertice erumpunt: quas cum ſibi ipſa præferret, orbem omnium peragraſſe terrarum.

Eſt etiam quartum genus ſententiarum, quod in notationibus & deſcriptionibus temporum vti ſolemus, earum rerum, quæ aut oculis iucunda ſunt, aut guſtatu dulces, aut aliquo ſenſu corporis gratæ. Vt in ſexta Accuſatione, deſcriptio Syracuſarum, pag. 227. Et in eadem de fonte Arethuſa: In hac inſula extrema eſt fons aquæ dulcis, cui nomen Arethuſa eſt, incredibili magnitudine, placidiſſimus piſcium, qui fluctu totus obrueretur, niſi munitione ac mole lapidum à mari diſiunctus eſſet. Hoc genus vſque adeo gratum eſt, vt etiamſi non deſcribatur aliquid tale: ſed ſolum indicetur ac nominetur: tamen ſit iucundum, vt de principio de Legibus. Lucus quidem ille, & hoc Arpinatium quercus agnoſcitur, ſæpe à me lectus in Mario. ſi manet illa quercus, hæc profectò eſt.

Sed vt ſuperiora, ſic hæc etiam bipartita ſunt: Aut enim adhibentur Poetarum more ſolius delectationis cauſa: cuiuſmodi totum illud eſt carmen.

Huc ades, ô formoſe puer, tibi lilia plenis, &c.

Aut Oratorum more, vtiliter & congruenter adhibentur: Cuiuſmodi multa habet ſexta accuſatio.

Eſt etiam illa partitio. quòd quædam huius generis ſpurca ſunt, & non liberalia: Cuiuſmodi apud Comicos ſunt ſententiæ Lenonum, Paraſitorum, meretricum:

Quædam

Quadã verò honeſta & liberalia, digna conſeſſu, & conuentu virorum bonorum: qua propria ſunt Oratoris: ſed ſi aliquando illa ſpurca & fœda attingenda ſunt, attingi illa debent, non autem explicari.

Huic quarto additur ab Hermogene quintum: earum rerum, qua nobis grata ſunt & chara: Vt noſtra exiſtimatio, noſtra domus, noſtri liberi, patria noſtra: Vt in Catilinam: Ego ſum ille Conſul, cui non forum, in quo aquitas omnis continetur: non Campus conſularibus auſpicijs conſecratus, non Curia hominum, auxilium omnium gentium: non domus commune refugium: non lectus ad quietem datus: non denique hac ſedes, hac ſella Curulis vnquam vacua mortis periculo atque inſidijs fuit. In re dolorifica tamen Orator ſuauibus vſus eſt ſententijs: propter eas res, quarum magna eſſe ſolent deſideria, & grata & iucunda recordatio, nempe fori Romani, Campi Martij, Curia, domus, lecti coniugalis, honoris atque magiſtratus, ipſiúſque magiſtratus ſedis, Curulis ſella.

SCHOLAE.

Cœpi nuper explicare de ſuauitate, quam Græci vocãt γλυκύτητα, ſumpta metaphora à ſenſu guſtandi. Mel enim propriè dulce dicitur. Poteſt etiam vocari τὸ ἡδὺς, ſiue ἡδύτης: quod tamen vocabulum commune eſt, & animo & corpori, Sed quoniam magis delectat guſtandi ſenſus: maluerunt Græci eam γλυκύτητα vocare. Aliud eſt orationem eſſe ornatam, aliud eſſe dulcem. Ornatus ille iudicatur ſenſu videndi, ſecus iudicari non poteſt: Dulcedo autem & ſuauitas, ſenſu guſtandi & audiendi iudicatur. Sic orationem ornatam vocamus, cum paria paribus ſunt relata, periodi δίκωλοι, τρίκωλοι, &c. Sic animus ſeiungit ſuauem orationẽ ab ornata. Suauitas numeratur inter ἠθικὰς dicendi figuras. Requirit enim purum genus, vt ſimplex ſit oratio, non inuoluta, non fucoſa, Sed illa ſimplicitas dicitur eſſe

Quaſi fabuloſa.

τὰ μᾶλλον πιστευόμενα

Delectātia ſenſus.

grata audientibus: Vt ſit vir bonus, & idem liberalis, humanus. Sententijs maximè ſuauis efficitur oratio, quarum varia genera ſunt, vt dixi. Scriptorum vnum genus eſt Poeticum: & huius generis alia varia: Vnum eſt μυθικὸν, quod ſolum tractat fabulas: vt de Mineruа retinente gladium Agamemnonis, quo minus occideretur. Hæc lecta apud Homerum delectant ipſis rebus magis, quàm oratione: quoniam ficta ſunt artificioſè: & propterea maximè hoc genus delectat. Alterum genus eſt quaſi fabuloſum, fabulæ proximū: Vt de lupa nutrice Romuli & Remi, quod habet aliquid falſi & aliquid veri. Nam de Romulo & Remo verum eſt, &c. Tertium eſt τὸ μᾶλλον πιστευόμενον, quod continet res magis credibiles, etiamſi non veras: Vt Hiſtorici Græci, qui non tradunt ἀδύνατα ϗ ἄπιστα: ſed eiuſmodi, quæ fieri poterant, etiamſi non ſunt facta: Vt Xenophō in Pædia Cyri. His tribus generibus ſententiarum vtuntur etiam oratores, ſed parcè, & vel exempli cauſa & ſimilitudinis gratia: vt Cicero facit mentionem Medeæ & Iaſonis, ſed ſimilitudinis cauſa, quæ etiam orationem facit ſuauiorem. Sic exemplum illud Ciceronis, quod dictum: Vetus eſt opinio, &c. ibi non affirmat. Quartum genus ſententiarum eſt earum rerum, quæ delectant quinque ſenſus: fontes igitur delectant, ergo etiam earum deſcriptiones. Tertium genus τῶν αἰσθήσεων & τῶν αἰσθητῶν eſt duplex: Vel omnino tractatum eſt Poeticè: & adhibitum voluptatis ſolum gratia, quo etiam vtuntur Poetæ boni: vt Clypei deſcriptio apud Homerum. Alterum eſt oratorum, quod habet vtilitatem in probando & argumentando, ſumpta ſimilitudine à fontibus, ſyluis, &c. Delectant illæ res valdè. Cum igitur captamus voluptatem ſeu ſuauitatem: oportet vti hoc poſteriori genere, non priore.

Duo rerum ſunt genera quæ delectant: Quædam delectāt bonos, quædam malos viros. Alia enim eſt voluptas viri ſtudioſi, alia lenonis. Comici delectant, vbi introducunt paraſitos, lenones. Leno delectatur hoc quæſtu ſordido: Meretrices etiam hoc faciunt. Nos in eiuſmodi rebus ſpurcis debemus eſſe modeſti: & vix nominare, niſi cogamur. Eſt quintum genus, quod omninò gratum eſt: earum rerum, quæ animo gratæ ſunt: vt pietas, amor, charitas, deſiderium: quemadmodum noſtra fama nobis chara eſt: hic cupit quiſque commendari ab alijs ſuas virtutes. ergo ſententiæ honorificæ ſunt gratiſſimæ. Quanto animus præſtantior eſt corpore:tanto hoc genus præſtantius ſuperiore. Poſterius enim pertinet ad amorem, charitatem erga liberos, vxorem,patriam.

Sextum genus eſt, cum rebus inanimis animus atque voluntas attribuitur, hoc eſt, vt Hermogenes dicit, ὥστε τοῖς προαιρετοῖς προαιρετικόν τι περιτιθεῖσαι, *quæ rebus nullum delectum habentibus delectum aliquem adhibent. Hoc & Lyrici Poetæ vtuntur frequenter: Vt Horatius, Oda 32.*

Inanimis animus tribuitur.

Poſcimus ſi quid vacui ſub vmbra
Luſimus tecum, quod & hunc in animum
Viuat, & plures: age dic Latinum
Barbite carmen.

Item in extrema parte eiuſdem Ode.

O decus Phœbi, & dapibus ſupremi
Grata teſtudo Iouis, ô laborum
Dulce lenimen, mihi cunq; ſalue
Rite vocanti,

Sic idem Oda 2. ad Auguſtum, voluntatem & mentem Tyberi tribuit.

Vidimus flauum Tyberim, retortis
Littore Hetruſco violenter vndis
Ire deiectum monumenta Regis,
Templaq; Veſtæ.
Iliæ dum ſe nimium querenti
Iactat vltorem, vagus & ſiniſtra
Labitur ripa, Ioue non probante
Vxorius amnis.

Et Bucolici poetæ eiuſmodi ſententijs crebri ſunt.

Extinctum Nymphæ crudeli funere Daphnim
Flebant, vos Coryli teſtes, & flumina Nymphis.

Item ſepes illa, in prima Ecloga, Vno verbo quaſi mēti imbuta, vehementer etiam delectat legentem, non ſecus ac ſi quis videret:

Hinc tibi quæ ſemper vicino à limite ſepes,
Hiblæis apibus florem depaſta ſalicti,
Sæpe leui ſomnum ſuadebit inire ſuſurro.

Etiam Comici Poetæ res inanimes alloquuntur, tanquam præditas ſenſu atque intelligentia: Vt cum temulentæ mulieres vinum alloquuntur: auari ſenes aulas atque theſauros ſuos, paraſiti ſuum ventrem: amatores ganeas: Vt, Phædromus in Gurgulione Plautino: Veſcere heus peſſuli vos ſaluto lubens, vos amo, vos volo, vos peto atque obſecro, gerite amanti mihi morem amœniſſimi: ſubſilite obſecro, et emittite iſthăc foràs. Et cæteri verſus in eodem loco, quaſi viuos & audientes habent peſſulos.

Atque etiam in grauiſſimis rebus, Heroici Poetæ vitam & ſenſum tribuunt inanimis: Vt, Neptunus libro primo Ventis:

Eurum ad ſe Zephyrumq́; vocat, dehinc talia fatur,
Tantáne vos generis tenuit fiducia veſtri?
Iam cœlum, terramq́;, meo ſine numine, venti,
Miſcere, & tantas audetis tollere moles?
Quos ego. ſed motos præſtat componere fluctus.

Et hos ventos Heſiodus tradit ex Aſtræa Titane, atq; Auroræ natos.

Sed & Oratores eiuſmodi delectant: & quidem animis inflammatis: Vt pro Milone: Religiones, me Hercule ipſæ, aræq́ue, cum illam belluam cadere viderunt, commouiſſe ſe videntur, & ius in illo ſuum retinuiſſe: Vos enim Albani tumuli atque luci, vos inquam imploro atq; obteſtor, vosq́; Albanorum obrutæ aræ, ſacrorum populi Romani, ſociæ & æquales: quas ille præceps amentia cæſis proſtratisque ſanctiſsimis lucis, ſubſtructionum inſanis motibus oppreſſerat: veſtræ tum aræ, veſtræ religiones viguerunt: Vobis illæ, vobis veſtro in conſpectu, ſeræ, ſed iuſtæ tamen & debitæ pœnæ ſolutæ ſunt.

Huic generi adiungitur ſeptimum, quoties animantibus mutis ſermo aut aliquid aliud hominis tribuitur: cuiuſmodi illud Horatinum,

Animantibus mutis ſermo tributus.

Olim quod vulpes ægroto cauta leoni
Reſpondit, referam, quia me veſtigia terrent.

Hoc genere rarò vtuntur Oratores, quod quidem ab ipſis ſit confictum, niſi cum eiuſmodi vtuntur teſtimonij loco, aut alia aliqua de cauſa. Sed contrà hi faciunt, & à beſtijs ad homines multa transferunt: vt Cicero de Sybaritis fratribus in ſexta Accuſatione: Canes venaticos diceres, ita odorabantur omnia. Et hoc quoque Poetis eſt vſitatum: Vt, Quod immerentem hoſpitem, vexas canis, apud Horatium. Hæc ſunt ſententiarum genera in hac figura ſuauitatis. Earum verò exornationes eædem, quæ puritatis, expoſitiones ſcilicet ſimplices: non ſolum rerum geſtarum: Verùm etiam argumentorum, exemplorum, & omnium eorum, quæ ſunt exponenda.

Verba verò etiam puritatis eſſe debent: ſed delectant quoq; Poetica vocabula, quod ſuauitate verborum Poetæ oratores ſuperant: Theocritus Coricis, Homerus Ionicis, Vergilius priſcis rerũ et actionũ vocabulis. Oratores verò his nõ vtuntur, niſi cum Poetarũ verſib. vtuntur de induſtria, delectatiõis cauſa: vt Cicero ad Atticũ: O Tite, ſi q̃d ego te adiuto, curamúe leuaſſe. Huius generis ſunt adagia *priſca, noſtris ſententijs & verbis interpoſita. Quorum interpoſitiones* Hermogenes *παρεμπλοκὰς vocat ποιημάτων: Vt in illo Socratico: σύν δύο ἐρχομένῳ βουλευσόμεθα ὅτι ἐροῦμεν. Vt in illo Ciceronis in principio de Legibus: Quare glandifera illa quercus, ex qua olim euolauit.*

παρεμπλοκαὶ ποιημάτων.

Nuncia fulua Iouis miranda viſa figura.

Nunc ſit hæc, &c. Sed cum duo ſunt modi proferendorū verſuum; Vnū quod vocat Hermog. ἐκ διαστάσεως, ſeparatione noſtrorum verborum, & à verſu & verbis Poetæ: Vt, Cato in libro de ſenectute: Melius Cecilius de ſene alteri ſeculo proſpiciente, quàm illud,

Aedepol ſenectus, ſi nihil quicquam aliud vitij
Apportet ſecum cum aduenerit: vnum id eſt ſatis,
Quòd diu viuendo multa, quæ non volt, videt.

Hoc genus non æquè delectat, vt alterum, quòd ſit παρεμπλοκῇ, hoc eſt, noſtrorum verborum conſecutione atqu applicatione: vt illud in Rabiriana, non ſolum ſuaue, verùm etiam plenum grauitatis: nam ipſa grauitas quoque delectat ſæpenumerò: Namque hæc tua, quæ te hom nem Clementem popularemqúe valde delectant, & Lictor, colliga manus: quæ non modo huius libertatis, manſuetudiniſq; non ſunt, ſed ne Romuli quidem, aut Num Pompilij: ſed Tarquinij ſuperbiſſimi regis iſta ſunt cruciatus carmina: Quæ tu homo lenis ac popularis libentiſſimè commemoras. Caput obnubito, arbori infelici ſuſp dito: quæ verba iam pridem in hac Republica non ſolu tenebris vetuſtatis: verùm etiam luce libertatis oppreſſa ſunt.

Verborum ornamenta communia ſunt. Prim ſimplicitati propria & natiua. Deinde cum venuſta *vt ſunt translata, vt in hoc ipſo exemplo: Tenebræ vetuſtatis, lux libertatis.*

Collatio verborum venuſta eſſe debet vitatis vocalium hiulcis coitionibus, & conſonantium aſperis concurſionibus. Numeri verò *& clauſulæ grauitatis eſſe debent, conſiſtentes Spondeo, Dactylo, Pæano tertio, & conſimilibus numeris.*

SCHOLAE.

Sextum genus ſententiarum erat cum rebus inanimis datur animus: Vt, Vos Coryli teſtes. Huic cognatum eſt ſeptimum, cum beſtijs animantibus tribuimus aliquid hominis, vt ſermonem, deliberationem, προαίρεσιν: quod genus eſt ἀπολογικὸν, pertinens ad Apologos & fabulas Aeſopi: vt exemplum eſt Horatij, qui locus habet ſuauitatem: quia docetur is ad quem ſcribit, prudentia vulpeculæ. Oratores non vtuntur hoc genere, niſi velint vti aliorum inuentis, teſtimonij gratia: & exempli & explanationis cauſa. Et habent ſuauitatem, cùm ſuo loco applicantur: ſed cum minori laudatione. Nam non laudatur inuentum, ſed tantùm applicatio. Oratores contra faciunt, & beluinas actiones tribuunt humanis. Vt Cicero in ſexta Verrina: Hoc genere vſi ſunt Oratores, fortaſſe ſecuti Poetas. Hæc ſunt ſeptem genera ſententiarum: 1. μυθικὸν. 2. οἷον μυθικόν. 3. μᾶλλον ὑπεδόμενον. 4. quod delectat quoque ſenſus. 5. quod delectat animum. 6. quod tribuit inanimis animum. 7. quod tribuit actiones beluinas humanis. Tractationes debent eſſe limpidæ: & oratio eſſe debet ἀφηγητικὴ, ſimpliciter & vnde expoſita, nulla adhibita προσλήψει. Nam ἀφήγησις ἁπλὴ, & ἀφηγήσεις κατὰ πρόσληψιν, ſunt inter ſe cõtrariæ. Verba debent pura eſſe, id eſt, puritatis: quæ non ſunt peregrina, non exotica: ſed ſermonis quotidiani. natiua, cũ ipſis rebus nata: ſed tamen retenta conſuetudine nõ priſca. Delectant etiam Poetica verba, in quibus primum retinendus eſt modus & mediocritas, vt vtamur illis parcè, tãquam ſale ac ſaccaro in cibo. Deinde vt illa verba habeant alluſionem ad ipſum Poetam, ad ipſum tempus. Deinde vt appareat verba non eſſe Oratoris, ſed reuocata ab hoc propter tempus, & authoritatem, & teſtimonium ipſius antiquitatis. Poetæ magis delectant quàm Oratores: non ſolum car-

ἀπολογικὸν.

Poeticis verbis vt vtendum.

minibus,ſed genere verborum. Tractatio verò duplex verborum eſt:Vna eſt διασπάσεως, cum ſeparamus verſus à noſtris verbis. Iſtud genus delectat quidem propter antiquitatem:ſed alterum,quod fit συμπλοκῇ, quando noſtra verba implicamus Poetæ verſibus,magis delectat.

ΠΕΡΙ ΔΡΙΜΥΤΗΤΟΣ: de acuto dicendi genere.

CAPVT XXII.

ESt genus quoddam orationis acutum atque argutum: cuius figuram Græci tum ὀξύτητα *vocant, quod acumen videat ingenij: tum* δριμύτητα, *quod animi ſenſibus quaſi acre ſit, atque videatur. Sed eſt huius verbi,* ὀξύτητος, *duplex natura: Vno enim mo do acutum dicitur, quod ſubtile ſit, ſed obſcurum: Cuiuſmodi concluſiones erant Stoicorum, quibus illaqueaban contrà diſputantem: quo de genere hîc non agimus. Eſt enim iſtud minus ſuaue genus. Hîc verò de ea diſſeritur a gutia, quæ ſuauitatis ſit comes atq; ancilla. Ex quo alterum genus naſcitur orationis acutæ, quod delectat ſuauiter, cum ingenij faceti & humani quadem ſignificati ne liberali & erudita.*

Stoicum acumen.

Hoc genus tum breuiter & acutè dicta complectitu, quæ à Græcis ἀποφθέγματα *dicuntur: tum ea quæ ab iiſdem nominantur* γελεῖαι, *iocos & ſales atq; facetias. Vtrumq; genus tripartitum habet finem: Aut enim reprehendendi, vel irridendi, vel accuſandi cauſa aſſumitur, n in luſorẽ & furem Titiũ quendã, Veſpa Terentius, vt eſ lib.2.de Orat.pag.410.g. cùm ſtudioſè pila luderet, & id ſigna ſacra noctu frãgere putaretur, gregaleſq; eum inc*

Apophthegmata. Facetiæ.

Iocorum finis tripartitus.

p

ſum non veniſſe requireret, excuſauit eũ, ꝙ brachiũ fregiſſe diceret. Aut laudandi gratia, vt Marci Scipionis ad preconẽ in L. Manliũ, qui repulſam paſſus erat in petitione conſulatus: Virũ, inquit Scipio, bonum & egregiũ ciuẽ eſſe arbitror. Aut docendi & cõmonendi gratia: Vt, M. Penuarius apud M. Seruiliũ interrogãtẽ, ſi cõtra te dixero, nõ mihi maledicturus es vt cæteris? Vt ſementẽ, reſpõdit, feceris, ita metes. Omnia hæc vel à nobis inueniuntur noua, & inaudita: vel vetera & ab alijs inuẽta rurſus à nobis reuocantur: vt illud Horatianum:

Sales aut inueniuntur, aut inuenta vſurpantur.

Olim quod vulpes ægroto cauta leoni
Reſpondit, referam, quia me veſtigia terrent,
Omnia te antrorſum ſpectantia nulla retrorſum.

Vtrumq; ſuaue: ſed alterũ ingenij maioris, quod à nobis inuenitur. Vetera tamẽ etiam ſuam habent voluptatem inſignẽ, ſi transferantur ad alias res, atq; illa erant, de ꝗbus erant inuenta: vt illud Penuarij, vt ſemẽtem feceris, ita metes. Hoc genus ſententiarum inuenitur ex locis artis, qui annotati ſunt lib. 2. de oratore. Ars autem diuidit omnia hæc genera ridiculorum in duo capita. Nam aut in re ſunt, aut in verbo. In re verò, vel narratione fabuloſa: eaq́; tota, vel aliqua ex parte, vel imitatione. In verbo autem ridiculum eſt, cum ~~aut~~ ambigua verba ſunt, aut immutata ſimilitudine, aut cum nominis eſt interpretatio: aut cum verſus alicuius Poetæ adducitur facetè, vel totus, vel immutatus aliqua in parte: aut cum prouerbium profertur, in quo verborum ſit aliqua virtus: aut cum ad verbum, non ad ſententiam reſpondetur: aut cum orationis & verborum ſit commutatio: aut translatio, aut inuerſio, aut verborum contrariorum relatio.

Duo genera ridiculorum.

Verbo ridicula.

Ridicula rerum.

Atque hi verborum loci ſunt: Rerum uerò tum illa, de qua diximus, narratio & immutatio, tũ imago, tum amplificatio & diminutio incredibilis, tum arguta ſignificatio rei latentis & obſcura, tum diſsimulatio, tum in re honeſta uerbum rei inhoneſta, tum contra expectationem reſponſio, tum abſcondita ridiculi ſuſpicio, tum moroſitas vultus, tum lenitas atque patientia, tum ſtultitia falſa reſponſio, tum coniecturalis falſa explanatio, tum bella reprehẽſio, tum familiaris admonitio, tum dictum conſentaneum, tum aliquid non expectatum, tum conceſsio, tum optatio rei qua fieri non poteſt, tum reſponſio lenta rei ingrata. Huius igitur generis ſententia ſunt, qua ex hiſce ſumuntur locis: qua tum demum laudantur: ſi neque nimia ſunt, neque ſcurriles atque impudentes: neque noceant ijs, qui noſtra cauſſa nocere poſſunt.

Poſtrema figura, de qua diſſerimus, erat ſuauitas: genus orationis ſuaue atque dulce : quod ſuauiter afficiat & voluptatem afferat ad animi ſenſus. Delectat etiam argutia, acutum dicendi genus. Igitur hoc in loco dicendum περὶ ὀξύτητος quæ etiam vocatur δριμύτης, id eſt, arguta dicendi figura, quæ eſt præcedentis figuræ etiam ancilla, comes, famula, adiutrix. Habet autem duo nomina ὀξύτης, acutum dicendi genus. Acutum refertur ad ſenſum videndi: δριμὺ autem dicitur, quod ſenſus odorandi eſt, acre. Igitur illud ὀξὺ & δριμὺ dicitur: quod ſubtile eſt, & ingenioſum, callidum, verſutum: Vt ſunt Sorites Stoicorum, Syllogiſmi hypothetici, qui habent obſcuras & breues ſententias. De hoc genere non agimus hi moleſtum eſt in difficultate. Deinde acutum, quod eſt liberale & lepidum, & ſale conſperſum, habens inſignem humanitatem. De hoc iam agimus.

Primùm igitur inueſtigandæ ſunt ſententiæ: Eſt vtilis præceptio huius generis. Frequentius enim adhibe in amicorum congreſſibus, quàm in vna aliqua oratione.

Qui in conuiuijs & profectionibus ſuauis eſſe vult: debet ſe huius generis præceptis erudire: ſententiæ enim ſunt ἀποφθεγματικαί: vt collecta ſunt ab ipſo Plutarcho breuiter interrogata & reſponſa: vt Adagia & Prouerbia: in quibus ſit verborum quidam lepos. Et differt à σφοδρότητι. σφοδρότης conſiſtit in acrimonia remota à ſale & humanitate: vt lepidus, humanus & facetus videatur: ſed hoc genus plus aliquid habet, quàm σφοδρότης. Alter finis eſt docere: vt, vis ne pater, vt dies noctesque ſtudeam? feſtina lentè. hoc facit ad docendum & commouendum. Tertius finis eſt laus. fit enim ſæpe laudationis gratia: breui apophtegmate cùm aliquem laudamus: Chryſoſtomus eſt, cuius aureum os eſt, &c. Altera diuiſio eſt inuētionis. Quicquid eſt Apophtegmatum: aut noſtrum eſt, aut ab alijs inuentum: vt ſementem feceris, ita metes: Qualis labor tuus eſt, ita etiam ſtudiorum profectus. A nobis inuenta oſtendunt memoriam, ſed fiunt laudabilia tractatione noua. Quemadmodum argumenta Oratorum ſuos habent locos: ſic etiam ſunt loci ridiculorum traditi à Græcis, quos eſt imitatus Cæſar in 2. lib. de Oratore. Argumentum eſt probabile inuentum ad faciendam fidem. Ridiculum eſt ſuaue & facetum inuentum ad afficiendum Oratorē voluptate. Et quēadmodum argumenta vel vſitata ſunt vel aſſumpta: ſic γελοῖα, vel ſunt in re poſita, vel in verbo id eſt vel rebus conſtant, rerum virtute & lepore fiunt, vel lepore verborum. In verbis autem primum locum habent verba ambigua, quæ Dialectici vocant ὁμώνυμα: quæ comprehendunt ſub ſe plura, ſed ſolum verbo. Hæc pertinent ad eruditos homines, qui poſſunt ὁμωνύμοις accommode vti, vt, ſcienter illud: brachium fregit: & brachium frangit, qui ſuum frangit: & frangit brachium, qui frangit argenteum brachium ab aliqua imagine, & aufert.

Ambigua.

Acutum dicitur duobus modis: Primum quod eſt [illegible], quod obſcurum eſt ad intelligendum: cuiuſmodi ſunt breues argumentationes & Sorites. Hic autem agimus de argutijs, quæ ſunt comes ſuauitatis: hoc eſt, de genere dicendi iocoſo atque faceto. Quamobrem huc referuntur περὶ γελοίων, præcepta de leporibus, ſale & facetijs. Omne ridiculum aut eſt in re, aut in verbo poſitum; aut enim res riſum facit, aut vocabulum.

Primus locus verborum eſt ὁμωνυμία, verbi ambiguitas : vt, fuit quidam Titius Romæ, qui vna erat prædit virtute(vt liceat ita vocabulo abuti)quod bene ludebat pi la,& idem erat fur, frangebat ſtatuas, & auferebat ea, qu erant prehenſa : Cui cùm eſſet veniendum in campu Martium,non venit: requirebatur à ſuis ſodalibus. Reſpondit Veſpa Terentius : brachium fregit : frangit brachium luſor pilæ : qui ſe nimis exercèt : & frangit brachium, qui auffert ab imagine. Hìc erat pulchra ὁμω νυμία.

παρανομα-σια, verborum immutatio.

Secundus locus eſt verborum immutatio, παρανομ σία, alluſio ad ipſum nomen : Cicero etiam vocat τὸ π ραγραμμα, deprauationem alicuius verbi : vt quidam di xit, Eamus deambulatum : adeſt alius reprehendens χαισμὸν, compoſitum verbum antiquum: nam dè &teſ ciunt paragramma.

Tertius locus eſt verbi interpretatio, quæ à Dialecti cis vocatur notatio nominis : à Grammaticis ἐτυμολογ λόγου, id eſt, ὀνόματος, origo à Cicerone, ſymbolum, i eſt, rei nota : vt, Romanus quidam diuiſor nummoru vocabatur Numius : inimicus eius dicebat, eum nom inueniſſe à nummis diſtribuendis. Sic Cicero in Or tione pro S.Roſcio:Venio nunc ad aureum illud nom Chryſogoni : faceta ab irriſione & interpretatione n minis.

Quartus eſt authoritatis& teſtimonij, verſus aliquis tatus ex aliquo authore & Poeta: non quouis, ſed quia quid habeat ridiculi : vt ſentire ſenem eſſe tactum trig ta minis : id eſt, læſum & ſpoliatum: obijcit aduerſario lium prodigum,& patrem dolentem ob nummorum p fuſionem.

Quintus eſt authoritatis reliquorum ſcriptorum, plicatæ tempeſtiuè:vt ſunt verſus ſingulorum ſcripto prouerbia communia.

Sextus ad verbum, non ad ſententiam reſponſio: πόκρισις πρὸς τὸ ὄνομα : vt, Quidam venit & dixit: C ſe, ſi veniam ad te manè ante lucem, ero tibi moleſt Reſpondit Craſſus: Tu mihi moleſtus non eris,id eſt, lo vt ſis mihi moleſtus: Inquit alter, Non volo tibi leſtus eſſe, ſi dormies: igitur adhuc iubebó te ſuſcit Reſpondit Craſſus, Tamen promiſiſti te nolle mo ſtum eſſe.

Sep

Septimus, immutatio verborum, ἀλληγορία: Cùm reſpondemus allegoricè, cùm ſententias retinemus, verba immutamus.

Octauus, translatio: Cùm metaphora habet inſignem aliquem iocum: vt, Corinthij promiſerunt Scipioni ſtatuam collocare: reſpondit, Turmales ſtatuas ſibi non placeret turmales, id eſt, vulgares: mea enim virtus requirit aliquid ſingulare.

Nonus, verborum inuerſio, ἀναστροφὴ λέξεων, id eſt, aduerſaria verbi interpretatio.

Poſtremus locus eſt relatio contrariorum: quando reſpondetur per verba contraria: Ἐναντίωσις τῶν ὀνομάτων: vt Gallo obijciebat quidam crapulam, inquiens: Quando exibis de triclinio tuo, in quo magnificè cœnas? (per triclinium intelligit prodigalitatem) reſpondet: Cùm tu exibis de alieno cubiculo: obijcit illi contrà ſcortationem. Hæc ſunt verborum loci, ſequntur rerum. Rerum primus locus eſt, cùm narratur aliquid feſtiuè: Narratio ſcilicet fabuloſa, quando etiam narramus ſomnia: vt Lutetiæ quidam fecit, qui in fine orationis narrabat, ſe ſomniaſſe Pontificem eſſe factum. II. eſt imitatio falſi ſomnij. III. ὁμοίωσις, quæ fit vel collatione, ἀντιπαραβολῆ: vt, Automedonte velocior: vel imagine εἰκονισμῷ: vt, cùm deferimus alicuius ſenis imaginem. IIII. Amplificatio incredibilis: vt, Magnas mihi Thais gratias agere? dicit Gnato, Ingentes: habet χαριεντισμὸν, quia eſt αὔξησις ἄπιστος. Item, Incuruat ſe ad fornicem, nimis magnus eſt. V. Arguta ſignificatio rei obſcuræ: cùm rem obſcuram callidè & argutè indicamus. Nam arguta ſignificatio eſt, quæ calliditatem habet in vitio alicuius reprehendendo atque notando: vt, Cornelius erat homo valde auarus, & furtiuo ingenio: is creabatur Conſul: agens autem gratias Fabricio, quòd ſe Conſulem creaſſet: reſpondit, Non debes mihi gratias agere: nam malo compilari, quàm venire, id eſt, Romæ vendi. Arguta ibi eſt ſignificatio. Nam in compilatione iactura eſt tantùm bonorum: in venditione eſt iactura libertatis. VI. εἰρωνεία, vrbana diſſimulatio, quæ fit re, non autem verbis: vt Næuius inquit: Age iam ſatis perſpecta eſt tua fides, id eſt, perfidia & inimicitia. VII. In re inhoneſta verbum rei honeſtæ: cum verbo ho-

neſto oſtendimus inhoneſtum : vt, Centurionis eſt offi-
cium facere,& pugnæ intereſſe: nolo nimiam diligẽtiam,
&c. Diligentiæ vocabulum oſtendit officium, nempe ti-
midum. VIII. Contra voluntatem reſponſio. Et hic
locus affinis eſt ſuperiori : ſed fit hìc reſponſio non verbo
virtutis : ſed cuiuſuis rei verbo : vt, Aeris ſubſidio Taren-
tum eſt recuperatum. IX. Falſa intellectio:cùm ſimula-
mus nos aliquid nõ intelligere:cùm aliud interrogamur,
aliud reſpondemus:vt,cùm interrogaretur aliquis, Cuiuſ-
modi putas eſſe hominẽ in adulterio deprehẽſum (de cri-
mine eſt interrogatio)reſpõdet & diſſimulat,tardus. X.E
eodẽ genere falſa reſponſio, hic locus eſt verborum & ver-
ſuum Poetarum:vt, Aegilius erat mollis & effœminatus:
hinc Opimius dixit : Quid tu Aegilia mea reprehendi
molliciem Aegilij:At Opimius etiam malè audit:reſpon-
det igitur : Non pol audio ad famoſos, id eſt,ad famoſam
XI. Abſcondita, ridiculi alicuius abſconditum, id eſt,
ridiculæ non atrocis, ſed riſu dignæ abſcondita, id eſt,oc-
cultè indicata,non verbo expreſſa. Da mihi)Voluit indi-
care, ſe etiam habere malam vxorem. XII. & XIII
Moroſitas & Lenitas, id eſt, inhumanitas: Moroſitas,
hominis humani & ſeueri. Hi enim duo loci inter ſeſe
contrarij ; vt, Arca lædebat Catonem : vbi dicitur eſſe
cundia:accepto vulnere, cùm ille clamaret, caue : inte
gauit,fers aliud quippiam præter arcam ? id eſt, mihi
ſus vulnus aliquod excipiendum erit? indicans potius
riendum fuiſſe. XIIII. Stultitiæ ſalſa reprehenſio(
homo ſtultus deridetur ſalsè) non tamen aperta, ſed m
dax tamen : quemadmodum ſal non apparet oculis,
guſtetur:ſic etiam hæc reſponſio non apparet, donec
deat. Da iſtum:Noluit dicere, nolo habere iſtum ſtul
XV. Coniecturalis exclamatio, ἑρμηνεία στοχαστικὴ:fide
eſt, perfidia : iſte locus videtur in ſola ſcriptura poſitu
XVI.Diſcrepantia eſt, quaſi ignorantia Elenchi:cùm o
poſita non ſint oppoſita ; Huic homini nihil deeſt, redd
niſi pecunia & virtus. XVII. Bella & familiaris repre-
henſio quæ fit familiariter ab homine familiari. Bella,
eſt,liberalis, faceta, quæ habet aliquos ſales : vt concio-
nator quidam Vuittebergæ, cùm vellet concionem ad po-
pulum habere,dixit: Ego ſum paſtor bonus, Ego ſum pa-
ſtor bonus:idque ter repetendo vlterius progredi non p

rat,ſed obmuteſcebat. Ibi reſpondit D.Martinus Lutherus: Sanè, tu es bona ouis. XVIII. Dictum conſentaneum, id eſt, perſonæ conueniens: vt, eſt huius rei poſſeſſor, id eſt, falſus hæres. XIX. Contra expectationem reſponſio. ἀπροσδόκητον: Omnes ſciebant eſſe pecus Lucili, ipſe dicit, non eſt: Liberum eſt, quò libet paſcitur: Liber eſt, qui nullius eſt. XX. Votum ſeu optatio rei impoſſibilis, εὐχὴ ἀδυνάτου: Recubare non eſt laborare: optat igitur aliquis ſibi vigiliam & ocium pro labore. Vltimus locus eſt lenta, id eſt, tarda, interuallo temporis, & ſubmiſſa voce reſponſio. Hi ſunt loci ex quibus ſumuntur ſententiæ huius generis.

Sententiæ igitur ex his locis ſumptæ habent eam, de qua agimus, δριμύτητα. Et quanquam multi cùm verborum, tum rerum loci ſunt: moderatè tamen hoc genere vtendum eſt: quanquam in Dialogis *& ſermonibus, in congreßibus & conuiuijs crebrius hoc genere vti poſſumus. In ſenatu verò, & in iudicio moderatè his omnibus eſt vtendum. Verba verò huius generis ſunt ea, quæ ex locis potuimus animaduertere, ambigua, tranſlata, immutata, id eſt, παρατετραμμένα, ſuperlata, conuerſa, ἀλληγορίαι. In alijs verò, quæ in re poſita ſunt, ridiculis, verba omnis generis ſunt ſumenda. Verborum verò figura eadem, quæ ſuauitatis. Clauſula verò & numeri & verborum collocationes pro rebus ipſis, & pro tempore, & verborum neceßitudine ſunt æſtimanda.*

ΠΕΡΙ ΕΠΙΕΙΚΕΙΑΣ, DE MOderato dicendi genere.

CAPVT XXIIII.

IN morati generis dicendi formis etiam illa eſt, quæ à Græcis ἐπιείκεια dicitur: quæ ſignificationem habet ingenij iuſti, æqui, humilis, patientis, nihilq́; appetentis, quòd ſit non moderatum, lene, verecundum. In hoc genere non ſolùm noſtrum ius demonſtratur: ſed de noſtro etiam iure concedimus aduerſario. Deinde etiam iniuriam perferimus aduerſariorum. Non enim noſtra poteſt probari iuſtitia melius: quàm cùm aduerſariorum etiam demonſtratur iniuſtitia. In hoc genere ſententias, quibus nobis aliquid detrahimus, vocemus docẽdi gratia μειονεκτικὰς, inflexo Hermogenis verbo. Quib. verò ſuperat aduerſarius, iniuria aut re aliqua alia, πλεονεκτικὰς nominemus. Huius igitur generis, in quo conquerimur, ſit illud exemplũ pro P. Quintio: Nam quid hoc iniquius, aut indignius, C. Aquili, dici aut cõmemorari poteſt? quã me, qui caput alterius, famam, fortunasq́; defendã, priore loco cauſam dicere? Cùm præſertim Hortẽſius, qui in hoc iudicio partes accuſatoris obtinet, cõtra me ſit dicturus. Cui ſummã copiam facultatemq́; dicẽdi natura largita eſt. Et paulò pòſt: Cũ tot tantisq́; difficultatibus affectus atq; afflictus, in tuam C. Aquili, fidẽ, veritatem, miſericordiam, &c. Quintius confugerit: Cùm adhuc ei propter vim aduerſariorum non ius par, non agẽdi poteſtas eadẽ, non magiſtratus æquus reperiri potuerit: cùm ei ſummam per iniuriam, omnia inimica atq; infeſta fuerint: te C. Aquili, vosq́; qui in conſilio hoc adeſtis, orat atq; obſecrat, vt multis iniurijs iactatam atq; agitatam æquitatẽ, in hoc tandem loco conſiſtere, et confirmari patiamini. Et illud in eadem Oratione: Habet enim plurima huius generis exempla, Res nullo modo conuenire poterat, propterea, quòd Quintius mediocrem iacturam facere cupiebat: Næuius mediocri præda contentus non erat. Item illud: Quod à nobis autem reſeru pecuniam petit: negamus deberi: iudicium fiat ſtatim: non recuſamus. Nunquid præterea? ſi veretur, vt res iudicio facto parata ſit: iudicatum ſolui ſatis accipiat: quibus à me verbis ſatis accipiet: ijſdem ipſe, quod petit, ſatis det. Et quanquam, vbi de nobis detrahimus, ibi aduerſarium lædimus, tamen hæc magis de aduerſario dicta ſunt, quàm de reo. Huius generis eſt illud ibidem in Quintiana. De re pecuniaria cupio contẽdere: non licet. at ea controuerſia eſt: nihil ad me attinet: cauſam capitis dicas oportet: non recuſo. Accuſa, vbi ita neceſſe eſt: Non, inquit, niſi tu ante nouo modo priore loco dixeris. dicendum neceſſario eſt, reſtituenda hora ad arbitrium noſtrum: iudex ipſe arceſſetur, &c. Sed hæc omnia de aduerſario magis, quàm de reo. De reo verò pro ipſo in illo loco: Omnia circumſpexit Quintius: Omnia periclitatus eſt C. Aquili: non prætorem modò, à quo ius impetraret, inuenire non potuit: atque adeò ne vnde arbitratu quidem ſuo poſtularet: ſed ne amicos quidem S. Neuij: quorum ſæpe & diu ad pedes iacuit ſtratus, obſecrans per Deos immortales, vt aut ſecum iure contenderent, aut iniuriam ſine ignominia ſibi imponerent: denique ipſius inimici S. Neuij lachrymans manum apprehendit: obſecrauit per fratris ſui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, per ipſius coniugem, & liberos, quibus propior P. Quintio nemo eſt, vt aliquã miſericordiã caperet: aliquã, ſi non propinquitatis, at ætatis ſuæ: ſi non hominis, at humanitatis rationẽ haberet: vt ſecũ aliquid integra ſua fama, qualibet, dummodo tollerabili cõditione trãſigeret, &c. Illud verò quod paulò antè dixerat, vtriuſq; partis eſt. Non comparat ſe tecum gratia P. Quintius Sex. Neui: non opibus, non facultate cõtendit:

Omnes tuas artes. quibus tu magnus es, tibi concedit: ſatetur ſe non bellè dicere, non ad voluptatem loqui poſſe, non ab afflicta amicitia transfugere: atq; ad florentem aliam euolare: nōprofuſis ſumptibus viuere: non ornare magnificè ſplendideq; conuiuium: non habere domum clauſam pudori et ſanctimoniæ: patentem atq; adeò expoſitam cupiditati & voluptatibus.

Hactenus magis de Neuio, quàm de Quintio: ſed non abſque acrimonia, quàm σφοδρότητα *nominauimus. Illa verò quæ inſequuntur ſunt huius loci. Contrà ſibi officium, fidem, diligentiam, vitam omnino ſemper horridam atque aridam cordi fuiſſe. iſta ſuperiora eſſe, ac plurimum poſſe his moribus ſentit, & cætera, quæ hæc conſequuntur. Vtilis eſt hæc figura & neceſſaria: cùm eum conciliamus, qui audit: vt fit in principijs plerumque: aut eorum animos concitamus miſericordia erga nos, ſeuitia erga aduerſarios, Et eſt vna ex maximè neceſſarijs dicendi figuris. Sed etiam ad Oratorem ſpectat: atque haud ſcio an magis ad Oratorem: vt in illo, Verùm ita ſe res habet, Vt ego, qui neque vſu ſatis, & ingenio parùm poſſum, cum patrono diſertiſsimo comparer. Item illud conſimile: Nam quo minus ingenio poſſum, ſubſidio mihi diligentiam comparaui. Eſt principium pro S. Roſcio: Credo ego vos Iudices mirari, quid ſit, cùm tot ſummi Oratores, homineſq; nobiliſsimi ſedeant, ego potiſsimum ſurrexerim: qui neque ætate, neque ingenio, neque authoritate cum his, qui ſedent, ſim comparandus.*

SCHOLAE. Hoc genus dicendi, videlicet moratum, eſt prçcipuum: moderata ſeu modeſta dicendi figura, γένος λόγου ἐπιεικὲς, id eſt, modeſtum, moderatum, verecundum, minimè petulans,

tulans, non iniuſtum: ἠθικὸν eſt, quia habet ſignificationem iuſtitiæ, veritatis, æquitatis, humilitatis, ingenij minimè ſuperbi: & his contrariorum, crudelis, iniqui, impupudentis, iniquarum poſtulationum. Vtimur eo genere in exordijs, in minoribus motibus: ſed non ſemper manet inter terminos τοῦ ἤθους: ſed aliquando tranſcendit limites, & fit παθητικὸν: vt non ſolùm conciliet auditorem, ſed etiam ex abundanti perturbet: vt illud: ſtratus ad pedes iacuit, &c. vt ſuperiore exemplo. Hermogenes nominat figuras verbis formarum nō accidentium, ἐπιεικείας & non ἐπιεικὰς λόγους: id facit propterea, quòd vtile eſt, primùm animo comprehendi ideam dicendi: Deinde eam intueri in alijs Oratoribus: & poſtea rurſum id quod aſpexeris apud Oratorem, transferre ad ocnlos meditantis. Maximè conſiſtit in ſententijs. Et ſententiæ ferè ſunt cauſæ abſolutæ huius ideæ. ſunt autem μειονεκτικαὶ, quibus nobis detrahimus: de noſtro iure concedimus: alijs locum damus, aduerſario felicitatem, nobis infamiam, paupertatem, nullam potentiam. πλεονεκτικαὶ, quibus aduerſarijs tribuimus magnam potentiam, iuſtitiam, multorum virorum gratias atque præſidia: Demoſthenes contra Aeſchinem, περὶ τοῦ στεφάνου; πολλὰ μὲν ἐλάττομαι, inferior ſum, inquit, quod Hermogenes μειονεκτεῖν vocat. Deinde ἐκ περιουσίας. Nam ἐκ περιουσίας eſt πλεονέκτημα. Hæc duo genera ſententiarum pertinent etiam ad aduerſarios, vel ad nos. Et quemadmodum aduerſariorum duæ ſunt perſonæ: vna rei, altera Oratoris: ita etiam in noſtra eſt parte. Pertinent igitur iſtæ ſententiæ ad quatuor perſonas. Sunt etiam aliæ perſonæ, vt iudicum, aduocatorum. Per hæc ſex genera perſonarum patet iſta præceptio: ſic Cicero ſe minorem facit eloquentia Hortenſio: P. Quintium inferiorem Neuio, μειονεκτεῖν eſt: qui patitur, is inferior & humilis eſt, cui ſummam copiam, πλεονέκτημα: iacturam facere μειονεκτικὸν, contentus non erat πλεονεκτήματι, &c. Omnis petitio non rei debitæ, iniuria eſt. quaſi dicat, nihil aliud peto niſi æquitatem. Eſt æqua poſtulatio, & habet ſignificationem æqui & moderati ingenij.

Sententiarum igitur hæc duo ſunt genera: quarum poſitum eſt vnum in extenuando: alterum in exagge-

rando. Quarum prima tractatio, quam ſæpe μέθοδον appellamus, poſita eſt comparatione: vt pro S. Roſcio: Accuſant ij, qui in fortunas huius inuaſerunt: cauſam dicit is, cui præter calamitatem nihil reliquerunt. Altera ratio eſt ſplendoris, παραμυθίας: aliquid ſcil. remittere, de iactatione: vt ne odioſa fiat oratio, & arrogantis eſſe videatur. Omnis enim arrogantia iuſtitiæ aduerſaria eſt: vt in declamatione, cùm ſuum factum Imperatorum factis præpoſuiſſet Cicero: Tum vos eum Conſulem, qui non militum præſenti fortitudine: ſed ſua eximia animi virtute, hoſtilem ciuium mortem vindicabit. Glorioſè iſtud quidem: ſed ſequitur παραμυθία: Senatus inquit, autoritate, &c. Eſt enim gratioſum et gratũ, ſuam laudem cum ſenatu communicare. Deinde addita eſt poſtulatio iuſta & æqua: Non ſtatuæ, non triumphi, cuiuſmodi erãt Imperatorum: ſed ſalutis exiſtimatio, inquit, vobis in ciuitate retinenda eſt. Deinde modeſtia eſt vti verbis, aliquando minus ſignificantibus, minusq; vehementibus, vt Demoſth. contra legem Leptinæ: ἀλλ' ἐκεῖνο ἂν ἐροίμην ἡδέως αὐτὸν, τίνος εἵνεκα, εἰ τὰ μάλιστα μή τινες ἀλλὰ πάντες ἦσαν ἀνάξιοι, τῶν αὐτῶν ἠξίωσεν ὑμᾶς τε καὶ τούτους, &c. Poterat enim dicere non ἠξίωσεν: ſed τὴν αὐτὴν ἀτιμίαν ὑμῶν τε καὶ ἐκείνων κατέγνω. Iſtud tametſi verbo fit: tamen eſt virtus in delectu verbi melioris, et deterioris reiectione. Ad hanc rationem verborum διάκρισις pertinet, quæ eorum eſt acuta & ingenioſa cum quadam ſuauitate diſtinctio, vt pro S. Roſcio in exordio eius cauſæ: His ego de cauſis huic cauſæ patronus extiti: non electus vnus, qui maximè ingenio poſſim: ſed relictus ex omnibus, qui minimo cum periculo poſſem dicere: neq; vti ſatis firmo præſidio defenſus S. Roſcius:

ſcius: verùm vt ne omnino deſertus eſſet. Atq; haud ſcio, an illud etiam Demoſthenis plus habeat in verbo ornamenti, quàm in tractatione: οὐ περὶ τῶν ἴσων ἀγωνίζομαι, οὐ γὰρ ἐστὶ ἴσον νῦν ἐμοὶ τῆς παρ' ὑμῶν εὐνοίας διαμαρτεῖν: καὶ τούτῳ μὴ ἑλεῖν τὴν γραφὴν ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οὐ βούλομαι δὲ δυσχερὲς εἰπεῖν οὐδὲν, ἀρχόμενος τοῦ λόγου. Illa enim reticentia, quàm ἀποσιώπησιν vocant, verecundi & pendentis ingenij habet ſignificationem. Et quoniam facta eſt prætermiſſione verborum & omiſſione ſententia perfecta, μέθοδος eſſe videtur, non σχῆμα.

SCHOLAE.

Cœpimus poſtremis diebus præcipere de modeſto dicendi genere, quod vocant ἐπιείκειαν: quæ eſt virtus, in qua iuſtitia coniuncta eſt cum lenitate & pudore. Tres enim illas virtutes complectitur hoc vocabulum. Illa igitur oratio: quæ habet ſignificationẽ æquitatis, lenitatis & miſeridiæ, ſimul etiã pudoris, dicitur oratio ἐπιεικής: maximè neceſſaria Oratori. Nihil amabilius enim, quàm mores ſtudioſi æquitatis & bonitatis. Sentẽtiæ ſunt illæ, quibus noſtrum ingeniũ & facultates noſtras oſtendimus: vt, cùm ſignificamus, non potuiſſe accuſare ſacrilegij aut peculatus, cùm ſolũ accuſamus furti: ſunt ſentẽtiæ μειονεκτικαί. Deinde ſunt πλεονεκτικαί ſentẽtię: quando augemus noſtras res. Cùm oſtendimus de noſtra fama agi, &c. De his ſatis copioſè eſt dictũ in ſuperiore lectione. Methodus eſt tractandi via, & ratio exornandi ipſas ſentẽtias, eſt ipſarum ſententiarum ἐργασία καὶ σχηματισμός. Prima eſt σύγκρισις, quando per comparationem oſtendimus noſtram æquitatem, & aduerſarij iniquitatẽ. Cuiuſmodi exemplũ eſt Ciceronis pro S. Roſcio. In priore parte eſt ſententia πλεονεκτική: Altera ratio eſt παραμυθία, quę nihil eſt aliud, niſi διόρθωσις, emẽdatio rei ingratę & odioſę. Ingrata ſępe eſt nimia aſperitas; itẽ, nimia acrimonia, & oratio glorioſa. Eſt igitur ἐπιεικείας, aliquãdo lenire ea quę aſpera ſũt. Tertia methodus eſt quę pertinet ad lenitatẽ verborũ: vt, verbis lenire acrimoniã & cęteras formas: cũ vtimur verbis minus ſignificãtibus, vt exemplũ Demoſthenis. Quarta eſt poſita in omiſſione verborũ: ἀποσιώπησις, ſententiã verbis nõ explere:

ſed ἀποσιώπησις non ſolùm eſt verborum : ſed etiam ſententiarum:vt videre eſt in exemplo Demoſthenis. Quinta etiam poſita in lenitione ſententiarum , & tractatione verborum . Eſt enim διάκρισις extenuans:quæ tum demũ laudatur,cùm eſt acuta & ingenioſa:& habet γλυκύτητα μετὰ κάλλους:ſuauis & venuſta & ἐπιεικής . Huius etiam rationis eſt vti aliquo capite qualitatis aſſumptiuæ : vt Demoſthenes in eodem exordio:ἂν δὲ, ἐφ' ἃ καὶ πεποίηκα καὶ πεπολίτευμαι πολλάκις λέγειν ἀναγκασθήσομαι περὶ ἐμοῦ. πειράσομαι μὲν ὡς μετριώτατα τοῦτο ποιῆσαι, ὅταν δὲ τὸ πρᾶγμα ἀναγκάζει τούτου αἰτίαν, οὗτος ἐστιν δίκαιος ἔχειν, ὅτι τοιοῦτον ἀγῶνα συστησάμενος.Primùm enim neceſſitate excuſat: Deinde aduerſarij impunitate: quæ duo ſunt capita qualitatis aſſumptiuæ.Eſt etiam huius methodi ἀξίωσις illa in cauſa Roſciana : primùm à Chriſogono peto vt pecunia fortuniſque noſtris contentus ſit,ſanguinem & vitam ne petat. Hæc enim poſtulatio in poſteriore parte vera eſt:in altera verò parte aliquid habet ſimulationis, hominis nimirum aduerſarij concedentis: poſtulando enim concedit aduerſario,quod debebat reſtitui . Item huius figuræ eſt,cum conditione aliquam pœnam non deprecari : vt ibidem: Quòd ſi aut cauſa criminis , aut facti ſuſpicio , aut quælibet denique, vel minima res reperietur,quamobrem videantnr illi nonnihil tamen in deferendo nomine ſecuti. Poſtremò ſi præter eam prædam,quam dixi,quidquam aliud inueneritis: non recuſamus, quin illorum libidini S. Roſcij vita dedatur: ſin aliud agitur nihil , niſi vt his ne quid deſit,quibus ſatis nihil eſt,&c.

Eſt item modeſti generis, vti præteritione ſententiæ in minimis argumētis & rationibus, ſiue in criminibus aduerſariorum: quam ratiouem παράλειψιν vocant: vt pro S. Roſcio: Non quæro quis percuſſerit: nihil eſt Glaucia, quod metuas: non excutio te, ſi quid fortè ferri habuiſti, non ſcrutor: nihil ad me arbitror pertinere: quoniam , cuius conſilio occiſus ſit, habeo : cuius manu percuſſus ſit non laboro. Et nō multò pòſt in eadē oratione: Mon enim ego ita diſputabo : Veriſimile eſt Roſcios il-

lam rem ad Chriſogonum detuliſſe. Erat enim eis cum Chriſogono iam antea amicitia: nam cùm multos veteres a maioribus patronos hoſpitesq́ haberent, omnes eos colere atque obſeruare deſtiterunt: ac ſe in Chriſogoni ſiem & clientelam contulerunt. Hæc poſſum omnia verè dicere: ſed in hac cauſa coniectura nihil opus eſt: ipſos certè ſcio, non negare. ad hæc bona Chriſogonum acceſſiſſe impulſu ſuo: ſi eum, qui iudicij partem acceperit, oculis cernetis, poteritis ne dubitare Iudices, quid iudicarit? In tertia verò Verrina pulchrum eſt præteritionis exemplum: ſed in prima parte minus habet ἐπιεικείας: itaque primum illum actum iſtius vitæ turpiſſimum & flagitioſiſſimum prætermittam: nihil à me de pueritia flagitijs peccatisq́ audiet: nihil ex illa impura adoleſcentia ſua, quæ qualis fuerit, aut meminiſtis, aut ex eo, qui ſui ſimilimum produxit, recognoſcere poteſtis. Quod verò ſequitur plus habet verecundiæ atq; modeſtiæ: Omnia præteribo, quæ mihi turpia dictu videbuntur: neque ſolùm, quid iſtum audire, verùm etiam, quid me deceat dicere, conſiderabo. Vos quæſo, date hoc & concedite pudori meo, vt aliquam partem de iſtius impudentia reticere poſſitis. Omne illud tempus, quod fuit antequam iſte ad magiſtratum rempublicamq́ acceſſit, habuit per me ſolutum ac liberum: ſileatur de nocturnis eius vacationibus ac vigilijs: Lenonum, aleatorum, nulla mentio fiat: damna, dedecora, quæ res patris eius ætas illius pertulerit, prætereantur: lucretur indicia veteris infamiæ: patiatur eius vita reliqua, ne hanc tantam iacturam criminum faciat. Atque hæ ſunt methodi in hac modeſtiæ figura, quibus etiam perſpicuitatis & puritatis debent rationes adijci. Iuſtitia enim

& æquitatis non obſcura & ſimplex, non inuoluta eſt oratio. Verba etiam & verborum ornamenta, & periodi, earumq́; membra, & horum omnium collocationes, clauſulæ, numeri ijdem ſunt, qui puritatis, niſi in ſplendore aliquid aut grauius, aut numeroſius, aut maius ponendum erit: id quod non rarò accidit.

SCHOLAE

Dixi eſſe methodi ἐπιεικείας, vt ſit ἀξίωσις, poſtulatio æqua, ἐπιεικής: in qua plus concedimus aduerſario, quàm debemus: & facimus illud cum quodam motu & miſericordia & clementia: vt exemplum pro S. Roſcio: Primùm à Chriſogono peto, &c. illa eſt æqua poſtulatio. Eſt enim miſerum concedere alicui pecuniam, & fortunas ſuas, & eam pecuniam ablatam & abreptam contra ius. Omnes ἀξιώσεις debent eſſe coniunctæ cum æquitate. Huius etiam loci eſt, pœnam non deprecari: ſed cum conditione, καθ' ὑπόθεσιν. Et ſolet plerunque ſubſequi ἀξίωσιν ὑπόθεσις. Vocatur hæc metuodus συγχώρησις καθ' ὑπόθεσιν, conceſſio conditionalis: quæ ſemper ſolet tractari per anthiteſin, contentionem: & plerunque ſequitur σφοδρότης: vt prima pars habeat ἐπιείκειαν: altera verò habeat vehementiam: vt, ſin aliud, &c. Et poſtrema methodus eſt παράλειψις, præteritio. Cùm præterimus vnum aliquod graue, aut multa magna: & obijcimus tantùm crimina neceſſaria, quod etiam eſt ἐπιεικείας, vt in exemplo Ciceronis. Puritatis methodus eſt ἀφήγησις ἁπλῆ, ſimplex & ſincera narratio & oratio. Verba debent eſſe pura Latina, quotidiana: tranſlata debent eſſe æquè nota atque ipſa natiua. Collocatio debet eſſe libera & ſoluta, neque ſit compoſitio ſollicita in poſitionibus vocalium, vt ego omni officio: & numeri Iambici & Pyrrichij. Sic etiam in clauſulis non Spondeis.

DE FIGVRA VERAE ORATIONIS, περὶ τῆς ἀληθείας.

CAPVT XXIIII.

PErmagni refert vt verè loqui atque dicere Orator videatur, eam virtutem Græci Rhetores tum ἀληθῆ & ἀληθινὸν λόγον vocant, quòd vera ſit, non ficta oratio: tum ἐνδιάθετον quod διάθεσιν, id eſt, affectionem animi ſubitam indicatam habeat, tum ἔμψυχον, quòd quaſi animatus ſit non inanimis ſermo, ſed cogitationibus animi conſentaneus. Quam virtutem etiam Horatius in poetis requirit his verſibus:

Thelephe vel Peleu malè ſi mandata loqueris
Aut dormitabo aut ridebo. triſtia mœſtum
Vultum verba decent iratum plena minarum.

Sed illud genus quod ἔμψυχον dicitur, duobus modis dicitur. Primò cùm inanimis rebus animum attribuimus, vt vbi Cicero Albanos tumulos inuocat, & Horat. naui bene precatur, eiq́ Vergilium commendat. Sed ſæpius poetæ hac ratione vtuntur: vt,

Tityrus hinc aberat, ipſæ te Tityre pinus
Ipſi te fontes, ipſa hæc arbuſta vocabant.
Item, Vos coryli teſtes & flumina Nimphis.
Item, Formoſam reſonare doces Amaryllida ſyluas.
Item, Xanthe retrò remeabis equi ſi pabula ſpernāt.

Sed non hic nos iam de hoc genere loquimur, verùm de altero, quo animorum cogitationes proferimus cum ſignificatione doloris, aut voluptatis, aut lætitiæ, aut triſtitiæ, vel iræ, vel amoris, aut ſpei, vel metus.

A Hoc genus primùm ſententias habet omnium ſuperiorum figurarum, in primis verò perſpicuitatis, & modeſtiæ. Veritas enim inimica obſcuritati eſt, & verecundia ipſa per ſe motus eſt animi verus. Et in aſperitate & acrimonia cæteriſq; figuris hæ ipſæ aſperitatis & acrimoniæ reliquarum figuræ ſentẽtiæ veritatem amittunt, ſi ficta & ſimulata eſſe videantur, ſi tamen aliquæ propriæ ſunt huius generis, ſententiæ ſunt illæ, quæ vocantur σχετλιαστικαὶ, deteſtantes, deplorantes, precantes cum dolore: vt ille Sinon Vergilianus,

Heu quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora poſſunt
Accipere? aut quid iam miſero mihi deniq; reſtat?

Et Cicero pro Cn. Plancio: O excubias tuas Cn. Plancî miſeras: ô flebiles vigilias, ô noctes acerbas, ô cuſtodiam etiam mei capitis infelicem, ſiquidem ego viuus non poſſum, qui fortaſſe mortuus potuiſſem. Sed omnia iſta in quibus exclamamus, admiramur, abominamur, iraſcimur, ſperamus, metuimus, cùm multiplicem habeant tractandi rationem, tamen illa latius patet norma & præceptio Hermogenis, μὴ προλέγειν πάθος, hoc eſt, iraſci, non dicere quòd non iraſcaris: deteſtari, & illud ipſum non proferre: ſic admirari, ſic in cæteris commoueri, vt in Philipp. II. En hic, Dij immortales, aliquando fuit meus amicus: magis ἐνδιάθετος loco eſt & ἔμψυχος, quàm ſi dixiſſet: Miror autem te hoc audere dicere, fuiſſe aliquando amicum meum. Et in 2. Philipp. Auguratus petitionem mihi te conſeciſſe dixiſti: O incredibilem audaciam: ô impudentiam deteſtandam. Hoc ab illo priore differt, quòd hic poſt occupationem motus & admiratio. In illo verò priore in ipſa occupationi, exclamatio & dolor.

μέθοδος ἀληθείας.

SCHOLAE.

ἀληθῆ vera duob. modis dicũtur.

ἔμψυχον duob. modis dicitur.

μέθοδος ἀληθείας.

Eſt apud Græcos in morati generis dicendi partibus vna ſpecialis figura, quæ dicitur ἀλήθεια orationis genus verum. vera autem oratio dicitur dupliciter. Primum ea quæ eſt ἀπόδεικτος demonſtrata, & probata, quæ habet πιθανότητα & πίστιν, quæ eſt ἀπόδειξις. De hoc genere tradit in præceptis confirmationis. Deinde dicitur verum, quod non eſt fictum: & de hoc genere hic diſſeritur, ſcilicet de oratione vera. Illud genus ἀληθὲς vocatur alio nomine ἐνδιάθετον, quod habet ſignificationem repentinorum motuum. διαθέσεις etiam ſunt repentinæ & temporariæ, non perfectæ, vt ira, metus, ſpes, lętitia, triſtitia, dolor, voluptas, &c. Idem genus vocatur ἔμψυχον. ἔμψυχος verò dicitur duob. modis: Primum cum inanimis rebus animum & ſenſum tribuimus. Cum imaginem Iouis ſtatuam ita appellamus, quaſi ille haberet ſenſum & animum. Cuiuſmodi aliquando vtuntur Oratores, vt Cicero pro Milone, cum inuocat Albonos tumulos. Poetæ verò frequentius vtuntur. Vt, Vergilius: Quid faciat lætas ſegetes. Eſt quidem genus pulchrum. Alterũ orationis genus ἔμψυχον, quod animi cogitationibus eſt conſentaneum: quod animi doloribus hæret infixum. Quo de genere hoc in loco pręcipitur. Oratio ſemper & vbique debet eſſe ἔμψυχος. Et ſententiæ τραχύτης etiam ſimul huius loci, & perſpicuitatis: veritatis enim amica eſt ipſa claritas. Obſcuritas verò comes falſæ orationis: quemadmodũ eſt omnium hæreticorum, qui ſunt obſcuri, quia veritatem oppugnant: ſed ſententiæ χρηστικαὶ propriè huc pertinent. μέθοδος eſt huius generis generaliſſima, μὴ προλέγειν τὸ πάθος, iraſci non dicere, ſi iraſceris: & in hac oratione oportet videre quod maius ſit, quod minus. Verg. Non equidem inuideo, miror magis, vndiq; totis vſque adeo turbatur agris. Hic Verg. prædicit, & oderunt facere contra præceptum ἀληθείας, ſed vtrumque fit aptè, quia occurrendũ erat tacitę obiectioni, qua infelices plerunq; inuident felicibus.

Quanquam non rarò etiam oratores & poetæ proponunt, aut admirationis aut optationis aut doloris ſignificationem, vt ille Vergilianus Melibœus. Non equidem inuideo, miror magis vndique totis, &c. Verùm iſtud propter occupationem neceſſario poſitum eſt poſt illum & ſuum primum & alterum μακαρισμὸν Tityri, vt per beneuolentiam primos verſus pronunciaſſe, non per maleuolentiam, videatur. Et eſt quidem moratum dicere: Non equidem inui-

deo: ſed quæ ſequuntur magis ſunt viuifica, & ἐμψυχότερα, & plus habent doloris: ——Vndique totis
Vſque adeo turbatur agris. en ipſe capellas
Protinus æger ago, hanc etiam vix Tityre duco.
Hic inter denſas Corylos modò namque gemellos,
Spem gregis, &c.

Et extremus dolor maximè huius generis & loci eſt.
—Ah ſilice in nuda connixa reliquit.

Sic illud Corydonis huic poſtremo ſimile:
Quem fugis ah demens? habitarũt Dij quoq; ſyluas

Admirans enim dementiã Alexis, admirari ſe nõ prædicit. Talia ſunt illa Demoſthenis apud Hermogenem: Primum irati: ἴσως ὦ κατάρατε ϗ γραμματοκύφων. Et illud miſerantis: ἀλλὰ ὁ μὲν ἄθλιος ἄνθρωπος ἠτίμωταί τε καὶ ὕβρισται. Admirantis autem βουλεύεσθε θηβαίους ἔχοντες ἐν νήσῳ τί χρήσεσθε: καὶ τί δεῖ ποιεῖν, οὐκ ἀναστήσεσθε? Dolentis autem cum indignatione, quam ἀγανάκτησιν vocat Hermogenes: Ανδροτίων ὦ γῆ ϗ θεοί. Porrò confidentis, quem animi motum πεποίθησιν vocãt. κἀγὼ συμπλέων πάσχειν ὅτι οὖν ἕτοιμος, ἐὰν μὴ ταῦτα οὑτωσὶ ἔχῃ. Hermog. etiã rationis eſſe, & cõfidentiæ putat ἀσυνθέτως ϗ ἀντικαταστάσεως χρῆσθαι ταῖς ἀπαντήσεσι: πρὸς τὰς ἀντιθέσεις, cõtrà obiectiões: Vt in illo Demoſth. primo loco poſita eſt ἀντίθεσις τί δὴ προσορμισάμεθα ἤρετό τις: Deinde abſq; præparatione aut præmunitione, ἀπάντησις. i. reſponſio, & diſſolutio: εὑρήσει τὰ σαθρὰ ἀθηναῖοι, inueniet res carioſas, & putridas. Talis illa quã poſui ſuprà. Primũ obiectio: Augu tus petitionem te mihi conceſſiſſe dixiſti. Deinde ἀπάντησις nuda, & pro negatione explanatio. O incredibilem audaciam: ô impudentiam ſingularem.

Sunt duo genera ſententiarum, quæ ſunt παθητικαὶ, pertinentes ad motus animorum indicandos: Quorum primum eſt moderatum & lenius σὺν προλέξει, cum prædictione, ſiue προαναφωνήσει: Vt vellem equidẽ Iudices, &c. Eſt ſententia παθητική, prædicens voluntatem & animum. Item Demoſthenes: πρῶτον μὲν ὦ ἀθηναῖοι, etc. Alterum genus magis eſt ἔμψυχον, maiorem habens ſignificationem motus. Et eſt ἄνευ προλέξεως: Vt, *O curas hominum, quantum eſt in rebus inane.*

Sententia eſt ἐμπαθὴς, ſed facta admiratione. Quod πρόταξιν habet, minus eſt vehemens genus: quod pulchrè apparet in Vergilio. Nonequidẽ inuideo miror magis, &c. eſt ſumma ἠθικὴ: quia eſt ſententia viri iuſti, καὶ τῆς ἐπιεικείας: Miror magis, vbi eſt morata ſententia, ſed generis minoris. Hæc ſententia neceſſariò vſus eſt poeta, propter duos μακαρισμοὺς, qui anteceſſerant. Hæc eſt parua methodus, cõmunis omniũ motuũ. Altera methodus eſt argumẽtorũ, vti ſolutionib. cõtra argumẽta aduerſariorũ. ἀπάντησις in his eſt, expolitio: & noſtrũ iaculũ cõtra miſſum: κατάστασις eſt præparatio ad ipſam ſolutionẽ: vt breuiter Iudices ad hæc reſpondebo. Quicquid dicitur ante argumentationẽ, vel beneuoletia, vel docilitatis cauſa, id dicitur κατάστασις, &c. ἀπόστασις, cũ aliquis ſubitò vno exordio vtitur ſine præparatione. Tertiã rationẽ Hermog. eſſe dicit τὰς ἀκολουθείας τῶν σχημάτων μὴ σώζειν: id quod tũ fit, cum antecedentib. vel verbis, vel nominib. vel modis, vel temporib. vel perſonis, vel numeris, poſteriora aut verba aut nomina, aut eorũ tẽpora, aut perſonæ, aut numeri nõ reſpondent: Vt pro Milone, &c. Vtinam Dij immortales feciſſent, pace tua patria dixerim: metuo enim ne ſceleratè dicam in te, quod pro Milone dico piè: Vtinam, &c. Clodius non modo viueret: ſed etiam pro cõſule Dictator eſſet, antequam hoc ſpectaculum videret. Simili vſus eſt ἀκολουθίᾳ Cicero in primo illo πνευματικῷ, & longo ambitu, poſt reditum ſuum ad Quirites: Nam cum principio dixiſſet: Quod precatus ſum à Ioue optimo maximo, cum me deuoui: in extrema tamen eius parte fit reuerſio ad ipſam ſentiam perficiendam: Eius deuotionis me eſſe deuinctum lætor.

Quarta ratio eſt quaſi ex abrupto non meditato conuiciari. Aeſchinis enim illud minus verum eſt, & magis ſimulatum. δότε μοι εἰπεῖν κίναιδον ἀυτὸν. *Illud verò Demoſthenis verius & maius æſtimamus:* ὦ καθάρατε καὶ γραμματοκύβων. *Medium verò quoddam in his duobus eſt illud Ciceronis. Si tibi cum P. Quintio fuit vadimonium, quo te nomine appellemus? Improbum? at etiamſi deſertum vadimonium eſſet: tamen in illa poſtulatione, & propoſitione bonorum improboſsimus reperiebatur. Num malitioſum? negas fraudulentum? Iam id quidem arrogas tibi & præclaram putas audacem? Cupidum? perfidioſum? vulgaria & obſoleta ſunt, res autem eſt inaudita. Quid ergo? Vereor me Hercule ne aut grauioribus vtar verbis, quàm terra fert, aut lenioribus, quàm caput poſtulat. Poſtrema ratio eſt apud Hermogenem aut improbare, quod dictum eſt, quam quidam rationem* μετάνοιαν *videntur appellaſſe: aut obliuionem ſuam excuſare. Cuiuſmodi ſunt illa, ſentio me nimis multa de his: penè enim præterieram id quod maximè dici oportebat. Et vt Demoſth.* ἀλλὰ μικροῦ μὲ παρῆλθεν. *Item,* ἀλλ᾽ ἐμπέπλωκα εἰς λόγους οὓς ἀυτίκα μάλα ὕστερον ἁρμόσει λέγειν.

SCHOLAE. Diximus illam Ideam ἀλήθειαν nos poſſe nominare, verum dicendi genus, quod eſt probatum, demonſtratum & ex vero animo profectum. Et eſſe oratoris officium ita dicere, vt videatur vti non voce ficta, & non ſimulatis ſententijs. Et propterea vocarunt ἔμψυχον, quia indicat qualis & cuiuſmodi mens ſit, & animus hominis. Et quoniam maximè oſtendit affectiones animorum: vocatur etiam ἰδία ἀλ[illegible]τος. Omnes ſententiæ cadunt in hanc figuram: principes tamen ſententiæ in hac figura ſunt ſententiæ [illegible].

1. μέθοδος. Methodus in hoc genere eſt quinquepartita. Prima eſt παραμυθίαν in amplificationibus: vt non ſit minus magnam.

amplificatio & ὑπερβολικὴ, vt ne videatur arrogans & quaſi
contra naturam. Nam nimium exaggerare, habet ſignificationem
ſtultitiæ, & deinde mendacij. Cuiuſmodi aliqui inueniuntur
ſcriptores: cum volunt aliquid commendare, nimium
exaggerant. Secunda, occupare & refutare abſque 2.
[illegible], id eſt, ſine præparatione conciliationis beneuolentiæ,
attentionis, & docilitatis. Tertia eſt τὰς ἀκολουθίας τῶν 3.
σχημάτων μὴ σώζειν: non eandem retinere configurationem
verborum & nominum: Cum perturbamus modos, tempora,
perſonas, dicitur ἀνακολουθία τῶν σχημάτων: vt Cicero: Vtinam
Dij immortales feciſſent, &c. Et iſta ἀνακολουθία facit,
vt videatur genus orationis non domi confectum: ſed quaſi
ἐκ τοῦ παραχρῆμα ex tẽpore: ſed hoc genere domi vtimur,
ne videatur oratio elaborata. Quarta eſt conuiciari ex abrupto, 4.
non meditatò. ſunt enim conuiciorum genera duo:
Vnum quod habet monitionem & præſignationem: Cuius
rationis ipſe Aeſchines oſtendit rationem. Alterum genus
eſt ex abrupto: Iam ne vides bellua, &c. Tertium genus
habet ſcilicet dubitationem de nomine: cum orator dubitat
quo nomine ſit appellandum crimen. Poſtrema ratio
eſt μετάνοια & προσδιόρθωσις, dicti pœnitentia: Vt, ſentio
me multa nimis de his, &c. Cum ſint in officio oratoris
quinque: Inuenire, diſponere, eloqui, mandare memoriæ
& collocationes: Memoriæ, cum ſimulamus nobis aliquid
excidiſſe. Hæc de tractandi ratione breuiter ſeu methodo.

Verba ἀληθείας.

Hæc de tractandi ratione in hac veritatis figura: Sequuntur verba: quæ, cum in aduerſarios inueniuntur iracundius, vt fit in Epiphora, dura debent eſſe & aſpera, & facta: de quibus in aſperitate & acrimonia dictum eſt. In miſericordia verò puritatis verba adnotanda eſſe Hermogenes putat.

SCHOLAE.

Quid ſit ἀλήθεια ſatis explicauimus: item genera ſententiarum: tertiò quæ methodus: ſequitur iam verba, quæ vocantur λέξεις. Græci cum in aduerſarios ſubitò irruunt, vocant ἐπιφορὰν: Vel inuidiæ cauſa, vel miſericordiæ gratia. Ἐπιφορὰ differt ab ea oratione, quæ eſt perpetua: ἐπιφορὰ ve rò eſt ſubitanea,& ex ipſa re nata,non domi elaborata.In ἐπιφορᾷ debent eſſe verba dura,aſpera & facta. Vocâtur σκληρὰ verba noua,ad iram inuenta. Aſpera ſunt verba, quæ adhibentur amicis,& ſenatui,& iudicibus,τραχέα:Vt,cum dicit Demoſthenes,Rempub.νοσεῖν,ægrotare. Verba facta,πεποιημένα duobus modis dicuntur:Vel ſunt omnino noua,à nobis inuenta,vel ficta:quibus Oratores non vtuntur, niſi coacti:ſed vt duo genera motuum ſunt:quidam motus aduerſarij & infeſti,vt ira,inuidia: alij ſunt amici & tranquilli,vt amor,εὔνοια,χάρις,& ἔλεος.Item ſtudium iuuandi alterum: ſic ſunt duo genera verborum: Vnum quod adminiſtrat verba τραχεῖα.Vbi autem eſt amor,beneuolentia : ibi verba eſſe debent propria & quotidianæ conſuetudinis.

Verborum ornamenta ſunt ἀποστροφαὶ,quæ habent ἐπιβολὴν iracundiæ. ἀποστροφαὶ, vt cum inuehimur: Iamne vides bellua? Et præſertim, ſi ſit conformata ἀποστροφὴ interrogatione. II. σχῆμα τὸ δεικτικὸν,id eſt,demonſtratio,cum adiecta eſt Ironia: Vt,Huic committas ſi quid rectè curatum velis. Verborum ornamēta ſunt,declinationes ad aduerſarios factæ, & aduerſariorum indicationes,quod τὸ δεικλικὸν dicitur: vt,Hic eſt qui nunc Thebanorum deplorat calamitates. Et: Huic committas,ſi quid rectè curatum velis. Dubitatione item: Vt in illo ſuperiore exemplo: Quid ſi tibi nunquam cum illo vadimonium fuit,quo nomine appellemus? Sic,quas vocant reticentias, Græcorum ἀποσιωπήσεις: Cuiuſmodi fuit illa ſuperior Demoſthenis in exordio pro Cteſiphonte. Item ἐπικρίσεις, quæ ſunt oratoriæ quaſi adiudicationes : vt, δεινὸν μὲν. facinus magnum & memorabile. Fiunt etiam eiuſmodi adiudicationes interrogando & quaſi dubitando: Tantæne animis cœleſtibus iræ? Item Deorum implorationes : vt προσφωνήσεις καὶ εὐχαὶ, commemorandis beneficijs: Vos vos obteſtor, Dij immortales, qui meæ menti

menti lumina protuliſtis, cum extinxi coniurationem, arámque vobis ab incendio & flamma liberaui, liberóſque viros à gremio & complexu matrum, ad cadem & cruorem non ſum paſſus abſtrahi. Verborum etiam ornamenta eadem ſunt, qua veritatis, vt verba iterata; Valeant valeant mei ciues: Vos vos obteſtor, dij immortales: Item verba contraria: vt, ſocij quò fugiant, cum aditus cuſtodi patria ſit pracluſus, qua ſpes ſalutis reliquis reſidebit, cum ciuibus praclusa ſit expectatio incolumitatis? pax & concordia extraneis gignetur, cum iam domeſticis non inſideat: ſed publicè prouidenti eripiatur? In hoc exemplo non ſolum verbis contrarijs oratio facta eſt grauior atq; acerbior: verùm etiam interrogationibus & comparationibus contrariorum.

Diximus βαρύτητα ſignificationem habere, non virtututis: ſed Orationem eſſe moleſtam, qua vtimur in exprobrandis beneficijs ac repetendis meritis: cum aliquid grauiter poſtulatur. Terentius vocat moleſtum genus, vt diximus: Item ſententias eſſe ὀνειδιστικὰς, quæ pertinent ad probrum eius, ad quem pronunciantur: & ad eius exiſtimationem. Iſtud genus eſt tripartitum: Vnum non ὀνειδιστικὸν, vt hæc eſt oratio Didonis apud Vergilium in abeuntem Aeneam. Quo genere oratores non nunquam vtuntur ad ſenatum. Alterum eſt aſperum: ſed tamen non oratione hoſtile, vt fuit Demoſthenis ſententia: vbi eſt expoſtulatio abſque παραμυθία. Tertium eſt inflexum ad motum miſericordiæ: vt Cicero pro Milone. Hæc tria ſunt ſententiarum genera. Tractationes ſententiarum, vocantur μέθοδοι: Hermogenes ponit ἐργασίαν. Altera eſt comparationis, quæ varia eſt, aut Quantitatis maioris aut minoris, & cætera. Vel comparationis perſonarum & cauſarum efficientium, ἐπιδιορθώσεις, id eſt, verborum correctiones: Vt, Illo ipſo die, die dico, imò hora. SCHOLAE

Reliquæ figurarum partes, vt ſunt membra eorumque ambitus, vt collocationes verborũ, & numeri, & clauſulæ, in hac figura quidem etiam in perſpicuitate ita adhiberi debent: vt non accurata omnino videatur; non neglecta tamen: ſed colore natiuo venuſta: non artificio infucata. ἐπίκρισις. ἐπίκρισις ſolet plerunquque eſſe comes ἀφηγήσει, narratiunculæ breui. Eſt nihil aliud ἐπίκρισις, quàm rei narratæ ſubiectum iudicium: cuiuſmodi iudicia, ſi priori loco ponantur, vocantur προκρίσεις. προκρίσις. Sed plerunque poſteriore loco ſolent ſubijci, & ἐπικρίσεις dicuntur. Poſtrema eſt ἐπιδιόρθωσις vel προσδιόρθωσις, προσδιόρθωσις. verbo adiecta correctio: illo die, die dico, imò illa hora. Hæc præcipuè obſeruanda ſunt in hac figura ἀληθείας: reliqua quatuor ſunt perſpicuitatis. Non debent eſſe ἐνθυματικὰ nimis: ſed debent eſſe ſermones quotidiani: vt periodi non ſint nimis concinnæ: non ἰσότης periodorum, aut terminata binis, ternis membris; ſed ſit varia, vt motus animi; vt collocationes verborum; non vitent concurſionem vocalium:

Vt vidi, vt perij, ſic me malus abſtulit error.

Vt compoſitio non ſit μικρολογημένη: ſed contenta Iambis, Pyrrhichijs. Sequitur grauitas orationis, βαρύτης.

ΠΕΡΙ ΒΑΡΥΤΗΤΟΣ, de grauitate.

CAPVT XXV.

De grauitate in vituperando & reprehendendo.

ADiungitur huic vero dicendi generi etiam ea figura, quæ à Græcis βαρύτης dicitur: ſermo ſcilicet moleſtus, & oratio ingrata atq; grauis. Huius generis, beneficiorum commemoratio & exprobratio eſt. Ab aſperitate differt hæc figura, qđ ea ꝑtineat ad iudices ſolùm, & bonos viros atq; ſuperiores: Ab acrimonia verò quod illa aduerſarios reprehendet: iſta verò idea ad omnes pertinet: & comes eſt veritatis. Grauitas differt ab aſperitate & acrimonia. *Non enim niſi commoti ad hoc genus orationis oratores deuenient.*

Quod verò hoc genus orationis moleſtum & graue ſit: non ignorauit Terentius poeta Comicus artificioſus: apud quem ſenex ille ſolicitus & moroſus Simon: Ego, poſt quam te emi à paruulo, vt ſemper tibi apud me iuſta & clemens fuerit ſeruitus, ſcis: feci ex ſeruo, vt eſſes libertus mihi, propterea quod ſeruiebas liberaliter, quod habui, ſummum præcium, perſolui tibi. Et Soſia, non ignorans officium grati hominis: In memoria, inquit, habeo. Et rurſus Simon vt grauitatem leniret, haud muto factum, inquit. Sed Soſia, gaudeo, ſi tibi quid feci, aut facio, quod placet Simo, id gratum fuiſſe aduerſum te, habeo gratiam. Sed mihi hoc moleſtum: Nam iſthæc commemoratio quaſi exprobratio eſt immemoris beneficij. Quin tu vno verbo dic: quid eſt, quod me velis? Sententiæ igitur huius generis ſunt: primùm illæ, quæ vocantur ὀνειδισικὼ, vt Demoſtenes ad ſenatum populumq́; Atheniẽſem: ἐνόμιζον μὲν ἀφ' ὧν ἐπολιτευόμην οὐχ ὅπως μηδὲν ἀδικὸν τοιαῦτα πείσεσθαι: ἀλλὰ καὶ μέτρια ἂν ἐξαμαρτῶν συγγνώμης τεύξεσθαι. Verùm hoc genus ſententiarum duplex eſt: Vnum omninò odioſum & inimicum, ſuſceptis inimicitijs: quo oratores rarò vtuntur, imò nunquã ad Iudices & ſenatũ. Duo verò ſunt oratoria: Vnũ aſperitatis, Vt illud Demoſthenis, & multa alia apud eundem: Alterum ad conciliandam miſericordiam deflexum: Vt, Cicero pro Milone, inquit: Valeant, valeant ciues mei: ſint incolumes, ſint florentes, ſint beati: ſtet hæc vrbs præclara, mihiq́; patria chariſſima, quoquo modo merita de me erit: tranquilla Reſpublica, ciues mei, quoniam mihi cum illis non licet, ſine me ipſi, ſed per me tamen perfruantur. Ego cedam atq́; abibo. Si mihi reſpub. bona frui nõ licuerit: at carebo mala: & quamprimum tetigero bene *moratam & liberam ciuitatem, in ea conquieſcam. Sequitur poſthac exclamatio ἔμψυχος, omni dolore animi expreſſa. O fruſtra, inquit, ſuſcepti mei labores: ô ſpe fallaces: ô cogitationes inanes meæ.* Deinde *ſequitur commemoratio meritorum: Ego cum tribunus plebis repub. oppreſſa me ſenatui dediſſem, quem extinctum acceperam: equitibus* Romanis, *quorum vires erant debiles: bonis viris, qui omnem authoritatem* Clodianis *armis abiecerant, mihi vnquam bonorum præſidium defuturum putarem?* Deinde ὀνειδισμὸν, *conuenit ad* Ciceronem: *Ego cum te (mecum enim ſæpiſſimè loquitur) patria reddidiſſem, mihi non futurum in patria putarem locum? Rurſum in omnes exprobratio: Vbi nunc ſenatus eſt, quẽ ſecuti ſumus? Vbi equites* Romani? *Et rurſus ad* Ciceronem: *Illi, illi, inquit, tui? ubi ſtudia municipiorum? ubi Italiæ voces? Vbi denique illa tua M. Tulli, quæ plurimis fuit auxilio vox & defenſio? Mihi ne ea ſoli, qui pro te toties morti me obtuli, nihil poteſt opitulari? Poſtremò corrigit exprobrationes & excuſat populum: Nec verò hæc,* Iudices, *vt ego nunc flens: ſed hoc eodem loquitur vultu, quo videtis. Negat enim ſe, negat moratis ciuibus feciſſe, quæ fecerit: timidis, & omnia pericula circumſpicientibus, non negat.*

SCHOLAE. Apud Hermogenem in doctrina de ideis, propter eas figuras, quæ ſunt in diuiſione enumeratæ morati dicédi generis, etiam mentionem facit βαρύτητος: cum inter dicendi genera non poſuerit eam, quod plerunque comes eſt & ancilla ἀληθείας. βαρύτης non eſt vocabulum virtutis, quod pertinet ad conſtantiam & grauitatem: ſed poſita eſt grauitas in reprehendo: Vt nihil aliud ſit βαρύτης, quàm grau reprehéſio & exprobratio. Differt ab aſperitate, quæ erga ſuperiores eſt: σφοδρότης in aduerſarios, quos oppugnamus,

inneinuehitur: βαρύτης autem eſt amicarum perſonarum; ſic duæ priores differunt perſonarum genere: & conuertũtur. βαρύτης nihil aliud eſt, niſi dicendi figura grauis & moleſta. Horatius videtur vertiſſe vocabulum βαρύτητος, cum ſcripſit de Terentio, quòd cæteros arte ſuperat: & vocat moleſtam orationem βαρύτητα, in exemplo Terentij: Ego poſtquam) In hoc loco non ſolum vtitur ἀφηγήσει σαφεῖ: quæ eſt adhibenda in commemoratione beneficiorum: ſed etiam vtitur ἀποφάνσει, affirmatione cum teſtificatione. Eſt enim ἐλεγχώδης ἀπόφανσις. Iuſta.) Vocat ſeruitutem, in qua nihil peccatur à domino contra leges, iuſtam & clemẽtem ἐπιεικῆ, &c. Eſt enim bonorum dominorum, vti ſuo iure in ſeruos: ſed tamen non contra leges, non ſolum ciuiles, ſed etiam humanitatis. Seruitus enim eſt κατὰ φύσιν, ſecundum naturam: non eſt θέσις, impoſitio ſecundum Ariſtotelem. Natura enim aliquos facit prudentes, qui poſſunt alijs conſilium dare: Contrà etiam producit quoſdam ſimplices, & tamen robuſto corpore. Ergo natura fecit vt prudentia imperet: robur autem & robuſti obediant & inſeruiant: fecit vt prudentia robur regat: robur prudentiæ præcepta exequatur. Clemens.) ſcilicet in peccatis ſeruorum. Nam ſi peccant ſerui, licet animaduertere heris grauiter & furcis: ſed tamen illam æquitatem, quæ aliquid remittit de iure, vocant clemẽtiam. Feci ex ſeruo.) Illud eſt beneficiũ. Cui addit ἐπίκρισιν & παραμυθίαν. Liberaliter) id eſt, ſine minis & verberibus. Summum precium.) Libertas eſt ſummum precium ſeruilium bonorum. Soſia reſpondet: in memoria habeo: nec muto factum, reſpondet Simo, optimè correſpondent. Moleſtum.) τοῦτο ἐμοὶ βαρύ. ibi Terentius vocat βαρύτητα moleſtiã. Hæc de vocabulo. Sequũtur partes.

Terentij laus.

Seruitus eſt ſecundũ naturam contra Ariſtotelem.

1. Sententiæ huius generis ſunt ὀνειδιστικαὶ, quæ pertinent ad probrum & exiſtimationem alterius, ad ὀνείδη, quæ videntur alteri obſtare & officere. Sententiæ iſtæ ſunt tripartitæ: Quædam non ὀνειδιστικαὶ, quibus minimè aduerſus inimicos vtimur: mutantque nomen, & vocantur σφοδρότητες. Alterum genus eſt aſperum, quod vellicat aures iudicium & ſuperiorum: eſt aſperitas αἰδὼ παραμυθίας: ſed tamen non ingrata, ſed iuſta. Tertium eſt, quod flectitur ad miſericordiam; Cuius pulchrum eſt exemplum in oratiõe Ciceronis ꝓ Milone: ibi facit προσωποποιΐαν, introducit Cicero Milonem loquentem. Valeant, &c.

Exprobrationes ſententiæ triplices.

Sententiarum tractationes ferè eadem ſunt, quę veritatis: ſed primum locum occupat Ironia: Vt in illo exemplo Harmogenis ex Demoſthene, ἐμοὶ δὲ ὡς εἴτε τις ἀδύνατον βούλεται νομίσαι μανίαν, μικρὰ γὰρ ἴσως δεῖ τὸ ὑπὲρ δυνάμεων τι ποιεῖν. Et Cicero in 2. Philippi. contra Antonium: Tuus videlicet ſalutaris conſulatus, pernicioſus meus. Sed comparationes vehementes ſunt, ſunt quãtitatis, & ſummopere graues. Vt, In oratione habita antequam iret in exilium. defendite eum vniuerſi vnum, qui ne omnes conſideretis, ardoreq́; flamma conflagraretis: mei capitis periculo non dubitaui prouidere. Vel perſonarum, & cauſarum efficientium: Vt, Et ſi maiores veſtri eos imperatores, qui militum virtute hoſtium fregerunt furorem iucundiſsimo fructu libertatis reconciliato, non ſolum ſtatuis dignos putarunt, ſed etiam cętera triumphi laude decorarunt: tum vos eum conſulem, qui non militum pręſenti fortitudine: ſed ſua eximia animi virtute, hoſtilem ciuium mentem ſenatus authoritate vindicauit, exiſtimate vobis retinendum in ciuitate eſſe. Item ἄρσις malorum & θέσις bonorum: *Vt, Non citatur reus audacię, virtutis reus citatur, non accuſatur quod rempublicam vi oppugnarit: ſed quòd homo nouus pernicioſum nobilium reſtrinxerit furorem: Non obeſt mihi turpis & nocens vita, ſed laudatiſsimè, honeſtiſsimeq́; acta.* Huius generis ſunt etiam ἀξιώσεις ἐπιεικεῖς, *id eſt, ęqua & honeſta poſtulata, tractata* κατὰ συγχώρησιν, *conceſsione: Vt, Liceat manere, ſi non illum M. Tullium cuſtodem vobis, defenſorem ciuium, patrem patrię, at certè reliquias M. Tullij liceat in conſpectu ciuium, in vrbe hac, quã ex parricidarum faucib. eripuit, remanere: tecta omnium, fana deorum, vniuerſam videre pericu-*

Ironia.

riculo liberatam ſuo ciuitatem, liceat ex hac flamma euolare.

Cicero in exemplo hoc beneficia collata ab Imperatoribus populo Romano, cum ſuo beneficio, comparat: Vos ſoletis imperatoribus ſtatuas collocare: ego id non poſtulo, ſed vt retineri poſſim in ciuitate. Iſtę comparationes plerunque adhibentur in enthymematis. Tertia eſt ἄρσις, quæ fit καταφάσει; & θέσις fit ἀποφάσει affirmatione. Quarta eſt ἀξίωσις ἐπιεικὴς κατὰ συγχώρησιν, quæ etiam fit ἄρσει: ſed ſuperiores ἄρσεις fuerunt negatiuæ: in hoc autem loco eſt ἄρσις συγχωρητικὴ conceſſiua: quæ concedit maiora & ponit minora. Quinta προσφωνήσεις habet, non quæuis: ſed quæ habent commemorationem beneficij: vt Demoſthenes: πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες &c. Verborum ornamenta eadem ſunt, quæ veritatis, ſcilicet iterata, gelata, contraria contrarijs oppoſita.

SCHOLAE.

Reliqua vt membra, vt numeri, vt iunctura, vt clauſulæ, partim cum aſperitate & acrimonia, partim etiam cum veritate & æquitate conueniunt. Verba aſpera ſint, aſperæ metaphoræ, & σκληραί. Hæc περὶ βαρύτητος. Reſtat adhuc δεινότης, id eſt, grauitas aliquid efficiens, quo vno maximè regnat orator.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΔΕΙΝΟΤΗΤΟΣ.

De grauitate aliquid efficiente, vel de apta dicendi figura.

CAPVT XXVI.

Moderatrix & cuſtos eſt omnium figurarum ea, quæ à Græcis dicitur δεινότης, quæ eſt eloquentia ipſius quaſi apta, conueniens, & congruens

Cicero manet Orator etſi Milonē in ciuitate nō retineat

grauitas. Et orator quidem eſſe poteſt, etiamſi aliquando cauſa non ſit ſuperior: neq; retineat in repub. Milonem: ſed ſi inepta ſit, amittit nomen oratoris & viri eloquentis. Quamobrem vincere, eſt finis officij oratoris per accidens: aptè verò omnibus armis eloquentiæ oppugnare & propugnare, id perpetui eſt officij. Ergo is orator δεινὸς dicitur, q; videre poteſt, vbi cauſa perſpicuitatē requirit, vbi amplitudinē: Et in ipſa amplitudine, vbi neceſſaria ſit dignitas, vbi coagmentatio, vbi aſperitas, vbi ſplēdor, vbi robur, vbi acrimonia: Tum etiam quando opus ſit oratione accurata atq; concinna: item quando celeri atq; veloci. Deinde vbi morata ſiue ſimplicitate, ſiue ſuauitate, ſiue acumine, ſiue æquitate. Poſtremò, vt vbi vera ſit, & ab animo profecta eſſe oratio videatur: præſertim in ira & obiurgatione atq; exprobratione. His omnibus vti poſſe, quoties erit opus: & has inter ſe figuras conuenienter commiſcere: vt in ipſa commixtione, vel vna aliqua extet, tanquam mixturæ huius: vel omnes æquabiliter contemperatæ conſentiant: id inquam eſt δεινοῦ ῥήτορος, hoc eſt, eloquentis, apti oratoris, & perfecti in dicendo hominis. Atque haud ſcio, an quis meliore verbo hanc vim nominare poßit, quam eloquentiæ vocabulo. Eſt enim δεινότης vis eloquentiæ, efficiens quod vult cum grauitate.

ἡ μῖξις.

SCHOLAE.

Repetitio ſuperiorum & eorū connexio.

Habetis apud Hermogenem ſeptem dicendi genera Demoſthenis. Obſeruauit enim in illo ſumma ſeptem genera: quorum primum eſt σαφήνεια, oratio plana, & orationis claritas: quæ perpetua virtus eſſe debet in dicendo: quæ ipſa diuiſa in partes duas, in ἐυκρίνειαν diſtinctam, & καθαρότητα puram, id eſt, Latinam. Altera ἐυκρίνεια efficit, vt oratio non ſit perturbata atque perplexa: atque hæc etiam perpetua eſt orationis virtus. Sed neceſſe eſt, vt orator habeat etiam aliquid ſupra ſermonem & conſuetudinem vulgi: vt oratio illius habeat amplitudinem cum dignitate, μέγεθος ἀξιωματικὸν, vt appareat quædam quaſi maieſtas: & regiæ quædam virtutes, vires, & ornatus: quæ figura vocatur μέγεθος. Illa amplitudo conficitur primò σεμνότητι, id eſt, dignitate & maieſtate ſententiarum, de rebus diuinis aut pertinentibus ad remp. &c. Sed quemadmodū regia maieſtas, non tantum ſpectatur corona & diademate & purpura: ſed differt etiam à reliquis principibus ſuo exercitu & ſatellitibus: Sic oratoris oratio debet eſſe exundās & exuperans: debet habere περιβολήν: ſit circūducta oratio longis mēbris & periodis, & copioſa refertaq; oratio. Hoc etiā rex à cæteris differt: quòd poteſt imperare etiam principib. & conſiliū datum caſtigare: & facit illud cum liberalitate, & tamen aſpera voce: ſic orator facit τραχύτητα in dandis cōſilijs & caſtigandis vitijs. Præterea rex non ſolum exercitum habere debet: ſed etiā præclarè facere: oportet habere ſplendidā aulam, & armorū ſplendorē. Propterea quarta figura eſt λαμπρότης, quæ cōtinet quaſi regia facta. Et quod in domo eſt μεγαλοπρέπεια. i. λαμπρότης in oratione. Sed hæc omnia nituntur virib. robore: oportet haſtā eſſe firmā; ſic etiā ἀξίωμα æſtimatur ἀκμῇ, vt oratio ſit lacertoſa. illud robur debet in perſequēdis inimicis, & vindicandis ſceleratis hominib. adhiberi: ergo opus erit acrimonia. Sed nō ſolum oratio debet eſſe ἀξιωματικὴν: ſed etiā pulchra: vt eluceſcunt aliquando gēma in diademate. Propterea tertia figura eſt ἐπιμέλεια, accuratè confecta oratio, vt cōtraria contrarijs relata, &c. Sed requiritur etiam agilitas militum, & celeritas equorū, quia non decet exercitum ignauum eſſe. Sic orator adhibet γοργότητα celeritatem, quæ ignauiam corrigit: propterea quarta figura eſt γοργότης, ſed formidabilis aduerſarijs. Quintum genus eſt ἦθος, vt orator videatur vir bonus & dicendi peritus. Bonitas eſt duplex: vna eſt naturæ & diſciplinæ, quæ eſt philoſophica & Catoniana: Cato enim maximè erat vir bonus. altera eſt orationis, non vitę, nō diſciplinæ: cum oratio oſtendit virū bonū, etiāſi antea nō fueit cognitus orator: vt videatur ſimplex, æquus, & minimè ucatus. Oratio aūt ἠθικὴ fit in ſimplicitate. i. ἀφελείᾳ, vt non ideatur verſutus, ſed ſimplex & prudens verius, quàm eterator: Vt ſit ἁπλότης, non obſcura oratio & fraudulenta: ſed aperta & clara, & minimè fucoſa & callida,

Oratoris cō paratio cum Rege.

Bonitas in oratore duplex.

Deinde non debet eſſe ingrata & ruſtica, inurbana ſimplicitas, non Simoniana, non auſtera: ſed ſuauis & melle dulcior: debet fluere oratio, ſi res poſtulat, quæ vocatur γλυκύτης. Sed illa ſimplicitas non ſolum ſuauis & grata ſit: ſed etiam non ſtulta, ſed prudens, Vt Horatius vult: Ergo oportet, oratio illa vt habeat aliquem acorẽ: & requirit acumen, ſignificationem ingenioſi oratoris. Propterea tertia eſt δριμύτης. Neque hæc ſufficiunt in morato genere: ſed etiã iuſta eſſe debet, & ęqua, & honeſta oratio, id eſt, ἐπιεικείᾳ luceat: oportet etiam aliquid aduerſarijs de ſuo iure concedere: non agere de probro: cum poſſet accuſare ſacrilegij, tantum accuſet furti, &c. Sed mores non debent eſſe ficti: ſic oratio etiam debet eſſe vera & plena affectibus & motu animorum. Et orator in miſericordia debet lachrymari: in ira iraſci: propterea ſexta idea eſt ἀλήθεια veritas, id eſt, oratio perfecta ex animi ſententia: non ficta, non ſolum ἠθική: ſed etiam συμπαθής. Ergo cum orator eſt τραχὺς: cum odit vitia improborum hominum: debet verè odiſſe. Hęc ſex ſunt apud Demoſthenem: ſed omnium præſtantiſſima eſt δεινότης: quæ nihil aliud eſt, quàm modus dicendi aptus. Sed propriè dicitur aptitudo aliquid efficiens, quę nihil aliud eſt, quàm eloquentia. Eloquens eſt, qui eſt perſpicuus, amplus, qui habet copiã: & δεινὸς, qui eſt induſtrius, omnia aptè facit, & quæ vult, dicendo efficit. Non ſolum ſpectatur in dignitate, & morata oratione, & celeritate, & in pulchritudine: ſed etiam in celeritate, exilitate, & in narratiunculis apertis, &c. Spectatur etiam maximè in amplifiaationibus: ſed latet quoque in tenuitate & σαφηνείᾳ. Et qui omnibus ideis poteſt vti, & cõgruenter rebus, perſonis, locis, cauſis: is dicitur propriè orator δεινὸς: propterea δεινότης aliud eſt nihil: quàm vis eloquentiæ, quæ quod vult congruenter & cum grauitate efficit. Tria enim complectitur: primò congruentiam, vt oratio conueniat rebus, perſonis, locis, temporibus: deinde ſuauitatem & conſtantiam, & virtutem & authoritatem. Tertiò efficaciam, vt aliquid efficit. Suauitas quidem ſpectatur in amplificationibus: ſed tamen eadem etiam debet contineri in minoribus, nempe narrationibus, argumentationibus, & minutis enthymematis, De hac ergo figura pergam ſequenti ſeptimana.

Δεινότης.

Vis eloquẽtiæ eſt δεινότης.

Hui

Huius grauitatis, quæ vera eſt eloquentia, facit Hermogenes tria genera: ſed duobus meo iudicio contenta contrarijs inter ſe generibus: quorum alterum bonum eſt, alterum vitioſum. Et boni quidem atq; laudati natura bipartita eſt: Vnum enim eſt, quod graue & grande eſt; idq; apparens atq; extans omnibus ſuis partibus, ſententijsq; & earum tractationibus: verbis item eorumq; exornationibus: ſic membris, ſic collocatione, ſic clauſulis, ſic numeris, magnum, graue, ornatum, luminoſum. Cuiuſmodi ille locus habet in cauſa Roſciana de ſupplicio parricidarum: in quo primum amplificans profert exemplum Athenienſis Solonis, cuius ſapientiæ, ſuorum maiorum anteponit prudentiam, per comparationes. Prudentiſſima ciuitas Athenienſium, dum ea rerum potita eſt, fuiſſe traditur: eius porrò ciuitatis ſapientiſſimum Solonem fuiſſe ferunt, eum, qui leges, quibus hodie vtuntur, conſcripſerit. Is cùm interrogaretur, cur nullum ſupplicium conſtituiſſet in eum, qui parentem necaſſet, reſpondit, ſe id neminem facturum putaſſe. Sapienter feciſſe dicitur, cum de eo nihil ſanxerit, quod antea commiſſum non erat: ne tam prohibere, quàm admonere videretur. Hactenus breuis expoſitio rei: ſed tamen facta grauior exemplo appoſita. Et quæ iam ſequitur altera propoſitio, amplificationem & grauitatem efficit: Quantò maiores noſtri ſapientius, qui cum intelligerent, nihil eſſe tam ſanctum, quod non violaret aliquando audacia, ſupplicium in parricidas ſingulare excogitauerunt: vt quos natura retinere in officio non potuiſſet, hi pœnæ magnitudine, maleficio ſubmouerentur: inſui voluerunt in culeum viuos, atq; in flumen deijci. Et poſt hanc propoſitionem ipſius ſupplicij ſequitur exaggeratio: primùm exclama-

Δεινότης apparens.

tione: O ſingularem ſapientiam. ſed deinde interrogatione rei quaſi contra naturam: Nónne videntur hunc hominem ex rerum natura ſuſtuliſſe & eripuiſſe? cui repentè cœlum, ſolem, aquam, terramq́; ademerunt? Deinde addit ἐπίκρισιν: Vt qui eũ necaſſet, vnde ipſe natus eſſet, careret ijs rebus omnibus, ex quibus omnia nata eſſe dicũtur. Deinde maior explanatio atq; expolitio, expoſitis rationibus, quas maiores ſecuti eſſent: Noluerunt feris corpus obijcere: ne beſtijs quoq;, quæ tãtum ſcelus attigiſſent immanioribus vteremur: non ſic nudos in flumen deijcere, ne cum delati eſſent in mare, ipſum polluerent, quo cætera, quæ violata ſunt, expiari putantur: Denique nihil tam vile nec vulgare eſt, cuius partem vllam reliquerint. Poſtremò enumeratione vtitur omnium: & inter ſe ipſa ſingulatim verbis proprijs diſtinguit interrogando. Etenim quid eſt tam commune quàm ſpiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus eiectis. Deinde ἐμφαντικῶς πρὸς ἀπόδοσιν addit ſingularem: Ita viuunt, vt ducere animam è cœlo non queant: ita moriuntur, vt eorum oſſa terrã non tangant: ita iactantur fluctibus, vt nunquam abluantur: ita poſtremò eijciuntur, vt ne ad ſaxa quidem mortui conquieſcant.

SCHOLÆ. Diximus quod δεινότης apud Rhetores ſit dicendi grauitas, quæ efficiat aliquid magni: vt nihil aliud ſit, niſi facultatis dicendi ſcientia. Et is dicitur orator δεινὸς, qui ab Ammonio vocatur eloquens: qui dicit, ſe vidiſſe diſertos multos: ſed eloquentem neminem. Et hæc latet in tribus generibus dicendi Ciceronis. Et ſummum eius genus habet δεινότητα: ſic etiam humile & ſubmiſſum cum tertio quod temperatum eſt, & habet ſuam δεινότητα. Quoniam igitur tria ſunt dicendi genera. non poteſt vnum genus eſſe δεινότητος, ſed plura. Hermogenes facit quatuor genera: Primum eſt δεινότης ὄντως, quæ reuera eſt, & apparens, e

I. Δεινότης quadruplex

tans, luminoſa. Hoc genus apparet in ſummo dicendi genere, Vt contra Aeſchinem, contra Philippum, quæ ſunt σφοδρότηται. Alterum genus eſt eloquentia occultata, non apparens: quæ potiſſimum conſiſtit in humili dicendi genere: in quo orator omnia præſtat, quæ officium eius requirit: docet, delectat, & ita mouet, vt vincat. Sed hæc omnia leniter: vt expoſitio etiam ſit occulta & diſſimulata: vt eſt oratio pro A. Cecinna. Hæc duo genera ſunt laudata & oratoria. Altera duo apud Hermogenem ſunt illaudata & vitioſa: quorum vnum habet oſtentationem inanem & fucoſam: quod eſt inflatum, & videtur flumine rerum currere: Perſius vocat ſpinoſum dicendi genus: in quo eſt magnus ornatus verborum: res nullæ ſunt, rerum eſt inanitas. Eius exemplum ponit vnum ſed fictum. Illud etiam dicitur tumidum, cum res magnæ non ſint ſuo loco poſitæ: Videtur quidem δεινότης, ſed non eſt. Quartum eſt quod nec eſt nec eſſe videtur, id eſt, neglectum: comptum nihil eſt, non mouetur: & huiuſmodi ſunt barbarorum ſcripta.

2.

3. Illaudatæ δεινότητες.

4.

Sed cum quatuor ſint genera apud Hermogenem, ego ſeparo & diuido: Vnum laudabile: alterum illaudabile. Primum eſt bipartitum, id eſt, quod eſt, & apparet laudabile: alterum verò occultum. Illaudatorum etiam duo facio: Vnum inflatum & tumidum: alterum μήτε οὖσα, μήτε δοκοῦσα δεινότης. *Hoc genus eloquentiæ non ſemper æquabile eſt: ſed ſæpe remittitur. Fit enim ſæpenumero, vt aliud alio ſit grandius atq; vehementius, pro rebus atque perſonis, temporibus atque locis. Aliud enim eſt narratio grandis, aliud argumentatio, aliud locus communis, aliud cauſa publica, aliud priuata: quemadmodum etiam in ipſis criminibus aliud alio maius eſt: & ipſi rei inter ſe diſpares ſunt: tum probitate morum, tum morum vitijs. Itaque ille locus in eadem oratione pro S. Roſcio, de re mandata violata eſt quidem ſpecioſus: ſed minoribus indiguit clamoribus. In priua-*

Laudabilis δεινότης.

De mādato commiſſo locus.

De mandato commiſſo locus.

tis rebus, ſi quis rem mandatam non modo malitioſius geſsiſſet, ſui quæſtus aut commodi cauſa: verùm etiam negligentius: eum maiores ſummum admiſiſſe dedecus, exiſtimabant Itaq; *mandati conſtitutum eſt iudicium, non minus turpe, quàm furti:* Credo propterea, quòd quibus *in rebus ipſi intereſſe non poſsimus: in his opera noſtra vicaria fides amicorum ſupponitur: quam qui lædit, oppugnat omnium commune præſidium, & quãtũ in ipſo eſt, diſturbat vitæ ſocietatem.* Hactenus de iudicio conſtituto à maioribus rei mandatæ, & de magnitudine criminis, cum non mediocri exaggeratione. *Vt ea autẽ fiat probabilior, ſubiungit rationem orator, quamobrem vitæ diſturbet ſocietatem, qui mandatum vnum violet.*

Iudicium mandati.

Non enim poſſumus omnia per nos agere: alius in alia re eſt magis vtilis. Idcirco amicitiæ comparantur: vt commune commodum mutuis officijs gubernetur. Deinde ratiocinatur acutius: Quid recipis mandatum, ſi aut neglecturus, aut ad tuum commodum conuerſurus es? Cur mihi te offers, ac meis commodis officio ſimulato officis & obſtas? recede de medio, per alium tranſigam. ſuſcipis onus officij, quod te putas ſuſtinere poſſe, quod minimè videtur graue ijs, qui minimè ipſi leues ſunt. Et poſt ipſam diſceptationem concluſio de magnitudine criminis: Ergo idcirco turpis hæc culpa eſt: quod duas res ſanctiſsima violat, amicitiam, & fidem. Nam neque mandat quiſquam ferè, niſi amico: neque credit, niſi ei, quem fidelem putat. Item altera concluſio de perſona: prior enim erat culpa: Perditiſsimi igitur eſt hominis, ſimul & amicitiam diſſoluere, & fallere eum, qui læſus non eſſet, niſi credidiſſet. Hactenus de re mandata neglecta, conuerſa autem in commodum ſuum: id quod allatum eſt ab ora

Finis vnus contrahendarum amicitiarum.

tore cõparationis & amplificationis cauſa: ſequitur igitur ipſa comparatio: Itáne eſt? In minimis rebus, qui mandatum neglexerit, turpiſſimo iudicio condemnetur neceſſe eſt: In re tanta, cum is, cui fama mortui, fortuna viui commendatæ ſunt atq; concreditæ, ignominia mortuum affecerit: is inter honeſtos homines, atq; adeò inter viuos numerabitur? Item, eadem comparatio renouata ἐπεξεργαστικῶς: In minimis priuatisq; rebus etiam negligentia, in crimen mandati, iudiciumq́; infamiæ reuocatur. propterea, quod ſi rectè fiat, illum negligere oporteat, qui mandarit, non illum qui mandatum receperit. In re tanta, quæ publicè geſta, atq; commiſſa ſit, qui non negligentia priuatum aliquod commodum læſerit: ſed perfidia, legationis ipſius cerimoniam polluerit, maculaq; affecerit: qua is tandem pœna aſſicietur? aut quo iudicio damnabitur? Deinde tertia comparatio καθ' ὑπόθεσιν. Si hanc ei rem priuatim S. Roſcius mandauiſſet, vt cum Chryſogono trãſigeret atque decideret: inqúe eam rem fidem ſuam, ſi quid opus eſſe putaret, interponeret: ille qui ſeſe facturum recepiſſet, nónne ſi ex eo negocio tantulum in rem ſuam conuertiſſet, dãnatus ꝑ arbitrũ, & rem reſtitueret, & honeſtatem omnem amitteret? Nunc non hanc ei rem S. Roſcius mandauit: ſed id, quod multò grauius eſt, ipſe S. Roſcius, cum fama, vita, bonisq́; omnibus à Decurionibus publicè T. Roſcio mandatus eſt: & ex eo T. Roſcius non paululum, neſcio quid, in rem ſuam conuertit: ſed hunc funditus euertit bonis. Ipſe tria prædia ſibi depactus eſt, præter volũtatem Decurionum, ac municipum omnium tantundem, quanti fidem ſuam fecit. Similis eſt ille locus, qui continenter ſequitur de ſocio: ſed tamen vterque minus gratus: ſed remiſſior,

Vide eum locũ de ſocietate perpulchrum etiam.

quàm ille ſuperior de parricidarum ſupplicio. Sed tamen hoc genus vtrunque in ijs orationibus inuenitur paſsim, quæ graui dicendi figura conſumi ſolent. Quanquam etiam in hac ipſa figura ſæpe ad minima deſcendit: & efficitur alterum genus grauitatis: in quo oratoris vis magna, & grauitas & eloquentia non apparet. Eſt tamen ibi oratoria facultas dicendi magna, & intelligendi mirabilis: vt in eadem oratione: & ſtatim poſt locum de parricidij ſupplicio: Eſto, cauſam proferre non poteſt, tametſi ſtatim viciſſe debeo: tamen de meo iure decedam: & tibi quod in alia cauſa non concederem, in hac concedam, fretus huius innocentia. Nihil habet hoc principium præter ἐπιείκειαν, quod graue videatur: & quod ſequitur nihil aliud eſt, quàm ſubtilis diſputatio, atq; interrogatio. Non quæro abs te, quare patrem S. Roſcius occiderit: quæro quo modo occiderit? ita quæro abs te C. Eruci, quomodo? Et ſic tecum agam, vt in eo loco vel reſpondendi vel interpellandi tibi poteſtatem faciam: vel etiam, ſi quid voles interrogandi. Etiam hæc κατάστασις ἐπιείκειαν habet: ſequitur acumen interrogationum: Quomodo occidit? Ipſe percuſsit, an alijs occidendum dedit? ſi ipſum arguis, Romæ non fuit: Si per alios feciſſe dicis, quæro per ſeruos ne an per liberos? quos homines? ſindidem ne Ameriæ? qui ſunt hi? cur non nominantur? Si Romæ? vnde eos nouerat Roſcius? qui Romam multis annis nõ venit: neq; cum quoquam plus triduo fuit? vbi eos cõuenit? qui cum locutus eſt? quomodo perſuaſit? pretium dedit. Cui dedit? per quem dedit? omne? aut quantum dedit? non ne his veſtigijs ad caput maleficij perueniri ſolet? Hoc genere delectatus eſt Lyſias: & Demoſthenes eo vſus eſt in oratione, quam contra legem Leptinæ perorauit: Et eiuſdem generis

Capita inueſtigandi maleficia.

neris eſt pro A. Cecinna habita Ciceronis oratio.

SCHOLAE.

Diximus quatuor eſſe genera grauitatis, δεινότητος; quorum duo ſunt virtutis, & veræ eloquentiæ: altera duo ſunt vitioſa: propterea neceſſe eſt, vt alterum habeat eloquentiam, alterum verò imitationem eloquentiæ propiorem: alterum remotiſſimum ſit ab eloquentia, ſcilicet barbaries. Sed bonæ grauitatis ſunt duo genera: Primum λόγος δεινὸς, oratio grauis & eloquens, ὢν ϗ δοκῶν, reuera & extans & apparens eloquens oratio: & verbo & reipſa grauis extans, & minimè occultata: quo genere vtuntur in grauiſſimis cauſſis, & criminibus, parricidij, ſacrilegij, proditionis: in grauiſſimis perſonis, quoties res, perſona, locus, tempus, exigit: Vt eſt ille locus, de parricidarum ſupplicio. Hæc eſt eloquentia, quæ magnos excitat motus, & requirit magna latera; ſed tamen accipit maius & minus. fit aliquando remiſſior perſonis, vt ille locus in eadem oratione, de re mandata violata, habet magnum ornatum: id quod apparet ex tractatione: ſed tamen minus δεινὸν & euidentem. Habet enim in principio atque fine formam quandã diſputationis. Oratoris autem diſputatio atque interpretatio eſt remiſſior, quàm vehemens exaggeratio.

Diſputationes oratorũ ſunt remiſſiores exaggerationib.

Duo igitur iſta ſunt laudata & apta dicendi genera: altera duo ſunt his oppoſita: quorum alterum imitatur illam ſublimem eloquentiam: alterum verò illam tectam atq; occultam. Eſt enim alterum, quod grande eſſe videtur: ſed inflatum atq; ſucoſum, abſq; neruis, abſq; oſsibus, abſq; ſanguine, ſuccuq; bono. Et Perſius vocat ſpumoſum, in quo verba ſunt grauia & ſeſquipedalia, vt ille inquit: res ferè nulla ineſt, quæ aut delectet, aut vtilitatem pariat. Cuius exemplum fictum in Hermogenianis poſitum eſt. cuiuſmodi etiam ille poeticus eſt verſus:

Torua mamilloneis implerunt cornua bombis.

Vera autem exempla noſtri ſeculi proferre eſt & inuidioſum et odioſum: tametſi ſint & fuerint, qui ſibi videntur

Spumoſum dicendi genus.

ſublimi ferire vertice ſydera. Quanquam apud Græcos magni nominis fuerunt ſophiſtæ, qui hoc genus excoluerunt: Gorgias Leontinus, & Prodicus Chius, & Hippias, & Menon, & Protagoras. Alterum verò, quod neque graue eſt, neque graue eſſe videtur: & ſpecimen habet eius eloquentiæ, quæ cum vera ſit, non tamen eloquentia eſſe videtur. Illud nimirum exile eſt, & diſſolutum & neglectum: cuiuſmodi erant quidam Rhetores, Lyſiæ imitatores, & æmuli Atticorum; quos Cicero in fragmento de optimo genere dicendi vituperat. Verùm nos omiſſis illis deterioribus generibus, meliora perſequamur: Quorum alterum, quod minus eloquentiæ habere videtur: & tamen magnam in ſe continet dicendi facultatem: multum requirit & exercitationis & facultatis. Eſt enim illud omnino κρυπτικὸν: *quemadmodum eſt dialecticorum genus diſputandi: in quo concluſiones & propoſitiones ita occultantur; vt quorſum propoſitiones ſpectent, aduerſarius non animaduertat: nec prius concluſionem obſeruet, quàm ſe ſentiat irretitum. Sic hoc genus dicendi oratorium & laudabile, vim ſuam ita explicat: Vt capi ſe ſentiat iudex, aut affici is, qui audit: rationem autem, qua id fiat, non intelligat. Et huiuſmodi eſt, vt quiuis putet ſe poſſe illud aſſequi, multumq́ laboret tamen: quemadmodum eſt apud Horatium: de optimo genere poetarum. Totum iſtud poſterius genus methodo, id eſt, hac tractandi ratione, nititur. Nam & ſententijs, & verbis, & verborum ornamentis, & membris, & collocatione verborum membrorumq́ & clauſulis, & numeris vtitur omnium figurarum: omnibusq́ vtitur figuris: ſed eas omnes facit remiſſiores tractandi ratione, & morati dicendi generis partibus,* τῇ ἀφελείᾳ *ſcilicet, &*

κρυπτικὸν genus.

Tractandi ratio.

γλυκύτητι, & δριμύτητι, & ἐπιεικείᾳ, & ἀληθείᾳ, etiã perſpicuitatis ſimplicibus voculis: ita vt cumulata diſpergat, aſpera leniat, vehementia moderetur, grandia imminuat; grauia remittat, fortia debilitet, robuſta relaxet: atq; omnia hæc vtiliter ad cauſam, aptè atque congruenter: vt, etiamſi diadema modo ſit regium, ipſum orationis genus: hoc tamen ſenatoria toga Romanorum, *& Græcorum pallium, aptum non ineptum, integrum non lacerum, ſubtiliter conſutum, non ineptè concinnatum, & pannus bonus & vrbanus atque ſenatorius, non malus & ruſticus atque plebeius habeatur: ſed qui vel regem deceat: & regem aliquando magis, quàm purpura commendet.*

SCHOLAE.

Diximus duo genera δεινότητος: vnum ſpecioſum & apertum, quo vtimur in grauibus cauſis & amplificationibus: Vt Ciceronis duo exempla fuerunt: Alterum genus eſt occultatum: quod cum non videatur graue eſſe: eſt tamen graue & laudabilis eloquentia, quæ videtur habere rationem imitabilem, cum ſit ἀμίμητος: vt quiuis ſperet ſe idem præſtare poſſe. Iſtud genus non eſt minus admirabile quàm ſuperius: propterea quòd hoc genus poſſit vti omnibus dicendi generibus & eorum ſententijs: ſed omnia moderata iſta debent eſſe. Accipit autem etiam maius & minus, vt ſuperius, idq́ue apparet in expoſitionibus & narratiunculis. Hæc ſunt duo bona dicendi genera: cui opponuntur duo contraria: λόγος δεινὸς. δοκῶν μὴ ὢν. Hoc genus habet colorem fucoſum, non ſanguinem, non neruos: & tamen inflatum & tumidum, quod eſt ſophiſticum: & quod verba magis ſequitur, quàm rem. Conſtat verbis grauibus, & metaphoricis longis petitis.

DE DECORO ORATOrio, & generibus Orationum.

CAPVT XXVII.

Decorum triplex.

Genus orationis.

1. τεχνικὸν, & ἐπιστημονικὸν

2. Ἱστορικὸν.

3. Διαλογικόν.

4. Ῥητορικὸν, & πολιτικόν.

SEd quoniam eloquentia, quam δεινότητα τοῦ λέγειν appellauimus, non ſolum in ornatu poſita eſt, verùm etiam in decoro. Aptè enim dicere, & decorum retinere, eloquentis officium eſt. De hoc decoro oratorio deinceps eſt explicandum. Eſt enim triplex decorum: Vnum poeticum, de quo in arte poetica Ariſtoteles & Horatius: alterum ἠθικὸν & morum, de quo in præceptis officiorum, de modeſtia traditur: Tertium oratorium, de quo nunc agitur. Sit igitur hoc decorum, oratorij apparatu atque facultatis, & ornatus idonea & congruens applicatio. In hoc primo loco genus ipſum orationis conſiderandum eſt. Oratio verò omnis, aut artem aliquam explicat: aut eius artis aliquam partem: quod genus orationis τεχνικὸν, καὶ ἐπιστημονικὸν λόγον appellamus: Vt Xenophontis & Catonis libri de Re ruſtica: Celſi & Galeni de Medicina: cæterorúmque ſcriptorum huius generis ſermones: quorum alius alio genere laud excellit: eſt tamen in his alius alio vel durior, vel ornatior, vel perfectior. Eſt alterum orationis genus hiſtoricum, quod factorum eſt: & memoriam temporum conſeruat: vt, Cæſaris & Polybij, Saluſtij & Thucydidis, Cornelij Taciti & Appiani. Tertium orationis genus διαλογικὸν: cuius in rebus grauibus, optimum exemp Platonis dialogi ſunt, & Xenophontis Commentarij, ὑπομνήματα. In iocoſis Lucianus. Quartū eſt genus orationis ὁ ῥητορικὸς λόγος, & λόγος ὁ πολιτικός. i. orato

& ciuilis oratio. Nam de quinto genere, quod eſt poeticum, non eſt hic dicendi locus: cuius etiam optimus magiſter Ariſtoteles fuit, qui & ſummus & perfectus eſt: ſi tota illius ars atq; integra vſq; ad noſtram ætatem conſeruata eſſet. Sed reuertamur ad hanc oratorum ciuilem dictionem, cuius methodum deinceps perſequemur. Tota enim eius vis in methodo conſiſtit.

SCHOLAE.

Diximus de quatuor generibus eloquentiæ: quorum vnum erat perfectum & ſummum, clarè extans. Alterum erat occultatum κεκρυμμένον: tertium erat ſpecie ornatum, reuera non: quartum neque eſt, neque etiam videtur: ſed exangue & exuccum. Quidam oratores ſunt grandiloqui, vt Philippicę apud Demoſthenem orationes. Et Cicero pro Milone. Hi duo oratores pro grauibus habentur: alij ſunt intermedij, qui habent occultatum genus: vt oratio pro Cecinna, eſt oratio ſecundi ordinis, non primi. Demoſthenes in Oratione contra Aeſchinem eſt orator primi ordinis: in Oratione verò contra legem Leptinæ eſt ſecundi. Noſtra præcepta referentur tantùm ad priora duo genera. Sed quoniam δεινότης omnia genera complectitur: tamen maximè conſiſtit in methodo. Omnis autem tractandi ratio primùm incipit à deliberatione orationis: docet conſiderare orationis genus. Orationum autem duo genera, Vnum numeroſum, aſtrictum numeris, oratione ſcilicet poetica, de qua nihil hic agimus: Alterum eſt liberum & ſolutum legibus numerorum: hoc genus ſuo quodam quaſi iure vtitur & libertate: & eſt quadripartitum: Vnum τεχνικὸν ſiue ἐπιστημονικὸν, idque non roco, quòd artificioſè & ſcienter ſcriptum eſt: ſed quòd artes & diſciplinas tradit & explicat: Vt eſt oratio Catonis de re Ruſtica: deinde Varronis ſermo nudus & ſimplex, & conueniens rei tractandæ. Cuius oratio, quantum ad imitationem, oſtenditur facilis ad imitandum: item libri Pliniani de herbis & plantis. Alterum eſt factorum, ætatum, temporum, continens res geſtas ſuperiorum temporum, & res noſtræ ætatis. Vt ſunt hiſtoricorum Latinorum, & Græcorum libri. Differunt hæc duo genera variè inter ſe, ſicut etiam ſcriptores: Primum genus

Orationũ genera.

Quid differant Technici ſcriptores ab Hiſtoricis.

requirit ſolùm puritatem, rei veritatem, diuiſionem ipſius artis: docet orationem puram, & Latinam, & methodicam, & demonſtratam eſſe debere. Et is eſt idoneus & δεινὸς, qui ſeruat puritatem orationis, methodum artis, & præceptorũ varietatem: Vt vnà cum facilitate non ſit obſcurus. Hiſtoricum genus requirit plus, & etiam eſt grauius. Nam hiſtoria non ſemper ſimilis eſt ſibi: oportet orationem applicare rebus geſtis: alijs verbis grauiſſima pugna exprimitur, alijs leuis pugna. Et genus orationis eſt medium inter poeticũ & oratorium. Et hæc eſt cauſa, cur vocet Cæſar hiſtoriam ſuam Commentarios. Non enim ibi voluit grauitatem Lectori oſtentare hiſtoricam, quare modeſtiæ cauſa vocauit commentarios: attamen Cæſar difficilis eſt imitatu. Tertium genus eſt διαλογικὸν, quod conſiſtit in ſermocinãdo, quod genus etiam ſua præcepta habet, quæ 8. lib. Topicorũ Ariſtoteles explicat. Poſtremum genus eſt ῥητορικὸν: de hoc genere agendum deinceps. Cum igitur aliquid vult tractare orator: debet conſiderare an ſit ſenatorium, an ſit campi Martij, τὸ εἶδος τοῦ λόγου. Deinde ſi ciuile ſit, cõſideret quotuplex illud genus ſit, ſcilicet triplex: deliberatiuum, demonſtratiuum, Iudiciale.

Hiſtorici medij inter Poetas & oratores.

ANIMADVERSIO causarum.

Primum officium igitur conſiſtit in methodo, conſiderare ſcilicet genus orationis ciuilis: an ſit dem ſtratio, laudatio, an ſit conſilium, &c. Deinde c*gnito genere, oportet illius generis rem conſiderare: Re id eſt, ipſam quæſtionem* τὸ ζήτημα πολιτικὸν, *id eſt,* ὑποκείμενον τοῦ λόγου: *qua res ſit, an magna, an parua, ad vnum priuatim pertineat, an communiter ad om Si ad omnes, maior vis dicẽdi requiritur: ſi ad vnum, nor. Deinde oportet videre ipſum factum: an ſit mal cium, vel beneficium, quàm magnum, quàm paruum:*

lios clamores requirit parricidium, alios erratum ſimplex. His conſideratis, deſcendendum eſt ad proximas ora tionis partes, ita tamen, vt etiam auditorum prius conſiderentur genera. ad populum enim δημοκρατικῶς: ad ſenatum ἀριστοκρατικῶς: ad regem βασιλικῶς, dicendum eſt. Spectandi ſunt etiam rei, qua vita, quibus moribus, qua fortuna, quibus facultatibus, qua potētia præditi: oratores etiam & ſe & ſua conſiderare debent & aduerſariorum. Vt autem in his omnibus eloquentia vim ſuam explicet, oportet in primis oratorem ſemper ſpectare cauſarum genera: quorum tria ſunt: vnum δικανικὸν, alterum συμβουλευτικὸν, tertium ἐπιδεικτικὸν. Aliud orationis genus requirit ſenatus, aliud forum & iudicium, aliud concio.

Omnis cauſa vel eſt magna, vel eſt parua. Vtrumque dicitur de duabus rebus, de bonis & de malis: magna felicitas, magna infelicitas: præclarum factum, ſceleratum factum. In hac diuiſione eſt medium quoddam. Sunt quædam cauſæ priuatæ, quæ poſſunt fieri publicæ tractatione oratoria. Eſt igitur magna δεινότης, facere ex priuata cauſa publicam: Vt Cicero in oratione pro S. Roſcio in principio: Ante tribunal, ante pedes veſtros iudices, &c. Poſt conſiderationem rei & cauſæ, τοῦ πράγματος, cōſideranda ſunt genera auditorum. Oratores vel habent orationem ad populum: vbi neceſſe eſt, principem locum habeant ſententiæ populares, δημοκρατικαὶ. Hoc genus ſententiarum cuiuſmodi eſſe debeat, conſulendi ſunt ipſi philoſophi, qui ſcripſerunt περὶ δημοκρατίας, &c. Si autem oratio habetur ad ſenatum, vbi ſunt meliores & prudentiores: erunt ſententiæ adhibendæ ἀριστοκρατικαὶ. Nec ſolum conſiderantur partitione rerumpub. ſed etiam fortuna & moribus. Ergo poſt hanc conſiderationem veniunt Res, id eſt, ab vna parte eſt vir innocens, ab altera parte eſt ſceleratus. Aliam orationem requirit vir bonus, id eſt, laudationem ex animo: verā ſempe, ne videaris adulari. aliam homines mali & ſcelerati, ſcilicet σφοδρότητα & vehemētiam. Item nos ipſos & ad-

SCHOLAE.

Res.

Auditores.

Rei.

Perſona & propria & aduerſariorum.

uerſarios conſiderare debemus: quare nos cauſam recepe-rimus,& noſtrum officium commendare. Vbi ſimplex oratio eſſe debet,quæ habeat ἐπιείκειαν etiam vitanda eſt λαμπρότης:ne nos ipſos commẽdemus. In aduerſarijs videndũ, an peritus,vel imperitus: eloquens vel indiſertus ſit. Si bonus orator eſt:debemus laudem ei ſuam attribuere, & ἀλήθειαν. adhibere. In eo autem reprehendendo adhibendum eſt σφοδρότης.ſed in dictis aliquando adhibetur γλυκύτης, & ſales & facetiæ. Cicero Catonem illudit in oratione pro Murena. Hæc de cauſis.

ANIMADVERSIO
figurarum.

Αἱ τῶν ἰδεῶν πορείαι, ἀξίαι καὶ χρείαι

Figurarum etiam ipſarum conſiderandi gradus &
animaduertenda dignitas, & ſpectandus vſus fre-
quentior. In his enim primum & perpetuum tenet
locum perſpicuitas. Quæ cauſa eſt, quòd Ariſtoteles libr
tertio Rhetoricorum ſcribit, orationis virtutem σαφῆ
vt ſæpius iam indicauimus. Quid enim vtilitatis habet
ratio non intellecta? Quid voluptatis oratio, intelle
cum difficultate & moleſtia? Itaque illæ ipſæ orator
Allegoriæ, & homonymiæ intelligi debent, & ad eos
ferri, qui earum rerum ſunt periti : & memoria
tinent de quibus agitur. Ille enim locus pro Se
Roſcio de pugna Cannenſi oratorem facit σαφῆ :
metſi non à quouis intelligitur : tamen illis iudici
erat notum, qui eſſent illi Mamertij, & quis Pri
mus ſenex. Poſt perſpicuitatem ſequitur morat
dicendi genus, ſimplicitate, æquitate, veritate,
uitate, γλυκύτητι. Inter hæc duo genera hoc int
eſt, quòd perſpicuitas vſurpatur docilitatis cauſſa,
ad docendum dirigitur Alterum verò quod morat

eſt ad conciliandum. Sed vt mores non decet eſſe ignauos & tardos : ſic neque ignauam & tardam oportet eſſe orationem : ſed ſuam habere celeritatem, non minus, quàm corpus robuſti & ſani hominis : Vt, vbi neceſſarium erit, orator procurrat celerius : rurſus vbi cauſſa poſtulabit, conſiſtat fortius. Itaque tertius gradus γοργότητι eſt tributus. Quartus verò locus debetur amplitudini : quæ quoniam eſt multarum partium : in his princeps eſt περιβολὴ, quæ crebrius vſurpanda eſt. Flumen enim orationis facit redundare, intra ſuum tamen alueum : & ipſam velocitatem adiuuat & efficit, quaſi Pindari imbrem & flumen dithyrambicum : de quo Horatius libro primo Odarum. Hinc quinto loco τραχύτης ſequitur : Si quando vel populi, vel ſenatus, vel iudicum, vel quæſitoris, vel principis alicuius viri emendanda ſint vitia : & libertate dicendi opus eſt : Aut ſi ſcelera aduerſariorum flagitent, pro hac dicendi figura aſpera, adhibenda eſt, σφοδρότης: vt acres patroni cauſſarum, videantur inimici improborum: hoſtes ſeditioſorum ciuium. Rarius autem vſurpatur σεμνότης in cauſſis forenſibus. Eſt enim rerum diuinarum, ſimiliúmque : quarum plebs ipſa minus intelligens : quanquam conciones Sacræ abundant præ cæteris cauſſis hac figura. Huic figuræ etiam Hermogenes addit ἀκμὴν : magis enim commendatnr matura & virilis oratio, quàm pubeſcens & iuuenilis. Et quoniam noſtras virtutes prædicare odioſum eſt, poſtremum tocum habet λαμπρότης : non dignitate, ſed voluntate auditorum. Veruntamen minus eſt ingratum parentem laudare, quàm noſmetipſos. Sic patriæ laudatio minus offenſionis habet : noſtrarum partium, ſociorum, amicorum honorifica prædicatio, tollerabilior eſt, quàm noſtrarum laudum mercimonia. Hi ſunt gradus figurarum, & his adhibenda ipſa moderatio eſt: ne vſquam exorbitet extra ſuum alueum ripaſq́;: & damnum afferat oratio. Et cum duo propoſita ſunt eloquentiæ genera: Vnum quaſi grandiloquum & oſtentatum: alterum temperatum & occultatum: poſteriore vbique, priore non niſi cum cauſa, perſona, locus, tempus, poſtulant & flagitant, vti conceſſum eſt. Et cum eſt vtile atq; honorificum, tum demum eo vti licet ſi poſſumus: ſi non poſſumus propter imbecillitatem, priori contenti eſſe debemus. Idem de venuſtate intelligẽdum eſt. Nam cum ipſa eloquentia, tanquam ſpecioſa virgo, in omnibus ſuis partibus & membris pulchra eſſe debeat: tamen nunquã fucoſam eſſe formam decet: veſtitam tamen benè, & ornatam aliquando magnificentius: vt alius ornatus eſt quotidianus, alius feſtorum dierum: alius pompæ, alius conuiuiorũ: alius domi, alius militiæ: alius in publico, alius intra tecta & parietes: alius in vrbe, alius in prædio ſuburbano: varium oportet eſſe habitum, & orationis ipſius veſtitum. Poſt conſiderationem cauſarum, tertio loco oportet conſiderare ordinem & gradus figurarum. Hæc pars diuiſa eſt multipliciter: quniam multæ ſunt figuræ: varij ſunt ordines figurarum: vnam figuram oportet perpetuo habere in ſtylo, & in omnibus partibus, ſcilicet σαφήνειαν: vt nuſquam oratio ſit obſcura: ſed intellectu clara, & perſpicua.

DE PARTIBVS Orationis.

CAPVT XXVIII.

Poſt animaduerſionem cauſarum, & figurarum, orationis partes conſiderandæ ſunt: quarum exordium ad conciliandum dirigitur: narratio ad docendum: confirmatio ad diſceptationem: & ad permouẽdum peroratio. Itaq; orationis genus aliud requirunt ea, quæ vocantur προκαταρκτικὰ, *Vt propoſitiones, expoſitiones, partitiones: aliud* συστατικαὶ, *vt conciliationes, commendationes, deprecationes, teſtificationes: aliud* πιστοτικαὶ, *vt noſtræ argumentationes, & earum tractationes variæ: aliud* ἀντιθέσεων λυτικὴ: *vt aduerſariorum argumentorum refutationes, & in illis expeditiones oratoriæ: aliud* ἐπιλογικαὶ, *quæ* θετικαὶ *magna ex parte ſunt, &* αὐξητικαὶ. *Atq; idcirco potiſſimum illis partibus dicendi conficiuntur: quæ orationem magnam & amplã faciunt: vt eſt primùm acrimonia, deinde aſperitas, tertiò dignitas, poſtremò ſplendor & robur dicendi, quoties cauſa patitur. Quibus omnibus ſuperiorum etiam habẽda eſt cauſarum, perſonarum, locorum, temporum, reliquarum rerum, quæ negocijs, perſoniſq; attribuuntur: ipſumq; negocium quaſi circumſtant, atque ea de cauſa* περιστάσεις *à Græcis appellantur. Quæſtionum etiam genera ſpectanda ſunt diligenter. Aliud enim genus poſtulant dicendi ea, quæ vocantur* ζητήματα, *infinitæ rerum quæſtiones: aliud verò finitæ: in primis verò ipſarum quæſtionum & cauſarum ciuilium diſtinctas naturas tenere oportet: & vniuſcuiuſq; ſcire proprietatem.* Deliberatio-

Quęſtionũ genera.

nes enim, quoniam magnarum plerunque rerum ſunt, belli, pacis, fœderum, ſocietatum, rei frumentaria, vectigalium, legum etiam tum conſtituendarum, tum abrogandarum, orationem requirunt amplam, grauitate, ſplendore, robore: etiam aſperitate, ſi reprehendenda vitia noſtra reipublica & acrimonia: ſi in odium atque inuidiam pertrahendus Philippus, aut Antonius, aut ſimiles homines, quibus bellum atrox creare volumus. Quanquam hac poſtrema non tam deliberationum ſunt, quàm iudiciorum: ſed quia inter ſe genera cauſſarum ſapenumero miſcentur, negligere iſta non oportet, quoties cauſſa prodeſſe poſſunt. Ex morato etiam dicendi genere ſæpe in deliberationibus accerſimus veritatem, ſimplicitatem, obiurgationem ſiue expoſtulationem. Neque illud tam eſt proprium deliberationum, quàm Iudiciorum. Recipit enim vtrumque genus δεινότητος: & quod perſpicuum atque illuſtre: & quod occultatum & diſsimulatum eſt.

Iudiciale.

Genus verò iudicial cauſſarum, morato dicendi genere gaudet: æquita ſimplicitatis, veritatis, & ex amplitudinis figuris circumducta & coagmenta delectatur. Vtitur tamen ca ris etiam amplitudinis partibus: cum id vel iudicio corruptela, vel aduerſariorum ſcelera flagitant. Eti ſplendor locum habet: quoties noſtrorum merito commemoratio, vel noſtris reis prodeſt, Vt in cauſa Pl cij, Flaccij, Sylla: vel nobis ipſis vtilis eſt, in contenti cum aduerſarijs ſuſcepta: Vt in Piſonem, de ſuo & Piſonis conſulatu Cicero. Et quoniam hac ita ſe habent: quentem ſtatuere oportet, genera cauſarum eſſe bipa ta: Vnum purum & ſolitarium: alterum mixtum & t peratum. Et tenere oportet, quando vtroque vtendum ſ

qua

quando retinendũ illud ſimplex & vnius modi: & quando adiungendum illud varium & compoſitum in deliberationibus, tum etiam in iudicijs.

SCHOLAE.

Inter cauſarum genera maximè præſtat deliberatiuum συμβουλευτικὸν, δημηγορικὸν, & ἐκκλησιαστικὸν genus. Et eſt plerumque maximarum rerum, vt bellum: quia vita & ſalus vel ſua vel aliorum adducitur in diſcrimen. Sic pax eſt magna: quia eſt conſeruatio tranquillitatis. Deliberatiuum igitur genus maximè requirit μέγεθος. Debemus enim in hoc genere ſententias adferre σεμνὰς graues. Debemus oſtendere populo & magiſtratui, quod nam ſit officium illorum: & ſimul producere exemplum maiorum, cum oratione magnifica & etiam honorifica. Debemus etiam adhibere ſplendorem: & quod antea videbatur ἄδοξον fiat ἔνδοξον, & quod difficillimum, facillimum: Sicuti Demoſthenes facit in prima Philippica. Sed tamen etiam adhibenda acrimonia σφοδρότης & τραχύτης, vt etiam Demoſthenes in prima Philippica, vbi reprehendit Athenienſium ἀμέλειαν: Item σφοδρότης eſt, cum exagitandus Philippus Macedonii: oſtendendum Philippum ab humili loco perueniſſe ad ſummum. Sed cum σφοδρότης adhibetur, fit genus deliberatiuum mixtum: quia σφοδρότης nihil aliud eſt, quàm accuſare aduerſarios: id quod etiam eſt generis iudicialis. Sed in deliberatiuo genere requiritur etiam moratum dicendi genus. Debemus enim ſtudium noſtrum erga Remp. declarare: & illud ſtudium non ſimulatum nec fictũ: ſed vt omninò ab animo profectum videatur: ideo adhibendum eſt etiam ἀφέλεια. Præterea etiam vtendum eſt ſimplicitate, ne videantur noſtra cõſilia callida. Hermogenes dicit in deliberationem etiam cadere βαρύτητα: id quod verum eſt, ſi aduerſarius eſt iniurioſus. Princeps autem in hoc genere eſt amplitudo. In iudiciali ἦθος, vt ſunt exordia, & narrationes, & argumentationes, & omnes orationis partes ἠθικῶς. Sed vt in deliberationibus adhibetur ἦθος: ita in iudiciali genere adhibendum eſt ἀξίωμα.

σφοδρότης quando faciat mixtũ genus.

βαρύτης.

ἀξίωμα in iudiciali.

DE LAVDATIONIBUS.

EAdem partitio eſt laudationũ: nam vel puræ ſunt, vel temperatæ reliquis cauſarum generibus duobus. Sed recipiunt hæ etiam alteram diuiſionem. Omnis enim laudatio aut eſt aſtricta numeris, poetica ſcilicet ἐπίδειξις: cuiuſmodi ſunt Homericæ deſcriptiones: non ſolum perſonarum, verùm etiam rerum, quarũ optimus eſt laudator Homerus: atq; vnicum in hoc genere præſtans exemplum Aut ſoluta eſt numeris laudatio: eaq́; rurſus duplex. Nam vel ciuilis eſt, vt cum aliquis in curia, aut ſenatu, aut in foro & iudicio, aut in concionibus & ad populum laudatur: quæ πολιτικὴ ἐπίδειξις dicitur: Vel extra hæc loca in alijs adhibetur locis: Vt cœtibus & congreſſibus hominum: quod genus λόγος vocatur πανηγυρικὸς: non quòd in populi comitijs habeatur: ſed quòd tam ſit ornatum & ornatum eſſe debeat, quàm Sophiſtarum Panegyricæ orationes. Cuiuſmodi forma eſt præſtantiſſima apud Platonem: apud quem Socrates ſapientius & ornatius loquitur, quàm illi ipſi ſophiſtæ faciunt, qui ſe dicendi magiſtros eſſe profitebantur. Hæc inquam, Platonis laudatio, & Platonicum laudandi genus iſtud, amplitudinis conficitur partib. dignitate ſcilicet, & ſplendore, & coagmentatione, & maturitate, & acrimonia: Interſpergenda verò etiam in amplitudine ſimplicitas: Vt apud Gregorium Nazianzenum, prima illa remiſſiora atq; ſimplicia. κρείσσονα οὖν οἶδα, καὶ μακροτιμώτερα τὰ παρόντά σοι, ἢ κατὰ τὸ ὁράματα εἶχος. Cœleſtis pompæ angelorum ſaltatio, cœleſtis ordo eiuſq́; maieſtatis θεωρία contemplatio, & præter reliquum etiã

Λόγος πανηγυρικὸς.

Platonica laudatio.

Simplitas in amplitudine.

Theologicũ exemplũ ex Nazianzeno.

Trinitatis coruſcatio: quæ & purior eſt & perfectior, neque amplius fugit, non captiuam corporis mentem, & cōfuſam, turbuletamq; ſenſibus: ſed tota toti menti & cernitur & tenetur, & radios ſuos emittit: obijcitq; noſtris mentibus, noſtris animis toto diuinitatis lumine. Prima, inquam, illa de ſono cœtus, & angelorum choro remißiora ſunt: ea quæ de Dei forma et de Trinitate addita ſunt magis exurgunt, & ad amplificandū pertinent. Etiā ſuauitas atq; venuſtas hoc genus maximè decet: cuiuſmodi ſunt in ſuperiore exemplo illa ſimiliter cadentia atq; deſinentia: & ex duobus generibus δεινότητος illud apertum atq; oſtentatum: ad iſtud rarò aduocatur, aduocatur tamē: vt in hoc ipſo exemplo Nazianzeni. Sed tamē alterum, quod latet & occultum eſt, in omnibus eſſe debet laudationis partibus. Eſt etiam hoc genus minus velox, quàm cætera ſunt gēnera ciuilia cauſarum: ſed profluens quoddam & fuſum genus leniter, ad hiſtoricū propè accedens: quippe narrationibus magis, quàm argumētationibus coagmentatum. Sed quoniam alia etiam eſt diuiſio Panegyricorum: propterea quod vnus eſt partis vnius & ſolitarium: Vt Plinij Panegyricus, Troiano recitatus: & Lyſiæ funebris oratio: alterum verò ſermonis & dialogorum, quod ἀμησὸν dicitur: Vt apud Platonem, multæ in hunc finem ſunt contētiones inter Socratem & Sophiſtas: vt ſunt etiam Bucolicorum paſtorum concertationes. Hoc genus, inquam, ſæpè etiam aſperitatem requirit, & acrimoniam, & grauitatis atque eloquentiæ vtrumque genus vſurpat. Reliquas verò dicendi figuras, vt perſpicuitatis, veritatis, æquitatis, vituperationis, quēadmodum in ciuilibus cauſis: ſic in hoc, non tam accerſiri, quàm vltrò venire debent.

Panegyricorum diuiſio

Generatim diximus de forma deliberationum & iudiciorum. Deliberatiuum p ſe conſideratum debet habere orationem amplam, id eſt, partes amplitudinis, Vt in reipub. vitijs, & ſenatus negligentia reprehendenda: vbi etiam habere debet aſperitatem, σφοδρότητα, vt Ariſtoteles libro 1. refert: qui dicit genus deliberatiuum omnium eſſe optimũ. Sic etiam Hermogenis iudicio, debet eſſe dicendi partibus ampliſſimum: propter vtilitates reipub. & grauiſſimas deliberationes, de pace conſtituenda. Ergo primus locus debetur amplitudini: ſecundus verò τῷ ἤθει, morato dicendi generi. Debet enim interſperſos habere oratoris mores, vt videatur eſſe vir bonus. Cõtra verò in iudiciali, Vbi primum locum habet τὸ ἦθος, moratum dicendi genus: (Vtrumq; enim debet eſſe moratũ, & maximè in exordio & narratione) ita narrare debet de ſcelere aduerſariorum, vt ſeruet [illegible]tiam; ne videatur ſummo iure velle agere. Et in argumentationibus oportet vti bonorum virorum argumentis: & acrimonia ipſa debet eſſe æqua. Item ſimplicitas eſſe debet. Iſta ſunt perpetua: ſed tamen commutãtur aliquando inter ſe. Nam in primum ſtilũ deliberatiuũ iudicij ſæpe ἦθος: ſic in iudiciale ſæpe amplitudo, σφοδρότης: & orator in exordijs plerũq; eſt συμβουλευτικός. [illegible] genus laudationum, ἐπίδειξις: quæ nihil aliud eſt q̃ ἔπαινος. Eſtq; duplex: artificioſa & oratoria laudatio & πανηγυρικὸς, vel eſt potica, id eſt, aſtricta numeris. Nam poetæ etiam habent ſuas laudationes: Vbi deſcribitur clypeus Achillis: & vocatur κατ' ἐξοχὴν Homerica oratio panegyrica. Alterum genus eſt ſolutum & liberum à neceſſitate numerorum; & πεζὸς λόγος quæ pedeſtris oratio dicitur. Et hæc duplex eſt: Aut enim eſt ciuilis, aut panegyrica. Ciuilem voco, qua adhibemus in foro aut ſenatu: vt cum quis in foro & iudicio aut ſenatu laudandus eſt: Vt S. Sulpitius, Africanus Scipio vbiq; laudantur: & Verrinis Verres accuſatur: vel ad populum, vt cum Gabinius & filij eius laudantur à Demoſthene. Aliæ autem vocantur Panegyricæ, ad imitationem Sophiſtarum, qui habent floridum dicendi genus: cõpoſitum ad ornatũ & amplitudinẽ. Iſtud vocatur etiã laudatio Platonica κατ' ἐξοχὴν: eò quod Plato in hoc genere ſit exemplum omnium præſtantiſſimum: vt in priore erat Homerus. Hæc omnia [illegible] differunt dicendi figuris: poeticum differt à ſoluto: ciuile à Platonico, de quo agimus: Platonicum maximè nititur maieſtate, ἀξιώ-

ματι

Deliberatiuum optimũ omniũ.

Laudatio duplex.

Poetica deſcriptio fit κατ' ἐξοχὴν.

Sophiſtarũ Panegyrica

[illegible]: ſed præcipuè dignitate, τῇ σεμνότητι: Dignitate, cum loquimur περὶ θεῶν, &c. Secundò ſplendore, vbi ſcilicet Deus commemorat ſua beneficia generi humano. Sed hæc duo requirunt etiam περιβολήν, id eſt, genus dicendi circumductum, quod etiam ἀκμαῖον eſſe debet: vt habeat vires quaſi ætatis robuſtæ: propterea Cicero vocat Platonis amplitudinem. Sed harum figurarum numeri, clauſulæ, & collocationes grauiſſime ſunt. Hinc alij vocant Platonis genus μεγαλόφωνον. Poſt hoc recipit etiam τραχύτητα, & σφοδρότητα, ſed rarò Nam Socrates non eſt acerbus diſputator: ſemper temperat Ironiam acrimonia: Sententiæ non ſunt ἐνδεικτικαί, ſed quaſi ridentis ironiæ. Poſt illas partes amplitudinis Plato etiam adhibet ſimplicitatem. Socratis enim profeſſio omnino fuit ἀφελής: Hoc ſcio, quòd neſcio. Sunt duo genera ſimplicitatis: vnum fictum, vt eſt Socraticum: alterum ἀφελές, eſt ſimplex, apertum, non fictum, vt eſt Ganymedis apud Lucianum: cum interrogat, an etiam veſcatur caſeis in cœlo, &c.

Simplicitatis duo genera.

CONTEMPLATIO GENERUM DICENDI.

CAPVT XXIX.

Huic cauſarum conſiderationi, & ſuperiori animaduerſioni adijciunt contemplationem generũ dicendi triũ, quæ à Cicerone in oratore ad Brutum ſunt explicata. His enim tribus terminis continetur id, quod aptum dicitur: quod proprium eſt δεινότητος. Omnis enim orator nõ ineptus, ſed aptus, aut ſublimi oratione rapitur: aut ingreditur humili: aut medium tenet curſum: ex quo nata ſunt tria dicẽdi genera: graue, ſubmiſſum, intermediũ. Qui verò orator his trib. quoties neceſſarium aut congruerit, vti poterit: ille eſt quem Antonius vocauit eloquentem. Quamobrem ſingulorũ nobis quædam, & breuiter delineãda forma: vt ea in vnoquoq; genere animo comprehẽſa, grãdia ſublimiter, parua ſubmiſſè, mediocria temperatè poſſimus dicere. Cadunt igitur in illud primum, quod ἀξιωματικὸν dicitur, & à poetarũ interpretibus ὑψιλὸν, omnes amplitudinis formæ: σεμνότης in rebus diuinis, magnis, grauibus, ad rempub. ac ſalutem ciuium pertinentibus: λαμπρότης in rebus geſtis, præclarè factis, ſapienter dictis, ſalutariter datis conſilijs: ἀκμὴ, quoties viribus ac impetu pugnandum erit: περιβολὴ, cum loquendum eſt copiosè, vt quaſi pleno alueo redundet oratio: τραχύτης, quotieſcunq; libertate opus eſt, quam παρρησίαν vocant: & corrigendi. ſiue populus, ſiue magiſtratus, reprehendendaq́; vitia: σφοδρότης, ſi opus erit, ſceleratorum perſequi ſcelera. & illorum accuſationem vel à nobis, vel à reis noſtris depellere. In his ordo præſcribi non poteſt perpetuus: περιβολὴ tamen in omnibus ineſſe debet, omnibus partibus, nõ æqualiter tamẽ. Alia enim eſt exordiorum & amplificationum grãdior, ſcilicet & apertior: alia in narrationibus & argumentationibus, præſertim ſubtilibus: in quibus aut ad intermediam figuram declinat oratio, aut ſubmĩttititur ad illam primã. In accuſando præſertim, in criminibus magnis. & ad rempub. pertinentibus, in publiciſq́; iudicijs σφοδρότης ſæpiſſimè principem locum habet: ſed ſæpius etiam in defendendo, quoties bonis à ſceleratis, innocentibus à pernicioſis ciuibus curatur periculum. σεμνότης verò in locis communibus & amplificationibus vſurpatur. quoties ea poſtulat: atq; etiam ἀκμὴ, præſertim in cõtentionibus, & in ornatu magno. λαμπρότης actis, neceſſitate, et vtilitate æſtimãda eſt: ne ſit ingrata, & irridenda audientibus. In amicorúm verò & reipub. beneficijs,

ἀξιωματικὸν ἢ ὑψηλόν.

conſi-

cõſilijs, rebusq́ꝫ geſtis gratior eſt, & adhibetur liberè: præſertim ſi adulationis & mendacij abeſt ſuſpicio.

SCHOLAE.

Diximus de cauſarum generibus, demonſtratiuo, deliberatiuo, & iudiciali: & oſtendimus, quòd deliberatiuum requirit ἀξίωμα: iudiciale verò τὸ ἦθος, &c. Sed quoniam à nõnullis tria traduntur genera dicẽdi, præſertim à Cicerone, quem Donatus & Seruius ſecuti ſunt, eſt vtilis illorum cõſideratio. Omnis oratio debet primùm eſſe apta: eſt enim hæc inuenta docendi cauſa, vt intelligamus & cognoſcamus: Deinde debet eſſe pura, id eſt, Latina: Romæ eſſe togata, Athenis palliata. Debent verba eſſe Latina & Græca, pura, delecta, & puræ etiam loquendi formulæ, vt appareat apud Latinos Latinitas, apud Gręcos Helleniſmus. Hę duę figuræ ſunt perpetuæ apud omnes ſcriptores. Tertia virtus eſt oratorum & poetarum, ſcilicet ornatus, κάλλος: & etiam hiſtoricorum, qui tenent medium quoddam genus inter poetas & oratores. Sic proprius ornatus eſt poetarũ, proprius oratorum, proprius etiam hiſtoricorum. Hi habent etiam quartam figuram communem, ſcilicet aptè dicere, δεινότητα: quod aptè dicere, decorum appellatur: vbi omnia τὰ πρέποντα concurrunt. Illud aptè dicere eſt tripartitum, pro natura rerum & cauſarum. Sunt enim res quædam & cauſæ grãdes & graues: vt ſunt religio, ſalus, reſpub. bellum neceſſarium, pax ſalutifera, lex ad ordinem ſenatus pertinens: aliæ ſunt paruæ, vadimonium in re pecuniaria, vt lis de boue & de equo, &c. Quædam res intermediæ, vt mediocris pecunia, mediocre periculum exiſtimationis. Sicut enim tria rerum ſunt genera: ita tria dicendi ſunt genera. Cùm enim res eſt grandis, requiritur graue dicẽdi genus, id eſt, ἀξίωμα: vt appareat in oratione quaſi quædam maieſtas: Grammatici vocant ὑψηλὸν: alij βαρὺ, ſed minus propriè. Illud enim poſitũ eſt in reprehendẽda negligẽtia. Res mediæ requirunt ἔμμεσον dicendi genus. Sunt oratorum tria genera officiorum, pro his dicendi generibus tribus. Et in quo quis excellit, ex eo nomen ſortitur: vt graues vocantur oratores, qui hac figura excellunt: Vt Cicero & Demoſthenes in pluribus cauſis. Alij ſunt ſubtiles, humiles, vt eſt Lyſias apud Athenienſes. Alij ſunt intermedij, vt fuit Iſocrates, medius orator, dulcis tamen & venuſtus. Quis

Aptitudo dicẽdi triplex

Eloquens quis?

[illegible] à [illegible] subtilis, qui potest tamen sanus esse & laudetur. Vt Lysias, neque intermedius, qui ad grauitatem non audet ascendere: sed eloquens est is, qui omnibus potest vti, grauia sublimiter explicare [illegible] tempera-[illegible] est poeta & orator eloquens, vt Homerus.

[illegible]

[illegible] non semper eodem fluit impetu oratio, neque [illegible] semper incedit [illegible] verborumque ornatu atque [illegible] superior [illegible] figuram amplitudinis, reliquarumque [illegible] scilicet illius [illegible] βολῆ pro-[illegible] ne tardior [illegible] quam [illegible] moderandus est [illegible] partibus & ipsa acrimonia sæpe lenienda est morati generis partibus. [illegible] hoc genus sublime quasi regium ornatum postulat: præceptis etiam venustatis, quam [illegible] & [illegible] varie est & artificiose distinguendum [illegible] dicendi genere; aut simplicitate, aut [illegible] affecta, quam [illegible] etiam potius congruæ partes sunt accommodandæ. Nulla enim oratio, neque apud Demosthenem neque Ciceronem tam est grauis [illegible] ad [illegible] recurrat, aut ad illud [illegible] dicendi genus descendat. Neque [illegible] orator, qui non solum [illegible] & amplitudinem [illegible] inferioribus [illegible] generibus potest commutare. Sæpe [illegible] tranquille et leniter loquendum [illegible] est, sæpe partite, definite, distincte disserendum. [illegible] quæ [illegible] conseruanda oratio est: & [illegible] genus sermonis conciliatio requirit, [illegible] figuras [illegible] orationis formam, perturbatio [illegible] & [illegible] ipse [illegible] ad oratoris [illegible]

dum

ditur. Propterea [illegible] [illegible] in eiuſmodi [illegible] dignus. Huius officium eſt, non ſolum tractare animos, [illegible] [illegible] admirabilior.

Decorum maxime [illegible] bus, quæ indicata ſunt à Cicerone: quorum vnum eſt vberrimum, copioſum, amplum & ſublime, quod nomino [illegible]: habet enim magnam dignitatem. Alterum huic contrarium [illegible] dedum, quod non eſt contrarium vitio alicui ſuperiori, ſed virtuti. Deinde genus humile non debet eſſe exuccum, exangue, quod [illegible] vocant. Tertium genus [illegible] [illegible] tium ad docendum. Oportet igitur ſcire, quibus partibus conficiatur hoc dicendi genus. Conſtat igitur partibus amplificationis [illegible] & graues: de diis immortalibus: de rebus cœleſtibus: deinde commemorationem factorum, rerum geſtarum: ſed quæ res non ſolum notæ ſint, ſed etiam [illegible] membris conficiatur longioribus: item ſæpe debet orator vitia corrigere ſenatus & nouas melioreſque opiniones inſerere. [illegible] Sed [illegible] omnes ſunt [illegible]. Nam vitioſum eſt orationem ſemper eſſe vniuſmodi. Aliud genus orationis requirit exordium, aliud narratio.

SCHOLAR.

Sedata oratio quomodo instituenda. *Tranquilla oratio eſt ἠθικὴ, quę eſt morati dicendi generis: ibi enim eſt lenitas: Vt, Vereor iudices ne turpe ſit, etc.* Partitè *debet loqui orator in argumentando, & confirmando, item definitè: vel explicare definitione: item diſtinctè, id eſt, res partitas diſtinguere, quę requirunt acumen ingenij. Sunt tamen etiam graues definitiones, partitiones, diſtinctiones, & quę debent eſſe morata, vt aliquando cum laudat, definit.*

Sales. *Sales ſunt duplices: quędam perpetua, id eſt, quę requirunt amplitudinem: quędam tantùm in vno loco, vt apophtegmata, quę requirunt δριμύτητα. Sciendum igitur eſt, quę figurę ſint propria huius generis.* Primò *eſt amplitudo, in qua primum ſpectatur copia: Vt, ſi materia ſit copioſa, & in materia requiritur varietas, non debet eſſe paruarum rerum, ſed grauium.* Igitur *tertio loco requiritur grauitas, vt orator dicat de grauiſſimis rebus.* Secundò *conſiderandus eſt ornatus, non ſolum vt amplitudo ſit copioſa, vt copia ſit varia, vt varietas ſit grauis: ſed oportet orationem eſſe εὐσχημον. oportet igitur adhibere σχήματα.* Neq; *hoc ſatis eſt: verùm oportet illa omnia ſuam habere δεινότητα: vt in docendo doceat, in conciliando conciliet: vt ornatus habeat ſuam vim efficiendi, quod ad efficiendum eſt propoſitum.* Oportet *ſecundo loco conſiderare habitum, vt omnia verba habeat delecta. Ad hanc figuram deligũtur primùm ſignificantia: quę vel ponuntur ſingula, vel per incrementum, vel dubitatione: vt cum dubitas, an debeas vocari improbum furem.* Deinde *requiruntur verba ſonantia, quę pluribus conſtant ſyllabis: item longiorib. tẽporibus, ſpondaicis: tertio loco verba plena, quę vtrunq; habent. Poſt illa cõſiderare oportet officiũ oratoris: quod eſt, vel tractare animos dicendo, cũ aut tollimus falſam,* aut confirmamus veram opinionem: deinde conciliando minoribus motibus, id quod eſt ſecundum officium oratoris. Cum igitur tractamus homines, oportet iſtam ſublimitatem eſſe remiſſiorem, quàm cum permouemus animos. In hoc igitur genere amplo & ſublimi, cum communia argumēta omnium figurarum, tum vniuſcuiuſq; propria, ſunt in dicendo adhibenda. Et quoties dignitas ac veluti quadā maieſtas accerſenda eſt. ſententias oportet eſſe graues de Deo, de rebus diuinis, de naturaq́; affectionib. de virtutib. et vitijs, ꝗd magni vel boni, vel mali afferāt mortalib. de hominū præclaris factis, hominumq́; præcipuè virorum, eximijs virtutibus Et harum ſententiarum tractationes graues eſſe oportet: affirmantes, non dubitantes: ſignificationes habentes myſteriorum, alluſiones etiam atq; admirationes.

Verba tranquilla orationes.

Verba verò ſonantia & plena, cum natiua tum modificata: ſed non aſpera, nō dura, non frigida, & ea quæ vocantur ὀνοματικὰ, quæ rei grauitatem quaſi definiunt ὁριστικῶς. Verborum verò ornamēta perſpicua & clara, abſq; πλαγιασμοῖς, abſq; impeditione interpoſitionum & traiectionum: vt cui maieſtas expedita eſt, & nullum habet obſtaculum: ſic etiā hoc genus orationis omni carere debet impedimēto.

Membra.

Mēbra verò ſæpè breuia, rarò longiora. Collocatio verò verborum, & clauſulæ, & numeri dactylici, anapæſtici, pæanici, Iambici, etiā nonnunq̃ ſpondaici.

Aſpera oratio, vt inſtituenda.

Cum verò aſperitate opus eſt: tum ſentētijs vtedū eſt, quæ vocātur ἐπιτιμητικαὶ: ſed abſq; cōuicio, remota ab infamia, cū autoritate, tum prudēti & amabili iracūdia: vt amicæ reprehēſiones ſint, & ſignificationes habeāt amoris ſtudij, & obſeruantiæ. Verbis verè cōuerſis vtendū eſt, & eiſdē verbis cōfiguratis, aut imperādo in dādis cōſilijs: aut interrogādo *in argumentationibus. De proprijs agimus hoc in loco ornamentis: non de communi ornatu omnis amplitudinis, de quo poſtea. Vbi verò acrimonia neceſſaria eſt: ibi etiam adhibendæ ſunt ἐπιτιμητικαὶ καὶ ἐλεγκτικαὶ & ὀνειδιστικαί, magis iracundè, quàm illæ ſuperiores. Atq; illæ ipſæ tractandæ & polita, apertè, non obſcurè etiam tum, cum allegorijs vtimur. Verba ſignificantia, vel proprietate, vel incremento, vel remotione, vel dubitatione, vel cōtentione figurata: & eadem verba modificata tranſlatione, ſuperlatione. Verba etiam noua, idq; vel omnino facta à nobis, vel mutuata, vel ex alijs compoſita. Et ex omnibus figuris verborum maximè huius generis propria ſunt declinationes, interrogationes. Membra breuia crebris ſententijs & conglobatis, ea ſcilicet membra, quæ vocantur κομματικά, maximè verò inciſa. Numeri verò ijdem ſunt harum duarum figurarum, quemadmodum eædem clauſulæ, eædem collocationes, non accurata. Sonum quidam quaſi diſſonum, non captato numero, aut concinnitate occupata videatur.*

SCHOLAE. Quoniam dicendi ſunt duo genera argumentorum, [illegible] cum ſententiarum, tum verborum: deinde amplitudinis genera ſunt quædam propria. Oportet igitur ſequi hanc diuiſionem: & primum oſtendā proprias vniuſcuiuſq; figuræ partes octo: tum etiā communia ornamenta verborū. Cū igitur in oratione ſublimi & ἀξιωματικῇ, quod plenū eſt amplitudine, cum, inq, adhibēda eſt σεμνότης. i. dignitas & maieſtas orationis, vel ſenatoria, vel regia, quæ quaſi ſplēdeſcat: oportet ſententias eſſe graues. Adhibentur autē, cum de trinitate, diuinitate dicendū eſt, &c. Item de rebus diuinis, de bonitate, clementia, miſericordia Dei: item de ſeueritate, de perpetua cuſtodia eccleſiæ: & de rebus naturalibus, de quatuor elementis, & eorū vi. Vt fuit locus in orat. pro S. Roſcio: itē de affectionib. naturæ, vt de inundationib. ac fluminibus, &c. Tertiū eſt virtutū, cum de virtutib. loquimur, vt de iuſtitia, quam quàm ſancta res ſit ſocietas: de parſimonia, quantum vtilitatis adferat hominib. item de præclaris factis, de bellis geſtis, quàm multa bella, qualis victoria, quæ acies inſtructa ab imperatore, cædes &c. Omnia requirunt σεμνότητα. cum etiam de hominum, virorum virtutibus: cum virtus C. Cæſaris comparatur cum virtute Alexandri Magni: res nobis oſtendunt, cuiuſmodi vtendum ſit genere ſententiarum. Sententiarum autem tractationes ſunt affirmantes: cum loquimur de Deo, non debemus dubitanter loqui: ſed ἀποφαντικῶς, non ἐνδοιάστως: & cum res tantæ ſunt, vt non poſſis explicare hominibus, oportet dicere, Neſciunt homines, quantum, &c. Ibi nō eſt rei explicatio, ſed ſignificatio: vt breuitate magnitudo explicetur: oportet etiam adhibere allegorias, cum res exponi nō poſſunt: Hæ ſunt propriæ tractationes. Verba debent eſſe ſonantia, non ſolùm ſignificātia: debet curſus orationis habere ſuum ſonitum, plenū ſuauitatis, & ijs verbis, quæ magnū ſonum habent. μεγαλόφωνα ſunt verba, quæ implēt ipſas buccas: ſed illa verba non eſſe debent vacua: ſed etiā præter ſonum debent habere ſignificationem rei, vt virtutū, honorum: item modificata πεποιημένα, vt translata verba, vt ὑπαλλαγή. Sed in his verbis vidēdum, ne ſint aſpera, ne offendant animos: deinde non ſint dura, σκληρὰ non contra conſuetudinem. Aſpera quæ ſtomachū exacerbant, quaſi acetum: σκληρὰ ſunt, quæ non facile poſſunt concoqui: non cibi quotidiani, ſed contra[illegible]ſum. Deinde etiam non nimis frigida, inepta, vetuſta, & verba ὀνοματικὰ, id eſt, ὁριστικὰ, Verba propria definitionum, Vt: facinus eſt vincire ciuem Romanum, & cætera. Cum dicendum ſit impudentiſſimus, dicis magna impudentia. Hæc dè verbis. Verborum ornamenta debent eſſe εὐθεῖα, directa: non oportet vti πλαγιασμοῖς: ſed apertè dicere, vtique ἐπεμβολοῖς: vt quemadmodum Sol nullum vult habere obiectum, cum ipſe ſit lucidiſſimus; ſic nec hoc genus. Membra debent eſſe ἀφοριστικὰ, breuia, vt ijs res maximas complectaris: Vt pro Archia de doctrina literarum, implicantur per notam membra propria. Collocatio, & clauſulæ, & numeri debent eſſe magni, & heroici: ſed maximè dactyli, Anapæſtici, & Pæonici tertij: aliquando Iambici, ſed non ita frequentes ac ſpondaici. Ergo in amplitudine, cum adhibenda eſt σεμνότης, eiuſmodi adhibenda ſunt.

Aſperitate quomodo vtendum.

Cum verò aſperitate vti volumus, oportet eſſe ſentẽtias ἐπιτιμητικάς, reprehendentes vitia ſenatus, & ignauiam populi. Sed ibi oportet habere rationem τιμῆς honoris, nõ debet aſperitas eſſe maledica, ſeditioſa, ſed paterna, habens ſignificationem erga patriam, & erga populum, ἀριστοκρατικάς: & debent habere authoritatem præter ſignificationem ſtudij & prudentiæ. Verba etiam tranſlata, non ſolum propria: deſidiam vocare licet monachum, aut alia vehemẽtiore tranſlatione, & eſt moderata reprehenſio: ſed non oportet altius aſcendere, ne metaphora fiat nimis dura & frigida. Cum acrimonia vtimur in vitijs corrigendis inimicorũ noſtrorũ, vocatur σφοδρότης vis quædã, impius, iracũdus, acer. Hac vtĩ debemus cum aduerſarius eſt impius, & acer hoſtis. Duplex hæc eſt, vna eſt quaſi amicorum: vt quemadmodum Cicero ſæpe dat conſilium inimicis, quæ vocatur moderata σφοδρότης: in hac adhibentur ſæpe ſentẽtiæ aſperitatis. Alterum genus eſt vehementius, planè hoſtilis σφοδρότης: ibi ſunt ſentẽtiæ ὀνειδιστικαί: Vt, iam'ne vides bellua, &c. vbi eſt aſperitas vehemens. Hæ autem ſententiæ ſunt ἐλεγκτικαί conuincentes, & ſuas habentes rationes. Etenim ſi ſocietate, &c. Mulierum eſt ſolum verbis conuicari, vocantur διαβολαί, calumniæ, &c. Membra in hac figura acri & vehemente breuia eſſe debent, & crebra, & conglobata. Collocatio verò verborum, & clauſulæ, & numeri ijdem qui aſperiatis: Vocalium ſcilicet literarum concurſus hiulcus, conſonantium aſper: Pedes variè mixti: numeri ab[illegible] pti, ac à verſu remoti: clauſulæ conſimiles: omnia tanquam ἄρρυθμα, vt inquit Horatius, & δύσηχα dura, ſonantia, abſque ſuauitate εὐρυθμίας, commutata tamen variè.

Duplex σφοδρότης, amica & aduerſaria.

Diximus cuiuſmodi partes eſſe debeant in dignita[illegible] quam σεμνότητα vocat Hermogenes, qua vtimur in r[illegible]bus magnis ac diuinis. Cœpimus etiã dicere de acrimo[illegible] huius generis, illuſtris ſcil. τῆς δεινότητος. Primi gene[illegible] σφοδρότης eſt figura, qua adhibetur improborum hominum ſceleribus, qua vtimur cum quaſi hoſtes, ſcelera aduerſariorum aut aliorum perſtringimus: Vbi locum habent ſententiæ non ſolũ ἐπιτιμητικαί: ſed etiã ὀνειδιστικαί.

Differũt ἐπιτίμησις, & ὀνειδισμός.

ἐπιτιτίμησις eſt lenior, & minus acerba: magis rationē habet famæ & exiſtimationis. ὄνειδος autem apertè ad decus & infamiam pertinet: extrema eſt vituperatio: & confirmata dicitur ἔλεγχος: ὀνειδισμὸς confirmatū probrum ratione. Tractatio conuiciorum debet eſſe aperta, clara, non occulta. Debemus vnumquodque ſcelus ſuo nomine vocare, & exaggerare, verbo hyperbolico: niſi quādo res eſt turpis, vt aures non poßint ferre, methodo allegorica vtendum eſt: quæ tamen intelligi debet. Verba eſſe debent ſignificantia, ſcilicet ea, quæ ſunt notæ magnorū ſcelerū ac vitiorū: Vt, iámne vides bellua? Hoc enim verbo tollimus humanitatem. Significantia ſunt & fiunt vel proprietate, quia ſpecies plus ſignificant quàm genus, vt parricida & improbus: vel incremento, vt facinus eſt vincire ciuem Romanum, &c. Vel progreßione creſcente: quia numero verborum poteſtas etiam creſcit: vel remotione, τῇ ἀφαιρέσει: non furem, ſed ſacrilegum: non adulterum, ſed corruptorē pudicitiæ. Vel dubitatione ἀπορίᾳ: Quo te nomine vis vocem? Improbum? &c. Cum accedit bitatio, ſignificatio verborum venit ad extremū. Vel tentione: Tu ciuitate donaſti, ego reſtitui. Hæc nō ſunt ntraria, ſed differentia: Tu iuuiſti, ego ſeruaui. Vel contrariorū: Tu eieciſti ciuitate, ego reduxi: vel etiā per verba modificata, trāslata et τὰς ὑπαλλαγὰς, cōmutata: Cū dico parietes exhorreſcere ad ſcelus nominatū. Figuræ propria ſunt, declinationes et προσφωνήσεις: Iam ne vides bellua? ἀποστροφαὶ, cōfirmata interrogationib. ἐξελεγκτικοῖς. i. mēbra debēt eſſe breuia, expungentia: punctim cōgredi debemus cum aduerſario extra periodū. Collocatio, συνθήκη & σύνθεσις debent numeri eſſe aſperitatis, id eſt, cōpoſitio ſit aſpera & neglecta: quæ habet ἐπιμέλειαν occul

Verba vt fiant ſignificantia.

tatam: oratio verbis & vocalibus hiulca & grauis: Sic pedes etiam debent eſſe varij & mixti, & numeri ἄρρυθμοι, quod fit varietate pedum: vt, O curas hominum, etc.

ΠΕΡΙ ΛΑΜΠΡΟΤΗΤΟΣ
ſeu ſplendida figura.

CAPVT XXX.

IN ſplendida verò figura, quæ λαμπρότης dicitur, ſententiæ eſſe debent rerum geſtarum vtiliter, ſalutiferè, præclarè & glorioſè: affirmantes abſque vlla dubitatione. Sic etiam tractandi ratio & methodus aſſeuerando fieri debet: verùm ſeruato ordine, abſque impedimentis traiectionum, interpoſitionúmque. Probabilia etiam demonſtranda ſunt, non ſolum argumentis, ſed iiſdem argumentis addere oportet aſſeuerationem iuriſiurandi: & ei, ſi opus ſit, teſtificationem. Omne item genus amplicandi adhibendum eſt, comparando, diſtribuendo, ratiocinando, commorando in eadem re. Verba huius figuræ eadem, quæ dignitatis: Verborum ornamenta, cum omnia dignitatis, tum negantia & affirmantia, interſ compoſita: principia ſæpè noua, quæ ὑποστάσεις nominantur, & diſſoluta: verùm membris longioribus. Membra enim in hoc genere longa eſſe debent. Collocatio autem verborum, à dignitatis collocatione non differt: neq clauſula atque numeri, ſed tamen in mediis membri & mediis peridorum partibus rectè etiam Tracbai incurrunt, Vt vult Hermogenes: fortaſſis propter celeritatem.

SCHOLAE. Eſt alia figura ἀξιώματος, quæ vocatur λαμπρότης: or tio ſplendida, quæ eſt rerum geſtarum. Omnes res geſtæ, quæ habent præclaram expoſitionem, vel ſunt noſtræ, vt quæ Cicero ipſe in conſulatu egit: vel noſtrorum, vt quæ reſpublica noſtra egit, vel amicus, &c. Sic illis λόγοις πανηγυρικοῖς, & funebribus, & alijs, adhibenda eſt λαμπρότης: vel cum maxima vtilitate, vel cum maxima gloria, vel ſalute, vel mixta his tribus. Et illæ ſententiæ, non dubitantes, ſed affirmantes & aſſeuerantes: quaſi rem rectam & certam aſſeremus: Vt, Ego, ego Rempublicam ſeruaui. Oportet orationem eſſe ἀποφαντικὴν, non ἐνδοιαστικὴν: non etiam continere ὑπέρβατα, non παρενθέσεις, quæ habent aliquam ſpeciem dubitationis: ſed ſit methodus διηγητική. Deinde oportet adhibere τὰ ἔνδοξα, ἐνδοξοτέρως λέγειν: quod fit in iuriurando: Deos teſtari oportet in argumentando: & adhibenda omnia genera amplificandi: Vt, enumerationem, diſtributionem, comparationem, repetitionem: ſæpe eandem rem alijs verbis, ἐν ἐπιμονῇ inculcare. Verba autem ſunt tranſlata, & immutata, ὑπερβολικὰ, rem ferè incredibiliter extollentia: item καταχρήσεις. Verborum figuræ eædem, quæ dignitatis: ſed maximè decent negantia & affirmantia: Vt, non defendi rempublicam, ſed ſeruaui: non cum multis, ſed ſolus. Igitur ἄρσεις καὶ θέσεις maximè ſunt propriæ, & ἀποφάσεις, quæ diſtinguunt oratorem ab hiſtorico dicendi genere. Debet ſæpe noua facere principia: Vt, Deſpectus tibi ſum. Item ἀσύνδετα, membra diſſoluta, ſeorſim membra ponere. Numeri & clauſulæ eædem, quæ in dignitate ſunt, ſed εὔρυθμοι: bonum ſonum habere debent: Vt, Dichoræi, dactyli, pæan tertius, bacchius, moloſſus, ſpondeus interdum: item trochæus, vt vult Hermogenes, qui pes eſt breuior & concitatior.

ΠΕΡῚ ΑΚΜΗΣ, AVT vigore orationis.

CAPVT XXXI.

IN orationis figura, quæ ἀκμὴ dicitur Græcis, ſententiæ ſunt aſperitatis & acrimoniæ. Verba verò tum horum duorum generum, tum etiam ſplendoris & dignitatis habet. Verborum ornamẽta ἀκμαστικὰ, *eadem quæ acrimoniæ, ἀποστροφαὶ ſcilicet & ἐρωτήσεις, & εἰρωνεῖαι: tum etiam ſplendoris, vt illa quæ vocantur ἀποστατικὰ & ἀσύνθετα, & negantia atq; affirmantia. Reliqua verò, vt membra, collocationes clauſulæ, numeri, ijdem qui ſplendoris & dignitatis.*

SCHOL AR. Ἀκμὴ eſt orationis vigor, & robur maturū & virile. opus enim eſt oratione robuſta in corrigendis vitiis ſenatus, populi, plebis. Et propterea ἀκμὴ habet ſententias ἐπιτιμητικὰς, minimè blandientes principibus. opus eſt etiam lacertis cōtra aduerſarios: Ergo ſentententiæ debent eſſe ὀνειδιστικαί. Sic vtimur ἀκμῇ in aſperitate & τραχύτητι: ſed adhibenda etiā σεμνότητι. Nam cum loquimur de rebus diuinis, oportet etiam ſententias habere robur. Sic etiam adhibetur in λαμπρότητι. Nam quod præclarè factum eſt, id etiam fortiter. Sic ſentētiæ ſunt vel τραχεῖαι, vel σφοδραί, vel σεμναί, vel λαμπραὶ in exornationibus rerum gaſtarum. Sic etiam verba debent eſſe quadripartita: ſed maximè pulcherrima, ſignificantiſſima, ſonantiſſia, pleniſſima, quia agimus hoc in loco de δεινότητι.

Tractatio ἀκμῆς. *In figura verò coagmentata, quam περιβολὴν vocant, ſententias adhibere oportet προβληματικὰς, formarum, partium, rerum perſonarum, factorum: quæ vim habent aſſumendi generis, totius qualitatis, attributorum, conſequentium, euentorum.* Tractandi *verò in his ratio eſt plerunq; rerum inuerſus ordo & collocatio, quæ ἀναστροφὴ dicitur, & interiectio earum, quæ ἐπεμβολὴ nominatur.* Item *ἐπισύναψις, quam & προσύναψιν vocamus. Item collocatio rationum, conclusionum, amplificationū, refutationum ante occupationes. Verba verò cum omniū figurarum ſuperiorum, tum idem ſignificantia & commorātia in eadem re diutius: & ex vno verbo, verba plura dilatata.* Figuræ *verò verborum,* ἀπαρίθμησις, προτίμησις, ὑπόθεσις, πλαγιασμὸς, ἐπιτροπὴ, ὑπόστασις, μερισμὸς, ἄρσις καὶ θέσις, Συμπλοκὴ ἐξ ἀναιρέσεως, Συστροφὴ & ἐπεμβολὴ præſertim longiuſcula. Reliqua quatuor, vt membra, & collocationes, & clauſulas, & numeros, communia habet nō ſolum ſuperiorum: verùm etiam omniū figurarum. Hæ ſunt ſingulæ etiam figurarum in amplitudine proprietates, quas debemus adhibere inſigniores, ornatiores, crebriores, denſiores, & prolixiores in illo primo genere δεινότητος, quod τὸ ὂν reuera, καὶ δοκοῦν dicitur. Communia verò huius & ſuperioris generis, & eloquentiæ in dignitate, in aſperitate, in acrimonia, in ſplēdore, in vigore, in coagmentatione, ornamenta ſunt ſententiarum, ἐπιμονὴ, ἐνδιασκευὴ, παρέκβασις, ἐπάνοδος. huius comes, & ancilla: ἐπανακένωσις, αὔξησις ὑπερβολική. ἀντιπαραβολὴ, ὁμοίωσις, παράδειγμα, eiuſque ἐξεργασία expolita, διαίρεσις μεριστική. Συλλογισμὸς, μίμησις, εἰδοποιΐα, προσωποποιΐα, ἔκφρασις, ἀποσιώπησις, ἀγὼν cōtentio, παῤῥησία, εὐχὴ, ἀξίωσις, ὑπόσχεσις, αἵρεσις. Orationis & verborum ornamenta ſunt in his generibus communia: ἐπαναφορῶν omne genus, tum primorum verborum, tum poſtremorū, tum mediorum, tum iteratorum, & geminatorum: κλῖμαξ etiam, non tamē illa vetuſtatis gradatio, ſed grauitatis: Verborum etiam διάκρισις & ἐπανάληψις, poſt longam tractationem, ipſorumque verborū ὑπέρβατα: verborum etiam παρισώσεις, vt ὁμοιόπτωτα, ὁμοιοτέλευτα, παρηχήσεις, ἰσότητες, & ἰσαριθμίαι, ἐναντιώσεις etiam & προσαποδώσεις & πολυπτωσία. Item περιφρασεῶν omne genus, Vt ὁρισμοὶ crebri, vt ἰσοδυναμίαι, vt ἐπιμοναὶ, non illæ rerum, ſed verborum: vt ἐπιθέσεις, σημειώσεις, etiam perſonarum notationes: item verborum ἐπιπαθεῖαι & ἐνδιάσεις, θαυμασμὸς, μακαρισμός. Deinde quicquid in verbis inſigne eſt & luminoſum, hu-

eadem quæ acrimoniæ, ἀποστροφαὶ ſtilicet & ἐρωτήσεις, & εἰρωνεῖαι: tum etiam ſplendoris, vt illa quæ vocantur ἀποστατικὰ & ἀσύνθετα, & negantia atq; affirmantia. Reliqua verò, vt membra, collocationes clauſulæ, numeri, ijdem qui ſplendoris & dignitatis.

SCHOLAR. Ἀκμὴ eſt orationis vigor, & robur maturũ & virile. opus enim eſt oratione robuſta in corrigendis vitiis ſenatus, populi, plebis. Et propterea ἀκμὴ habet ſententias ἐπιτιμητικὰς, minimè blandientes principibus. opus eſt etiam lacertis cõtra aduerſarios: Ergo ſententiæ debent eiſſe ὀνειδιστικαί. Sic vtimur ἀκμῇ in aſperitate & τραχύτητι: ſed adhibenda etiã σεμνότητι. Nam cum loquimur de rebus diuinis, oportet etiam ſententias habere robur. Sic etiam adhibetur in λαμπρότητι. Nam quod præclarè factum eſt, id etiam fortiter. Sic ſentẽtiæ ſunt vel τραχῦαι, vel σφοδραὶ, vel σεμναὶ, vel λαμπραὶ in exornationibus rerum gaſtarum. Sic etiam verba debent eſſe quadripartita: ſed maximè pulcherrima, ſignificantiſſima, ſonantiſſia, pleniſſima, quia agimus hoc in loco de δεινότητι.

In figura verò coagmentata, quam περιβολὴν vocant, ſententias adhibere oportet προβληματικὰς, formarum, partium, rerum personarum, factorum: quæ vim habent aſſumendi generis, totius qualitatis, attributorum, conſequentium, euentorum. **Tractatio ἀκμῆς.** *Tractandi verò in his ratio eſt plerunq; rerum inuerſus ordo & collocatio, quæ ἀναστροφὴ dicitur, & interiectio earum, quæ ἐπεμβολὴ nominatur. Item ἐπισύναψις, quam & προσύναψιν vocamus. Item collocatio rationum, concluſionum, amplificationũ, refutationum ante occupationes. Verba verò cum omniũ figurarum ſuperiorum, tum idem ſignificantia & commorãtia in eadem re diutius: & ex vno verbo, verba plura dilatata Figuræ verò verborum, ἀπαρίθμησις, προτίμησις, ὑπόθεσις, πλαγιασμὸς, ἐπιτροπὴ, ὑπόστασις, μερισμός,* μὸς, ἄφεσις καὶ θέσις, συμπλοκὴ ἐξ ἀναιρέσεως, συστροφὴ & ἐπεμβολὴ præſertim longiuſcula. Reliqua quatuor, vt membra, & collocationes, & clauſulas, & numeros, communia habet nõ ſolum ſuperiorum: verùm etiam omniũ figurarum. Hæ ſunt ſingula etiam figurarum in amplitudine proprietates, quas debemus adhibere inſigniores, ornatiores, crebriores, denſiores, & prolixiores in illo primo genere δεινότητος, quod τὸ ὂν reuera, καὶ δοκεῖν dicitur. Communia verò huius & ſuperioris generis, & eloquentiæ in dignitate, in aſperitate, in acrimonia, in ſplẽdore, in vigore, in coagmentatione, ornamenta ſunt ſententiarum, ἐπιμονὴ, ἐνδιασκευὴ, παρέκβασις, ἐπάνοδος. huius comes, & ancilla: ἐπανακένωσις, αὔξησις ὑπερβολικὴ. ἀντιπαραβολὴ, ὁμοίωσις, παράδειγμα, eiusq́; ἐξεργασία expolita, διαίρεσις μεριστικὴ. συλλογισμὸς, μίμησις, εἰδοποιΐα, προσωποποιΐα, ἔκφρασις, ἀποσιώπησις, ἀγὼν cõtentio, παῤῥησία, εὐχὴ, ἀξίωσις, ὑπόσχεσις, αἵρεσις. Orationis & verborum ornamenta ſunt in his generibus communia: ἐπαναφορῶν omne genus, tum primorum verborum, tum poſtremorũ, tum mediorum, tum iteratorum, & geminatorum: κλῖμαξ etiam, non tamẽ illa vetuſtatis gradatio, ſed grauitatis: Verborum etiam διάκρισις & ἐπανάληψις, poſt longam tractationem, ipſorumq́; verborũ ὑπερβατὰ: verborum etiam παρισώσεις, vt ὁμοιόπτωτα, ὁμοιοτέλευτα, παρηχήσεις, ἰσότητες, & ἰσαριθμίαι, ἐναντιώσεις etiam & προσαποδώσεις & πολυπτωσία. Item περιφρασεῶν omne genus, Vt ὁρισμοὶ crebri, vt ἰσοδυναμίαι, vt ἐπιμοναὶ, non illæ rerum, ſed verborum: vt ἐπιθέσεις, σημειώσεις, etiam perſonarum notationes: item verborum ἐπιπαθεῖαι & ἐνδιάσεις, θαυμασμὸς, μακαρισμὸς. Deinde quicquid in verbis inſigne eſt & luminoſum, hu-

ius poteſt eſſe generis ſi retineatur decorum.

SCHOLAE.

ἀπόστασις.

περιβολή.

ἐπισύναψις.

Cœpimus heſterno die explicare de quinta idea ἀξιώματος,id eſt,amplitudinis,quæ vocatur ἀκμή, oratio virilis & fortis. Hæc figura complectitur etiam ſuperiores figuras, σεμνότητα,τραχύτητα,σφοδρότητα.Ergo quæcunque verborum figuræ in ſuperiora illa cadunt,ſunt etiam applicandæ ad hoc genus. Sed tamen proprium eſt huius figuræ ἀπόστασις,noua exordia,& ſubitæ,non prouiſæ argumentationes, & quicquid eſt ἀπροσδόκητον & ſeparatum à periodis.Reliqua etiam eadem ſunt,quę ſuperiorum figurarum,vt membra ſint longa,numeris ſplendoris & dignitatis.Collocatio non debet eſſe hiulca, & propterea nec conſonantibus κακόφωνος. Sic clauſulæ graues,pæonicæ, dichoreæ, dactylicæ, bachiæ & palinbachiæ.Sexta figura eſt περιβολή. In hac debent eſſe ſententiæ προσληπτικαί: in quibus ſubiecta eſt vel ſpecies,vel perſona, vel factum : quia ſpecies ſemper poteſt aſſumere genus, vt homo : cum omnia animalia poſitum à natura pulchrum habent: tum verò in primis homo. Pars nulla in homine eſt, quæ non ſit præſtans : in primis verò vox atque oratio admirabilis eſt. Subſtantia quæuis accipit qualitatem , vt ars pulcherrima , homo ſapientiſſimus. Perſona,Cn.Pompeius fortiſſimus vir. Hæ etiam accipiunt ſua attributa & facta:aſſumunt euenta, vt bellum geſtum à Pompeio,attulit pacem & legum obſeruantiam, tranquillitatem,&c. Tractandi ratio eſt vna:ſcilicet inuerſio,cum ſpecies anteponitur generi,pars toti,concluſiones propoſitionibus,item ἐπεμβολαί:Vt, Quanquam te M.fili annum, &c.Item ἐπισύναψις, relatiuum eſt membrorum & periodorum.Nam facit membrum vel prolixius , vel periodum prolixiorem. Habet tripartitum officium : Vel enim membrum adijcit periodo : Vt, Miſi ad te librum : quæ res non tibi tam grata eſt accipienti , quàm mihi iucunda donanti : Vel periodo adijcit membrum : Vt, Quæ res mihi donanti,& cætera. Aut periodum periodo adijcimus: vt Quæ res duæ in ciuitate , & cætera. Verba ſunt ἰσοδυναμοῦντα. Figuræ verborum ἀπαρίθμησις & partitio. Vt πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες,&c. Sententiæ hæ incipiunt ab iſtis vocabulis , primùm , deinde , &c.προτίμησις, oratoria præiudicatio:Vt,Mallem equidem,&c.ὑπόθεσις, vt oratio confect ſecta illis cõiunctionibus, ſi, ſiquidẽ, &c. ſed longiores & nõ breuiores. πλαγιασμὸς, id eſt, obliqua oratio: cũ oratio noua nominatiuo caſu incipit. ἐπιδρομὴ eſt continens commutatio ſententiarum: Vt, Quanquam te Marce fili, &c. ὑπόστασις, vt, tantum & quantum, tamdiu, quamdiu. μερισμὸς, vt πρῶτον μὲν, ἔπειτα δὲ: vt μὲν & δὲ. συμπλοκὴ ἐξ ἀναιρέσεως, vt non ſolum vir bonus, ſed etiam doctus: complectitur duas res: ideo συμπλοκὴ ἐξ ἀναιρέσεως, quia dico, non ſolum vir bonus, & cætera. Συστροφὴ eſt conuolutio, quando periodus non abſoluitur, donec peruentum eſt ad verbum poſtremum. Hactenus igitur de figuris orationum ſublimium: iſtæ figuræ ſex ſunt, quarum partes iam explicauimus. Sequuntur iam communia ornamenta, ampla & ἀξιωματικὰ: ſunt ἐπιμονὴ commoratio in eadem re, tractata alijs atque alijs verbis. Fit vel epilogo, omnibus rebus repetitis, quæ antè erant conſparſæ: & huic adiuncta noua amplificatione. Item fit vel electione, cum principia repetuntur, minora reijciuntur. Fit etiam additione: cum id repetimus, & aliquid amplius addimus, ἐνδιασκευὴ eſt, cum volumus rem ipſam πρὸ ὀμμάτων ποιεῖν, id eſt, rem ſubijcere oculis: illuſtris eſt rei & inſignita deſcriptio: quæ rem non ſolum menti obijcit: ſed etiam quinque ſenſibus. Ab alijs vocatur ὑποτύπωσις, quæ typum, id eſt, formam rei oſtendit. Sed ἐνδιασκευὴ eſt, quæ formam inſignatam habet. παρέκβασις, declinatio, digreſſio, quæ fit vel amplificandi cauſſa, vel θετικῶς, per locum communem, vel impoſitione rei alienæ. Et vbi hæc eſt, ibi oportet etiam eſſe ἐπάνοδον: ſed ſpecioſam in hac figura. Ἐπανακαίνωσις renouatio, differt à commoratione, quia hæc fit in eodem loco: illa verò fit facto interuallo: Vt poſt digreſſionem αὔξησις, amplificatio, quæ eſt in quouis dicendi genere. Sed hoc in loco oportet eſſe ὑπερβολικὴν, quaſi admirabilem rei amplificationem: fiunt vel comparatione, vel per ſimilitudinem: item παραδείγματι, ſed quod eſt amplificatorum. Item διαίρεσις μερικὴ, diſtributio, cum totum diſtribuimus in ſuas partes. Item συλλογισμὸς, cum ex re parua facimus rem inſignem,

πλαγιασμὸς.

Hæc ſunt igitur cum propria, tum communia in amplitudinis partibus ornamenta, in eo genere ſublimitatis atq; eloquentiæ, quod quaſi in illuſtri loco poſitum, ex omni parte in ſe omnem vult grauitatis ornatum elucere. Alterum verò genus, quod eſt τὸ ὂν, μὴ δοκοῦν δὲ, tamen ſublime, tametſi non videatur: quod occultas as vires habet, & præſidia eloquentiæ: & ad genus dicēdi, Alterum, quod intermedium dicitur, declinat: cum omnia ornamenta ſuperiora requirit: magis tamē illa remiſsiora & contractiora: magisq; latentia, quàm illud ſuperius: tum etiam morati generis omnes partes: & magis q̃ illud ſuperius, ἀφέλειαν, ἀλήθειαν, ἐπιείκειαν, δριμύτητα, βαρύτητα, γλυκύτητα, etiam non illam plebeiam, puerorum, minimeq; prudentium hominum: ſed hanc oratoriam & eloquentiæ propriam. Ergo in ſimplici illo & puro genere morato, quod ἀφελὲς dicitur, ſententiæ eſſe debent cōmunes omnium hominum, vt in perſpicuitate. Ruſticorū etiam & opificum ſententiæ, quoties illorum mores & ingenia imitando ſunt exprimenda. Sententiarum verò ornamenta & verba, cæteraq; partes in hac ſimplicitate, etiam eadem ſunt, quæ perſpicuitatis. In ſuaui verò dicendi genere, cuius formam γλυκύτητα nominant, ſententiæ debent omninò eſſe fabuloſæ ac fabuloſis conſimiles: hiſtoricæ etiam, ſed penè rerum incredibilium: & rarū rerum ſententiæ, quarum obtutu & auditu ſenſus hominū delectantur. In hoc genere etiam ſententiarum ſunt illæ, quibus laudamus, vel eos, qui audiunt, vel eos, qui nobis ipſis ſunt chari. Item, quibus rebus animum inanimis tribuimus, aut multis vocem, aut brutis atq; beſtijs addimus facultatem intelligendi, interrogandi, reſpondendi, loquendi. In hoc genere ſententiarum ornamenta eadem *ſunt, quæ perſpicuitatis. Verborum verò ornamēta, tum oratoriè & propriè ſignificantia res: tam poetica, & vetuſtę, & peregrina. Cæteras quoq; partes habet puritatis & claritatis tractandi modos, membra, collocationes, clauſulas, numeros. Acutum verò dicendi genus, Idea δριμύτης, dicitur, ſentētiasq́; etiam habet acutas: ſed cum ſuauitate, & ſignificatione eruditi ingenij & experientis. Verba etiam modificata ſuauiter, et ingeniosè, aut poſita contra conſuetudinem, quæ appellantur κατα χρήσεις: aut ambigua, quæ ὁμώνυμα, ſed callidè & eleganter vſurpata. Ea etiam, quæ vocantur παραγράμματα & παρονομασίαι. Cætera verò ſunt omnia quæ ſunt ſuauitatis.*

SCHOLAE.

Diximus de ſex partibus amplitudinis, σεμνότητος: & vnuſcuiuſq; oſtendimus tum ſententias, tum ſententiarum partes, &c. quidem cadunt in illud Ciceronis genus, quod vocatur ὑψηλὸν. Item dictauimus communia omnium ſex ornamenta. Cœpimus etiam de ſententiarum ornamentis dicere: & primum diximus requiri ἐπιμονὴν, commorationē in eadem re alijs verbis & alio genere verborum. deinde εὐδιασκευὴν, illuſtrem & illuminoſam rerum expoſitionē, quæ non ſolum explicat, ſed quaſi ob oculos ponit rem ipſam. Sequitur deinde ἐπάνοδος, reditus ad rem, quæ etiā habere debet ſuum ornatum & magnum motum. Hinc ἐπανακύκλωσις, renouatio rei tractatæ ſequitur. Hæc fit non in eodem loco, vt ἐπιμονὴ, ſed facto interuallo, vt declinatione iam facta. Poſtremò αὔξησις amplificatio, quæ tametſi pars ſit ἐπιμονῆς: tamen ſæpe ſeorſim ponitur, & eſt ὑπερβολικὴ, quæ fit vel comparatione paruorum cum magnis, &c. ὁμοίωσις eſt rerum ſimilium, cum rem præſertim oſtendimus ſimilitudine. Item παράδειγμα, cum magnitudinem rei exemplis oſtendimus. Item μερισμὸς. Nam διαίρεσις tantùm continet formas: μερισμὸς verò eſt libera rei diuiſio, magis directa ad motum, quàm ad rei veritatem. συλλογισμὸς eſt ratiocinatio, cū ratiocinamur de rei magnitudine: Vt, Omnes ciuitates miſerunt legatos ad accuſandum Verrem: tametſi ea res ſit periculoſa. μίμησις, imitatio grauis, non illa γλυκύτητος, ſed grauis. Cuius partes duæ: ἠθοποιΐα, cum aliorum vocem & ſermonem nos aſſumimus, alteriuſque ſententiam & geſtum: προσωποποιΐα, cum ipſum introducimus loquentem. Εκϐασις eſt tractatio communis loci κοινοῦ τόπου καὶ θέσεως. Ἐπεξεργασία, cuiuſmodi eſt de parricidarum ſupplicio. ἀποσιώπησις reticentia, eſt motus magnus, occultatio ſummi aut boni aut mali. Quos ego: ſed præſtat motos componere fluctus. Vbi ſignificantur motus iracundiæ ἀγὼν, eſt altercatio oratoria, cum confligimus cum aduerſario, cum eum interrogamus, & eius reſponſiones grauiter refutamus. παῤῥησία, libertas, in magno aliquo vitio reprehendendo: magiſtratus liberè loqui decet: minimeque diſſimulandum ſcilicet. Εὐχὴ, optare aliquid à dijs immortalibus, imploratio deorum auxilij: Si ad Iudices fit, dicitur ἀξίωσις. ὑπόσχεσις, promittere res magnas ad ſalutem reipublicæ pertinentes: cui addi poteſt ἔκπληξις, comminatio interitus. Hæc ſunt ornamenta communia. Verborum ornamenta ſunt ἐπαναστροφαὶ, verba repetita, ſiue in principio, ſiue in medio. ὑπαρίσωσις figura generalis, complectens multas alias: Vt, ὁμοιόπτωτα, cum ſententiæ finiuntur iiſdem verborum modis. παρισονόμενα, Vt, in hac fama tanquam flamma. ἰσότητες ſunt verba ſimilia numero ſyllabarum: cum polyſyllaba reſpondent polyſyllabis. Cum verba ſunt eiuſdem terminationis, ἰσαριθμία dicitur: cum paria reſpondent paribus, etiam verborum numero ἀντίωσις cum contraria contrarijs opponuntur: ille bonus, tu improbus: ille conſeruator patriæ, tu patriæ proditor. Hæc fit duobus modis, vel oppoſitione ſingulorum: Vt tu bonus, ille improbus: vel fit numero, cum in vna parte ponuntur omnia, in altera etiam omnia eiuſdem numeri. προαπόδωσις, quod propoſitioni bipartitæ ſubiungitur, explicatio duplex: Vt, quæ res in ciuitate, &c. πολυπτωσία, cum ſunt caſus diuerſi, Vt cum incipio à nominatiuo, & pergo ad datiuum, genitiuum, &c. Vt, Ego ſeruaui patriam: mei facti hæc laus: mihi victoria hæc tribuenda: me authorem huius facti confeſſi ſunt: ad me factum hoc pertinet: & hæc eſt quaſi ἐπιμονῆς ancilla. Περίφρασις fit multis modis: Vt, vel definitione, vel enumeratione præcipuarum rerum: Vt arma virumque cano: deſcriptione numeroſa. Item conglobatio, modus definitionum: quando orator conglobat definitiones, ἰσοδυναμίᾳ, Vt erupit, exceſſit, euaſit

ἀντίωσις, duplex,

πολυπτωσία

& cætera. ἐπίθετα etiam cum verba ponuntur idem ſignificantia.

DE FIGVRA MODEſtiæ, aut morato dicendi genere.

CAPVT XXXII.

Modeſtia, quas ſententias requirat.

Modeſtiæ verò figura ſententias requirit eas, quæ vocantur μειονεκτοῦσαι καὶ συστατικαί: *commendatione noſtri iuris atque officij, & commemoratione iniuriarum, quas accepimus, aut propulſare cogimur. Tractandi ratio etiam eſt conſimilis: confiteri quod negari poterat: concedere aliquid, & aliud contrà referre: extenuare quod augeri poſſit: lenire acrimoniam: orare aduerſarium: dare illi conſilium, ſed candidum, non ſimulatum: apertum, non fictum: præterire etiam aliqua crimina, quæ & commemorari & amplificari poſſunt: non ſolum in aduerſariorum maleficijs: verùm in noſtris beneficijs etiam. Hæ modeſtiæ propriæ ſententiæ, & hi tractandi modi: cæteras partes tum puritatis, tum ſimplicitatis habent.*

In veritatis figura affectiones animorum, veras, non ſimulatas indicat. Sententiæ ſunt, quæ vocantur σχετλιαστικαί. *Tractandi verò rationes, tum* σχετλιασμός, *tum* εὐχὴ, *tum* ὅρκος, *&* ἀρὰ, *imprecatio, tum omnis* ἐμπάθεια, θαυμασμὸς, ἀγανάκτησις, φόβος, ἔλεος, *& quicunque ſimiles ſunt animorum motus. Sed hæc omnia ex abrupto adhiberi debent.*

Vt ſubita, non meditata videatur oratio: hoc eſt, vt Hermogenes dicit, μὴ προλέδειν. Itaq; ἀπαιτήσεις, etiam occupationes, ἄνευ κατασκάσεως, abſq; propoſitione, fieri debent. Item illa, quæ vocantur ἀποστατικὰ, tum ἀσύνδετα, huius loci ſunt: Noua ſcil. & illata rerum exordia: item πολύσχημα, verborum vi, ſententiarum multitudine & varietate. Verba huius figuræ eſſe debent aſpera, acria, facta, modificata. Verborum ornamenta ſunt ἀποστροφαί, ἔνδειξις, ἀποσιώπησις, ἐπίκρισις, προσδιόρθωσις. Reliquæ partes, ſunt partim acrimoniæ & aſperitatis, partim ſimplicitatis. Oſtendimus nuper partes ferè omnium figurarum: ſunt etiam ἐπιθέσεις addendæ, quæ vocantur à Grammaticis adiectiua, quibus oratores vtũtur vel neceſſariò, vel aliter. Σημείωσις nihil aliud eſt, niſi perſonæ & formæ notatio: ἐνδιασκευὴ eſt rerum: ἐνδοίασις eſt dubitatio, cum dicitur, vt opinor. Duo genera ſunt verè τῶν ἐμπαθῶν: Vnum eſt ſententiarum, cum miramur, & non dicimus nos mirari: Vt: non equidem inuideo: miror magis, &c. μακαρισμὸς, vt cum aliquẽ beatum facimus: Vt, ô fauſte & felix. &c. Hæc de ſublimi genere: ſequitur alterum δεινότητος genus, quod eſt remiſſius: ſed deſcendit ad intermedium genus, οὖσα δεινότης, μὴ δοκοῦσα, quia nõ eſt explicata & oſtentata. Iſtud genus habet oẽs ſex figuras ſuperiores. σεμνότητα, τραχύτητα, &c. ſed remiſſiores: ſic etiam habet communia illa ſententiarum ornamenta. Remittuntur tamen varia ratione: vel numero imminuto, cum vtimur conglobationibus, ſed breuiorib. vel occultatione; cum paria parib. opponuntur, ſed occultè: vel mixtura & temperatione: cum addimus partes σαφηνείας καὶ ἤθους, & figurarum remiſſiorum. Inter moratas figuras habemus ἀφέλειαν: cum ſententiæ ſunt ſimplices

ἐπιθέσεις. Adiectiua.

ἀφέλεια ſimplicitas.

plicees, bonorum virorum: item ἀλήθειαν & ἐπιείκειαν, orationem æquam & iuſtam: item δριμύτητα, quæ nihil aliud eſt, quàm acutum genus dicendi, quo oſtenditur acumen oratoris. Item βαρύτητα, quæ poſita eſt in grauitate, & γλυκύτητα. Ex his igitur oportet addere partes earum: Primùm *igitur de ἀφελείας partibus. Simplicitatem voco ἀφέλειαν, nudam & ſimplicem expoſitionem orationis. In hac debent eſſe ſententiæ cõmunes omnium hominum, nihil afferat obſcurum, nihil aſtronomicum, etc. ſed hic ſententiæ ſunt εἰς ἅπαντας ἥκουσαι. Item ſentẽtiarum ornamenta & verba non habent iſtud genus propria: & reliquas partes omnes habet cõmunes, quæ ſunt aperta orationis: hoc eſt, primũ ἠθικὸν genus Verba ſunt ꝓpria, natiua, nõ peregrina, nõ modificata & translata, non immutata. Sic verborũ ornamenta debent eſſe quotidiani ſermonis. Secunda figura eſt ſuauitas: illa δεινότης enim remittitur etiam ſuauitate. Sententiæ ſunt fabuloſæ, aut cõſimiles fabulis: aut Stoicæ, ſed incredibiles. Item ſententiæ earum rerum, quæ delectant ſenſus: Vt, fontes recreant oculos: propterea oratio de muſcoſis fontibus eſt ſuauis. Sententiæ enim ſunt ſuaues propter genus rerum. item ſententiæ ἐγκωμιαστικαί. Laus enim ſuauis eſt. Laudare aliquem eſt morati generis: & verè laudare eſt hominis aperti & candidi. Laus verò noſtra, vel amicorum eſt. Item ſententiæ, quibus rebus inanimis tribuimus animum: Vt iſta te Tityre pinus, &c.*

SCHOLAE

Etiam ornamenta ſunt perſpicuitatis: Verba quotidiana & vſitata: translationes item ſed æque vſitatæ atq; propria verba: attamen cadunt huc etiam verba poetica; Vt ardere pro amare. & verba vetuſta. Cætera omnia ſuauitatis ſunt, communia cum puritate. Tertia idea eſt δριμύτης, dicendi genus acutum: quod ſapit doctrinam, vſum, experientiam:

Δριμύτης.

genus quod ἀποφθεγματικὸν eſt, eruditè interrogare & reſpondere ſolet. Sententiæ igitur ſunt acutæ: vt apophthegmata & adagia. ſed iſtud acumen habet etiam ſuauitatem: vt translationes ſint ſuaues, quæ delectant: vt ſunt ingenioſæ metaphoræ, aut verbum poſitum contra conſuetudinem, vt ἀχρηϛα: hoc enim ingenioſi eſt hominis. item verba ambigua, homonyma: ſed non ſint nimis obſcura: nam intelligi debent: vt nihil habeant noxij. Item παραγράμματα, id eſt, verborum quaſi corruptiones: vt, amentis haud amantis: vel amentia haud amantia. Cætera omnia ſunt ſuauitatis, &c. Quarta figura eſt ἐπιείκεια, modeſtia, cuius eſt, vt aliquid remittat ipſi δεινότητι, & aliquid detrahat: vt, cum dicimus, ſacrilegij te poſſem accuſare, ſed tantùm furti accuſo. In hoc genere ſententiæ ſunt μειονητῶσαι, extenuantes rem: vt, id quod grauius eſt concedis, poſtulas autem id, quod eſt minus. Et hæc figura contraria eſt σφοδρότητι acrimoniæ. Item ζυϛατικαὶ, quando reddimus rationem officij, cur ſuſcipimus alicuius cauſam, vt in diuinatione. Μέθοδος verò eſt ὁμολογία, confiteri quod poteras negare: vt in principio orationis pro Ligario. item συγχώρησις, quæ tamen habere debet ἀντεισαγωγὴν, contrariam defenſionem, vt feci quidẽ, ſed feci inuitus. In illo verò genere grauitatis, quæ βαρύτης dicitur, & in expoſtulationibus & commemorationibus officiorum vſurpatur, ſententiæ etiam ſunt ὀνειδιϛικαὶ. Sed etiam illæ, quæ vocantur μειονετικαὶ, debent adhiberi, quoties expoſtulare volumus modeſtiùs. Et hæ ipſæ tractatæ Ironijs, & interrogationibus, & dubitationibus: nam & hæ orationem efficiunt grauiorem. Cæteræ verò huius figuræ partes ſunt eædem cum aſperitate, & acrimonia & veritate. Ergo in hoc intermedio dicendi genere, primum eſt illa ſublimitas. Omnia poterunt accommodari inſignia: ſed non ita, vt in illo, luminosè: verùm paulo obſcuriùs: vt eruditorum hominum oculis appareant: ab imperitis non intelligantur: afficiant tamen eos vehementer. Deinde has morati dicendi generis partes ſex conuenienter interponere etiam oportet, quæ per ſe orationem faciunt temperatiorem. Sed quoniam illud amplum, & copioſum, & altum dicendi genus etiam ſignificationes habere oportet ſimplicitatis, ſuauitatis, modeſtiæ, grauitatis, veritatis: in illo vehementiores eſſe debent hæ moratæ figuræ partes: in hoc verò temperato mediocres & remiſſiores:

tes : quod idem ſtatuendum eſt de perſpicuitate & velocitate, & ornatu: vt & in illo grandi grandia ſint, & in iſto temperato contemperata.

DE EXILITATE.

CAPVT XXXIII.

Tenuis autem dicendi figuræ propium eſt magis, quàm temperatæ, vt non videatur habere dicendi vim atq; facultatem: & minus videatur quàm tẽperatum: moueat tamen minus etiam. Hac etiam perſpicuitate & puritate contẽta, ita adhibet reliqua ornamẽta: vt illa attingere magis, quàm vti videatur: & vt ſanitati magis, quàm venuſtati inſeruiat : & ſatis illi ſit, ſi neq; exanguis ſit neq; exucca: & non tam colore videatur venuſto, quàm ſano delectari. Et ſi quem ornatũ adhibeat: is tamen non ſit ille regius ſuperiorum: ſed ſui ordinis atq; loci: in quo parſimonia magis mediocrium hominum appareat, quàm diuitum atq; locupletum magnificentia.

SCHOLAE.

Diximus genus dicendi amplum, graue, altum, ſublime, & vt ita dicam grandiloquum, confici partibus ἀξιώματος. Continere enim in ſe genus dicẽdi, habens dignitatẽ. i. σεμνόν: item illuſtre, λαμπρὸν, ἀκμαῖον, copioſum, περιβολικὸν: & oſtẽdimus proprias vniuſcuiuſq; partes octo. Tradidimus etiam communia argumenta ſentẽtiarum & verborũ. Hæc περὶ δεινότητος οὔσης καὶ δοκούσης. Sequitur alterum genus, in quo eſt δεινότης οὖσα μὴ δοκοῦσα, vel ἀσαύτων: Vt in illo altero grandiloquo genere. Et quoniam hoc poſitũ eſt intermedium: vocatur etiã à Cicerone intermediũ, nomine ſumpto à loco: quia inter grauitatẽ & tenuitatẽ locatur. Et vocatur etiã remiſſum & ſubmiſſius, quoniã etiã cum exilitate rem habet. Vocatur etiam contemperatum, quia etiam par tibus lenitatis conficitur. Primùm igitur ſex partes amplitudinis habet: deinde etiam illius ornamenta, tum ſententiarum tum verborum: ſed minus crebra & frequentia. Igitur iſta duo habet communia: Item habet genera dicendi morati, & omnes eius partes, Ergo requiruntur in hoc genere morato dicendi, ſeu figura ἠθικῇ, partes ſex. Oportet oſtendere mores ſuos ſimplices, ingenium minimè callidum & aſtutum. Ergo accerſiri oportet ἀφέλειαν, quæ aliquid remittit de granditate aliqua voluptate. Item mores debent eſſe ſuaues: ideo adhibenda γλυκύτης: gratulari ciuibus de victoria: & laudare magiſtratum; qui motus debet eſſe lenis. Non ſatis eſt autem hoc obſeruare. Nam oportet ſimplicẽ illam ſuauitatem eſſe ingenioſam, & non ſtultam. Ergo adhibenda eſt altera figura, δριμύτης, &c. Item, oportet deinde illam ingenioſitatem eſſe iuſtam: & adhibenda ἐπιείκεια, modeſtia, iuſticia: ſed nihil eſt pernicioſius, quàm ficta religio. Ergo ita orator ſuauis, & iuſtus ſit: vt etiam ſit verus, ἀληθὴς. Vbi hæc omnia adhibuit orator: tum ſi homines nō ſequuntur oratoris conſilium, eſt populus ingratus. Ergo ad extremum adhibeat orator aliquid βαρύτητος, ſed tamẽ mediocriter. Harum figurarum ſex partes omnes dictando ſum perſecutus: & peruentum eſt ad illud intermedium, quod communia habet præcepta cum ſuperioribus: & etiã propria quædam, vt interrogatio, &c. Ille grauis dicendi magiſter, non'ne etiam debet eſſe ἠθικὸς & moratus? Maximè. Sed hæc omnia vehementius adhibere debet. Illi ſimplicitati debet aſpergere aliquem acorem. Sequitur illud genus dicendi tenue. ſed hoc minus videtur eſſe ornatum, quàm intermedium: minus etiam mouet: docet tamen cum quadam ſuauitate. Quoniam igitur finis eius eſt docere: maxima eius figura eſt σαφήνεια perſpicuitas, cuius partes duæ, καθαρότης puritas, & εὐκρίνεια, καθαρότης conſtat lenitate, verbis conficitur proprijs, & quotidiani vſus, & trãslatis, æquè vſitatis, atque ſunt ipſa propria. Ita exilitas efficitur obſeruatione propriæ figuræ, ſcilicet perſpicuitatis, vt orntiones erant Lyſiæ. Deinde εὐκρινείας oratio non confuſa & perturbata: nihil aliud captus, quàm intelligentiam & perſpicuitatem. Debet etiam vitare grauitatem, σφοδρότητα: & in primis περιβολὴν, ex morato dicendi genere: debet adhibere ἀφέλειαν, ſimplicitatem: deinde etiam δριμύτητα, ingeniũ atq; doctrina: & vtrumq; cum ſuauitate: non ſint ſoritæ Stoicorum ſum ſpinoſæ, ſed ſuaues docilitate & intelligentia. Item adhibeat [illegible] ſed vitanda βαρύτης: & in motu non ſint magni motus: ſed remiſſiores abſq; clamoribus, & magnis verborum atque ſententiarum ornamentis. Debet tamen etiam habere ſuos ornatus, vt tranſlata, contraria contrarijs oppoſita, & reſponſiones & interrogationes: ſed omnia iſta adhibenda frugaliter. debet eſſe eruditus: ſed parcè his vti debet.

ΠΕΡΙ ΜΕΘΟΔΟΥ ΤΗΣ Δεινότητος.

CAPVT XXXIIII.

HErmogenes de methodo huius, de qua agimus, eloquentiæ, librum fecit: in quo conatur eloquentis officium perſequi in proponendis, collocandis, enũciandis, exornandisq́; ſententijs: quam omnem præceptionem breuiter percurremus: vt & illius doctrina innoteſcat omnibus: & nihil eorũ omittamus, quæ ad artis abſolutionem ſunt neceſſaria. Eſt igitur eloquẽtis officiũ, & munus primum, rei de qua dicturus ſit, conſiderare naturã, hoc eſt genus, differentias, partes, totum, definitionẽ, antecedentia, conſequentia, repugnantia: cauſas item & effecta, atq; inuenta: cõiuncta quoq; & cõparata atq; ſimilia: hoc eſt, animaduertere quid res ipſa ſit, & cuiuſmodi ſit, quam latè pateat, quanta ſit, & quò referatur, id eſt, cum quibus habeat aliquam neceſſitudinem: tum quid agat, quid patiatur: tum in primis perſonas, tẽpus, & locum, cæteraq́; perpendere attributa. Hæc enim eſſe debet rei, quæ in quæſtione verſatur, inueſtigatio. Poſt hæc *omnium earum rerum, quas in his locis, quos propoſui, inuenit veſtigia, conſiderare debet verba, eorumq́; proprie-*

tates, genera, differentias, formas. Et in his ipſis verbi quæ nam ſint ὁμώνυμα, quæ ἰσοδυναμοῦντα, quæ ἐναντία: hoc eſt, quænam ſint eiuſmodi verba, vt in contrarias partes interpretari poßint. Verborum etiam genera diſtinguere, populis, rebuſpub. earumq́; partibus, & hominum artibus diuidere. Aliud enim eſt Græcum verbum, aliud Perſicum, aliud Latinum: & alia ſunt Iureconſultorum vocabula, alia Augurum & Pontificum, alia prætorũ & recuperatorum, alia mathematicorum in artibus & diſciplinis. alia Ethicorũ, alia dialecticorũ. Vitia quoq; verborũ conſiderãda ſunt: Nam cum alia ſint propria, & pura, atq; integra: neceſſe eſt eſſe contraria, ſcil. nõ propria & corrupta. Item tenere oportet oratorẽ, quando verbo eodẽ vti decet, vel in eadẽ periodo, vel in diuerſis: quã rationem ταυτότητα nominat Hermog. quæ fieri debet in verbis ſignificantib. ſonantibus plene. Sic etiã tenendum ei eſt: quãdo verborũ conſectanda varietas, quæ ποικιλία dicitur: idq́; vel cõtinenter, vel in eodẽ ambitu: in mẽbris diuerſis, vel in diſtractis verborũ cõuerſionibus. Videndũ eſt etiam huic eloquenti, quando vtendum copia & abũdantia, quã πληθότητα vocant: quæ & verborum eſt, conficiturq́; aut cõmorandi gratia, quam rationem διάτρισιν vocat Hermogenes: aut plenitudinis, quorum alterũ fit verbis idem ſignificantibus, eodemq́; pertinentibus: alterum diſtributione, quæ fit verbis res diuerſas ſignificantibus: & ſententiarum eſt πληθότης atq; copia: Vt ſi ad enthymemata adhibeantur ἐπιτιμήσεις, & rationibus approbationes: ſi quæſtionibus finitis, proponantur infinita: ſi quæſtio aut argumentatio tractata ſemel, repetatur & renouetur iterum aut ſæpius. Quo genere vtuntur in conciliandis & permouendis iudicum & audientiũ ani-

mis:vt clarius intelligant:diutius retineant:magis faueant:vehementius inflammentur. Conſiderare etiam debet orator, non ſolum quæ placeant:ſed etiam quæ diſpliceant, cum proferuntur: Vt ſunt dura & aſpera, ſiue verba ea ſint, ſiue ſententiæ. Sæpè enim dicendum erit, quod non placebit: & ſcopuli naufragiorum in dicendo non vitandi ſunt, declinando ad iter aliud, neque redeundo in portum:ſed præteruehendo ſcopulos: Quibus aſperis in rebus, & verbis vtendum eſt aſperis, & remedijs, quæ vocātur παραμυθίαι: quas vel προσθήκῃ fieri vult Hermogenes, appoſitione: cum leniuntur vel confeſſione, id eſt, ὁμολογίᾳ, quæ ipſa confeſſio habet etiam aliquam defenſionem: vel neceſſitatis, vel vtilitatis maioris, vel doloris, vel ſimilis alicuius commotionis. Hermogenes in libris duobus περὶ ἰδεῶν, in multis promittit librum ſeorſim περὶ μεθόδου, de methodo eloquentiæ, veræ grauitatis: & ita illius libri facit mentionem crebrò, vt videatur aliquid magni promittere. Sed accidit Hermogeni, quod illi authori de prædicamentis, qui eſt inter libros Ariſtotelis: qui non videtur tantum habere vtilitatis, quantam in ſe continet: ſi illa vtilitas eſſet ſatis demonſtrata ab interpretibus. Et μέθοδος δεινότητος, nihil aliud eſt, quàm officium oratoris magni in tractandis ſententijs & verbis. Et quanquam ille liber dignus vt explicaretur pluribus: tamen non neceſſe hoc in loco oratione recenſere: Primùm quia facile illa poſſunt intelligi ex his, quæ hactenus tradita ſunt: Deinde iſta enumeratio eſt veluti epilogus omnium illorum ſuperiorum: quæ hoc in loco paucis poſſunt repeti.

SCHOLAE.

Meditationem & commentationem oratoris, Hermogenes vocat ἐπίμνησιν. μιμνήσκειν enim eſt rem aliquam mente & agitatione eruere: inde μίμνησις cogitatio, cõmentatio, conſideratio: vt eſt Craſſi apud Ciceronẽ lib. 3. de oratore.

ἐπίμνησις recordatio.

Orator enim debet rem primùm diligenter conſiderare: ἐπίμνησις eſt diligens conſideratio: quia augetur præpoſitione ἐπί: vt dialectici non vocant δεῖξιν, ſed ἀπόδειξιν: & eſt ea, quæ vocatur in declamationib. μελέτη: quæ incipere debet à re propoſita, id eſt, ab eo quod eſt in quæſtione, quæ cõtinet in ſe ſubiectum & prędicatum: & iſtud ſubiectum, vel eſt ſimplex, vel copulatum: ſic & prædicatum.

Res.

Oportet igitur rei, ſiue vna ſit, ſiue plures, conſiderare τὴν φύσιν: illa non eſt curſim ſiue leuiter inſpicienda: ſed omnes rei partes, quæ ſuprà quæ infrà, quæ ad latera ſint: Supra ſunt, genera: homo ſupra ſe habeat animam: quia ad genus rerum, res ipſa pertinet. Si agitur de parricidio: ſcit illud factũ pertinere ad flagitia & ſcelera. Sic quãdo de exilio, pertinet ad locum pœnarum: ſic de comitatu, eſt magiſtratus, & magiſtratus eſt honos. Item quæ infrà. Vt de ciue, quando agitur, non continet magiſtratum. Item quid ſit in ipſa re, id eſt, videre differentias rei. Nam res ſuis differentijs conſtituuntur, quæ vocantur συστατικαί: Vt, homo ex anima conſtat & corpore: quarum rerum conſideratione ſpectatur totum, id eſt, totus homo. Ergo adferenda definitio, & reliqui loci, qui oſtendunt rei naturam.

Vſus prædicamentorũ.

Et hanc doctrinam, maximè iuuat doctrina prædicamentorum: vt videre ſubſtantiã rei, quantitatem, qualitatem, relationem, &c. Item quò res referatur, id eſt, neceſſitudinem conſiderare, quam habet cum alijs rebus: Vt, quæ ſit neceſſitudo inter prætorem & quæſtorem, inter conſulem & legatũ: item actiones & paſſiones, καὶ ἐνέργειαι καὶ τὰ πάθη. Sed in primis oratoris eſt cõſiderare decorum. Et iſta δεινότης non poteſt niſi decoro ſeruato conſiderari. Ergo locum & tempus orator conſiderabit: non quoduis tempus decet quouis loco Hoc eſt primũ officium, & prima pars, μνίμησις, quæ eſt rerum.

Verba.

Iam venit alterum, quod eſt verborum. Inueſtigare etiã debet verba, quæ vel afferuntur ſimul cum rebus, vel inueniuntur ab oratore. Afferuntur cum verbis, vt verba natiua: vt cum pane panis, prandium cum prandio: ſed orator his non ſit cõtentus: ſed inuenire etiã debet verba, & ἐρευνᾶν eruere, καὶ θηρευτὴν εἶναι, oratorem eſſe venatorem. Verba inueſtigantur vel ἰσοδυναμοῦντα, quæ eódem pertinent: deinde etiam τετραμμένα cõuerſa. Et hęc eſt cauſa, cur Cicero dicat in Partitionibus

bus,Verba reperta.Igitur orator conſiderabit verba: ſed primùm verborum proprietates,quid ſignificet verbum : Vt inueſtigare idem eſt quod quærere: differunt tamen. nam quærere eſt infinitum,& apud Græcos ζητεῖν. Cum autem ad rem peruenimus,quaſi veſtigijs,dicimur inueſtigare. Ergo hinc ſequuntur verba reperta,quæſita,perſcrutata : & in his differentijs quærenda ἰσοδυναμοῦντα. Poſtea inuenire oportebit ὁμώνυμα,id eſt,Vocabula,quæ multiplicem vſum habent.

ἀποσιώπησις
Reticentia.

Præteritio.

Epanaphora.

Additur etiã huic duplici rationi ἀποσιώπησις: qua id,quod moleſtum eſt ad audiendum, ſiue nomen ſit,ſiue ſententia reticetur. Quare huic oratori tenendum eſt, quãdo hoc facere debeat:tum ſcilicet,cum eſt vel neceſſarium,vel vtile. Cognata eſt reticentia præteritio,quæ rerum vel verborum,vtilium tamen:vel notarum,vel odioſarum eſt ſimulata omiſsio, atq; idcirco nominata à Græcis προσποιητὸς παράληψις. Hæc igitur rerum diſcernere tria genera: & eadem commodè tractare: ad eloquentis officiũ pertinet:vt ne quid prætereatur, quod ad cauſam pertineat: & ne quid tractetur prolixius, quod breuiter abſolui poteſt. Videndum eſt etiam in rebus aut turpibus propter verecundiam :aut dolorificis , propter mœrorem:aut odioſis propter moleſtiam: vt dicendi vi obſcurentur, & veluti verborum inuolucris occultentur: quã rationem περιπλοκὴν nominant. Et quoniam verba relata,quorum figuram ἐπανάληψιν vocãt & ἐπαναφορὰν, magnam vim habent in cauſis agẽdis:ſcire oportet,quando illis vtendum ſit:nimirum in docendo,in commendando,in criminando,in confirmandis animis. In argumentando verò,quoniam interrogatio,hoc eſt,πεῦσις, quam figuram σχῆμα eſſe dicit Hermogenes ἀναντίῤῥητον, magnũ momentũ habet ad conuicendum: ſcire oportet ora-

torem, iſtud ornamentum vſurpari in rebus vel confeſſis vel teſtimonijs, & argumentando confirmatis: & adhiberi, vel ad eos, qui nos audiunt, coarguendi: vel ad aduerſarios dehortandi: vel ad noſmetipſos, qui dicimus, occupandi gratia. Denique nihil tam minutum eſt in rerum & verborum ornamentis: quod non diligenter conſiderandum. Quid enim tam notum, quàm duæ inter ſe contrariæ figuræ, ἀσύνδετον & πολυσύνδετον, diſſolutum & copulatum? tamen copulatis vtuntur oratores in amplitudine: præſertim in περιβολῇ, coagmentatione: diſſolutis verò in moratæ orationis figura. Et quoniam collocationis magna vis eſt in orationis officio: pertinet etiam ad oratorem in quæſtionibus proponendis, προέκθεσις, hoc eſt, ipſius cauſæ, & quæſtionis, & ſtatus explicatio: omniumq́ partium diuiſio: tum etiam, poſteaquam quod propoſitum eſt, cauſæq́ partes ſunt confirmatæ, ἐπανακεφαλαίωσις conſideranda eſt. Et ſcire oportet, quando his vtendum ſit, aut vti non ſit neceſſarium. In verbis etiam paribus & ſimilibus, quæ Græci vocant τὰ ἴσα σχήματα: vt ſunt, ſimiliter ſonantia, ſimiliter deſinentia, ſimiliter cadentia, paria paribus relata: quoniã magna concinnitas in his eſt: officium eſt boni oratoris, benè his vti poſſe: non vt ſophiſtæ: non neceſſariò, ſed vtiliter. Vtendum his in contentionibus, qua ἀγῶνας vocant, & laudationibus: ſed parcè & verecundè. Statuat igitur orator hîc ſimilitudines verborum eſſe tres: Vnam ſophiſticam, alteram ἀγωνιστικὴν, tertiam ἐπιδεικτικήν.

προέκθεσις.

SCHOLAE. Officium oratoris maximè propoſitum eſt in methodo δεινότητος, id eſt, tractatione generis dicendi grauis & ſublimis: qui in hoc genere poteſt ſuum officium facen

ise

Cõmentatio.

is etiam poteſt in cæteris omnibus præſtare ſuum officium. Primùm igitur eſt ſummi oratoris, id eſt, copioſi, ſublimis, grandis, grandiloqui, ἐπιμηνησις, id eſt, ipſa commentatio, & priuata rei explicatio: contemplatio τῆς φύσεως ſiue οὐσίας: rei naturam & ſubſtantiam conſiderare. Conſideratur autem natura rei, locis dialecticis, & prædicamentorum conſideratione. Secundò conſideranda rerum attributa, id eſt, circumſtantiæ. Poſt rerum ἐπιμηνήσεις, ſequitur verborum etiam conſideratio. In verbis primum ſpectanda eſt ἰδιότης, proprietas verborum natiua: Vt verba, quæ rebus indita ſunt: ſcapham cum voco ſcapham: lapidem lapidem. Poſt proprietatem videat differentias; Differunt enim lapis, ſaxum, & petra. Hæc ſunt diſtinguenda: peccatum, facinus, ſcelus. Peccatum minus ſignificat quàm facinus, quod in bonam & malam partem accipitur. Tertiò verborum forma: an verbum ſit γενικὸν an εἰδικόν. Generis enim vocabula minus ſunt ſignificantia, quàm ſpeciei: Vt ſi voco hominem ſceleratum, plus eſt, quàm ſi voco improbum. Quartò conſideranda ſunt verba ὁμώνυμα, quæ habent multiplicem poteſtatem. Eſt enim oratoris, aliter verbo vti, quàm vulgus. Si mihi non ſatis eſt hominem ſceleratum, vel ſceleroſum, vel conſceleratum: accipiam verba ὁμώνυμα, quæ ſumuntur ex loco differentiarum: & voco per metaphoram peſtem reipublicæ ac perniciem. Sed tamen non ſemper vtendum eodem verbo: oportet copioſum oratorem eſſe. Ergo inueſtigare debet ἰσοδυναμοῦντα, quæ de vno ſubiecto poſſunt prædicari: Vt peccator, facinoroſus, ſceleratus, conſceleratus: & ἰσοδυναμία efficit orationem variam & copioſam. Sed poſt ipſas pertractationes, quæ fiunt mente & cogitatione, quoniam orator debet eſſe purus, id eſt, qui vtitur ſua lingua, & ſuæ linguæ ac ſermonis verbis: ergo genera verborum etiam ſunt conſideranda diſcriminibus perſonarum. Nam quædam vocabula ſunt ἐθνικά. Ἔθνη vocant exteros populos, non noſtræ linguæ, vt Gaza paranſange. Sunt etiam vocabula νομικά, iuris & conſuetudinis: vt ſunt cærimoniarum vocabula, vt Pompa apud Græcos πομπεύειν. Cum igitur defendis Syracuſanum, eſt vtendum verbis aliquando illorum linguæ. Artis etiam vocabula ſunt vſurpanda, τεχνικά, propria artibus. His non vtuntur oratores, vt

Vocabula ἐθνικὰ & νομικά.

vocabulis dialecticorum. Habent etiam propria vocabula Stoici. Hæc doctrina traditur ob duas cauſas: primùm vt vtaris, ſi neceſſarium eſt: cum deſtitueris vocabulo Latino; ſed cum προσθήκη aliquid oportet addere: Vt, ſic enim vocant Perſæ, &c. Et ſi ſuaue nobis videtur: vt cum neceſſariũ non eſt, cum tamen ſcimus ſuaue eſſe, poſſumus ijs vti: ſed parcè. Deinde vitemus, ne euadamus ſimiles vitioſorum oratorum: qui putant in omnibus locis eſſe vtendum vocabulis dialecticis. Hæc vitemus igitur obſcuritatis cauſa, deinde & puritatis. Non enim debemus orationem noſtram inquinare barbaris & peregrinis vocabulis. Ergo conſideranda etiam ſunt vitia verborum, id eſt, peregrina: deinde eſt ἀκυρία, improprietas vitãda: præſertim cum nec amicis, nec ciuibus placet. Nunquam hæc vſurpanda, niſi neceſſitate: & niſi ſit elegans κατάχρησις. Vt ſi homocidam vocas parricidam, ἄκυρον quidem eſt. Vitanda ſunt quæ inepta ſunt: deligenda ea, quæ oratori inſunt, & ipſis rebus vim adferunt. Vitanda etiam verba παρεφθαρμένα, corrupta: vt ſi non dico ſeculorum, ſed ſeclorum: corruptum συναιρέσει eſt: ſic dicier, demõſtrarier, imprator induperator: iſta poetica ſunt vitanda: etiam aliquando ſunt deligenda & ſumenda: Vt induperarator Vergilianus, quia ibi mẽtionem facit ipſius poetæ: ergo rectè vtor.

χρῆσις vſus.

παρίσωσις.

In hac ſimilitudine verborum etiam continetur illud ornamentum, quod παρίσωσις dicitur à Græcis, quo ſophiſtæ & rhetores in ſuo florido genere, ac etiam in non neceſſarijs ſententijs vtuntur. Hîc verò orator ſublimis parcè ijs vti debet: vt videatur iudicio & neceßitatis cauſa facere, non concinnitatis gratia. Et quoniam contentionibus contrariorum, quæ ἀντίθετα vocantur, ſæpe vtuntur oratores: tum demum his orator vtitur cum refutari non poſſunt, quæ inter ſe comparãtur vtrinq; Et in eiuſdem officio eſt, ſcire duo eſſe genera: Vnum breuiter abſolutum, quod tantummodo firmum eſt ad conuincendum: alterum verò accommodatum amplitudini: quod *præter ſimilitudinem etiam habet grauitatem copioſiorem: quorum alterum longioribus circumſcriptionibus pertractatur. Sed cum dicendi duo ſint genera: Vnum ἐπιμελὴς, accuratum, meditatum, domo allatum, domi ſcriptum, ſæpe etiam de ſcripto recitatum: alterum αὐτοχεδιασμένον, quaſi ſubitum atq; fortuitum. Hîc orator eloquens, in conſilio dando curam et ſolicitudinem & cõmendationem præ ſe ferre debet: ſed eam in iudicijs diſſimulare. Metuit enim ſibi iudex ab oratione moderata atq; compoſita. Quanquam Demoſthenes in cauſa Midiana non diſſimulet hanc curam, & accuratam meditationem. In laudationibus verò vtrumq; liberum eſt: vel confiteri accuratam dictionem: vel ſimulare ſubitam eſſe & moderatam.*

SCHOLAE.

Diximus oratoris officium magni & grauis, τοῦ δεινοῦ maximè poſitũ eſſe in methodo, id eſt, tractandi ratione. Nam cum octo ſint, ex quibus comparatur dicẽdi genus, ſiue ſit graue ſiue intermedium: & primò ſententijs, deinde tractatione ſententiarum, tertiò verbis, quartò σχήμασι, quintò, membris, ſextò συνθήκῃ, ſeptimò ἀναπαύσεσι, octauò ῥυθμῷ, numero: peruenimus nuper ad explicationem τῶν παρεφθαρμένων verborum: quæ prima eſt φύσεως, ſecunda θέσεως poſitionis: vt alia ſunt noſtra, alia peregrina, &c. Sequitur verborum vſus & ἐργασία, tractatio. Omnis verborum tractatio, aut habet ταυτότητα, vel ποικιλίαν, vel [illegible]. ταυτότης eſt eiuſdẽm verbi repetitio. Vt, qui in vita nihil iucundius habet vita, non vocatur hic ταυτολογία: ſed verbi neceſſaria repetitio & venuſta. Oportet ergo vitare ταυτολογίαν: & accipere illam, quæ vocatur ταυτότης. Vt, Ego omni officio cæteris ſatisfacio omnibus, &c. Et ibi potuiſſet dicere, cunctis ſatisfacio: ſed repetit. Tum debet vti ταυτότητι, cum ipſum verbum habet tres virtutes: poteſtatem ſignificantẽ: bonum ſonum, & vtrunque ſi eſt plenum. Sed non ſemper ſeruanda hæc ταυτότης: oportet oratorem addere ποικιλίαν varietatem, quæ verbis fit idem ſignificantibus, τοῖς ἰσοδυναμοῦσι Illa fit vel continenter, & eſt συνεχής: Euaſit, erupit,

ταυτότης.

ποικιλία.

exceſſit. Non faciam, non concedā, non patiar. Abi, recede à me. Altera eſt ποικιλία in diuerſis mēbris & periodis: vt indicium, documentū, ſignum, argumentū, Vt, primùm dicit, id indicio eſt & documēto: poſteà alia verba adhibet. ταυτότητι vti debet in exaggeratione: in ſignificatione diligētiæ & celeritatis continēt:: in rebus grauibus vtimur ποικιλίᾳ; ποικιλίᾳ etiā vtimur in copia: cum ipſa ἰσοδυναμία patitur, vt videatur orator non iners. Tertiò περιπλότης, id eſt, oratio copioſa: ſpectatur & in verbis & in ſentētijs. Non eſt in hoc loco ſuperflua oratio: ſed eſt vocabulum virtutis: & eſt quaſi μεγαλοπρέπεια: & fit vel verbis idem ſignificantibus, quæ etiam cōmemoratio dicitur, & fit διατριβῆς gratia, cum eſt commorādum in vna re; Et quod bene intelligi volumus, ſæpe inculcamus. Fit etiā plenitudinis cauſa vt nihil omittatur: & hoc fit μερισμῷ, cum vnum verbum diſtribuimus in multa. Sed ſpectatur περιπλότης etiam in argumentando. Nam orator primo loco proponit multas propoſitiones. ἐπιχειρήματα: poſtea ponit ἐργασίαν: Vt, ſimilitudines, exempla, comparata, contraria, antecedentia, & conſequentia. Poremò enthymemate concludit, & hæc eſt περιπλότης. Et ſæpe vnum enthymema alteri adijcitur, quod dicitur ἐπενθύμησις, approbans enthymema: & præcedentis vel confirmatio vel poriſma. Vel ſecundum Ciceronem ſpectatur in propoſitione, deinde ratione, tertiò, rationis approbatione, quartò amplificatione & loco cōmuni, quintò concluſione. Secunda hæc eſt pars. Tertia eſt ἐπεξεργασία poſita in tractatione, & repetitione argumētationum: ſi præceſſit breuis argumentatio, eam repetere & copioſius tractare: ſi longa præceſſit, illam contrahere breuiter. Octauum præceptum. Orator non ſemper eſſe debet adulator, vt Socrates apud Platonem videtur: Rhetoricam eſſe artem κολακευτικὴν: ſed accedere etiam debet ad dicendi ſcopulos & offenſiones animorum & liberè loqui: & res ſæpe ingratas proferre, vt de criminibus dicere, & reprehendere ea & accuſare. Diligenter videat, quomodo res inuidioſas & ingratas tractet; Vti debet quadam παραμυθίᾳ, quæ duobus modis fit: primum confeſſione: vt eſt quidem illud odioſum ad audiendum: ſed tamen præterire non poſſum. Deinde προσθήκην, cum aliquid addimus, quod molliat: Vt, Quod pace tua dixerim, dixi: quæſo vt mihi ignoſcatis.

περιστώτις.

15

DE AMPLIFICATIONE.

CAPVT XXXV.

Est etiam huius, de quo agitur, oratoris ſcire, quando amplificatione vtendum ſit: & quando argumentatione: quarum alteram rationem αὔξησιν vocant Græci: alteram ἀπόδειξιν: Scire etiam oportet, quando amplificatio anteponenda ſit argumentationi. Rectè enim Hermogenes, cum vel res, de qua agitur, parua eſſe videtur atque contemnitur: aut contra perſona ipſa, contra quam agitur, authoritatem habet: tum antecedere vel anteponi debere argumentationi amplificationem doceri. Vt Cicero in Philippica 11. fecit: in cuius exordio crudelitatem Dolobellæ cum crudelitate Cinnæ, Marij & Syllæ comparat. Erant enim magni in republica, Antonius & Dolabella nominis: & permagni intererat, animaduerti genus mortis, quo affectus erat C. Trebonius. Itaq; hoc pacto, amplificatione re exaggerata, attentionem ſæpe præbet iudex ad reliqua cognoſcenda diligẽtius. Sed tamẽ prius conſtare oportet de re: quàm amplificatio accedat. Conſtat autem de re, vel ſama & relatu aliorum: vel ſignificatione certa: vel expoſitione & narratione oratoris, quæ aliquando tum amplificationem, tum probationem antecedit. Et quoniam amplificatio ſæpe mendacij habet ſpeciem: non reformidabit orator bonus, etiam officioſo aliquando vti mendacio: quando illo etiam aliquando vtendum eſt extra amplificationem: ſed tum demum ſtatuet id ſibi licere decenter: cum eiuſmodi oratio grata eſt ijs, qui audiunt, & ad excuſationem officij pertinere vide-

Amplificationé quid præcedere oporteat.

Orator etiã officioſo interdum mẽdacio vtetur.

bitur. Et in eiuſmodi incredibilibus, ὅρκῳ iureiurando, ſeu affirmatione religioſa ſæpe debet vti orator. Sed cum duo ſint iuriſiurandi genera: vnum πραγματικὸν: quo factum aliquod iureiurando confirmatur: alterum ἠθικὸν quod ſignificationem habet ingenij oratorij: prius illud ad reos pertinet, quibus offerri debet iuſiurandum. Oratoris verò eſt argumentis & teſtimonijs, non religione factum demonſtrare. Poſterius autem genus proprium eſt oratoris: cum officium, innocentiam, patientiam, aut aliquam ſuam aliam virtutem velit teſtificatam eſſe auditoribus. Et vt iureiurando vti debet: ſic etiam de teſtatione.

Duo iuriſiurandi genera.

SCHOLAE.

Diximus ſuperioribus ſcholis περὶ ταυτότητος, cum orator vtitur eodem verbo, quæ vocatur à magiſtro Herenniano traductio, μετάβασις: vt, Qui in vita nihil iucundius habet vita, &c. Sed eſt cuiuſuis videre, quãdo ταυτότης ſit: ſed oratoris eſt ſcire, illa vti: quando verba ſonantia ſunt, plena, ſignificantia. Vita ſignificantius eſt, quàm ætas. ποικιλία eſt cum verbum commutamus: non eodem vtimur verbo: Vt cum dicimus, Exemplo eſt C. Marij iracũdia: indicio eſt Cinnæ immanitas: ibi indicium argumentum, ſignum, exemplũ, ſunt ἰσοδυναμοῦντα. περιττότης nihil aliud eſt, niſi verborum ἐπιμονή, commoratio & q. ἑρμήνεια: cum verbo ſignificãti adijcitur aliud verbum magis præcedens explicans: vt, τὴν μὲν ἀσέλγειαν καὶ ὕβριν: Credo equidem, nec vana fides: ſunt verba ἰσοδυναμοῦντα, quæ videntur ſuperflua: ſed tamen non ſunt: quia debent explicare antecedentia & quaſi genus. Ergo eſt verborum copia, quam Hermogenes διατριβὴν vocat, quæ intelligentiæ cauſa adhibetur: περιττότης verò copię gratia: cum partimur vnum verbum: vt, τὴν μὲν ἀσέλγειαν καὶ τὴν ὕβριν, &c. Deinde, ſpectatur περιττότης ſententijs, cum ad vnum enthymema adijcitur alterum enthymema: Item cum propoſitio eſt, deinde ratio, & rationis approbatio. Sed de his ſuprà Oratoris officium eſt omnes figuras diligenter conſiderare: & earum vim diligenter inueſtigare & intelligere: ſed vti illis figuris, hoc opus, hic labor eſt. Orator reticentia vtitur vel in rebus moleſtis & odioſis:vel in metu,impudentiæ. Sic Demoſthenes, quoniam moleſtum erat de ſe dicere in principio,& de ſuo periculo commemorare in orat. περὶ στεφάνου: περὶ ἐμοῦ δὲ οὐ βούλομαι λέγειν ἀρχόμενος. Quare? metuebat odium iudicum. Sic in verecundia vti debet hac figura: Vt, Quos ego,ſed præſtat,&c. Item παράλειψις quid ſit,ſcitis:vt,non dico de tuis vitijs,&c. Orator hac vti debet tribus temporibus : primùm in rebus paruis: cum res ſunt paruæ,quæ videntur nugatoriæ , tum vtimur præteritione. Quare? quia res paruæ facile poſſunt refutari:parua ſunt εὐδιάλυτα. Si igitur prætereas, non habet aduerſarius cauſam,cur refutet: Vt non dicam de adoleſcentia &c. Deinde in rebus magnis,ſed ignotis tamen: ideoq; aliquãdo prætereunt oratores veneficia,inceſtus Clodij,latrocinium: Cur ? quia ſunt ὁμολογούμενα, notæ res : quia notæ ſunt,ideo εὔλυτα Tertiò in rebus odioſis, quarum memoria eſt odioſa: vt,Non de cæde vis loqui S.Sulpitij, Hircij & Panſæ,&c. Et diſcrimen eſt inter reticentiam, quæ omittit rem:& rei verba,Vt quos ego,&c.ſed res ipſa intelligitur: & inter præteritionem,quæ omittit expoſitionem rei,ac rem ponit cum nomine:ſed expoſitionem vt ἀπόδειξιν omittit. His duabus virtutibus eſt adiuncta περιπλοκή: cum res turpis ſigno aliquo ſignificatur: Vt illud eſt de antro in Virgilio: Vt, Aeneas cum Didone. Prima præterit rem & verba. παράλειψις rem ponit & verbum: ſed expoſitionem & amplificationem omittit περιπλοκή ponit rem, ſed verbo alieno. ὑπαλλαγή ponit ſuſpicionem: Vt,Tute lepus es, & pulpamentum quæris. Eiuſmodi vtimur primùm in rebus turpibus,vel in rebus dolorificis,quæ dolorificam memoriã adferunt: Vt,Te pugna Cannenſis,&c.in orat.pro S.Roſcio: ibi eſt περιπλοκή. Deinde etiam, quæ aliàs ingrata & odioſa ſunt:quas res non libenter audimus : vt improbi alicuius hominis veneficium:ſi populus peccauit,peccatum autem à ſenatu,vt poſſit minimè præterire, poteſt orator indicare. Præteritione ferè in omnibus cauſis & quæſtionib.vtimur. ἐπανάληψις & ἐπαναφορὰ verborum eſt relatio. Vtimur hac figura 4.temporibus: Vnum in docendo eſt, cum eſt docendum. Dixi de orationis principio,oratio habet ſuum principium,narrationem, &c. Item in commendando ἐν συστάσει,cum commendamus virum bonum: quia commendationem meretur virtus. Virtus autem ornari debet. Tertiò

παραλήψει quando vtédum.

περιπλοκή.

ἐπαναλήψει & ἐπαναφορᾷ quando vtendum.

in criminando ἐν σφοδρότητι, in acrimonia: Vt, Tu patriæ hoſtis factus: tu patriæ proditor. Quoniam in criminando, ideo etiam in laudando. Poſtremò in perturbationibus animorum ac in commiſerationibus: Te Iupiter opt. Max. te Iunonem, te Cererem: Et etiam cum volumus dolorem excitare.

πεῦσις.

Quando & quomodo πεύσει vtendum.

Occupationes.

Frequentiſsimum apud oratores ſchema eſt πεῦσις, quæ et ἐρώτησις interrogatio à dialecticis dicitur. πεῦσις eſt oratoria interrogatio, propoſitio lacertoſior, & plus virium habens. Illa vocatur ab Hermogene σχῆμα ἀντήρρητον, indiſſolubile: cui reſiſti non poteſt, quod minimè eſt ἀδιάλυτον: cui non poteſt contradici. Omnibus rebus non poſſumus contra dicere: oportet ſcire materiam. Non debemus interrogatione vti, niſi cum non poteſt reſponderi. Ergo vti debemus in rebus manifeſtis ὁμολογουμένοις vel in demonſtratis, cum res probata antea & confirmata eſt, μετὰ τὴν ἀπόδειξιν. Tertiò conſiderandæ etiam perſonæ, quas debemus interrogare: & ad quos pertineat hæc interrogatio. Et quia vitium eſt negare, quod iure concedi debet aduerſario: aut dicere vel εὐδιάλυτα vel ἐναντία, vel ςρεφόμενα. Hæc autem maximè vitanda ſunt, aut ſunt corrigenda: vt vel iure negata ſint, vel firma, vel non pugnantia, vel non inconſtantia. Et quoniam hæc & ſimilia ſæpe numero occupanda ſunt: non eſt vitioſum orationis genus in occupando. Nam vel ſciunt oratores, quæ obyciuntur: vel putant obiectum iri: vel id futurum audiuerunt. Scire firmiſsimum eſt: proximum audiuiſſe: poſtremum arbitrari. Tamen hic orator infirmas rationes aduerſariorum ſcire ſe dicet, quod obiecturi ſint: firmas arbitrari fore, Vt obyciantur: mediocres audiuiſſe. Huius verè oratoris eſt proprium munus in eadem re ſæpe commemorari, eadem

dem dicere, eadem repetere: ſed ita facere, vel vt non appareat, vel non afferat faſtidium. Hoc cōſequetur, aut ordinis immutatione, aut longitudinis contractione, aut breuitatis dilatatione.

SCHOLAS. Quando πεύσει, interrogatione vtendum. Quæ interroganda.

Quæ εὔληπτα

Qui interrogandi.

Nuper diximus περὶ πεύσεως, quam diximus eſſe oratoriam figuram: & illam eſſe ἀντίῤῥητον: & tum eſſe vtendum, cum id, quod interrogatur refutari aut negari non poſſit. Quod ſi aliter vtitur orator, vertitur illi vitio: Pulcherrimus locus eſt in quinta Verrina, in qua reprehendit Hortenſium Cicero. Quærit Hortenſius, quæ tantæ inimicitiæ: & Cicero copioſiſſimè refutat illam πεῦσιν, & multas cauſſas enumerat: oſtendit virum continentem non poſſe pati adulterum: quæſtorem non poſſe ferre raptorem, &c. Ille locus habet venuſtatem oratoriam in interrogando. Quæ ſunt quæ non poſſunt refutari? Quæ ſunt confeſſa, τὰ ὁμολογούμενα? quæ vel ipſe aduerſarius confeſſus eſt: deinde quæ antea erant demonſtrata argumentis, non ſolum probabilibus, ſed etiam neceſſarijs & teſtimonijs: tum eſt tempus interrogandi. Deinde oportet ſcire, qui interrogandi ſint. Omnis oratio, vel adhibetur iudicibus, vel aduerſarijs: vel interrogamus noſipſos. Iudicum interrogatio debet eſſe ἐλεγκτική argumentoſa: vt contrarium doceat iudicem: vt vitium in iudice corrigat, vbi reſiſtere iudex non poteſt. Ad aduerſarios debet eſſe ἀνατρεπτική: dehortari à malo, & ad bonum hortari, mala negari non poſſunt, quin fugienda ſint. Noſmetipſos interrogamus, quando rationem reddimus noſtri officij vt Cicero, Tanto igitur officioſior quàm cæteri? Hęc περὶ πεύσεως. Nulla figura apud oratores tam minuta eſt, quæ negligenda ſit oratori: ἀσύνδετον diſſolutũ λόγος ἀσύνδετος, πολυσύνδετον ſententiæ copulatæ: Vt, multum tibi & ſcripſi & hortatus ſum, &c. Quando his vtendum? in amplitudine & graui dicendi genere, in περιβολῇ: & hoc eſt decimumquartum præceptum.

ἀσύνδετον.

προέκθεσις.

Decimumquintum præceptum eſt, cauſam ipſam ꝓponere & explicare. προέκθεσις fit breui expoſitiõe ἀφηγήσει: cũ ré paucis exponimus: vel προτάσει vel διηγήσει. Aditus aũt ad iſta tria vocatur κατάστασις & προέκθεσις. Illud præceptũ maximè pertinet ad officiũ boni oratoris;

Non ſcitis quantum tribuatur collocationi. Ipſa προέκθεσις eſt quaſi regula collocationis, præſertim cũ habet digeſtionem: cum indicamus quid priore loco dicere velimus, quid poſteriore. Sed ſciendum eſt quando vtendum ſit προεκθέσει. In Olynthiaca & Philippicis non habetis προέκθεσιν. Quando igitur vtendum diuiſione? Cum ipſa cauſa poteſt contrahi ad tria vel ad ſummum ad quatuor capita: cum numerus eſt ὡρισμένος. Cum autem plura ſunt, ſatius eſt diuiſionem præterire: & vti quadam progreſſione in argumentando, ab vno argumento tranſire ad alterum χωρισμῷ vtimur. Sed quoniam oratores, oportet adferant orationem non ſolum lacertoſam, ſapientem continentem, &c. ſed etiã caſtam: oportet ſcire illa χήματα quæ vocantur τὰ ἴσα, figuræ æquatæ, quæ verborũ ἰσότης ſpectatur numero & ſono. Cũ triſyllaba verba reſpondent triſyllabis, cum bina, binis: terna ternis, quaterna quaternis Non enim plura ponunt oratores. ἰσότης ſpectatur etiam in contrarijs, vt bina contraria binis oppoſita, &c. Spectatur etiam ἰσοκωλία, cum in periodo duorum membrorum duo illa membra ſunt paria, & ſic in cæteris. Sono etiam ſpectatur. Sic ὁμοιόπτωτα faciunt eundem ſonum, ὁμοιοτέλευτα ſpectantur ſono quia eadem tempora habent in fine. Sic παρίσωσις ſpectatur ſono, ἐὰν ἦς φιλομαθὴς, ἔσῃ πολυμαθής. Sic παρήχησις vt minus habet literarum, virtutem autem nihilominus: In hac fama tanquam flãma. Sic etiã παραγράμματα: ὐ θαρράττει ἀλλὰ θρακάττει, agit tecũ Thracũ more. Tria ergo ſunt genera κάλλους venuſtæ orationis: vna eſt ἐπιμέλεια ſophiſtica, ſophiſtarũ q̃ artẽ dicendi tradebãt, altera forenſis & ciuilis, venuſtas ſeria ἀγωνιστική. Tertia ἐπιδεικτική, laudatorum hominũ venuſtas, vt qui deſcribunt equum imperatoris. Sophiſtica eſt ornatus minus comptus, elegantia oſtentata & explicata, facies quaſi ceruſſata. Hoc genus debet remotum eſſe à grauibus cauſis. Oratoria igitur venuſtas conſiſtit in parſimonia: debet quidem his ornamentis & figuris vti, ſed rarius & parcius, non in omnibus periodis. Deinde occultatione aliquando ὁμοιοτέλευτα ponere in medio, &c. Tertia eſt ἐπιδεικτική, illa eſt particeps vtriuſque. Nam laudationem minus venuſtam eſſe conſtat quàm floridam 17. præceptum eſt de ἀντιθέτῳ quod nihil aliud eſt quam contrariorum contentio. Nam inter omnia χήματα ἴσα, nullum præclarius aut pulchrius. Vt tu ſcripſiſti, ego profectus ſum. Iſtud ἀντίθετον debet eſſe ἀν-

Quando vtendum προεκθέσει.

ἰσότης quomodo ſpectetur.

ἀντίθετον.

τίῤῥηἐπιφέρων. Sed ſophiſtæ venuſtatis gratia vtuntur: oratores verò vtiliter vtuntur: cum res non poteſt negari. Sunt autem duo genera ἀντιθέτων: vnum breue, in quo ſingula ſingulis opponuntur: vbi ſingula membra cum ſingulis comparantur. Alterũ fit periodis, & eſt prolixius: Vt in orat. pro S. Roſcio. Breuibus vtimur, vbi ſolum finis eſt ἔλεγχος, probatio & confeſſio, cum ſatis eſt, nos velle vincere, & victoriam habemus propoſitam. Sed cum vtimur ampla oratione, περιβολικῇ: tum debemus altero genere vti, ſcilicet longo ἀντιθέτῳ.

Duo genera τῶν ἀντιθέτων.

De laudatione ſui ipſius.

Eſt in amplitudinis dicẽdi formis figura vna, quæ λαμπρότης dicebatur, quæ eſt virtutum, meritorũ, factorũ, magnifica & ſplendida commemoratio. Tametſi etiam hanc maiorũ noſtrorum & aliquorum, ſenatuſúe noſtræ ciuitatis rebus præclarè geſtis attribuimus: tamen tum maximè ſplendor in dicendo eſſe debet, cum de ſuis argumentis orator diſſerit: Vt Demoſt. *in duabus orationibus contra Aeſchinem: vt ſæpius* Cicero, *quoties de ſuo conſulatu loquitur. ſed ſeipſum laudare plerunq; odioſum eſt. Non enim ignotum eſt prouerbium:* Teipſum canis? *Sed orator remedia habet tria aduerſus odium et inuidiam: vt ne oratio ſit* ἐμίσητος, *id eſt, odioſa, vt* Græci *nominant. Horum remediorum vnum eſt, laudis noſtræ cõmunicatio cum alijs facta: alterum neceßitatis ſignificatio: tertium perſonarum, quas appellamus, & ad quas loquimur, commutatio, hoc eſt, vt* Hermogen. *tradit* κοινότης τοῦ λόγου, *communicatio orationis:* τὸ ἀνάγκης προσποίησις *ſimulatio neceßitatis:* προσώπου ὑπαλλαγὴ *perſonæ commutatio: Et communicatio quidem laudis duplex eſt: aut enim cum omnibus hominibus, qui vnius ſunt generis & inſtituti, communem laudem facimus: cuius exemplum* Hermogenes *profert: primum ambitum ex* 1. *lib.* Socratis *cohortatione. Et eſt eiuſdem rationis exemplum* Cicero-

Quomodo odio & inuidię occurrẽdum.

Cómunicatio laudis duplex.

tis in exordio quinta Verrinæ accuſationis de accuſatorum præſtanda per omnem vitam innocentia. Aut ipſis, ad quos dicimus laudem, iudicibus alijsúe impartimur: Vt Cicero pro Pub. Sylla. Neq; hîc ego partiendæ inuidiæ, ſed communicandæ laudis loco, oneris mei partem nemini impertio, gloriæ bonis omnibus. Neceſsitatis verò ratio apparet in oratione Demoſthenis: Vbi de ſuis actis locuturus ſignificat ſe id coactum facere propter Aeſchinis calumnias: πολλάκις, inquit, λέγειν ἀναγκασθήσομαι περὶ ἐμαυτοῦ, &c. Cicero verò neceſsitate quidem ſeſe defendit, quam moleſtiam vocat pro P. Plancio: Equidem ad labores reliquos, quos in hac cauſa maiores cœpi, quàm in cæteris, etiam hanc moleſtiam aſſumo: quòd mihi non ſolum pro Cn. Plancio dicendum eſt: cuius ego ſalutem non ſecus ac meam tueri debeo: ſed etiam pro meipſo, de quo accuſatores plura penè, quàm de re, neque dixerunt. Sed addit etiam Cicero verecundiæ ſignificationem: & promittit modeſtiam: Hæc mihi, inquit, tractanda ſunt, Iudices: ſed modicè, ne quid offendam. & tum deniq; cum reſpondere criminibus. Tertia ratio eſt τ̃ προσφωνήσεως ἢ προσώπου commutatio. Sunt enim quædam laudes noſtræ, quas ferre poteſt ſenatus, iudices et cõſilium: Vt, officij, diligentiæ, curæ, ſolicitudinis, obſeruantiæ, amoris, & amicitiæ: quædã verò inuidioſæ & moleſtæ. In his ad aduerſarium deflectenda oratio eſt, vt Demoſth. facit: Non lapidibus ego, neq; lateribus vrbem muniui: ſed ſi meam munitionem intueri vis: inuenies arma, ſocios, &c. Sic Cicero pro Sylla, ad L. Torquatum deflectit diſceptationem de ſuo conſulatu, periculis & vigilijs.

προσώπου ꝑſonæ commutatio.

SCHOLAE.

Diximus de rhetorico ἀντιθέτῳ, id eſt, comparatione contrariorum & differentiarum. Ἀντίθετον nihil aliud eſt, quàm σύγκρισις ἀντιθετικὴ τῶν ἀντικειμένων, oppoſitarum rerum. Et quot ſunt genera oppoſitorum: tot etiam ἀντιθέτων: Vt ſunt ἐναντία, στερητικὰ, πρός τι aliò relata: & diſparata, ἀντιφατικά: & his addimus etiã repugnãtia: additur etiã ſexto loco differentia: Te galli cantus, illum buccina excitat. Hæc eſt materies ἀντιθέτων. Vtimur ἀντιθέτῳ, cum res vehementer probanda, id eſt, amplificanda: Nam contraria iuxta ſe poſita magis eluceſcunt & grandeſcunt. Sed iſtud eſt σχῆμα ἀντίῤῥητον: adhiberi debet tum, cum res negari non poteſt: deinde vt ſit ampla illa figura ἀξιωματικὴ. Hæc virtus eſt honoraria. Ex virtutibus intelliguntur duo genera oppoſitorum: Vnum argumentoſum quòd probandi cauſa adhibetur: alterum λαμπρὸν, αὐξητικὸν, quod ad amplificandum adhibetur. Omnis oratio, vel eſt diligenter facta, domi commentata & ſcripta, & mandata memoriæ: domo adlata in iudicium: quod genus vocatur λόγος ἐπιμελὴς, accurata oratio. Huic generi eſt contrarium, oratio negligenter, ſubitò & fortuitò effuſa, αὐτοσχεδιασμένος λόγος. Orator ſæpe debet occultare nimiam curam: & videri, quaſi ex tempore dicat: aliquando confiteri ſe meditatam afferre orationem. Quando in ſententijs dicendis confiteatur ſe tres noctes meditatum eſſe: ſe afferre conſilium non temerarium. Sed in cripiendis reis: in accuſando & defendendo debet occultari: debet dicere ſe non habuiſſe ſatis temporis ad explicandum cauſam, Vt Cicero ſæpe facit. Eſt duplex illa figura: vel præ ſe fert ſe ſubitò dicere, vt Demoſthenes in Olynthica prima. Quare? quia dat conſilium contra Philippum, & hũc accuſat. Nam eſt oratio accuſatoria. Sic Cicero in Philippicis octaua vel nona. Deinde σχεδιασμὸς eſt imperfectus: Cum orator fatetur ſe cauſam meditatũ eſſe: ſed non ſatis temporis habuiſſe: vt pro P. Quintio. Cum hoc facimus, poſſumus quædam ex ſcripto recitare: quædam memoria recitare ſubitò. Illæ amplificationes, & ἀντίθετα habent ἐπιμέλειαν: firma autem ac argumentoſa non habent ἐπιμέλειαν. Ergo oportet oratorem ſcire tempora amplificandi. Dialectici eſt propria ἀπόδειξις probatio: oratoris autem eſt αὔξησις amplificatio: & huic contraria μείωσις. nam oratoris eſt τὸν ἥττω λόγον κρείττω: καὶ τὰ μικρὰ πλείω ποιεῖν: & contrà. Quando ergo amplificatione vtendum? Duobus temporibus: pri-

Quando ἀντιθέτῳ vtimur.

Quando diligẽtiam fateri orator debeat.

mum, quando res putatur parua: & non tanta habetur, quãta haberi debet: vt legatio quæ miſſa eſt ad Trebatiũ. Cicero autem magnam eam facit amplificatione. Sic iram Dei vulgus hominum non tantam eſſe putat, quanta eſt. Ergo neceſſe eſt rem illam amplificare: & poſtquam amplificauit, demonſtrare eſſe infernum. Alterum tempus, cum perſona eſt nimis magna & officit reo. nam aliquando magnũ facinus committitur: ſed à perſona, quæ habet authoritatẽ: Si igitur perſona illa nobis obeſt: debemus rem ita exaggerare, vt propter rem perſona in contemptum veniat. Item in perſona aliquid inueniendum, quod amplificari poſſit: vt crudelitas perſonæ, vt Cicero in Philippicis. Cum ita res videatur eſſe parua: oportet φιληκοίας gratia adhibere amplificationem: & tum rem probare. Omnis amplificatio eſt non multum remota à mendacio & falſitate: videtur habere rerum ὑπερβολὴν. Quando igitur oportet rem ad cœlum tollere? Cum oratores ferre poſſunt: cum pertinet ad laudẽ ciuium vel reipub. oportet tamen etiam modum adhibere amplificationi: & eam ſeruari inter cancellos veritatis, ſi nõ pertinet res ad auditores. Et hoc dicitur ψεῦδος ῥητορικὸν. Sed ſunt duo genera τοῦ ψεύδους: vnum extra amplificationem: alterum cum amplificatione. Vtroq; vtẽdum eſt cum gratum videtur auditoribus: & officioſum eſt mendaciũ.

Quoniam collocationis in dicendo vis eſt maxima, vt ſupra diximus: Ipſa verò collocatio rectè inſtitui non poteſt, niſi cauſarum conflictione conſtituta: repertoq; vtriuſq; partis ſtatu, & ratione & firmamento: neq; hac ſingula confirmari poſſunt, niſi tota cauſa diſtributa atq; diuiſa: eſt etiam huius officij monendus orator, quod præſtare debet in cauſis & conſtituendis et partiendis. Cauſarũ *igitur conflictiones* παλαίσματα *vocare videtur* τ̃ δικαστηρίων *Hermogenes. Et in omni conflictatione eſt, & aduerſarij depulſio atq; ratio: & noſtra refutatio atq; firmamentum. Vtraq; duplex eſt. Nam vt verè agitur: et argumentum, quo vtimur præcipuũ, hoc eſt,* τὸ οἰκεῖον ἰσχυρόν, *ad iudicationem pertinet: aut à iudicatione eſt remo*

Cauſarum cõflictiones

tum: callidè tamen ab oratore inuentum: vt in cauſa Cteſiphontis in quæſtione erat, An contra leges corona donatus eſſet Cteſiphon? Et remota à quæſtione commemoratio Demoſthenis de ſuis actis, rebusq́; geſtis & meritis. Ergo de legibus diſputare proprium illius erat quæſtionis. Hanc verò diſputationem effugere: & ad acta & beneficia declinare officij erat oratorij. Cuius hæc ratio erat Demoſthenis: & eadem eſt oratoris boni: noſtram ſc. rationẽ iudicationi applicare dicendi facultate: & eodẽ dicendi officio aduerſarij rationem ab illo ſtatu dimouere. Et vt commodè illud fiat in noſtra argumentatione, neceßitatem debemus excuſare: & in aduerſarij ratione ſimplicitatem ſimulare. Cuius exemplũ id profert Hermogenes ex Demoſthene, contra Ariſtocratẽ. qui de ſuo firmamento his verbis proponit: ἀνάγκη δὲ πρῶτον ἁπάντων δεῖξαι τι ποτέ ἐστι τὸ χεῤῥόνησον ἀσφαλῶς ἔχειν ἡμᾶς πεποιηκός. Deinde in altera parte de legib. θεάσεσθε τοίνυν πῶς δικαίους καὶ ἁπλῶς ποιήσομαι τοὺς λόγους, ὅς εἰ μὴν ταύτην τίθημι τάξιν, αὐτὸν ἐν ᾗ πλείστης ἂν τυγχάνῃ τιμῆς. quæ neque vobis, qui genere ſeu gente ciues ſumus, obueniunt: tamen neq; illi cenſeo oportere contingere contra leges. Sed hæc quomodo fieri debeant, ex doctrina quæ de ſtatib. tradita eſt, intelliguntur. Quanquam etiam eſt altera ratio præter hanc Hermogenis non ſolum ſimplicitatem fingere: verùm etiam breuiter tractare & percurrere, quod debet demonſtrari prolixius. Neq; partitionis hîc repetẽda ſunt præcepta: ſed illud indicandum eſt breuiter, quod Hermogenes de ſecundis rationibus tradit, quas δευτερολογίας vocat Græcorũ more. Nam ſæpe vna cauſa à multis defenditur patronis: ſæpe patronus vnus, vno iudicio vnaq́; actione, non poteſt cauſam perorare. Eſt igitur hu-

ius oratoris ſcire tempora, quibus ſint multæ actiones in vno negocio inſtituendæ: quorum temporum bipartita eſt ratio. Aut enim multiplex eſt cauſa, multaq; vel crimina vel conſilia: in quibus non ſolum conceſſum eſt: verùm etiam neceſſarium ſæpe dicere. Hinc Philippica & Olynthiacæ orationes Demoſthenis: hinc accuſationes Verrinæ: hinc Philippicæ Antonianæ: quibus temporibus, aut rerum ipſarum neceſſitas oſtendit ordinē, Vt in Philippica Ciceronis: Aut ipſe ordo oratoris dirigitur iudicio, Vt in Verrinis accuſationibus. Hoc igitur vnum tempus eſt τῶν δευτερολογίων. Aut cum aliquis ante nos dixit, ſed non perorauit: quo tempore orator vel amplificauit ea, quæ ab altero ante ſimpliciter ſunt expoſita: Et animos permouebit: vel eadem repetet abſque faſtidio, & ea ratione, de qua ſupra dictum eſt; vel aut addet alia vtilia neceſſariáue: vel non neceſſaria & ſuperflua detrahet: vel poſtremò occupabit, quæ ab altera parte dici poterunt: eoq; proferet ea, de quo ante dictum eſt, artificio Demoſthenis tripartito ἐπιστήμης, δόξης, ἀκοῆς, &c.

SCHOLAE Diximus proximè de ratione amplificandi & argumentandi: quando orator argumentatione vti debeat, & quãdo eam prꝳterire. Sed quia in omni amplificatione eſt ſpecies quædam mendacij: diximus etiam de oratorio mendacio, cuius Hermog. vnū tempus conſtituit: ſcil. cum res ipſa ptinet ad iudicū honorē & exiſtimationē: cū ipſa res grata eſt populo: poſſumus etiā hac ratione, vt vtili maximè vti. Sed quoniam omnia ὑπερβολικὰ ſunt confirmanda: eſt oratori vtendū iureiurando: vt orator dicit ſæpe, meherculè. Ita me dij amēt. Deos ſæpe teſtificare debet, Oportet ergo ſcire qñ hoc ſit faciendū. Duo ſunt genera iuriſiurādi: vnū πραγματικὸν, qd' de re & facto inſtituitur: alterū ἠθικὸν ad mores ptinens. Cum vult dicere, rem eſſe factā: non debet iurare: neq; etiā negare debet iureiurando. Quia eſt imperiti oratoris hoc facere: res debet probari ſolum teſtib. qui iurati di-

cere

gere debent: orator verò non debet iurare pro reo ſuo. Vbi iurandũ? Cum res pertinet ad mores noſtros & officiũ: ad excuſationem officij: Feci, ſed me hercule imprudens feci: ne videaris malitioſus. Ergo ἠθικὸν conceſſum eſt: πραγματικὸν verò minimè oratori conuenit. Et quod de iureiurãdo dicitur: idem ſeruari debet in imprecando. Vigeſimũſecundum preceptum pertinet ad cauſarũ ſtatus. oportet oratorẽ ſcire, quid debeat concedere & negare. Ergo in concedẽdo & negando tria vitanda vitia. 1. non debemus ea adferre, quæ ſunt εὐδιάλυτα, id eſt, nugatoria, quæ facile refutari poſſunt. 2. non debemus dicere ἐναντία, inter ſe contraria. 3. non etiam ἀντιστρεφόμενα, quæ reſtringi in nos poſſunt: cum adferuntur ab aduerſario, debet refutare: ipſe tamen vti non debet. Non etiam ponere debet contraria & pugnantia, poteſt tamen defenſione vti contraria diuerſis temporibus: ſed non in vna cauſa: nam hoc vitioſum eſt. Nec στρεφόμενα ponet, quæ in aduerſarium retorqueri poſſunt; vt, Quia amicus fui, fallere eum non potui: Aduerſarius dicit, Quoniam amicus fuiſti; melius potuiſti eum fallere. Orator non ſolum prudens eſſe debet in rebus præteritis confirmandis aut negandis: ſed etiam in rebus faciendis & occupandis, debet occupare id, quod contra dici poteſt. Omnis occupatio triplicem habet προέκθεσιν: vel enim vtitur ἐπιστήμῃ, dicit ſe ſcire; vel dicit ſe arbitrari & putare: & δόξᾳ, id eſt, opinione vtitur: vel orator vtetur ἀκοῇ: dicet ſe audiuiſſe. Hæc tripartita eſt proponendi ratio. Cum rationes aduerſarij vult orator adferre εὐδιαλύτως, vtitur methodo ἐπιστήμης: dicit ſe ſcire. Nam hoc modo loquendi oſtenditur ſtultitia aduerſarij: Vt, Scio eum pro ſtultitia ſic argumentaturum. Cum firmæ autem ſunt rationes, vtitur δόξῃ; puto eum hoc dicturum. Opinio eſt incertarum & paruarum rerum: niſi forte hoc velit dicere, eſt quaſi καταφρόνησις. Cum res ſunt intermediæ, ſunt firmæ: ſed tamen refutabiles: dicimus, Audio illum hoc dicturum. Sed quoniam argumenta quædam ſunt firma: quædam celeriter percurrenda: in firmioribus vtendum eſt commoratione ἐπιμονῇ & ἐπεξεργασίᾳ: in illis quæ firma ſunt, non modò ad docendum: ſed etiã flecti poſſunt ad motũ. Ibi duo ſunt vitanda vitia: primũ, vt non appareat, deinde vt nõ adferat faſtidiũ. Vt aũt vtrumq; fiat, orator adhibere debet triplicẽ rationẽ. Aut.n. vtetur commutatione ὑπαλλαγῇ,aut contractione,aut dilatatione. Mutatio eſt,cũ verba mutantur:& aliæ etiam adferuntur rationes: quæ cõmutatio cælat id,quod antea dictũ eſt:ipſa verba tollũt faſtidiũ. Altera cum ea,quæ ante prolixè tractauimus,contrahimus. nam omnis prolixitas obeſt memoriç. Tertia etiã dilatationis. Omnis breuitas adfert obſcuritatem: Ergo vtendũ dilatatione:vnde ἐπεξεργασίαν & ἀνακαινώσεις. ἐπιμονὴ eſt in eadem re: ἐπεξεργασία in re vicina: ἀνακαίνωσις fit facto interuallo. Multũ etiã adfert authoritas oratoris. Magiſtratus habet autoritaté exiſtimationis,potétię. Oratoris autoritas nó pédet ex vita & fortuna:ſed ex eius artificio ſeu eloquétia: nec oratori eſt ſatis,rectè viuerè:& præclarè remp. adminiſtrare:ſed aliquando eiuſmodi acta & res geſtæ ſunt præferendæ ad comparandã autoritaté:iccirco dicendũ eſt præclarè: Quæ vocatur λαμπρότης,ſplẽdor vitæ, rerũ geſtarũ & factorũ. Eſt.n.relatiuum & fundamentũ:habet facta & acta. Eius terminus cõmemoratio factorum. Et λαμπρότης non ſolum noſtra:ſed etiã noſtrorum eſt. Omnis cõmemoratio noſtrorũ factorũ eſt ἐπαχθὴς,difficilis. Ergo tria media adfert contra maleuolentiã & odium. Vnum κοινότης τοῦ λόγου, laus cõmunicata, Alterum τὸ ἀνάγκης προσποίησις,neceſſitudinis ſimulatio. Tertium προσώπου ὑπαλλαγὴ perſonæ commutatio,vt cum ad iudicé non facio verba de meo facto:ſed ad ipſum aduerſariũ. Cum igitur tres ſint rationes, illa cõmunicatio eſt duplex:vna θετικὴ,vt Iſocratis mores plurimũ inter ſe differunt à moribus malorum: Sic Cicero 5. Verrina,vbi tractat locum cõmunem de accuſatorum innocẽtia. Altera ὑποθετικὴ,cõmunicatio finita:vt cum meam laudem cómunico cum laude ſenatus. Ergo orator ad declinandũ odium,cum dicẽdum eſt de ſua laude,debet dicere præpoſito loco generali. Alterum tempus eſt neceſſitatis:cum dicimus nos neceſſariò dicere coactos ab aduerſarijs. Illa neceſſitas habet,vel μετάστασιν in alienam perſonam:cogor de me dicere propter homines in me aduerſos:vel ſtatu ἀντεγκληματικῷ,cum cauſæ reum facimus aduerſarium:vt, Cicero pro Plancio: Equidẽ ad reliquos labores,quos in hac cauſa ſuſcipio,&c. Ibi habemus vtrumq; ſtatum:& μεταστατικὸν, & ἀντεγκληματικὸν. Addit Cicero aliam rationem,ſignificationem verecundiæ, ὑπόχεσιν:dicit de ſe modicè dicturũ de ſua laude. Tertia ratio ὑπαλλαγὴ προσώπου, commutatio appellationis. Sunt enim duo genera laudationum:vnũ quod pertinet ad officium:& eſt gratũ audire:quo vtimur in epiſtolis:cum ſignificamus noſtrorũ ſtudiũ erga alterum,& amorem,& beneuolẽtiã.Hoc ſemper licitũ eſt.Cum ita grata eſt,oportet populum alloqui & appellare.Sed ſunt quædam laudes ingratæ:tum debemus appellare non populũ, ſed aduerſariũ:vt Cicero ꝓ P. Sylla,cum alloquitur L. Torquatum.Sequitur de conflictionib.cauſarum περὶ παλαισμάτων Et iſtud præceptũ eſt τακτικὸν,collocationis : orator inſpicere debet diligenter conflictionẽ.Scitis enim tria genera ſtatuum:vnum in quo factum negatur, vt tu occidiſti: Alterum cum factũ affirmatur,ſed mollitur verbo,vt tu abſtuliſti aliquid ex publico:vel eſt qualitatis,an rectè & iure occiderit. In qualitate maximè ſpectare debemus παλαίσματα.Cauſa enim variè defenditur:occidiſti ciuem Romanũ,idq; nefariè,non,inquit alter:nam licet aliquando occidere,ſc.cum vis vi eſt repellẽda:Itẽ licet inſidiatorẽ occidere.Omnes cauſæ & rationes vel ſunt firmæ vel infirmæ:vel pertinẽt ad ſtatũ:vel ſunt remotiores à ſtatu. cũ firmæ ſunt, non opus eſt callidè dicere:ſed apertè pugnandũ eſt:nõ debemus prætexere neceſſitatẽ: ſed cũ infirma eſt cauſa,tũ debemus prætexere neceſſitatẽ,vt exempla Demoſth. ἀνάγκη δὲ,&c.Primum officiũ oratoris eſt,rectè collocare.Si nõ poteſt hoc præſtare ſine conflictione cauſæ,debet prætexere. Secundò eſt partitio cauſarũ,pertinet ad oratorẽ cauſam bene partiri.oportet videre an opus ſic multiplici actione: an poſſit abſolui vna actione. Si poteſt vna abſolui : debet ita partiri cauſam,& ſingulis partib.inhærere : vt ſi ſit præſcripta vna hora,vt poſſit abſoluere eo tẽpore. Si nõ poteſt abſoluere:oportet inſtituere δευτερολογίαν,actionẽ multiplicẽ,Sunt aũt duo tẽpora quib.vti poſſumus δευτερολογίᾳ:vnum cũ plurima ſunt crimina,aut multiplex deliberatio:vt Cicero in Verrina cauſa,primũ erat agendũ de conſtituendo reo:deinde de legatiõe & prætura vrbana:tertiò de prætura Siciliẽſi.In illa erant varia crimina: iudicia corrupta, acceptæ pecuniæ,ſacrilegia,furta,peculatus,crimẽ læſæ maieſtatis:quoniã erant multa crimina: decebat oratorẽ agere ſepties de eadẽ cauſa.Sic in 14.Philipp. ibi ſunt multiplicia conſilia. Secundò cum ante nos aliquis dixit. Si vna cauſa eſt ab oratore acta,Vt,Si C.Plancius defenderit: cũ quis ante nos dixit,tum poteſt orator ſecundò loco dicere. Si is, q ante nos dixit,ſimpliciter ſine motu,expoſuit factũ, adduxit teſtes: tum deniq; oportet ſecundo loco dicere, quando aliquid aliud poteſt adferre. deinde ſi poteſt amplificari factum, & poteſt vehementer perorare; vt Cicero plerunque facit. Deniq; ſi non omnia dixit is, qui ante nos dixit: tum addi poteſt maior confirmatio: cum poteſt fieri occupatio.

Illud aūt præceptū Hermognis verū quidem eſt in expoſitionib. rerum nō veriſimiliū. aut earū, quæ negari poſſunt. duplici eſſe vtēdū ratione: vna ἀναφορᾶς, altera βεβαιώσεως ἕνεκα. Sed ſola monitione hīc opus eſt, non magno ingenio. ἀναφορὰ illa eſt in ſexta actione: Ariſtæus q;, vt Græci ferūt, Liberi filius, inuētor olei eſſe dicitur: vnà cum Libero patre apud illos eodē erat tempore conſecratus. βεβαίωσις verò affirmationē maiorē habet: vt in eodem loco, vetus eſt hæc opinio, quæ cōſtat ex antiquiſſimis Græcorū literis, Siciliā inſulam totam eſſe Cereri & Libero cōſecratā. Hoc enim erat probabilius, quàm illud alterū, quod ſequitur: Quam cum inueſtigare & cōquirere Ceres vellet, dicitur inflāmaſſe tædas ijs ignibus, qui ex Aethnæ vertice erūpunt. Neq; minus illud præceptū intelligitur communib. exordijs & ſententijs, quæ vocātur κοινὰ διανοήματα, confeſſione vtendū eſſe: & tamē id, quod cōmune eſt, ſibi proprium faciēdum eſſe oratori. Et illius extat intelligentia, poetarū verſus aut colliſi integros agglutinari oratoris orationi: aut παρῳδίᾳ, quaſi accinendo immiſceri. Cuius præcepti exemplum eſt, non ſolū Aeſchinis & Demoſth. locus, quem adfert Hermog. ſed etiā illud Ciceronis exordiū: O Tite, ſi quid ego adiuto curámue. etc. Similis præceptio eſt, & tamen etiā vera, morbis inueteratis & opinionib. animo confirmatis, quas vocāt τὰ ἤθη κεκρατηκότα, non eſſe reluctandum, ſed concedendum: cuiuſmodi illud Demoſthenis: Si quis eſt, qui bellum cum Philippo difficile eſſe. propter eius fœlicitatem, exiſtimet:

ſtimet: prudenter quidem ille cogitat. Sic etiã de illo præcepto iudicandum eſt, τ̃ ὁμολογουμένων, in conceſſis: certis criminibus vna medicina eſt confeßio: cuius exemplum eſt principium Ligarianum & Poſthumianum. Et quia oratoris eſt, ſæpe animos tragicè inflammare: ſæpe comicè hilariter afficere: volunt oratorem Græci Rhetores non ἀποθετικῶς, ſed θετικῶς dicere: vt Homerus non Troiæ incommoda enumerat: ſed cuiuſuis vrbs expugnatæ mala. Et Cicero pro S. Roſcio non de Roſcij culeo diſſerit: ſed vniuerſo parricidarum ſupplicio tragicè loquitur & commemorat. Et pro Quintio, non de auctione bonorum Quintij cum amplificatione loquitur: Miſerum eſt ſpoliari bonis omnibus: miſerius cum dedecore: ſed de omni reo, cuius bona ſub præcone veniunt. In iocando verò ita volunt κωμῳδεῖν oratorem: vt vel deprauationibus verborum vtatur in imitando, quas παρῳδίας vocant: vel aliquid inopinatum ſubitò adferat, quod ἀπροσδόκητον appellant: vel in comparationibus contraria inter ſe componat, quas vocant εἰκόνας ἐναντίας. In omnibus verò nullum verbum ponere debet orator: quod non vtilitatẽ, aut ſuauitatẽ habeat. Hæc ſunt ferè Hermogenis præcepta omnia, περὶ μεθόδου δεινότητος: quæ vt ne aliqd huius doctrinæ omitteremus, præterire nõ placuit.

SCHOLAE.

Sæpe oratores multa debent exponere & narrare Et omnis perſpicuitatis eſt quaſi ipſa narratio, gubernatio. hæc enim facit rem perſpicuam. Materia eſt tripartita narrationum: Vna eſt certa & vera: altera probabilis, πιθανή, etiamſi non ſit certa. Tertia fabuloſa, ſimilis fabulæ & mendacio. Omnis igitur narratio aut ſimplex eſt expoſitio, & affirmata ab ipſo oratore & allata: cuius orator debet reddere rationem, ea ſimpliciter exponit, habet ſimplicem ἀπόφανσιν: Quintus frater huius paterfamiliâs, & cætera. Ibi quia vera ſunt, eſt narratio ἀποφαντική.

Cum eſt materia fabuloſa, tunc oportet narrare aliena fide nō oratoris. Et eiuſmodi μύθους vocat ἀναφορὰν: vt fama eſt, vt dicitur. Quæ verò ſunt veriſimilia, illa poſſunt confirmari βεβαιώσει: vt omnis διήγησις, vel fit ἀποφαντικὴ, vel ἀναφορικὴ, vel βεβαιωτικὴ ἀποφαντικῶς omnia ſunt plena apud Ciceronem: ἀναφορᾶς exemplum eſt in 6. Verrina, dicit enim vt Græci ferunt. Sciebant enim pleriq; docti illa eſſe terriculamenta & inſomnia. βεβαίωσις eſt quando aliquid fabuloſum volumus confirmare: cum addimus ἐπικύρωσιν τῆς δόξης, opiniōis cōfirmationē, vt vetus eſt hæc opinio, &c. Hoc magis erat probabile, Siciliam eſſe cōſecratam Liberæ, &c. Sequitur rurſus fabula: Quā cum Ceres inueſtigare volebat, &c. Propterea Cicero iterum vtitur ἀναφορᾷ. Inter vitia exordiorū refertur etiā vitiū cōmune: quo accuſator æquè ac nos vti poteſt: quòd habet cōmunes ſententias. Sed tñ coguntur aliquando vti cōmuni exordio: quemadmodum ferè omnes præfationes hiſtoricorū ſunt in cōmendādis ſuis hiſtorijs. Cōmunia exordia vitioſa fiunt artificioſa cōfeſſione, cum fatentur cōmune quidē eſſe: ſed proprium noſtrū magis eſſe. In communib. ſententijs dicemus quidē cōmunes eſſe ſententias: ſed ad nos pertinere. Illud præceptum eſt paruū: ſed quemadmodū propria fieri poſſunt, id obſeruatur ex circumſtātijs: vt, ille cum multis, nos ſoli, aut paucis: ille expectatione lucri, nos verò nulla. Nunc de vſurpādis verſib. poetarum. Verba poetica & phraſes ſunt oratori vitandæ. non debet dicere canere Aeneā: ſed orator nunq̄ vtetur verſib. poetarum, niſi vel in teſtimonijs, cum autoritate vult vti alicuius magni poetæ: vel alluſione, cum vult aliquid oſtēdere in ſimili re: vt ô Tite ſi quid ego, &c. vtitur verſibus Ennianis. Eſt aūt duplex χρήσεως vſus: vnus fit κολλητικῶς, quæ eſt quaſi adglutinatio, cum adglutinamus integros verſus noſtræ orationi. liceat enim te iiſdem verſib. &c. παρῳδία quando verba poetarum interponuntur noſtris verbis: παρῳδία quādo noſtra verba quaſi ſuſtentātur ᾠδῇ poetarum. Igitur licet aliquādo cōmiſcere verba poetarum cū oratorū, ſed in alluſionibus, cum ſimilis eſt imitatio. Aliud præceptum eſt, quod pertinet ad ὑπολήψεις opiniones auditorum, qui ſæpe adferunt opiniones aduerſarias: vt ego ſuadeo bellū eſſe gerēdum cum Antonio. Huiuſmodi opiniones, quæ animum confirmant, vocantur πάθη κεκρατηκότα, victrices opiniones. Cum eiuſmodi exordium eſt ſumendum,

dum, etiam remedium adferendum contra opiniones: utendum eſt confeſſione: ſed addere poſtea reprehenſionem, & argumentationem contrariam, & ἀπολογίαν. Si quis eſt, Quirites: is non ſolum meum, ſed etiam, &c. Item Διανοήματα ὁμολογούμενα vocantur. Aliud præceptum de tragica oratorum oratione & comica. In genere dicendi amplo & grandi, quod eſt δεινωτικός, oportet oratorem τραγῳδεῖν, id eſt tragicè loqui. In medio et ſubtili facetias et lepores adferre, id eſt comicè loqui, more comicorum. Cum vult orator τραγῳδεῖν, non debet longam inſtituere orationem: non ἐπιμηκῶς, ſed δελιχῶς: quia perſonæ ſæpe non patiuntur. Et propterea dicuntur oratores inveniſſe hanc rationem ex Homero. Sic Cicero pro S. Roſcio non loquitur de culeo S. Roſcii: ſed de omni parricidarum ſuppliciis. In loco communi poſſumus hærere diutius, quam in hypotheſi. Comicè loqui tres rationes habet: παρῳδίαν, quæ nihil eſt aliud, quam παρηχήσεις, aſſonantia: ut amans, amens, παράγραμμα. Sic poëtæ captant ſuavitatem. Deinde ἀπροσδόκητον, quando præ te fers dolorem, & ſubito pro-

[illegible]rumpis ad lætitiam: ut ſi doles, & interrogatus cur doleas, reſpondes, q.d tam diu vixeris. Tertiò εἰκόνας, ut ſi dicas duos Gallos inter ſe pugnaſſe, quaſi Hectorem & Achillem. Hæc Hermogenis περὶ μεθόδου τῆς δεινότητος præcepta ſunt, utilia non minus atque cætera omnia: & neceſſaria iis, qui & ſcribere ipſi eleganter: & rectè de aliorum ſcriptis judicare: & bonos authores utiliter, cùm legere domi, tum explicare aliis in ſcholis cupiunt.

FINIS.

MVSEVM
BRITAN
NICVM